




AD SANCTISSIMAM VIRGINEM DEIPAR... ANGELO...

Aue Regina Cælorum,
...ue Angelorum,
... sancta
...est orta.
...illa.

Vale valde decora
Et pro nobis semper Christum exora.
℣. *Dignare me laudare te Virgo sacrata*

C... misericor... Deus fragilitati...
...idium, ut qui Sanctæ Dei Genitricis ...
agimus intercessionis eius auxilio a ...
...quitatibus resurgamus. Per eun...












BREVIARIVM ROMANVM,

Ex Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini restitutum,

PII V. PONT. MAX. iussu editum.





Cum licentia Summi Pont. et Priuilegijs.

Venetijs, apud Iuntas. M D LXXIII.

IN HOC BREVIARIO
NVPER ACCOMMODATA.

Capitulis ad iij. vj. & ix. verba tantũ primæ partis Responsoriorum breuium sunt addita.

Omnibus ferme ferijs, in fine lectionum, initia Responsoriorum sunt adiecta, Dicenda tantummodo quando fit de feria: Cum vero fit de sancto, omittuntur, & de sancto dicuntur secundum nocturnos.

Capita etiam versiculorum Communium sanctorum in calce psalmorum ferialium, sunt apposita.

In Proprio sanctorum, vnicuique festo atque profesto signatus est numerus diei mensis, cum litera occurrenti, vt habetur in Calendario.

In Communi sanctorum, psalmi suis locis sunt inserti, cum initio Absolutionum atque Benedictionum, quę post cõpletoriũ sunt extensę pręterq̃ in Communi virginum, vbi psalmi sumunt ex officio paruo beatæ Mariæ: vt ibi signat.

Notandum etiam, ꝙ Antiphonæ ante psalmos in Communi sanctorum integrę positæ, non dicũtur totę ante psalmos, nisi cum est duplex, sed paululum de ipsis profertur.

In officio Beatæ Mariæ virginis, psalmi p ferias ad Matu. sunt accõmodati. vt quoties de ea fit officium, illuc recurratur.

In officio defunctorum, psalmi sunt extensi.

Psalmi Pœnitentiales etiam ad longum sunt positi.

Et alia nõnulla in Proprio sanctorum accommodata.

PIVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI,
Ad perpetuam rei memoriam.





VOD a nobis poſtulat ratio paſtoralis officij, in eam curam incumbimus, vt omnes, quantum Deo adiutore fieri poterit, ſacri Tridentini Concilij decreta exequātur: ac multo id etiam impenſius faciendū intelligimus, cum ea, quæ in mores inducenda ſunt, maxime dei gloriam, ac debitū eccleſiaſticarum perſonarum officium complectūtur. Quo in genere exiſtimamus in primis numerandas eſſe ſacras preces, laudes, & gratias deo perſoluēdas, quæ Romano Breuiario continentur. Quæ diuini officij formula, pie olim ac ſapienter a ſummis Pontificibus, præſertim Gelaſio ac Gregorio primis conſtituta, a Gregorio autem ſeptimo reformata, cum diuturnitate temporis, ab antiqua inſtitutione deflexiſſet, neceſſaria viſa res eſt, quæ ad priſtinam orandi regulam cōformata reuocaretur. Alij enim præclaram veteris Breuiarij cōſtitutionem, multis locis mutilatam, alibi incertis, & alienis quibuſdam commutatam, deformarunt. Plurimi, ſpecie officij commodioris allecti, ad breuitatē noui Breuiarij, a Franciſco Quignonio tt. S. Crucis in Hieruſalem Presbytero Cardinale compoſiti, confugerūt. Quin etiam in prouincias paulatim irrepſerat praua illa conſuetudo, vt Epiſcopi in eccleſijs, quæ ab initio communiter cum cęteris, veteri Romano more Horas canonicas dicere ac pſallere conſueuiſſent, priuatum ſibi quiſque Breuiarium conficeret, & illam communionē, vni deo, vna & eadem formula, preces, & laudes adhibendi, diſſimillimo inter ſe, ac pene cuiuſque epiſcopatus proprio Officio diſcerperēt. Hinc illa tam multis in locis diuini cultus perturbatio. Hinc ſumma in clero ignoratio cęremoniarum, ac rituū eccleſiaſticorū, vt innumerabiles eccleſiarum miniſtri, in ſuo munere indecore, non ſine magna piorum offenſione, verſarentur. Hanc nimi-

rum orandi varietatem grauissime ferens fe. re. Paulus Papa IIII. emendare constituerat: itaque prouisione adhibita, ne vlla in posterum noui Breuiarij licentia permitteretur, totam hanc rationē dicendi, ac psallendi horas canonicas, ad pristinum morem, & institutum redigendam suscepit. Sed eo postea, nondum ijs, quę egregie inchoauerat, perfectis, de vita decedente, cum a piæ me. Pio Papa IIII. Tridētinum Concilium, antea varie intermissum, reuocatum esset, Patres in illa salutari reformatione eodem Concilio constituta, Breuiarium ex ipsius Pauli Papæ ratione restituere cogitarunt: itaque quidquid ab eo in sacro opere collectum, elaboratumque fuerat, Concilij Patribus Tridentum a prædicto Pio Papa missum est. Vbi cum doctis quibusdam, & pijs viris a Concilio datum esset negocium, vt ad reliquam cogitationem, Breuiarij quoque curam adiungerent, instante iam conclusione Concilij, tota res ad auctoritatem iudiciumque Romani Pontificis ex decreto eiusdem Concilij relata est: qui, illis ipsis Patribus, ad id munus delectis, Romam vocatis, nonnullisque in vrbe idoneis viris ad eum numerum adiunctis, rem perficiendam curauit. Verum eo etiam in viam vniuersæ carnis ingresso, Nos, ita diuina disponente clementia, licet immerito, ad Apostolatus apicem assumpti, cum sacrum opus, adhibitis etiam ad illud alijs peritis viris, maxime vrgeremus, magna in nos Dei benignitate, (sic enim accipimus) Romanum hoc Breuiarium vidimus absolutum. Cuius ratione dispositionis, ab illis ipsis, qui negocio præpositi fuerant, non semel cognita, cum intelligeremus, eos in rei confectione ab antiquis Breuiarijs nobilium Vrbis ecclesiarum, ac nostræ Vaticanæ bibliothecæ, nō discessisse, grauesque præterea aliquot eo in genere scriptores secutos esse, ac denique remotis ijs, quæ aliena & incerta essent, de propria summa veteris diuini Officij nihil omisisse: opus probauimus, & Romæ imprimi, impressumque diuulgari iussimus. Itaque vt diuini huius operis effectus re ipsa consequatur; auctoritate præsentiū tollimus in primis, & abolemus Breuiariū nouū a Francisco Cardinale prædicto editum, & in quacunque ecclesia, monasterio, conuentu, ordine, militia, & loco, virorum & mulierum, etiam exempto, tam a primæua institutione, quam aliter, ab hac Sede permissum. Ac etiam abolemus quæcunque alia Breuiaria, vel antiquiora, vel quouis priuilegio munita, vel ab Episcopis in suis diœcesibus peruulgata, omnemque illorum vsum de omnibus orbis ecclesijs, monasterijs, conuentibus, mili-

tijs,

tijs, ordinibus, & locis, virorum & mulierum, etiam exemptis, in quibus alias Officium diuinum, Romanæ Ecclesiæ ritu dici consueuit, aut debet: illis tamen exceptis, quæ ab ipsa prima institutione, a Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quæ vel ipsa institutio ducentos annos antecedat, alijs certis Breuiarijs vsa fuisse constiterit: quibus vt inueteratum illud ius dicendi & psallendi suum officium non adimimus, sic eisdem si forte hoc nostrū, quod modo peruulgatum est, magis placeat, dummodo Episcopus, & vniuersum Capitulum in eo consentiant, vt id in choro dicere, & psallere possint, permittimus. Omnes vero, & quascunque Apostolicas & alias permissiones, ac consuetudines, & statuta etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel alia firmitate munita, necnon priuilegia, licentias, & indulta precandi, & psallendi, tam in choro quam extra illum, more & ritu Breuiariorum sic suppressorum, prædictis ecclesijs, monasterijs, conuentibus, militijs, ordinibus, & locis, necnon S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & alijs ecclesiarū Prelatis, cæterisque omnibus, & singulis personis ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus, vtriusque sexus, quacunque causa concessa, approbata & innouata, quibuscunque concepta formulis, ac decretis & clausulis roborata, omnino reuocamus: volumusq; illa omnia vim & effectum de cætero non habere. Omni itaque alio vsu, quibuslibet, vt dictum est, interdicto, hoc nostrum Breuiarium, ac precandi psallendique formulam, in omnibus vniuersi orbis ecclesijs, monasterijs, ordinibus, & locis etiam exemptis, in quibus officium ex more & ritu dictæ Romanæ Ecclesiæ dici debet, aut consueuit, salua prædicta institutione, vel consuetudine prædictos ducentos annos superante, præcipimus obseruari: Statuentes Breuiarium ipsum, nullo vnquam tempore vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum esse: ac quoscumque, qui Horas canonicas, ex more & ritu ipsius Romanæ Ecclesiæ, iure, vel consuetudine, dicere, vel psallere debent, propositis pœnis per Canonicas sanctiones constitutis in eos, qui diuinum Officium quotidie non dixerint, ad dicendum & psallendum posthac in perpetuum Horas ipsas diurnas & nocturnas, ex huius Romani Breuiarij præscripto, & ratione omnino teneri, neminemque ex ijs, quibus hoc dicendi psallendique munus necessario impositum est, nisi hac sola formula satisfacere posse. Iubemus igitur omnes, & singulos, Patriarchas,

Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & cęteros eccleſiarum Præ-
latos, vt, omiſſis quæ ſic ſuppreſſimus & aboleuimus, cęteris o-
mnibus etiam priuatim per eos conſtitutis, Breuiariũ hoc in ſuis
quiſque eccleſijs, monaſterijs, cõuentibus, ordinibus, militijs, dioe
ceſibus: & locis prædictis introducant, & tam ipſi, quam cęteri
omnes presbyteri, & clerici, ſæculares, & regulares, vtriuſque ſe-
xus, necnõ milites, & exempti, quibus Officium dicendi, & pſal-
lendi quomodocunque, ſicut prædicitur, iniunctum eſt, vt ex hu-
ius noſtri Breuiarij formula, tam in choro, quam extra illum, di-
cere & pſallere procurent. Quod vero in rubricis noſtri huius of-
ficij præſcribitur, quibus diebus Officium beatæ Mariæ ſemper
virginis, & Defunctorum, item Septem pſalmos pœnitentiales,
& Graduales dici ac pſalli oporteat: Nos propter varia huius vi-
tæ negocia, multorum occupationibus indulgentes, peccati qui-
dem periculum ab ea præſcriptione remouendum duximus, ve-
rum debito prouidentiæ paſtoralis admoniti, omnes vehementer
in domino cohortamur, vt remiſſionem noſtram, quantum fieri
poterit, ſua deuotione, ac diligentia præcurrentes, illis etiam pre-
cibus, ſuffragijs, & laudibus, ſuæ & aliorum ſaluti conſulere ſtu-
deant. Atque vt fidelium voluntas, ac ſtudium magis etiam ad
ſalutarem hanc conſuetudinem incitetur, de omnipotentis dei mi-
ſericordia, beatorumque Petri & Pauli apoſtolorum eius auctori
tate confiſi, omnibus, qui illis ipſis diebus, in rubricis præfini-
tis, beatæ Mariæ, vel Defunctorum Officium dixerint, toties cen
tum dies, qui vero Septem pſalmos, vel Graduales Quinquagin-
ta, de iniuncta ipſis pœnitentia relaxamus. Hoc autem concedi-
mus ſine præiudicio ſanctæ conſuetudinis illarum eccleſiarum,
in quibus Officium paruum B. Mariæ ſemper virginis in choro
dici conſueuerat: ita vt in prædictis eccleſijs ſeruetur ipſa laudabi
lis, & ſancta conſuetudo celebrandi more ſolito prædictum offi-
cium. Cęterum vt præſentes literæ omnibus plenius innote-
ſcant, mandamus illas ad valuas Baſilicæ Principis apoſtolorum
de Vrbe, & Cancellariæ apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ pu-
blicari, earumque exemplar de more affigi: Volumusque, & Apo
ſtolica auctoritate decernimus, quod poſt huiuſmodi publicatio-
nem, qui in Romana curia ſunt præſentes, ſtatim lapſo menſe, re-
liqui vero, qui intra montes, tribus, & qui vltra vbique locorum
degunt, ſex menſibus excurſis, vel cum primum venalium huius
Breuiarij voluminum facultatem habuerint, ad precandum, &
pſallen-

psallendum, iuxta illius ritum, tam in choro quam extra illum, maneant obligati: ipsarum autem literarum exempla manu Notarij publici, & sigillo Prælati ecclesiastici, aut illius curiæ obsignata, vel etiam ipsis voluminibus absque prædicto, vel alio quopiam adminiculo Romæ impressa, eandem illam vbique locorũ fidem faciant, quam ipsæ præsentes, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Sed vt Breuiarium ipsum vbique inuiolatum, & incorruptum habeatur, Prohibemus, ne alibi vsquam, in toto orbe, sine nostra, vel specialis ad id Commissarij apostolici, in singulis Christiani orbis regnis, & prouincijs deputandi, expressa licentia imprimatur, proponatur, vel recipiatur. Quoscunque vero, qui illud secus impresserint, proposuerint, vel receperint, excommunicationis sententia eo ipso innodamus. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã nostræ ablationis, abolitionis, permissionis, reuocationis, iussionis, præcepti, statuti, indulti, mandati, decreti, relaxationis, cohortationis, prohibitionis, innodationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.
Datum Romæ, Apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXVIII. Sep. Idus Iul. Pontificatus nostri Anno Tertio.

M. Dat. Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Indictione vndecima, die vero decimaquinta mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri D. Pij diuina prouidentia Papæ quinti anno tertio, Retroscriptæ literæ apostolicæ lectę, affixæ, & publicatę fuerũt ad valuas basilicę Principis apostolorum de Vrbe, Cancellarię apostolicę, & in acie campi Florę, dimissis ibidem pręsentibus literis per aliquantulum temporis spatium, vt moris est, affixis, & deinde amotis per nos Iulium Parinum & Iohannem Bornotum pręlibati sanctissimi D. N. Papę Cursores.

Antonius Clerici magister Cursorum.

AVREI NVMERI ET PASCHÆ INVENIENDI RATIO.



RDO numerorum ab vno ad decemnouem inferius descriptus, cyclus decemnouennalis Aurei Numeri dicitur, quia singulis decemnouem annis(cuique anno vnum numerum illius tribuendo)cyclus ipse expletur, & in vnũ redit: quem Romani ab Alexandrinis accipiẽtes,cum valde vtilem ad inueniendum Lunæ & Solis congressum seu coniunctionem cognouissent,Aureis literis suo Calẽdario inscripserunt. Eo Ecclesia vtitur ad inueniendum sanctum Domini Pascha,vnde & alia festa mobilia sumuntur. inuento per annos a Natiuitate Domini(quæ secundo Aurei numeri Anno fuit) Aureo numero Anni currentis, hoc modo. Anno Domini 1568. reijciantur anni 1500,& diuidant Anni 58. per 19. quibus diuisis ac etiam reiectis, supererunt 11 qui erit Aureus numerus anni currentis 1568. & eodem modo in sequentibus annis, per alios annos a Natiuitate Dñi inuenitur. Inuento Aureo numero anni currentis,per eum inuenienda est prima Luna, quæ Æquinoctiũ vernale proxime antecedit: quod Ecclesia præsupponit fieri 21. Martij, secundum tempus quo canon de celebrando Pascha in concilio Nicæno editus est, & post triduum a coniunctione(secundum Ecclesiæ consuetudinem ex lege Moysis seruatam,quando Neomenia seu noua Luna dicitur) enumeratis quatuordecim diebus, ita vt quartadecima Luna semper veniat post Æquinoctium, alioquin quatuordecim dies numerandi essent a prima Luna qui proxime post Æquinoctiũ venirent, prima Dñica post quintãdecimam diem a dicta prima Luna,ne cum Iudæis (si forte quintadecima dies esset Dñica)cõueniamus,ex decreto Victoris Papæ,& Nicænę synodi dies sanctus Paschę celebrabit. Verũ quia Aureus numerus propter quasdã temporis minutias,quibus lunaris cyclus cũ solari cursu non congruit, multis ab hinc annis ad inueniendũ nouã Lunã non deseruit,nisi per quinque dies,illis syllabis, In cę lis est hic,cõtentos,retrocedatur ab eo loco vbi in Calendario positus est, ideo ad eũ reductus est locum,qui diẽ coniunctionis Lunæ cum Sole demonstret. Ne autem in futurum,vt prius,a loco suo dimoueatur,singulis trecẽtis annis vnus dies intercalandus erit, quod fieri incipiet anno 1800. Locatus est autem hic Aureus numerus in Calendario singulis mensibus eo interuallo, vt vno mense xxix.diebus,altero xxx. idem numerus in vno mẽse ab eodẽ numero in sequente mense distet. Quod ideo factũ est,quia Luna diebus xxix.& horis fere xij.ad initiũ sui,vnde cęperat,reuertitur.

Cyclus decemnouennalis Aurei numeri incipientis ab anno 1568.

11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

TABVLA LITERARVM

Dominicalium incipientium ab anno 1568.

D	B	A	G	F	D	C	B	A	F	E	D	C	A
C				E				G				B	
G	F	E	C	B	A	G	E	D	C	B	G	F	E
		D				F				A			

IN tabula suprascripta, litera Dñcalis singulis annis, hoc pacto inuenitur. Prima litera, quæ est DC tribuatur anno 1568. sequens quæ est B tribuatur anno 1569. sicque deinceps progrediẽdo quousq; perueniatur ad numerum anni, cui⁹ litera quæritur: quia litera, sup quã cadit numerus illius anni, erit litera Dominicalis. Quę si vnica occurrerit, annus communis intelligitur: si duplex, bissextilis. Et tunc prior idest superior, vsq; ad festum S. Matthiæ apostoli deseruiet, inferior. autem ad reliquam anni partẽ accommodabitur. Finitis autẽ xxviij. annis, redeundum est ad principium cum annis tunc ocurrentibus.

Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori festo S. Andreæ vel ipsa die S. Andreæ, si in Dominica venerit.

Quatuor tempora celebrantur iiij. & vj. feria ac Sabbatho post tertiam Dominicam Aduentus; post primam Dominicã Quadragesimę: post Pentecosten: & post festum Exaltationis sanctæ Crucis.

AD maiorem cõmoditatem inueniendi Festa mobilia, posita est sequẽs tabula: in qua ex regulis superius datis inuẽta litera Dñicali, & apud eam Aureo numero anni currẽtis; ad rectam lineam eiusdem Aurei numeri progrediẽdo, oĩa festa mobilia illius anni, quo die, & mẽse aduenerint, reperiũtur. In anno autẽ bissextili semper Septuagesima quærenda est per primam literã Dominicalẽ. Quod si ipsa Septuagesima venerit ante iiij. Idus Februarij, etiã dies Cinerum per ipsam primam literam debet quęri. Si vero Septuagesima post iiij. Idus Februarii venerit, dies Cinerũ cum reliquis festis mobilibus quęrenda est per secũdam literam Dominicalẽ, quę mutatur in festo S. Matthię.

¶ Hoc pacto. Anno Dñi 1570. litera dñicalis currebat A & Aureus numerus erat 13. vade ad literam dñicalẽ A vbi reperies Aureum numerum 13, in secunda linea, & in eadem linea inuenies festa mobilia, s. 22. Ianuarij Septuagesi. 8. Februarij Quadrag. 26. Martij Pascha, & reliqua. Quod si fuerit annus bissextilis, qui erit 1572. F lra dñicalis, & Aureus numerus 15, inuenies Septuage. 3. Februa. Quadragesi. 20. Februa. Et quia duobus diebus supersedetur in festo S. Matthiæ, & mutatur litera dominicalis, & accipitur E per reliquam anni partem. Ideo ascende ad literam E & post aureum numerum 15. post secundã casellulã inuenies Pascha 6. die Aprilis, cũ reliquis festis in eadẽ linea.

Tabula Festorum

Litera dominicalis.	Aureus numerus.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Dies Paschę
A	1 4 9 12	5 Februa.	22 Februa.	9 Aprilis
	2 5 13 16	22 Janua.	8 Februa.	26 Martij
	3 6 11 14 17	12 Februa.	1 Martij	16 Aprilis
	7 10 15 18	29 Janua.	15 Februa.	2 Aprilis
	8 19	19 Februa.	8 Martij	23 Aprilis
B	1 9 12 17	6 Februa.	23 Februa.	10 Aprilis
	2 5 13 16	23 Janua.	9 Februa.	27 Martij
	3 6 11 14	13 Februa.	2 Martij	17 Aprilis
	4 7 10 15 18	30 Janua.	16 Februa.	3 Aprilis
	8 19	20 Februa.	9 Martij	24 Aprilis
C	1 6 9 12 17	7 Februa.	24 Februa.	11 Aprilis
	2 5 10 13 16	24 Janua.	10 Februa.	28 Martij
	3 11 14 19	14 Februa.	3 Martij	18 Aprilis
	4 7 15 18	31 Janua.	17 Februa.	4 Aprilis
	8	21 Februa.	10 Martij	25 Aprilis
D	1 6 9 17	8 Februa.	25 Februa.	12 Aprilis
	2 5 10 13	25 Janua.	11 Februa.	29 Martij
	3 8 11 14 19	15 Februa.	4 Martij	19 Aprilis
	4 7 12 15 18	1 Februa.	18 Februa.	5 Aprilis
	16	18 Janua.	4 Februa.	22 Martij
E	1 4 7 12 15	2 Februa.	19 Februa.	6 Aprilis
	2 10 13 18	26 Janua.	12 Februa.	30 Martij
	3 8 11 19	16 Februa.	5 Martij	20 Aprilis
	5 16	19 Janua.	5 Februa.	23 Martij
	6 9 14 17	9 Februa.	26 Februa.	13 Aprilis
F	1 4 12 15	3 Februa.	20 Februa.	7 Aprilis
	2 10 13 18	27 Janua.	13 Februa.	31 Martij
	3 6 7 9 14 17	10 Februa.	27 Februa.	14 Aprilis
	5 16	20 Janua.	6 Februa.	24 Martij
	8 11 19	17 Februa.	6 Martij	21 Aprilis
G	1 4 9 12 15	4 Februa.	21 Februa.	8 Aprilis
	2 7 10 18	28 Janua.	14 Februa.	1 Aprilis
	3 6 14 17	11 Februa.	28 Februa.	15 Aprilis
	5 13 16	21 Janua.	7 Februa.	25 Martij
	8 11 19	18 Februa.	7 Martij	22 Aprilis

Mobilium.

Ascensio Domini.	Dies Pentecostes.	Corpus Domini.	Dñicę post Pentecostē.	Aduentus Domini.
18 Maij	28 Maij	8 Junij	26	3 Decem.
4 Maij	14 Maij	25 Maij	28	3 Decem.
25 Maij	4 Junij	15 Junij	25	3 Decem.
11 Maij	21 Maij	1 Junij	27	3 Decem.
1 Junij	11 Junij	22 Junij	24	3 Decem.
19 Maij	29 Maij	9 Junij	25	27 Nouēb.
5 Maij	15 Maij	26 Maij	27	27 Nouēb.
26 Maij	5 Junij	16 Junij	24	27 Nouēb.
12 Maij	22 Maij	2 Junij	26	27 Nouēb.
2 Junij	12 Junij	23 Junij	23	27 Nouēb.
20 Maij	30 Maij	10 Junij	25	28 Nouēb.
6 Maij	16 Maij	27 Maij	27	28 Nouēb.
27 Maij	6 Junij	17 Junij	24	28 Nouēb.
13 Maij	23 Maij	3 Junij	26	28 Nouēb.
3 Junij	13 Junij	24 Junij	23	28 Nouēb.
21 Maij	31 Maij	11 Junij	25	29 Nouēb.
7 Maij	17 Maij	28 Maij	27	29 Nouēb.
28 Maij	7 Junij	18 Junij	24	29 Nouēb.
14 Maij	24 Maij	4 Junij	26	29 Nouēb.
30 Aprilis	10 Maij	21 Maij	28	29 Nouēb.
15 Maij	25 Maij	5 Junij	26	30 Nouēb.
8 Maij	18 Maij	29 Maij	27	30 Nouēb.
29 Maij	8 Junij	19 Junij	24	30 Nouēb.
1 Maij	11 Maij	22 Maij	28	30 Nouēb.
22 Maij	1 Junij	12 Junij	25	30 Nouēb.
16 Maij	26 Maij	6 Junij	26	1 Decem.
9 Maij	19 Maij	30 Maij	27	1 Decem.
23 Maij	2 Junij	13 Junij	25	1 Decem.
2 Maij	12 Maij	23 Maij	28	1 Decem.
30 Maij	9 Junij	20 Junij	24	1 Decem.
17 Maij	27 Maij	7 Junij	26	2 Decem.
10 Maij	20 Maij	31 Maij	27	2 Decem.
24 Maij	3 Junij	14 Junij	25	2 Decem.
3 Maij	13 Maij	24 Maij	28	2 Decem.
31 Maij	10 Junij	21 Junij	24	2 Decem.

Modus inueniendi, quota sit Luna cuiusque mensis, per Epactam.

EPacta nihil aliud est, nisi numerus vndecim dierum: quia in anno communi solari Luna facit 12. coniunctiones cum Sole: & 11. dies superant tertiædecimę: & hi 11. dies sunt Epacta: cuius ordo sic procedit. Anno 1568. est Epacta 1. sequenti anno ad numerum 1. Epactę precedentis anni addendo 11. erit Epacta 12. tertio anno ad 12. addẽdo 11. erit Epacta 23. quarto anno ad 23. addendo 11. erunt numeri 34. qui superant vnam lunationem: e quibus demptis 30. remanent 4. & sic semper a principio procedendo cum 11. habebitur Epacta anni currentis: vt in subiecto Cyclo numerorum ponitur. Qui annus incipit pro mutando Epactam in Calendis Martij. Animaduertendum tamen, quod eo anno, quo Epacta erit 29. sequenti anno additur ad 29. 12. ita vt remaneat Epacta 11. in alijs vero seruatur quod dictum est, addendo semper 11. Ad inueniendum ergo, quot dies habeat Luna, numero Epactę anni currentis addantur tot dies, quot sunt Calẽdæ mensium precedentium Calendis Martij vsque ad mensem, cuius queritur quota sit Luna: addantur preterea tot numeri, quot sunt dies eiusdem mensis: & omnibus numeris simul computatis, inuenietur quot dies habeat Luna in illo mense. Quod si numerus aggregatus ex supradictis superaret 30. abiectis 30. quod superest, sunt dies Lunę.

Formatur autem Epacta ab Aureo numero hoc modo.

Annu.	1 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
Epacta.	11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20. 1. 12. 23. 4. 15. 26. 7. 18. 29.

Cyclus numerorum Epactę incipiẽtium ab anno 1568. in Calendis Martij.

1. 12. 23. 4. 15. 26. 7. 18. 29. 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20.

De Indictione.

INdictio est spatium 15. annorum, & singulis annis tribuitur aliquis numerus Indictionis ab vno ad quindecim per ordinem: deinde a principio repetatur. Anno igitur 1568. currit Indictionis numerus 11. sequenti anno 12. Tertio anno 13. Quarto 14. Quinto 15. Sexto 1. & deinceps in alijs vsque ad 15. prosequendo, & repetendo vt supra.

IANVARIVS

Au.	nu.			Habet dies xxxj. Luna vero xxix.
xix	A	Calendas.	1	Circuncisio Domini. duplex. folio.98.
viij	b	iiij	2	Oct.S.Stephani.101. dup cum cõm. Oct.
	c	iij	3	Oct.S. Iohã.102. dup.cũ cõ.Octa.Inno.
xvj	d	Prid.No.	4	Octaua SS.Innocentum.103. duplex.
v		Nonis	5	Vigilia.104.
	f	viij	6	Epiphania Domini. 105.duplex.
xiij	g	vij	7	De Octaua Epiphanię.108.
ij	A	vj	8	De Octaua.
	b	v	9	De Octaua.
x	c	iiij	10	De Octaua
	d	iij	11	De Octa. ⁊ cõme.S.Higinij papę ⁊ m̃.366
xviij	e	Prid.id.	12	De Octaua.
vij	f	Idibus	13	Octaua Epiphanię.115. duplex.
	g	xix	14	Hilarij epi, ⁊ confessoris. semid. ⁊ comme. S.Felicis presbyteri ⁊.marty.366.
xv	A	xviij	15	Pauli primi eremitę.367. semid. ⁊ cõme. S.Mauri abbatis,367
iiij	b	xvij	16	Marcelli Papę ⁊ martyris.368. semid.
	c	xvj	17	Antonij Abbatis. 368.duplex.
xij	d	xv	18	Cathedra S. Petri Romę. 369.dup. ⁊ cõ. S. Priscę virginis ⁊ martyris.369.
j	e	xiiij	19	Marij, Marthę, Audifax, ⁊ Abachum, martyrum.361.
	f	xiij	20	Fabiani ⁊ Sebastiani martyrũ. 371.dup.
ix	g	xij	21	Agnetis virginis ⁊ martyris.372. dupl. ⁊
	A	xj	22	Vincentij ⁊ Anastasij mart.363. semi.
xvij	b	x	23	Emerentianę virginis ⁊ martyris.373.
vj	c	ix	24	Timothei episcopi ⁊ martyris.374.
	d	viij	25	Cõuersio S. Pauli [illegible] 374. duplex.
xiiij	e	vij	26	Polycarpi episcopi ⁊ martyris.376.
iij	f	vj	27	Iohannis Chrysosto.epi,⁊ conf.376.
xj	g	v	28	Agnetis secundo.377.
	A	iiij	29	
xix	b	iij	30	
viij	c	Pridi.cal.	31	

FEBRVARIVS

An.nu. ... es xxviij. Luna vero xxx.

	d	Calendis.	1	Ignatij epi ⁊ martyris. ſemiduplex. 377.
xvj	e	iiij	2	Purificatio beate Marie. Duplex. 378.
v	f	iij	3	Blaſij epiſcopi ⁊ martyris. 380.
	g	Pri. No.	4	
xiij	A	Nonis	5	Agathe virginis, ⁊ marty. ſemidup. 380.
ij	b	viij	6	Dorothee virginis ⁊ martyris. 382.
	c	vij	7	
x	d	vj	8	
	e	v	9	Apollonie virginis ⁊ martyris. 382.
xviij	f	iiij	10	
vij	g	iij	11	
	A	Pri. id.	12	
xv	b	Idibus	13	
iiij	c	xvj	14	Ualentini martyris. 382.
	d	xv	15	Fauſtini ⁊ Iouite martyrum. 382.
xij	e	xiiij	16	
	f	xiij	17	
j	g	xij	18	Simeonis epiſcopi ⁊ martyris. 383.
ix	A	xj	19	
	b	x	20	
xvij	c	ix	21	
vj	d	viij	22	Cathedra S. Petri Antiochie. dup. 383.
	e	vij	23	Uigilia. 383.
xiiij	f	vj	24	Matthie apoſtoli. duplex. 383.
iij	g	v	25	
	A	iiij	26	
xj	b	iij	27	
	c	Prid. cal.	28	

¶ Anno biſſextili additur vnus dies ⁊ fit 29. ⁊ feſtum s. Matthie celebratur die 25. ⁊ bis dicitur vj calendas 24. ⁊ 25. die: ⁊ litera Dominicalis mutatur in ſuperiorem, ſi fit d in c, ſi fit c in b ⁊ in alijs ſimiliter: qui biſſextus fuit 1568. ⁊ erit 1572. Et ſic quarto quoque anno.

MARTIVS

Añ.nu. Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

xix	d	Calendis.	1	
viij	e	vj	2	
	f	v	3	
xvj	g	iiij	4	
v	A	iij	5	
	b	Pri.No.	6	
xiij	c	Nonis	7	Sancti Thome de Aquino cõfes. dup. 284. & commemora. Sanctarum Perpetue, & Felicitatis martyrum. 384.
ij	d	viij	8	
	e	vij	9	Quadraginta martyrum. Semiduplex. 285.
x	f	vj	10	
	g	v	11	
xviij	A	iiij	12	Gregorij pape & confessoris, & Ecclesie doctoris. duplex. 385.
vij	b	iij	13	
	c	Pri.id.	14	
xv	d	Idibus	15	
iiij	e	xvij	16	
	f	xvj	17	
xij	g	xv	18	
j	A	xiiij	19	Joseph confessoris. duplex. 387.
	b	xiij	20	
ix	c	xij	21	Benedicti Abbatis. duplex. 387.
	d	xj	22	
xvij	e	x	23	
vj	f	ix	24	
	g	viij	25	Annunciatio beate Marie. duplex. 388.
xiiij	A	vij	26	
iij	b	vj	27	
xj	c	v	28	
	d	iiij	29	
xix	e	iij	30	
viij	f	Pri.cal.	31	

A P R I L I S

Au.nu. Habet Dies xxx. Luna vero xxx.

	g	Calendas.	1	
xvj	A	iiij	2	
v	b	iij	3	
	c	Prid.No.	4	
xiij	d	Nonis.	5	
ij	e	viij	6	
	f	vij	7	
x	g	vj	8	
	A	v	9	
xviij	b	iiij	10	
vij	c	iij	11	Leonis pape & confessoris. dup. 389.
	d	Prid.Id.	12	
xv	e	Idibus.	13	
iiij	f	xviij	14	Tyburtij, Valeriani, & Maximi martyrum.390.
	g	xvij	15	
xij	A	xvj	16	
j	b	xv	17	Aniceti pape & martyris.391.
	c	xiiij	18	
ix	d	xiij	19	
	e	xij	20	
xvij	f	xj	21	
vj	g	x	22	Sotheris, & Caij pontificum, & martyrum.391. semiduplex.
	A	ix	23	Georgij martyris.391. semiduplex.
xiiij	b	viij	24	
iij	c	vij	25	Marci Euangeliste. 391. duplex.
	d	vj	26	Cleti, & Marcellini pontificum, & martyrum.392. semiduplex.
xj	e	v	27	
	f	iiij	28	Vitalis martyris.392.
xix	g	iij	29	
viij	A	Prid. cal.	30	

MAIVS

Au.nu.		Habet dies xxxj.		Luna vero xxix.
xvj	b	Calendis.	1	Philippi & Iacobi Apostolo℞.392.dup.
v	c	vj	2	Athanasij episcopi, & confessoris.394. duplex.
	d	v	3	Inuẽtio S.Crucis.395.duplex. & cõme. Alexandri, Euentij, Theoduli, ac Iuuenalis martyrum.395.
xiij	e	iiij	4	Monicę viduę.398.
ij	f	iij	5	
	g	Pri.No.	6	Iohannis ante portam Latinã.398.dup.
x	A	Nonis	7	
	b	viij	8	Apparitio S.Michaelis.398. dup.
j	c	vij	9	Sancti Gregorij Theologi episcopi, & cõfessoris.399. duplex.
xviij	d	vj	10	Gordiani, & Epimachi martyrum.399.
vij	e	v	11	
	f	iiij	12	Nerei, Achilei, & Pãcratij marty℞.400.
xv	g	iij	13	
iiij	A	Pri.Id.	14	Bonifacij martyris.400.
	b	Idibus	15	
xij	c	xvij	16	
j	d	xvj	17	
	e	xv	18	
ix	f	xiiij	19	Pudentianę virginis.400.
	g	xiij	20	
xvij	A	xij	21	
vj	b	xj	22	
	c	x	23	
xiiij	d	ix	24	
iij	e	viij	25	Vrbani papę & martyris.400.
xj	f	vij	26	Eleutheri, Papę & martyris.401.
	g	vj	27	Iohannis papę & martyris.401.
	A	v	28	
xix	b	iiij	29	
viij	c	iij	30	Felicis Papę & martyris.401.
xvj	d	Prid.cal.	31	Petronillę virginis.491.

B.B.R.

I V N I V S

An.nu. Habet dies xxx. Luna vero xxx.

v	e	Calendis.	1	
	f	iiij	2	Marcellini, Petri, ⁊ Erasmi marty. 402.
xiij	g	iij	3	
ij	A	Pri. No.	4	
	b	Nonis	5	
x	c	viij	6	
	d	vij	7	
xviij	e	vj	8	
vij	f	v	9	Primi, ⁊ Feliciani martyrum. 402.
	g	iiij	10	
xv	A	iij	11	Barnabę apostoli. duplex. 402.
iiij	b	Pri. Id.	12	Basilidis, Cyrini, Naboris, ⁊ Nazarij martyrum. 403.
	c	Idibus	13	
xij	d	xviij	14	Basilij Magni epi, ⁊ cõfes. 403. duplex.
j	e	xvij	15	Viti, ⁊ Modesti, ⁊ Crescentię mart. 404.
	f	xvj	16	
ix	g	xv	17	
	A	xiiij	18	Marci, ⁊ Marcelliani martyrum. 404.
xvij	b	xiij	19	Geruasij, ⁊ Protasij martyrum. 405.
vj	c	xij	20	Syluerij papę, ⁊ martyris. 405.
	d	xj	21	
xiiij	e	x	22	Paulini episcopi, ⁊ confessoris. 405.
iij	f	ix	23	Vigilia. 405.
	g	viij	24	Natiuitas S. Johan. Baptistę. 406. dup.
xj	A	vij	25	De Octaua sancti Johannis. 409.
	b	vj	26	Johannis, ⁊ Pauli martyrũ. 409. semid. cum cõm. Octauę S. Johannis. 410.
xix	c	v	27	De Octaua. 411.
viij	d	iiij	28	Leonis papę, ⁊ confessoris. 411. semid. cum comme. Octauę. ⁊ Vigilię. 422.
	e	iij	29	Petri ⁊ Pauli aplorum. 412. duplex.
xvj	f	Prid. cal.	30	Commemoratio sancti Pauli apli. 415. duplex. cum commem. Octauę Sancti Johannis. 417.

IVLIVS

Au.nu.		Habet dies xxxj.		Luna vero xxix.
v	g	Calendis.	1	Oct. s. Io. Bap. 417. dup. cū cō. Oc.ap. 417
	A	vj	2	Visitatio B. Marię. 417. dup. cū cō. Oct. aplor. ⁊ ss. Processi, ⁊ Martin. m̄. 417
xiij	b	v	3	De Octaua Apostolorum. 418.
ij	c	iiij	4	De Octaua. 419.
	d	iij	5	De Octaua. 420.
x	e	Prid. No.	6	Oct. Aplorū Petri, ⁊ Pauli. 421. dup.
	f	Nonis	7	
xviij		viij	8	
vij	A	vij	9	
	b	vj	10	Septē fratrum m̄. ⁊ SS. Rufinę, ac Secūdę virginum, ⁊ martyrū. 421. semid.
xv	c	v	11	Pij papę, ⁊ martyris. 422.
iiij	d	iiij	12	Naboris, ⁊ Felicis martyrum. 423.
	e	iij	13	Anacleti Papę, ⁊ martyris. 423. semid.
xij	f	Prid. Id.	14	Bonauēturę pont. ⁊ confess. 423. semid.
j	g	Idibus	15	
	A	xvij	16	
ix	b	xvj	17	Alexij confessoris. 423.
	c	xv	18	Symphorosę cum septem filijs mar. 423.
xvij	d	xiiij	19	
vj	e	xiij	20	Margaritę virginis, ⁊ martyris. 423.
	f	xij	21	Praxedis virginis. 424.
xiiij	g	xj	22	Marię Magdalenę. 424. duplex.
iij	A	x	23	Apollinaris episcopi, ⁊ mar. 426. semid.
xj	b	ix	24	Vigilia. ⁊ cō. S. Christinę virg. ⁊ m̄. 426.
	c	viij	25	Iacobi Apostoli. 426. dup. ⁊ cō. S. Christophori mar. 427.
xix	d	vij	26	
	e	vj	27	Pantaleonis martyris. 427.
viij	f	v	28	Nazarij, Celsi, ⁊ Victoris mar. ⁊ Innocētij papę, ⁊ confess. semidup. 428.
xvj	g	iiij	29	Marthę virg. 428. semid. ⁊ cō. SS. Felicis, Simplicij, Faustini, ⁊ Beatricis m̄.
v	A	iij	30	Abdon, ⁊ Sennen martyrum. 429.
	b	Prid. cal.	31	

AVGVSTVS

An. nu. Habet dies xxxj. Luna vero xx.

xiij	c	Calendis.	1	Petri ad vinc. 429. du. ꝛ cō SS. Mach
ij	d	iiij	2	Stephani papę ꝛ mart. 431. (mar. 430.
	e	iij	3	Inuētio S. Stephani ꝓtom. 431. semid.
x	f	Prid. No.	4	Dominicis confessoris. 432. duplex.
	g	Nonis	5	Dedicatio S. Marię ad Niues. 432. dup.
xviij	A	viij	6	Trāsfiguratio dñi. 434. dup. ꝛ cōm. SS. Sixti, Felicissimi ꝛ Agapiti m. 434.
vij	b	vij	7	Donati episcopi ꝛ martyris. 437.
	c	vj	8	Cyriaci, Largi, ꝛ Smarag. m. 437. semid.
xv	d	v	9	Vigilia. ꝛ cōm. S. Romani marty. 438.
iiij	e	iiij	10	Laurentij martyris. 438. duplex.
	f	iij	11	De Octaua S. Laurētij. cū cōm SS. Tyburtij ꝛ Susannę martyrum. 440.
xij	g	Prid. Id.	12	De octaua. ꝛ cōme. S. Clarę virg. 441.
j	A	Idibus	13	De Oct. ꝛ cō. ss. Hippoliti ꝛ soc. m. 442.
	b	xix	14	De Oct. cū cō. Vigil. ꝛ s. Eusebij ꝓf. 443.
ix	c	xviij	15	Assumptio. B. Marię virg. 444. duplex.
	d	xvij	16	De Oc. Assūp. b. m. 446. cū cō Oc. s. Lau.
xvij	e	xvj	17	Oc. s. Laurētij. 447. dup. ꝛ cō. Oc. Assūp.
vj	f	xv	18	De Oct. 447. ꝛ cōm. S. Agapiti mart.
	g	xiiij	19	De Octaua 449.
xiiij	A	xiij	20	Bernardi abba. 450. dup. cū cō. Octauę
iij	b	xij	21	De Octaua. 451. (assump. 450.
	c	xj	22	Octaua assump. b. Marię. 452. dup. ꝛ cō. SS. Timothei, ꝛ sociorum mart. 452.
xj	d	x	23	Vigilia. 453.
xix	e	ix	24	Barth. apli. 453. du. Romę celeb. 25. die
	f	viij	25	Ludouici confessoris. 454.
viij	g	vij	26	Zepherini papę, ꝛ martyris. 454.
	A	vj	27	
xvj	b	v	28	Augustini epi cōf. ꝛ Eccl. Doct. 454. dup. ꝛ cōmme. S. Hermetis martyris. 454
v	c	iiij	29	Decollatio S. Iohā. Bap. 455. dup. ꝛ cō. S. Sabinę martyris. 455.
	d	iij	30	Felicis ꝛ Adaucti martyrum. 456.
xiij	e	Prid. Cal.	31	

SEPTEMBER

Au.nu. Habet Dies xxx. Luna vero xxix.

iij	f	Calendis.	1	Egidij Abb. 456. ⁊ cõm. SS. m. duode-
	g	iiij	2	(cim fratrũ.456.
x	A	iij	3	
	b	Prid.No.	4	
xviij	c	Nonis	5	
vij	d	viij	6	
	e	vij	7	
xv	f	vj	8	Natiuitas B. Marię. 457. dupl. ⁊ cõme. S. Adriani martyris.458.
iiij	g	v	9	De Oct.s. Marię.459. ⁊ cõm. S. Gorgo-
	A	iiij	10	De Octaua.459. (nij m.459.
xij	b	iij	11	De Oc.460. ⁊ cõss. Proti,⁊ Iacyn.m.460
j	c	Prid.id.	12	De Octaua.461.
	d	Idibus	13	De Octaua.462.
ix	e	xviij	14	Exaltatio Sanctę Crucis.463. duo.cũ cõ. Octauę S. Marię.465.
	f	xvij	15	Octaua Natiuita. B. Marię. dup. ⁊ cõm. S. Nicomedis martyris.465.
xvij	g	xvj	16	Cornelij,⁊ Cypriani põtifi. ⁊ marty.466. semid.⁊ cõ. SS. Eufemię, Lucię,⁊ Ge-
vj	A	xv	17	(miniani mar. 466.
	b	xiiij	18	
xiiij	c	xiij	19	(mar.467.
iij	d	xij	20	Vigilia.467. ⁊ cõm. SS. Eustachij ⁊ soc.
	e	xj	21	Matthei apostoli.467. duplex.
xj	f	x	22	Mauritij ⁊ sociorum martyrum.468.
xix	g	ix	23	Lini papę ⁊ marty.468. semid.⁊ cõ. S. Te- cle virginis ⁊ mart.468.
	A	viij	24	
viij	b	vij	25	
	c	vj	26	Cypriani ⁊ Iustinę martyrum.469.
xvj	d	v	27	Cosmę ⁊ Damiani marty.469. semid.
v	e	iiij	28	
xiij	f	iij	29	Dedic. S. Michaelis Archãg. 469. dup.
ij	g	Prid.cal.	30	Hieronymi presb.cõf.⁊ eccl.doc. 471.dup.

OCTOBER

An. nu. Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

	A	Calendis.	1	Remigij episcopi, & confessoris. 473.
x	b	vj	2	
	c	v	3	
xviij	d	iiij	4	Francisci confessoris. 473. duplex.
vij	e	iij	5	
	f	Prid. No.	6	
xv	g	Nonis.	7	S. Marci pp, & cfess. & cõme. SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij mar. 474.
iiij	A	viij	8	
	b	vij	9	Dionysij, Rustici, & Eleutherij mar. 474. semiduplex.
xij	c	vj	10	
j	d	v	11	
	e	iiij	12	
ix	f	iij	13	
	g	Prid. Id.	14	Calisti papę, & martyris. 475. semidup.
xvij	A	Idibus.	15	
vj	b	xvij	16	
	c	xvj	17	
xiiij	d	xv	18	Lucę Euangelistę. 475. duplex.
iij	e	xiiij	19	
	f	xiij	20	
xj	g	xij	21	Hilarionis Abbatis. 475. & cõ. ss. Ursulę, & sociarũ virginum, & martyrum. 475.
	A	xj	22	
xix	b	x	23	
viij	c	ix	24	
	d	viij	25	Chrysanti, & Darię martyrum. 476.
xvj	e	vij	26	Euaristi papę, & martyris. 476.
v	f	vj	27	Vigilia. 476.
	g	v	28	Simonis, & Iudę Apostolorum. 476. dup.
xiij	A	iiij	29	
ij	b	iij	30	
	c	Prid. cal.	31	Vigilia. 477.

NOVEMBER

Au.nu. Habet Dies xxx. Luna vero xxix.

x	d	Calendis.	1	Festum omnium Sanctorum. 477. dup.
	e	iiij	2	Commemoratio omnium fideliu defunct. 554. dup. & de Octa. omniu Sanctorum. 482.
xviij	f	iij	3	De Octaua. 482.
vij	g	Prid. No.	4	De Oct. & co. ss. Vitalis, & Agric. m, 483.
	A	Nonis	5	De Octaua. 484.
xv	b	viij	6	De Octaua. 485.
iiij	c	vij	7	De Octaua. 486.
	d	vj	8	Octaua oium sanctorum. 487. dup. & comme. SS. Quatuor Coronatoru mart. 486.
xij	e	v	9	Dedicatio Basilice Saluato. 487. dup. & comme. S. Theodori martyris. 487.
j	f	iiij	10	Tryphonis, Respicij, & Nymphe. m. 488.
	g	iij	11	Martini epi, & co. 489. du. & cos. Mene. m.
ix	A	Prid. id.	12	Martini pape & martyris. 490. semidup.
	b	Idibus	13	S. Ordaci ele a li 12 de lo medesimo mese
xvij	c	xviij	14	
vj	d	xvij	15	
	e	xvj	16	
xiiij	f	xv	17	Gregorij Thaumaturgi epi, & confes. 491.
iij	g	xiiij	18	Dedic. Basilice Petri, & Pauli. 491. du.
xj	A	xiij	19	Pontiani pape, & martyris. 491.
	b	xij	20	
xix	c	xj	21	
viij	d	x	22	Cecilie virginis & mart. 492. semid.
	e	ix	23	Clementis Pape, & mar. 494. semidup. & comme. S. Felicitatis mart.
xvj	f	viij	24	Chrysogoni martyris. 495.
v	g	vij	25	Catharine virginis & martyris. 495. dup.
	A	vj	26	Petri Alexandrini episcopi, & mar. 496.
xiij	b	v	27	
ij	c	iiij	28	
	d	iij	29	Vigilia. & com. S. Saturnini mar. 358.
x	e	Prid. cal.	30	Andree Apostoli. 358. duplex.

DECEMBER

Nu.nu. Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

	f	Calendis.	1	
xviij	g	iiij	2	Bibianę virginis & martyris.361.
vij	A	iij	3	
	b	Prid. No.	4	Barbarę virginis & marty. 361. cōme.
xv	c	Nonis.	5	Sabbę Abbatis.361. cōmemo.
iiij	d	viij	6	Nicolai episcopi & confess.361. semid.
	e	vij	7	Ambrosij epi.conf.& eccl.doct. 362. dup.
xij	f	vj	8	Conceptio beatę Marię. 363.dup.
j	g	v	9	
	A	iiij	10	Melchiadis Papę,& mar.364. cōme.
ix	b	iij	11	Damasi Papę,& confessoris.364. semid.
	c	Prid. Id.	12	
xvij	d	Idibus.	13	Lucię virginis,& martyris. 364 dup.
vj	e	xix	14	
	f	xviij	15	
xiiij	g	xvij	16	O S.
iij	A	xvj	17	
	b	xv	18	
xj	c	xiiij	19	
	d	xiij	20	Vigilia.
xix	e	xij	21	Thomę apostoli.365.duplex.
viij	f	xj	22	
	g	x	23	
xvj	A	ix	24	Vigilia.83.
v	b	viij	25	Natiuitas Dni nři Iesu Chři. 84.dup.
	c	vij	26	Stephani ptom.88.dup. & cō. Oc. Nati.
xiij	d	vj	27	Iohannis Apostoli & euãgelistę.90. dup. & cōmemo. Octauarum.
ij	e	v	28	Innocentium m. 92.dup. & cōme. Octa.
	f	iiij	29	Thomę Cantuar.epi & mart. 94. semidu. & cōmemo. Octauarum.
x	g	iij	30	De dñica infra Oct. Nati.95 vel de Oct. cum cōme.aliarum Octauarum.
	A	Prid. cal.	31	Syluestri papę & cōfes.97.dup. cū cōm. Octauarum.

RVBRICÆ GENERALES
BREVIARII.

Officium quotidie fit aut Duplex, aut Semiduplex, aut Simplex.

De Officio Duplici.


Fficium fit duplex in diebus a feria quinta in Cęna dñi vſq; ad feriam tertiam Paſchę incluſiue, in Dñica in Albis, in Aſcenſione Dñi, in Pentecoſte, & duobus diebus ſequẽtibus incluſiue: in feſto Trinitatis, Corporis Chriſti, Dedicationis proprię eccleſię: in feſtis, quibus in Calẽdario apponitur hęc vox, Duplex: in die octaua feſti habentis octauam: In feſto Patroni vnius vel plurium alicuius loci, vel Titularis eccleſię: & in feſtis ſanctorum qui apud quaſdam Eccleſias, Religiones, vel Congregationes conſueuerunt ſolenniter celebrari, cum eorum octauis conſuetis, & officiis propriis a Sede Apoſtolica approbatis, aut ex eiuſdem Sedis auctoritate receptis, vel recipiendis, ſeruata tamen forma huius Breuiarij: alioquin de Cõi: etiã ſi prędicta feſta in eius Calendario non ſint deſcripta. Pręterea officiũ fit duplex pro defunctis in Cõme. oĩum fidelium defunctorum, & pręſente corpore, vt in eius officio dr̃ circa finem Breuiarij. ¶ Feſtum duplex celebratur eo die quo cadit, niſi illud cõtingat transferri, vt dicitur in rubrica de Tranſlatione feſtorum. ¶ Habet primas & ſecundas Veſperas integras, niſi cum alio ſimili concurrat, vt dicitur in rubrica de Concurrentia officij: & totum officium fit de duplici, incipiendo a primis Veſperis vſq; ad Completorium ſequentis diei incluſiue: exceptis tribus diebus maioris Hebdomadę ante Paſcha, in quibus officium duplex incipit a Matutino: & vigilia Natiuitatis Domini, in qua officium duplex incipit a Laudibus. Officium autem defunctorum habet tantum primas Veſperas, Matutinum, & Laudes, vt circa finem Breuiarij ponitur. ¶ In vtriſq; Veſperis, Matutino, & Laudibus tantũ, non autem in aliis Horis, duplicantur antiphonę. ¶ Ad Matutinum regulariter dicuntur tres nocturni, cum nouem pſalmis, & totidem lectionibus, pręterquã in Paſchate Reſurrectionis, & Pẽtecoſte cum duobus ſequẽtibus diebus, in quibus dr̃ vnum tm̃ nocturnum cum tribus pſalmis, & totidem lectionibus, ſub officio duplici, vt ibi. ¶ Quomodo ſit ordinãdum officiũ duplex in Veſperis, Matutino, & cęteris Horis

B.R.N.  ſimiliter

similiter & de Añis, Responsoriis, Versibus, Capłis, & aliis in eo dicẽdis, hñtur inferius de singulis ꝓpriç rubricę. ¶ Preces & suffragia de Sãcta Maria, Apostolis, & Pace, in officio duplici non dicuntur, vt etiam in propriis eorum rubricis dicitur.

De officio Semiduplici.

Officiũ fit semiduplex diebus Dñicis & infra octauas: Hoc est, Dñicę per annum excepta Dñica in albis quę fit duplex, & dies infra octauas celebrantur sub officio semiduplici. Item officiũ fit semiduplex in festis, quibus in Calẽdario ponitur hęc vox, semiduplex. ¶ Item in festis propriis quorundam locorum, seu congregationũ, quę solennius apud illas quam simplicia consueuerunt celebrari. ¶ De festo semiduplici fit eo die quo cadit, nisi contingat transferri, vt dr̃ in rubrica de Translatione festorum. ¶ Habet totum officium integrum sicut duplex, sed non duplicãtur añę. ¶ Ad Matutinum dñr tres nocturni, prçterquam infra octauas Paschę, & Pentecostes: in quibus dr̃ vnũ nocturnum cum tribus psalmis, & totidem lectionibus: & regulariter qñ dñr tres nocturni, Dñicis exceptis, dñr nouem psalmi, & totidem lectiones. ¶ Quomodo sit ordinandum offiñ semiduplex tam in festis, quam in Dñicis, & ĩfra oct. item & de Añis, Versibus, Rñsoriis, & huiusmodi aliis, & qñ in semiduplici dñr preces ad Primam, & Completorium, & ad Vesperas, & Laudes suffragia, seu Cõmemorationes cões de sancta Maria, Apostolis, & Pace, habentur inferius de singulis propriç rubricç.

De officio Simplici.

Officium fit simplex in diebus ferialibus qñ occurrit fieri de feria: hoc est officium de feria est simplex: vt in propria rubrica dicitur. Item officium fit simplex, in festis quibus in Calendario non apponitur hęc vox, Duplex, vel Semidup. vel de octa. ¶ De festo simplici fit eo die quo cadit: nisi eodem die occurrat fieri officium nouem lectionum, vel de S. Maria in Sabbatho, vel de feria, cui festũ simplex cedit: vt dr̃ in rubrica de Commemorationibus. ¶ Habet tm̃ primas Vesperas a Capitulo, nisi cum eo cõcurrat festum nouem lectionum, Dñica, vel octaua: vt dr̃ in rubrica de Concurrentia officij: & eius offiñ terminatur ad Nonam. Post Nonam nihil amplius fit de festo simplici, nec Cõm. ¶ Feria autem incipit, & desinit, vbi desinit & incipit officium pręcedens, vt in sua rubrica dicitur ¶ Ad matutinum dicitur vnum tantum Nocturnum cum duodecim psalmis, vt in psalterio, secundum feriam, quę occurrit: & tres lcões leguntur, vt infra in rubrica de lectionibus habet. ¶ Quomodo sit ordinãdum eius officium, tam in festis, quam in feriis ad Vesperas, ad Matutinum, & alias Horas; item, & de Antiphonis, Versibus, Responsoriis, & aliis: ac quando Preces & cõmemorationes communes, seu suffragia de Cruce, sancta Maria, Apostolis, & Pace dicenda sint, habentur inferius proprię rubricę.

De

De Dominicis.

DE Dominica semper fit officium in Dñicis Aduẽtus, & in Dominicis a Septuagesima vsq; ad Dominicam in Albis inclusiue, quocunq; festo duplici, vel semiduplici aduenientẽ; quia tunc festum transfertur, vt in rubrica de Translatione festorum dicitur, nisi illud festum sit de principali Titulo vel Patrono alicuius ecclesiæ, vel loci; quia tunc de huiusmodi festo fit tantum in ea ecclesia, vel loco, cuius est Titulus, vel Patronus, cum commemoratione Dominicæ, quibusdam Dominicis exceptis, vt dicitur in rubrica de commemorationibus. In alijs Dominicis per annum fit de Dominica, quando die dominico non occurrit festum duplex; quia tũc fit de duplici cum commemoratione Dominicæ in vtrisq; Vesperis, & Laudibus; & ad Matutinum nona lectio legitur de homilia Dominicæ, vt dicitur in rubrica de commemorationibus. Si semiduplex eodem die occurrat, transfertur, vt dicitur in rubrica de Translatione festorum. ¶ De Dominicis infra oct. Natiuitatis dñi, Epiphaniæ, Ascensionis, & Corporis Christi occurrentibus, officium fit sicut de octaua, exceptis Capitulis, Lectionibus, Versiculis, Antiphonis ad Magnificat, & Benedictus, & Oratione, quę dicũtur de Dominica, cũ commemoratione octauæ, vt suis locis ponitur: nec dicũtur in illis Preces ad Primam, & Completorium: nec ad Vesperas & Laudes suffragia de S. Maria, Apostolis, & Pace. ¶ De Dominicis infra alias octauas totum officium fit de Dominica, vt in Psalterio, & in Proprio de tempore, cum commemoratione octauæ, omissis etiam dictis Precibus & suffragijs vt supra. De Dominica occurrente ĩ die octaua fit commemoratio, sicut dictum est quando in ea fit de festo duplici. ¶ Positum est autem officium sex Dominicarum ab Epiphania vsq; ad Septuagesimam, & vigintiquatuor a Pentecoste vsq; ad Aduentum, vt compleatur numerus Dominicarum, quę sunt ab Epiphania vsq; ad Septuagesimam, & a Pentecoste vsq; ad Aduentum; ne vlla Dominica per annum ab Epiphania vsque ad Septuagesimam, & a Pentecoste vsque ad Aduentum vacet, quin saltem de ea fiat commemoratio. Nam quæ aliquando supersunt post Epiphaniam ante Septuagesimam, ponuntur post vigesimamtertiam a Pentecoste, hoc ordine. ¶ Si Dominicæ post Pẽtecosten fuerint xxv. xxiiij. post Pentecosten erit quæ est. vj. post Epiphaniam. ¶ Si xxvj. xxiiij. erit quæ est v & xxv. quę est vj. ¶ Si xxvij. vigesimaquarta erit iiij. xxv. erit v. & xxvj. erit vj. ¶ Si xxviij. xxiiij. erit iij. xxv. erit iiij. xxvj. erit v. xxvij. erit vj. & vltimo loco semper ponitur quę in ordine est xxiiij. post Pentecosten, etiam si post Pentecosten aliquando non sint nisi vigintitres Dominicæ. Tunc enim vigesima quarta ponitur loco vigesimæ tertiæ, & offm̃ vigesimæ tertiæ ponit' in præcedenti sabbatho quod non sit impeditũ festo nouẽ lectionum, alioquin in alia pręcedẽti feria, in qua fiat officium de feria, & in ea legantur tres lectiones de homilia Domi-

nicę, omissis lectionibus scripturæ illius feriæ; & ad Laudes dicatur Antiphona ad Benedictus, & oratio de Dñica vigesimatertia. ¶ Idem seruatur de Dñica ij. post Epiphaniam, qñ Dñica septuagesimę venerit immediate post octauam Epiphaniæ. Tunc enim in sabbatho præcedenti vt supra non impedito, alioquin primo die post octauam, fiat officiũ de feria, in qua Responsoria Dominicę primo ponuntur, & tres lectiones leguntur de homilia eiusdem Dñicę cum eius Añ ad Benedictus, & oratione. Festum vero semiduplex in ea occurrens transfertur in primam diem simili festo non impeditam. ¶ Cum vero in Proprio de Tẽpore, dicitur aliqua Dñica esse prima mensis, in qua primo ponitur initium libri de Scriptura cum sua historia, idest cum Rñsoriis: animaduertendum est, eam dici primam Dñicam mensis, quę venit in calẽdis illius mẽsis, vel est ꝓximior calẽdis, hoc modo. Si calẽdę venerint in ij. iij. & iiij. feria, Dñica prima mensis erit quę pręcedit calendas, etiam si venerit in præcedenti mense: si autem calendæ venerint in v. & vj. feria, ac sabbatho, prima Dominica erit quæ sequitur post ipsas calendas. ¶ Cum etiam in distributione Scripturę per mẽses Augustum, Septembrem, Octobrem, & Nouembrem, vnicuiq; mensi quinq; Dñicę assignẽtur cum suis hebdomadis, & post quartam hebdomadam aliquãdo adueniat Dñica quę est propinquior calẽdis sequentis mensis: tunc omittitur Dñica quinta cum sua hebdomada, & ponitur Dñica prima sequẽtis mensis similiter cum sua hebdomada. ¶ Id quoq; obseruetur Quãdo mensis pręcedens habuit quatuor Dñicas, sequẽs habebit quinque: & econtra, quando pręcedens habet quinq;, sequens habebit quatuor, excepto mense Nouembri, quia Dñica prima Aduentus non sumitur ea quę est proximior calendis Decembris, sed festo sancti Andreę, vel quæ venerit in ipso festo. ¶ Officium Dñicę fit semiduplex, incipit a primis Vesperis in sabbatho: & habet totum officium integrum vsq; ad Completorium Dominicæ inclusiue, nisi cum aliquo concurrat, vt dicitur in Rubrica de Concurrentia Officij. ¶ Ad Matutinum dicuntur tres nocturni cum psalmis, de Psalterio, & nouem lectiones leguntur, vt in proprio de Tempore. ¶ Quomodo autem sit ordinandum eius officium: insuper & de lectionibus, Responsoriis, & aliis, & quomodo initia librorum Scripturę cum sua historia sint ponenda: habentur de singulis inferius proprię rubricę.

De Feriis.

DE Feria semper fit officium in feriis Aduẽtus, Quadragesimę, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum, qñ infra hebdomadam non occurrit festum duplex, vel semiduplex. Si tũc simplex festum occurrat, fit tantum de eo commemoratio: vt dicitur in rubrica de commemorationibus. Similiter & quando infra hebdomadam Respõsoria sunt primo ponenda, cum non occurrit dies in quo fiat de feria, vt dicitur in

tur in rubrica de Responsorijs. Alio tempore per annum fit officiũ de feria illis diebus, quibus infra hebdomadam in Calendario non ponitur aliquod festum, duplex, semiduplex, vel simplex: & nõ occurrit aliqua octaua, vel aliquod festum solenne, aut cõsuetum in aliqua ecclesia celebrari: quamuis in Calendario huius Breuiarij nõ sit descriptũ: & nisi in sabbatho fieri debeat officium de sancta Maria ¶ Officiũ feriç fit simplex: & in Aduentu. Quadragesima, Quatuor tẽporibus, Vigilijs, & Rogationibus incipit a Matutino: in alijs vero ferijs p annũ, inde fit de feria, vbi desinit officium prçcedentis diei: ita vt si prçcedẽti die fuerit duplex, vel semiduplex, officium feriç incipiat sequenti die a Matutino: Si prçcedẽti die fuerit festum simplex, de feria fit a Vesperis illius prçcedentis diei inclusiue. Similiter & quando in feria quarta, & sexta Quatuor temporũ Septembris, & in feria quarta Cinerum, ac in Vigilijs occurrit aliquod festum simplex de quo fit cõmemoratio: tunc prçcedenti die, nisi fuerit festum nouem lectionum, a Vesperis fit de feria, vt in Psalterio, sine precibus, cum oratione Dñicç prçcedẽtis, & cũ commemoratione festi trium lectionum in sequenti feria occurrentis, Terminatur autem officiũ de feria subsequente duplici, vel semiduplici, ad Nonam, subsequente simplici in ferijs per annũ extra Aduẽtum, Quadragesimam, Quatuor tempora, Rogationes, & Vigilias, ad Capitulum Vesperarũ, quia inde fit de festo simplici absq; vlla deinceps cõmemoratione feriç. ¶ Ad Matutinũ dr̃ vnum tm̃ nocturnũ, cum psalmis, ſm ordinem feriarũ in Psalterio, cum tribus lectionibus, vt in Proprio de tempore. ¶ Excipiuntur ab hoc ordinario officij de feria Feriç maioris hebdomadç sanctç, & feriç octauarum Paschç, & Pentecostes. ¶ Quomodo ordinãdum sit officium de feria ad Matutinum & alias Horas: itẽ quomodo dicendç sint lectiones & Responsoria, & qñ dicendç sint Prçces feriales, ac de alijs quç ad officium feriç pertinent, habentur inferius de singulis propriç rubricç.

De Vigilijs.

DE Vigilia fit officium in omnibus vigilijs per annũ quç ieiunantur, vbi in Calẽdario annotatur hçc vox, Vigilia: nisi in die Vigiliç occurrat festum nouem lectionum, vel octaua: tũc enim in officio nouem lcõnum, legitur nona lectio de Homilia Vigiliç, & fit cõmemoratio de ea ad Laudes tantũ, cum añа ad Benedictus, & Versu feriç occurrentis de Psalterio, & oratione vigiliç, prçterquam in illis festis quç inferius excipiuntur. ¶ Si Vigilia occurrat in Dominica, de Vigilia fit officium in Sabbatho, quod non sit impeditum officio nouem lectionum, quia tunc de Vigilia fit tantum commemoratio, vt dictum est. Excipitur ab hac regula Vigilia Natiuitatis & Epiphaniç Domini, quç si venerint in Dominica fit de illis, vt in proprijs rubricis dicitur. Si autem in Vigilia occurrat festum solenne alicuius loci, vel ex soléniori-



bus infra annum, quę inferius in rubrica de Commemorationibus numerantur (veluti si in Vigilia sancti Iohannis Baptistæ venerit festum Corporis Christi) nihil tunc prorsus, nec commemoratio fit de Vigilia. Idem seruetur quando aliqua Vigilia venerit in Aduentu, Quadragesima, & Quatuor tpibus: nulla enim in eorum ferijs de Vigilia fit Cōmemoratio. ¶ Officium Vigilię incipit ad Matutinum, sicut dictum est de prædictis ferijs in superiori rubrica de ferijs: terminat aūt ad Nonā, qa Vesperæ sunt de sequēti festo. ¶ Officium Vigilię totum fit de feria occurrēti, vt in Psalterio; & tres lcōnes leguntur de homilia in euangelium Vigilię, cum tribus Rñsorijs de feria occurrēti, ordine in superiori rubrica de ferijs descripto. Dñr pces, & cōmemorationes de Cruce, Apostolis, & Pace, aliaque omnia sicut in prędictis ferijs Quadragesimę & Quatuor temporum, de quibus habentur inferius, tam de ordinando eius officio, quam de alijs proprię rubricę. ¶ Excipitur ab hoc ordinario Vigiliarum, quæ ieiunātur, Vigilia Pentecostes, quæ cum tribus nocturnis sub officio semiduplici celebratur, vt ibi; & Vigilia Natiuitatis Dñi, quæ nocturno ferię excepto, in Laudib. & Horis habet reliquū officium duplex. In Vigilijs vero Epiphanię & Ascensionis, quæ nō ieiunantur, fit officium nouem lectionum, vt suis locis dicitur.

De Octauis.

DE Octaua fit officium, vel saltem cōmemoratio, quando aliquo festo, vel Dñica nō impeditur, per octo dies cōtinuos, in Natiuitate Domini, & tribus sequentibus festis, in Epiphania, in Paschate resurrectionis, in Ascensione Domini, in Pentecoste, in festo Corporis Christi, in festo Dedicationis propriæ Ecclesiæ; in festis, quibus in Calendario apponitur Octaua, in festo Patroni & Titularis Ecclesię, & in festis aliorum Sanctorum, quę apud quasdam Ecclesias, Congregationes, & Religiones consueuerunt solenniter cum octauis celebrari. ¶ Infra octauas Epiphaniæ, & Paschæ, & Pētecostes non fit de festo duplici, vel semiduplici occurrenti, sed transfertur post octauam. Infra alias octauas fit de eis cum Commemoratione octauæ, nisi illud festum fuerit ex enumeratis in sequenti rubrica de Commemorationibus, in quibus nulla fit Commemo. de oct. excepta oct. Corporis Christi: infra quam oct. fit tantum de duplicibus cum Commemoratione octauę: de semiduplicibus vero infra eam non fit, sed transferuntur: vt dicitur in rubrica de Translatione festorum. De simplicibus infra quascunq; octauas occurrentibus fit tātum commemoratio, prętcrquam in duobus diebus post Pascha & Pentecosten: vt in sequenti rubrica de cōmemorationibus dicitur. De Dominicis infra octauam occurentibus fit officium, vt dictū est supra in rubrica de Dominica. De festis occurrentibus in die octaua, seruetur quod dicitur in rubrica de Translatione festorum. Si duæ octauæ simul concurrant, fiat de digniori, vt dicitur in rubrica de Concur

rentia

rentia officij. ¶ Officium de octaua in Paschate & Pentecoste fit cum vno nocturno, vt suis locis ponitur; In alijs octauis fit cum tribus nocturnis, nouem scilicet psalmis & nouem lectionibus,& omnia dicũtur sicut in die festi, prçter lectiones, quarum primç tres semper sunt de scriptura occurrenti in officio de tempore, præterquam infra octauam Assumptionis S. Mariæ: Aliæ lectiones secundi & tertij nocturni dicuntur quç infra octauam ponuntur: Infra octauam vero patroni, aut alterius festi, quod in aliquibus ecclesijs cõsueuit cũ octaua celebrari, si propriæ apud illas ecclesias lectiones infra octauam nõ hñtur, sçpius in ea repetantur lectiones, positæ in communi Sanctorum, si de sanctis fiat octaua, alioquin lectiones diei festi. Infra octauam officium fit semiduplex, in die octauæ duplex. ¶ In vesperis infra octauam omnia dicuntur sicut in secundis Vesperis festi, & in primis Vesperis diei octauæ omnia sicut in primis Vesperis festi, prçterquam in diebus octauis sancti Stephani, sancti Ioannis apostoli, & Sanctorum Innocentium; in quorum Vesperis antiphonç & psalmi non dicuntur, sicut in eorum diebus festis venientibus infra octauam Natiuitatis; sed Antiphonæ sumuntur de Laudibus diei festi, psalmi autem vt signantur pro secundis Vesperis in Communi Sanctorum. ¶ Infra octauas non fiunt suffragia consueta de sancta Maria, Apostolis, & Pace, nec dicuntur Preces ad Primam & Completorium. In alijs, quomodo sit ordinandum officium de octaua, habentur propriæ rubricç inferius.

De Commemorationibus.

Commemorationes fiunt de festis simplicibus, qñ in eorum diebus incidit festum nouem lectionum etiam trãslatum, vel Dominica, vel octaua, vel sabbathum: & quando Responsoria sunt primo ponenda: vel aliter, de feria fieri præcipiatur. ¶ De feria Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum. & Rogationum fit commemoratio quãdo festum nouem lectionum in illis ferijs occurrit. Si simplex festum in eisdem ferijs occurrat, officium fit de feria, & commemoratio de festo simplici. ¶ Prçterea fit commemoratio de Dominicis, a Pentecoste vsq; ad Aduentum, & ab Epiphania vsque ad Septuagesimam, & a Dominica in Albis vsq; ad Ascẽsionem exclusiue, quando festo duplici impediuntur. De alijs Dominicis a prædictis nulla fit commemoratio Dominicç occurrente festo duplici, quia festum in illis occurrens transfertur; nisi illud festum fuerit principale Patroni, vel Tituli ipsius ecclesiæ, non autem alicuius capellæ vel altaris eiusdem Ecclesiæ; & tunc de huiusmodi principali festo fit tãtum in eo loco, vel ecclesia, cuius est Patronus vel Titulus, cum commemoratione Dominicç (excepta prima Dominica Aduentus, prima Dominica Quadragesimæ, Dominica Passionis, Dominica Palmarum, Dominica Paschç, & Dominica in Albis, ac Dominica Pentecostes, & Trinitatis; in quibus huiusmodi occurrens

festum transfertur in sequentẽ simili, vel digniori non impeditũ: dummodo non fuerit infra maiorem hebdomadã, & per octauam Paschę, & Pẽtecostes, quibus diebus non fit de aliquo festo duplici occurrenti.
¶ De octaua etiam, quando festo nouem lectionum vel Dñica impeditur, fit commemoratio, nisi illud festum nouem lectionũ fuerit solẽne principale alicuius loci vt supra. Nam in primis Vesperis & Laudibus huiusmodi festi nulla fit cõmemoratio festi simplicis occurrentis, nec alicuius Vigilię, nec alicuius diei infra octauã, nec alicuius pręcedẽtis festi nouẽ lectionum, nisi id festum fuerit eiusdẽ solẽnitatis cũ sequenti, nec Dñicę, si festum illud solenne celebretur feria secunda: exceptis Dñicis aduentus, & Dñicis a Septuagesima vsq; ad oct. Paschę, inclusiue, de quibus Dominicis, sicut etiam de ferijs Aduentus, & Quadragesimę, semper fit cõmemoratio, quocunq; festo adueniente. ¶ Idem seruatur in quibusdam festis maioribus per annum, scilicet in Natiuitate Dñi, in cuius officio nulla fit commemoratio de festo simplici, sed in secũda tñ Missa, de S. Anastasia, in Pascha Resurrectionis cũ tribus proxime antecedẽtibus, & duobus sequentibus diebus: in Ascẽsione Dñi: in Pentecoste cum duobus sequentibus: in festo Corporis Christi, in festis Natiuitatis sancti Iohannis Baptistę, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & Assumptione beatę Marię: in festo Omnium sanctorũ, ac in festo Dedicationis proprię ecclesię: in quibus festis, nec in primis Vesperis, nec in Laudibus vlla prorsus fit cõmemoratio festi simplicis, aut alterius nouẽ lectiouum, vt dictũ est supra de festo solenni alicuius loci: nisi titularis ecclesię priuilegio aliter fieri oporteat. ¶ In festo aũt Circũcisionis, in Dñica in Albis, & in festo Trinitatis, in festis Purificationis, Annũciationis, & Natiuitatis S Marię: in festis Apostolorum, & Euangelistarum, S. Laurentij, & Dedicationis S. Michaelis archãgeli, de simplicibus occurrentibus fit cõmemoratio in Laudibus tñ: de Dominica vero, de Octaua, & de alijs festis nouem lectionũ in eisdem occurrentibus, non fit commemoratio, eo modo, quo nec in festo solẽni alicuius loci, vt dictum est supra: nisi eadẽ festa occurrãt infra octauas Natiuitatis Dñi, & Corporis Christi, de quib' octauis semper fit cõmemoratio quocunq; duplici infra eas adueniẽte. ¶ De Dñicis, de octauis, & de ferijs Aduẽtus & Quadragesimę commemoratio fit in vtrisq; Vesperis, & Laudibus. De ferijs Quatuor temporum, Vigiliarũ, & Rogationum, (quãdo de illis commemoratio fieri debet) commemoratio fit in Laudibus tñ. De festis autem simplicibus, (nisi in diebus supradictis occurrant) commemoratio fit in primis tantum Vesperis & Laudibus eo die quo in Calendario assignantur. De Dñicis vero & octauis cõmemoratio fit in vtrisq; Vesperis, & Laudibus, nisi in illis adueniat aliquod ex supra enumeratis festis. ¶ Cõmemorationes fiunt hoc modo Post orationem diei, in primis Vesperis dr̃ Antiphona quę posita est ad Magnifi-

Magnificat,& in Laudibus quę posita est ad Benedictus in Communi, propriā non habuerit,conueniens eius officio, cuius fit commemor. Post antiphonam dr̄ Versus, inde sumendus,vnde sumpta est Antiphona,scilicet, post hymnum Vesperarū & Laudum: deinde dicit oratio. Si Antiphona & Versus festi de quo fit cōmemoratio, sumēda essent ex eodem Communi, vnde sumpta sunt in officio diei, in festo cōmemorationis variātur: ita vt in Vesperis sumantur ex Laudibus & in Laudibus ex Vesperis eiusdem Communis: nisi aliter signetur. Si de tempore fiat Cōmemoratio, de Dominica scilicet,vel de feria, Antiphona & Versus ante orationem eodem modo sumant ex Proprio de tempore, si habuerit proprium, alioquin de psalterio: oratio vero ex proprio de tpe.

Quando fit commemoratio de Dominica, vel feria, quę habet propriam homiliā, nona lectio in officio diei nouem lectionū legit de homilia Dominicę vel ferię: quę erit vel prima de homilia, vel tres simul in vna lectione coniunctę. ¶ Si in die in quo fit officium nouem lectionum fiat cōmemo.de festo trium lectionum, nona lectio in officio nouem lectionū,legitur de festo trium lectionum,si propriā habuerit, quod festū trium lectionum si duas lectiones pprias habuerit, ex duabus fiat vna lectio, quę sit nona in officio nouē lectionum. Quę lectio de sancto, non legitur quando de eo fit commemoratio in Dominicis, quę habent nonum Responsoriū, nec quando nona lectio legenda est de homilia Dominicę,vel ferię, vel octaua vt supra;nec in ferijs,& alijs diebus, quando in officio diei leguntur tantum tres lectiones.

¶ Qn̄ contingit fieri plures commemorationes, seruetur hic ordo. De duplici fiat ante Dominicam, de Dominica ante diem infra octauam, de octaua ante festum semiduplex: de semiduplici ante feriam Aduentus,Quadragesimę, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum: & de dictis ferijs ante festum simplex, nisi aliter signet. De Dominica, de octaua,de festo semiduplici,& de sancta Maria, quādo de ea fit commemoratio in Vesperis pręcedentibus sabbathum propter festum nouem lectionum in sexta feria occurrēs, fiat ante festum simplex, quod celebrandum erat diebus prędictis, nisi eorū officio impediretur, De festo simplici fit cōmemoratio ante suffragia seu cōmunes cōmemorationes de Cruce, sancta Maria, Apostolis, & Pace, ac etiā ante cōmemorationem consuetā Tituli vel patroni ecclesię, quę etiam pro sui dignitate alijs suffragijs prędictis pręponeretur. De quibus suffragijs & communibus cōmemorationibus sanctorū, quomodo agendum sit, habetur inferius propria rubrica.

De Translatione festorum.

SI aliquod festum duplex occurrat in Dn̄icis Aduentus, & in Dominicis a Septuagesima vsq; ad Dominicam in Albis: in Vigilia Natiuitatis Domini: infra octauam Epiphanię: in feria quarta Cinerū, in tota

tota Maiori hebdomada,& infra Octauam Paschæ:in Ascensione Dñi: in diebus a Vigilia Pentecostes vsq; ad festum Trinitatis inclusiue, in festo Corporis Christi ,& eius die octaua: transfert in primam diem festo duplici, vel semiduplici non impeditam: exceptis tñ festis Natiuitatis Sancti Iohannis Baptistę,& sanctorum Apostolorum Petri & Pauli: quę in die octaua Corporis Christi celebrantur: excepto quoq; festo solenni alicuius loci,quod in propria tñ ecclesia, etiam in aliquibus ex supradictis diebus occurrens, vt in rubrica de Cõme. dictum est, celebratur. Si autem festum Natiuitatis S.Iohannis Baptistæ venerit in die Corporis Christi, trãsfertur in sequenté diem, cum commemoratione octauę Corporis Christi : & sequentibus diebus fit officium de eadem octaua Corporis Christi cum commemoratione octauę S. Iohannis Baptistę. Dies auté octaua S.Iohannis tunc veniens in die octaua Corporis Christi,non transfertur,sed de die octaua S.Iohannis Baptistę eo anno fit tñ commemoratio in vtrisque Vesperis & Laudibus diei octauę Corporis Christi. Et id semper seruetur,quando festum habens octauam transfertur: vt nõ ideo dies octaua transferatur,sed ea die,de ea fiat commemoratio,quæ alias erat octaua,si festum non fuisset trãslatum. ¶ Si in die octaua alicuius festi habẽtis octauam, occurrat aliquod festum duplex ex maioribus supra in rubrica de Commemorationibus enumeratis, fiat de festo cum commemoratione diei octauę : si autem non fuerit ex prędictis festis,fiat de octaua,& festum transferatur in primam dię̃ similiter non impeditam. ¶ Si aliquod festum duplex infra octa. occurrens alio maiori festo duplici impedit̃, transferatur in primã diem simili nõ impeditã,& in eo fiat cõme. de oct. ¶ Si in alijs Dñicis per annũ a supradictis occurrat festum duplex,non transfertur, vt dictum est in rubrica de Commemorationibus. ¶ Festũ semiduplex occurrens diebus supradictis,& alijs Dñicis per annum, trãsfertur in primam diem simili festo non impeditam:occurrens vero in Dñicis infra illas octauas, in quibus fit de festis occurrentibus, vt dictum est in rubrica de octauis, transfert̃ in sequentem diem,cum commemoratione octauę . quæ si fuerit simili festo impedita, prędictum festum semiduplex veniens in Dominica trãsfertur post octauam. ¶ Si duo festa nouem lectionum simul eodem die veniunt,fiat officium de digniori,seu de maiori:& quod minus est trãsferatur. ¶ Si plura festa nouẽ lectionũ transferenda essent prius transferatur duplex,quam semiduplex, & inter plura duplicia,quod est dignius semper prius transferatur, & prius celebretur ; alioquin si sunt æqualia,vnum ante aliud transferatur suo ordine. ¶ Festum simplex nunquam transfertur: sed si de eo officium fieri non potest,fiat commemoratio, vt dictum est in rubrica de Commemorationibus: si autem venerit in diebus,in quibus de simplici nulla fit commemoratio, eo anno non fit de eo amplius. ¶ Si aliquod festum nouem lectionum, in quo

annotatum

in notatum est fieri commemorationem alicuius sancti, transferatur propter aduenientem Dñicam, vel aliud festum maius, non tamē transfertur cum illo commemoratio illius sancti in eo assignata: sed dicta cōmoratio fit die suo in Dominica, vel alio festo, in quo fieri possit, cum sua nona lectione, si propriam de vita sancti habuerit: festum vero nouem lectionū trāsfertur, sine vlla amplius commemoratione festi simplicis prædicti: Quod etiam seruatur in commemora. occurrentibus in Vigilijs: cū de Vigilia veniente in Dominica fit in Sabbatho: tunc enim commemoratio festi simplicis non fit in Officio Vigiliæ; sed in Dñica.

De Concurrentia Officij.

CОncurrentia Officij attendenda est semper in secundis Vesperis, quomodo sit ordinandum Offm̄ cum sequēti die. Itaq; cum dicit officium aliquod cū alio concurrere, intelligit de pręcedēti in ij. Vesperis cum sequenti in primis Vesperis, vt de hodierno in vesperis cū sequēti in crastino. ¶ Duplici ergo in secūdis vesperis cōcurrente cum alio sequēti duplici, regulariter a Capitulo fit de sequēti cum commemoratione pręcedentis: nisi aliter in proprijs locis annotet. ¶ Duplici vero cōcurrēte cum festo semiduplici, cum Dñica, cum die infra octauam, cum festo simplici, & cum officio S. Mariæ in sabbatho, omnia in secundis vesperis, de duplici cū commemoratione illorum. ¶ Duplici etiam cōcurrente cum feria, vel potius sequēte feria, omnia de duplici & nihil de feria sequenti. Sed si festum celebretur in Aduētu, Quadragesima, & Quatuor temporibus, fit semper commemoratio de feria, non ratione concursus cum sequente feria, vt infra dicetur. Idem dicendum de festis simplicibus venientibus cum festo nouem lectionum, de quibus etiam commemoratio fit non ratione concursus, sed quia eodem die veniūt, vt dictum est in rubrica de commemorationibus. ¶ Semiduplici festo, Dñica, & die infra oct. concurrentibus cū sequenti duplici, oīa de duplici cū cōmemoratione illorū: nisi duplex fuerit ex numero maiorum, quæ supra in rubrica de Cōmemorationibus numerata sunt, in quibus nulla fit cōmemoratio pręcedentis. Semiduplici festo concurrente cum sequēti alio semiduplici, cū Dominica, vel cū die infra octauam a capitulo fit de sequenti, & commemoratio pręcedentis. Semiduplici autem festo cōcurrente cum sequente festo simplici, vel cum officio S. Mariæ in sabbatho, oīa de semiduplici cum commemoratione sequentis. Semiduplici concurrente cum sequente feria, nihil de feria, vt dictum est supra.

¶ Dñica concurrente cum sequenti festo semiduplici, & cum die infra octauām, vel cum festo simplici, oīa de Dñica cum cōmemoratione sequētis, nisi aliter signetur. Dñica concurrente cū feria, nihil de feria, vt s. ¶ Die in fra octauam concurrente cum sequente Dominica, vel semiduplici, a Capitulo de sequenti, cum commemoratione octauę. Si duæ octauæ simul concurrant, vt octaua S. Iohannis Baptistæ cum octaua

Corporis

Corporis Christi, vel econtra, & octaua S. Laurentij cum octaua Assumptionis S. Mariç, totum officiũ fit de digniori cum cõmemoratione alterius, nisi dies octaua minus digni veniat infra oct. alterius: tũc enim totum officium fit duplex de die octaua, cum cõmemoratione diei infra octauã. Dies infra oct. cũ simplici proprie non habet cõcursum, quia in sequenti die infra octauã non fit de simplici, nisi cõmemoratio, quæ & eadẽ ratione in præcedẽti die infra octauã fieri debet. Dies infra octauã, cũ feria nullũ habet concursum, quia de feria nihil fit, nisi infra octauã veniat aliqua ex supradictis feriis, Aduẽtus, Quadragesimç, & Quatuor temporum, de quibus infra octauam fiet tantum commemoratio.

¶ Die octaua concurrente cũ alia die octaua, a Capitulo fit de sequẽti, excepta octaua Natiuitatis Dñi cũ octaua S. Stephani, & octaua Corpis Christi cum oct. S. Iohannis Bapt. in quibus de sequenti fit tm̃ commemoratio. Die octaua concurrente cum sequenti duplici etiã translato, a Caplõ fit de sequẽti cum cõmemoratione octauç, exceptis dieb' oct. Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, & Corporis Christi, in qbus fit tm̃ cõmemoratio de sequẽti. Si autẽ sequẽs festum etiam translatum, fuerit ex solẽnioribus supra enumeratis in rubrica de Commemorationibus, totum officium fit de sequenti cum commemoratione octauæ.

¶ Simplex cum alio non potest concurrere in secundis Vesperis, (licet cũ ipso possit esse concursus in primis Vesperis) q̃a non habet secundas Vesperas, sed eius officiũ terminat' ad Nonam, & deinceps nihil fit de eo, nec cõmemoratio. Si sequatur aliud simplex, psalmi erunt s̃m feriam occurrentẽ in Psalterio ad Vesperas, & a Caplõ fit de sequenti simplici sine vlla cõmemoratione pręcedentis. Si sequatur officium nouem lectionũ, Vesperæ totę erũt de eo sine vlla similiter cõmemoratione simplicis præcedentis: si nullũ festum sequatur, subintrat officium de tempore, & Vesperę totę erunt de feria. ¶ Feria nõ potest cõcurrere cũ alio in secundis Vesperis, neq; cum ipsa potest esse cõcursus in primis Vesperis: quia eius officium incipit, & desinit, vbi desinit, & incipit quodcunq; aliud officium. Quamuis proprie, si ei dandum est principium, sequente feria post aliam feriam, eius officiũ incipiat a Matutino: terminatur tñ sequẽte alia feria ad Completoriũ: & ideo si feria sequatur aliã feriam, in Vesperis præcedentis ferię nihil fit de sequẽti, quo ad ea quæ in sequẽti feria sunt propria. Verbi gratia, si in Vesperis feriæ tertiæ ante feriã quartã Cinerũ fiat de feria, in Vesperis feriæ tertiæ dr̃ oratio Dñicę præcedentis, non autem ea quæ est propria in sequẽti feria quarta Cinerum: nec ante orationem dñr Preces, quę dicendæ sunt in dicta feria quarta Cinerũ. Quod etiam fit quando feria per annum præcedit feriam Quatuor temporum, & Vigiliarum. Hac etiam ratione superius dictum est in concurrentia aliorum officiorum, cum feria nullũ officium cõcurrere, & nihil fieri de feria pręcedenti adueniẽte alio officio: si autem de ea aliquando comme-

cōmemoratio fieri debet, non fit ratione concursus, sed quia eo die quo officium feriarum Aduētus, Quadragesimę, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum impeditur, illarum cōmemoratio ratione temporis ex præcepto Ecclesię pretermitti non debet. ¶ Cum vero occurrit vt festū simplex veniat in feria quarta & sexta Quatuor tēporū, in feria quarta Cinerū, & in Vigilijs, quæ ieiunantur, Vesperæ antecedētes erūt de feria cōmuni per annum, non autē de sequēti, vt dictum est, cum cōmemoratione festi simplicis in sequenti feria occurrentis. Quod ideo non fit, quia sequens feria habeat primas Vesperas, sed quia cum festū simplex in sequenti die non habeat officiū ꝓpter feriā prædictam in ea occurrentē, nec etiam conuenit illud habere Vesperas præcedentis diei.

De Officio sanctæ Mariæ in Sabbatho.

IN omnibus sabbathis per annum extra Aduentum, Quadragesimā, & Quatuor tēpora, & nisi officium fieri debeat de Feria propter Vigiliam in sabbatho occurrentē, vel propter Responsoria primo ponenda, vel ꝓpter officium Dñicæ xxiij. post Pentecostē in officio feriæ aliquando ponendū, vt in rubrica de Dñicis dictum est, ac nisi fiat officium nouem lectionū, vel de octaua Paschę & Pentecostes, semp fit officium de S. Maria: quemadmodum circa finem Breuiarij disponitur. Si autem in sabbatho occurrat festum simplex, fit officiū de sancta Maria, & de festo simplici fit tm̄ cōmemoratio. ¶ Cum vero de ea supradictis diebus officium fieri non potest, nulla tunc fit cōmemoratio de sancta Maria propter sabbathum, sed tm̄ in semiduplicibus, quādo eius officium paruū non dr̄, fit consueta eius cōmemoratio per annū posita in Psalterio post Vesperas sabbathi. ¶ Eius officium in sabbatho incipit feria sexta, ad modum festi simplicis, a Capitulo, & terminatur ad Nonā sequētis diei Sabbathi. Si autē feria sexta fuerit officiū nouē lectionum, in Vesperis fit tm̄ de ea cōmemoratio cum aña, versu, & oratione, quæ habetur in officio eius in sabbatho. ¶ Ad Matutinum post Inuitatoriū & Hymnū de sancta Maria, dr̄ vnum nocturnum cum duodecim psalmis ferialibus, versus, tres lectiones, quarū prima & secūda sunt ex Scriptura de tēpore, & alia omnia tam in Matutino quā in Laudibus & Horis, vt in officio S. Mariæ in sabbatho assignatur. ¶ Dñr preces dñicales ad Primam, & Cōpletoriū, & fiunt suffragia consueta de Apostolis, & Pace, & tēpore Paschali sola cōmemoratio de Cruce, vt in ij. feria post octa. Paschæ. Post Nonam nihil fit de ea, nisi consueta eius commemoratio cum alijs suffragiis, quando agenda est in officio de Dominica.

De Ordinando Officio ex predictis Rubricis.

SIquis velit ex supradictis rubricis ordinare officium occurrētis diei videat in Calendario, & in Tabula festorum mobiliū, de quo fiat officium sequenti die: & vt inuenerit esse faciendum, sic ordinabit illud in Vesperis & alijs Horis nocturnis & diurnis. ¶ Si ordinandū sit officium

cium de tẽpore, ideſt de Dñica, vel feria, recurrẽdum eſt ſemper ad Pſalterium, vbi ordinate ponitur, quod eſt cõe officij de tẽpore, cum diſtributione pſalmorum: & ad proprium de tẽpore, vbi lectiones, Reſponſoria, & quædam añæ, & orationes ponuntur, quæ deſunt in Pſalterio. Inuitatorium, hymnus, capitula, verſus, Rñſoria breuia, & añæ, quæ diuerſis tẽporibus ponuntur in proprio, dñr loco eorum quæ ſunt in Pſalterio: cũ vero propria non fuerint, dñr vt in Pſalterio. ¶ Si officium ſit ordinãdũ de ſancto, recurrẽdum eſt ſemper ad Commune ſanctorum, niſi propriũ habeat in proprio ſanctorum, vbi pro qualitate feſti, ſi nouem lectionũ, ideſt duplex, vel ſemiduplex fuerit, omnia ordinate ponuntur, illis exceptis, quæ propria ſuis locis habentur. ¶ Si feſtum fuerit trium lectionum (nocturno feriæ, & lectionibus exceptis) omnia de eodem Communi ſumuntur. Tres lectiones primi nocturni in officio nouem lectionum, & prima, & ſecunda lectio, vel prima tantum in feſtis trium lectionum, ſumuntur de Scriptura in officio de tempore. Quæ vero propriæ, aut de Communi ſanctorum in feſtis aſſignantur, ex proprio, vel Communi ſanctorum requirantur. ¶ In maioribus ſolennitatibus, & feſtis per annum, totum officium ordinatur, vt in proprijs locis ponitur. ¶ In feſtis Beatæ Mariæ, (omiſſis his, quæ propria in illis habentur) hymni, nouem pſalmi, & alia quædam requirenda ſunt ex communi eius officio paruo, circa finem Breuiarij. ¶ Modus inchoandi officium, dicendi inuitatorium, hymnos, añas, & verſus, habetur in principio Pſalterij. ¶ Cum vero antiphonæ duplicandæ ſunt, dicuntur integræ ante pſalmos, ſicut in fine pſalmorum. ¶ Modus dicendi Abſolutiones, & Benedictiones ante lectiones, legendi, & terminandi lectiones, dicendi Reſponſoria poſt lectiones, ac Reſponſoria breuia poſt capitula, habetur in prima Dominica de Aduentu. ¶ Quomodo ſit inchoandum, & terminandum officium per Horas, habetur in Pſalterio. ¶ Quomodo terminandum per antiphonas B. Mariæ, habetur in fine Completorij. ¶ Sed vt hæc omnia facilius habeantur, poſitæ ſunt ſequentes rubricæ, de ſingulis Horis, earũque partibus diſtincte cognoſcendis.

De Matutino.

AD Matutinum, hæc per ordinem regulariter dicuntur, ſecundum diuerſitatẽ officij: niſi aliter in quibuſdã diebus annotetur. Pater noſter. Aue Maria. Credo. omnia ſecreto: deinde clara voce hebdomadarius dicit, Domine labia mea &c. pollice ſignando ſibi os ſigno crucis, Deus in adiutorium &c. manu extenta ſignando ſe ſigno crucis a fronte ad pectus, & a ſiniſtro humero vſque ad dextrum cum Gloria patri & alijs, vt in principio Pſalterij. Deinde dicitur Inuitatorium conueniens officio de tempore vel ſancto: quod dicitur cum pſalmo, Venite, eo modo quo in principio Pſalterij deſcribitur. Dicto pſalmo, & repetito

repetito Inuitatorio, dicitur hymnus, qui officio de tempore, vel de san- cto conuenit. ¶ Postea, in duplicibus, & semiduplicibus dicuntur nouem psalmi (sed in Dominicis plures, vt in Psalterio) cum suis antiphonis & versibus, quæ tempori vel festo conueniunt, & totidem le- ctiones cum octo Responsorijs, aliquando cum nouem; vt suis locis ponitur, per tres nocturnos distinctos, hoc modo. ¶ In primo nocturno dicuntur tres psalmi, cum tribus antiphonis: post singulos psalmos vna antiphona: sed tempore paschali, idest a Dñica in Albis vsque ad Pentecosten, præterquã in officio Ascensionis Dñi, tres psalmi cuiusque nocturni dicũtur sub vna aña, & in fine psalmorum post vltimam antiphonam cuiusque nocturni dicitur versus, Postea Pater noster, Et ne nos. Absolutio, Exaudi. Benedictio, Benedictione perpetua, & aliæ ad singulas lectiones, vt in prima Dominica de Aduentu ordinantur. Deinde legũtur tres lectiones de Scriptura, quæ per ordinẽ in officio de Tempore occurrunt, nisi aliæ assignentur: & ad singulas lectiones dicitur vnũ Responsoriũ conueniens officio: si de tẽpore, vt in Proprio temporis: si de sancto, vt in Proprio sanctorum: alioquin vt in Communi, etiam si lectiones primi nocturni sint de scriptura officij de tempore. ¶ In fine vltimi Responsorij cuiusque nocturni dicitur, Gloria patri. cum repetitione partis Responsorij, eo modo quo dicitur in prima Dominica de Aduentu, primo Responsorio illius Dominicæ excepto. ¶ In secundo nocturno dicuntur alij tres psalmi, & antiphonæ, versus, Pater noster, Absolutio, Ipsius, & eius consequentes Benedictiones, vt in dicta prima Dñica de Aduentu hñr, tres lectiones de aliquo sermone, aut de vita alicuius sancti, & ad quamlibet lectionem vnum ℟. Officio conueniens. ¶ In tertio nocturno alij tres psalmi, cum antiphonis, vt supra: post tertiam antiphonã, Versus, Pater noster, Absolutio, A vinculis, & Benedictiones consequentes ad singulas lectiones, quæ erunt de homilia euangelij de tempore, vel de festo, secundum qualitatem officij: vt in eadẽ prima Dñica de Aduẽtu. Post septimã & octauam lectionẽ dicitur Responsorium officio conueniẽs, aliquando autem dicitur etiam post Nonam lectionẽ, vt suis locis dicitur, & in fine vltimi Responsorij, aut octaui, aut noni, dicitur Gloria patri: vt supra. Si non dicitur nonum Respõsorium, post vltimam lectionẽ dicitur hymnus, Te Deum. ¶ In officio trium lectionum. Ad Matutinum, Pater noster, Aue Maria, Credo. Domine labia &c. Inuitatorium, & hymnus in feriali officio de feria: si non sint in Proprio de tempore, dicuntur vt in Psalterio: in festis, de festo, vt in Communi sanctorum: deinde nocturnum feriæ, vt in psalterio, idest duodecim psalmi, cum sex Antiphonis: & tempore Paschali cum vna antiphona: qui dicuntur tam in officio feriali, quam in festis simplicibus. ¶ Post psalmos, & antiphonas dicitur Versus, in feriali officio, vt in psalterio, in fe-

stis, vt in Communi sanctorum: qui in festis sumitur, secundum ferias, ex nocturno Communis, vnde sumuntur Responsoria: vt dicitur infra in rubricis, de Versibus, & Responsorijs. Post versum, dicitur Pater noster, Absolutio, & Benedictiones, vt habetur infra in rubrica de Absolutionibus, & Benedictionibus. Tres lectiones (si non adsit homilia) singulæ in officio feriali dicuntur de scriptura, quæ eo die occurrit in Proprio de Tempore: si adsit homilia, singulæ tres de homilia. In festis, prima & secunda, de eadē scriptura: tertia de sancto. ¶ Si fuerint duę lectiones de sancto: prima tantum erit de scriptura: reliquę de sancto. ¶ Post singulas lectiones in ferijs extra tempus Paschale dicitur vnum Responsorium, ita vt dicantur tria responsoria: tempore vero Paschali, & in festis duo tantum Responsoria dicuntur, scilicet post primam, & secundam lectionem tantum: In fine vltimi Responsorij, secundi scilicet, aut tertij, dicitur Gloria patri: cum repetitione partis Responsorij: Quę Responsoria, in Officio de sanctis, sumuntur ex Communi sanctorum: in feriali Officio, ex Dominicis, quando propria per ferias non distribuuntur, ordine descripto in rubrica de Responsoriis. Quando non dicitur tertium Responsorium, post tertiam lectionem dicitur Hymnus, Te Deum.

De Laudibus.

AD Laudes, Deus in adiutorium &c. dicuntur psalmi & canticum Benedicite, vel aliud: vt habetur in feriali officio extra tempus Paschale, cum Antiphonis officio conuenientibus. Qui Psalmi, & canticū in Dominicis per annum (exceptis Dominicis a Septuagesima vsq; ad Dominicam Palmarum inclusiue) & in feriali officio temporis Paschalis, ac in festis tam nouem, quam trium lectionum, dicuntur de Dominica, vt in Psalterio. In prędictis vero Dominicis a Septuagesima vsque ad Dominicam Palmarum inclusiue dicuntur vt suis locis ponitur. In feriali Officio per annum, extra tempus Paschale, dicuntur vt in Psalt. ¶ Antiphonæ in Dominicis quando propriæ non assignantur, dicuntur vt in Psalterio. In festis nouem & trium lectionum si non adsint propriæ, dicuntur de Communi. Post psalmos dicit' Capitulū, hymnus, Versus, Antiphona ad Canticum Benedictus, cum eodem cantico, & Oratio: omnia pro qualitate Officij, de Tempore vel de festo. ¶ Preces quando dicendæ sunt, dicant' ante primam orationem. Commemorationes vero de Cruce, de sancta Maria, Apostolis, & Pace, similiter quando dicendæ sunt post orationem, nisi alia cōmemoratio festi simplicis occurrat, quę semper prędictas commemorationes pręcedit, de quibus infra in propriis rubricis dicitur. ¶ Ante orationem dicitur, Dominus vobiscum, & Oremus, post vltimam orationem repetitur, Dominus vobiscum. Deinde, Benedicamus domino, & versus Fidelium animę, Pater noster. Dominus det nobis suam pacem: & antiphona Beatæ Marię,

vt

[redacted]

-t habetur in fine Completorij, si tunc discedendum sit a Choro: alioquin in fine vltimę Horę, nisi sequatur Missa, vel officium Defunctorū, aut Litaniæ, vt in propria rubrica dicetur.

De [illegible]a.

AD Primam, Pater noster, Aue Maria, Credo, secreto, Deus in adiutorium, &c. Hymnus. Iam lucis. [illegible] Deinde inchoatur aña, quæ cōuenit: quæ in festis ad oēs Horas sumitur ex laudibus per ordinē, quarto prætermissa. In aliis, seruetur rubrica inferius posita de Añis: Postea dñr psalmi, qui in Dñicis & feriis dicuntur vt in Psalterio. In festis autem, & tempore Paschali, tres tantum, vt etiam ibi annotatur. [illegible] Post añas, dicitur capitulum, Regi sęculorum. In feriali officio extra tempus Paschale dicitur Capitulum, Pacem. deinde Responsorium breue, Christe fili Dei viui, &c. Post ℟. bre. in officio duplici, & infra octauas statim dicitur oratio, Dñe Deus omnipotēs, in alio officio non duplici dicitur, Kyrie eleison, cum reliquis precibus, omnia vt in Psalterio, vbi quando aliquis solus dicit officium, semel tm̄ dicit, Confiteor, omissis illis verbis, Tibi Pater, vel vobis fratres, & te pater, & vos fratres: quod etiam seruatur qn̄ dicitur ad Completorium. In feriali officio quando dictæ sunt preces ad Laudes, adduntur alię preces, vt ibi in Psalt. [illegible] Post orationē, in Choro legitur Martyrologium: deinde dicitur, Preciosa, cum reliqs. Quæ etiam dicantur ab iis qui extra Chorum non legerint Martyrologium. In fine ad Absolutionem Capituli in festis, dicitur Capitulum Nonæ: Alio tempore tam in Dominicis quam feriis, vt in Psalterio.

De Horis, Tertia, [illegible]

AD Tertiam, Sextam, & Nonam, ante singulas Horas dicitur Pater noster, Aue Maria, Deus in adiutorium, Hymnus, & psalmi, vt in Psalterio. añæ secūdum officij qualitatem ordine quo supra. Dictis psalmis, post añam dicitur Capitulum & Responsorium breue pro qualitate officij: quæ in Dominicis, & feriis, quando non habentur propria in Proprio de tempore, dñr vt in Psalterio: in festis, si in Proprio Sanctorū non sint propria, sumuntur de Communi. Post Responsorium breue dicitur oratio quæ habetur in Proprio de tempore; si autem fit de sancto, vt in Proprio Sanctorum, alioquin vt in Cōmuni. [illegible] Post orationem, repetitur, Dominus vobiscum, & dicitur, Benedicamus domino; Fidelium animæ: & Pater noster, secreto.

De Vesperis.

AD vesperas Pater noster, Aue Maria, Deus in adiutorium. &c. Deinde dicūtur quinq; psalmi, cū quinq; antiphonis, vt in Proprio, aut Communi Sanctorum signantur. In Dominicis autem, & Feriis, antiphonæ & psalmi semper dicuntur, vt in Psalterio, vbi tēpore Paschali psalmi dicuntur sub vna antiphona: nisi aliæ propriæ antiphonæ (vt in Dominicis Aduentus) assignentur. [illegible] Post psalmos, & antiphonas dr

Caplm,hymnus,versus, antiphona ad Magnificat,cum eode cantico,& Oratio,omnia de tépore,vel sancto,pro qualitate officij. ¶ Preces quãdo dicédæ sunt, dicunť ante orationé: Cõmemorationes vero de Cruce,sancta Maria,Apostolis,& Pace post eã, vt infra in ꝑprijs rubricis dr̃.

De Completorio.

AD Completorium absolute dicitur lectio breuis , vt in Psalterio, deinde Pater noster,Cõfiteor, Misereatur, Indulgentiã,Conuerte, Antiphona, Psalmi, Hymnus,Capitulum, Rñsorium breue, Canticum cũ antiphona,oĩa vt in fine Psalterij, & post eam in duplicibus & infra octauas dr̃ Orõ: in alio officio nõ duplici ante orõné, dr̃ Kyrie el.cũ resp. precibus,vt ibidem in psalterio. ¶ Post versum,Benedicat,& custodiat nos &c. dr̃ vna ex antiphonis beatę Marię, cũ versiculo & Orõne,vt ibidem:& dicto versu, Diuinũ auxiliũ,dr̃ secreto,Pr̃ nr̃. Aue Maria, Credo.

De inuitatorio.

INuitatorium semper dicitur in omni officio ad Matutinum cũ psalmo,Venite,ordine in principio Psalterij descripto, sed variatur pro officij qualitate:vt in Psalterio,& in Proprio de tépore,ac in Proprio,& Cõmuni sanctorũ. ¶ Non dr̃ in die Epiphanię,nec in triduo ante Pascha,vt suis locis dr̃,nec in officio Defunctorum per annũ , excepto die Cõmemorationis omnium fidelium defunctorũ,& præsente corpore.

De Hymnis.

HYmni semper dicuntur in qualibet Hora, prærerquã a triduo ante Pascha vsq; ad Sabbatum in Albis inclusiue, & præterquam in officio Defunctorũ. ¶ Ad Matutinũ hymnus dr̃ post psalmum,Venite, repetito Inuitatorio, præterquam in die Epiphaniæ. Ad Laudes,& Vesperas dr̃ post Capitulũ, ad Horas ante psalmos & antiphonas, ad Completoriũ post psalmos,& antiphonã. ¶ Dicũtur autẽ in officio de tempore,vt in Psalterio,qñ proprij hymni in Proprio de tépore nõ adsunt : qui hymni de psalterio in Dñicis, & Ferijs assignati dicuntur ab octaua Pẽtecostes vsq; ad Aduentum, (Dñica infra Octauam Corporis Christi excepta)& ab octaua Epiphanię vsq; ad Dñicam primã Quadragesimę exclusiue.In officio de sanctis dñr vt in Cõmuni Sanctorũ , nisi proprij in Proprio Sanctorum habeantur. ¶ In Natiuitate Domini & vsq; ad Epiphaniam , in festo Corporis Christi , per octauam , & quandocunque fit officium Sanctæ Mariæ tam nouem quam trium lectionũ etiã tempore paschali,in fine omnium hymnorum(præterquã in fine hymni,Aue Maris stella)dicitur,Gloria tibi domine , Qui natus es de Virgine,vt in eius officio paruo:etiam si dicantur hymni de sanctis qui infra octauas prædictas celebrantur, dũmodo Hymni de Sanctis , sint eiusdẽ metri. ¶ In Epiphania Dñi;& per totam Octa.ac in festo Transfigurationis,in fine omniũ hymnorũ,dr̃ Glĩa tibi dñe, Qui apparuisti hodie. ¶ A Dominica in Albis vsq; ad Ascensionẽ in fine omniũ hymnorum dicitur,

dicitur, Gloria tibi domine, Qui surrexisti a mortuis, etiã in festis Sanctorũ eodem tempore paschali occurrentiũ, dũmodo hymni sint eiusdẽ metri. ¶ Ab Ascensione autẽ vsq; ad Pentecost. dr̃ Gloria tibi domine, Qui scãdis sup sidera, similiter etiã & in festis occurrẽtibus. ¶ In Pẽtecoste vero & per octauam dr̃, Gloria patri domino, Natoq; qui a mortuis: &c. Alijs temporibus terminantur hymni, vt suis locis ponitur.

De Antiphonis.

AD omnes Horas semper cũ psalmis, dicuntur Antiphonæ vel vna, vel plures pro diuersitate officij, & Horarum. ¶ Si de tẽpore fiat offm̃, idest de Dominica, aut feria, dicuntur Antiphonæ vt in Psalterio: quæ cum psalmis positæ iu Vesperis Dominicæ & feriarum, in Completorio, ac in nocturnis (etiam quando fit officium de festo trium lectionum, idest simplici) nunquam mutantur nisi tempore Paschali, quo tempore dicitur vna tantum Antiphona, Hal'ah, excepto tempore etiã Aduentus, quo tempore ad Vesperas & nocturnos Dominicæ ponuntur propriæ añę. In Laudib⁹ & alijs Horis mutanť pro diuersitate temporum, vt in Proprio de tempore habentur: cum vero non assignantur, semper dicuntur quæ positæ sunt in psalterio. Antiphonæ quæ in Proprio de tempore Sabbatho ponuntur ad Magnificat pro prima Dominica alicuius mensis, sumendæ sunt ea Dominica quæ est proximior Calendis, vel est in Calendis illius mensis, vt supra in rubrica de Dominicis, ac etiam in rubrica mensis Augusti dicitur, & semper in Sabbatho ponitur antiphona ad Magnificat, quæ contigua est libro Scripturæ in Dominica ponendo. ¶ In festis nouem lectionum ad Vesperas dicuntur antiphonæ de Laudibus, nisi propriæ in Vesperis assignentur. Ad Horas similiter, tam in officio de tempore, quam de Sanctis, quando habentur propriæ in Laudibus, & alię propriæ non fuerint ad Horas, sumuntur ex Laudibus quarta prætermissa, hoc ordine: Ad primam, prima: Ad Tertiam, secunda: Ad Sextam, tertia: Ad Nonam quinta. ¶ In ferijs Aduentus, quæ non habent ad Horas proprias antiphonas, sumuntur ex Laudibus Dominicæ præcedẽtis. Vbi vero in Laudibus feriarum Aduentus fuerint propriæ, sumuntur, vt dictum est, ex ipsis laudibus feriarum propriæ. ¶ Tempore Paschali, in officio tam nouem, quam trium Lectionum, Psalmi Nocturnorum cuiuslibet nocturni, dicuntur sub vnica Antiphona, quæ officio conuenit, vt suis locis ponitur. ¶ In duplicibus ad Vesperas, Matutinum, & Laudes tantum, antiphonæ dicuntur ante psalmos integræ, & post psalmos, integræ repetuntur: in alijs Horis, & in officio non duplici, in principio psalmi inchoatur tantum antiphona, deinde in fine integra dicitur. Et quando antiphona incipit sicut psalmus, post inceptam antiphonam, dicatur quod sequitur in psalmo sine repetitione principij, ab eo loco, vbi desiuit aña. ¶ Antiphonis proprijs, tam in officio de tpe, q̃

de Sanctis semper cedunt, quæ habentur, tam in Psalterio, quam in Cõmuni sanctorum. ❡ Quando fit aliqua commemoratio, semper dicitur antiphona ante orationem cum versu; quę sumitur ex officio, quod conuenit ei, de quo fit commemoratio: ita vt in Vesperis sumatur antiphona quæ assignatur ad Magnificat, in Laud. quę ad Benedictus, cum versibus, qui habentur post Hymnum. ❡ Antiphonæ Sanctæ Mariæ positæ in fine Completorij, dicuntur, vt inferius in propria rubrica dicitur.

De Psalmis.

Psalmi, in officio de tempore, per omnes Horas, in Dominicis & Ferijs, dicuntur eo modo, quo distributi, sunt in Psalterio, nisi aliqñ aliter in Proprio de Tempore signentur. In festis autem dicuntur, vt in proprijs locis signantur: alioquin, vt in Communi Sanctorum. ❡ Psalmi ad Laudes de Dñica cum cãtico Benedicite, dicũtur in omnibus festis per annum & in ferijs temporis Paschalis. ❡ Psalmus, Confitemini, dicitur ad Primam cum alijs psalmis in Psalterio assignatis in omnibus Dominicis (quando officium fit de Dominica) a tertia Dominica post Pentecosten inclusiue vsque ad Natiuitatem Domini exclusiue: & a secũda Dominica post Epiphaniam inclusiue, vsque ad Septuagesimam exclusiue: a Septuagesima autem inclusiue, vsque ad Pascha exclusiue, eius loco dicitur Psalmus, Dominus regnauit: & Psalmus, Cõfitemini, tunc dr̃ ad Laudes post Psalmum Miserere, vt suo loco dicit. In Dñicis vero Tp̃is Paschalis a Dñica in Albis inclusiue, vsq; ad Ascensionem exclusiue, dicũtur tantum tres psalmi sicut in festis, addito symbolo Athanasij. Alij psalmi per singulas ferias distributi ad primam, dicuntur singuli, loco psalmi, Confitemini, in feriali tantum officio, quando de feria agitur extra tempus Paschale. In ferijs vero temporis Paschalis, in festis per annum, & in Sabbatho, siue de S. Maria, siue de feria fiat officium, dicuntur tãtum tres psalmi: scilicet, Deus in nomine tuo, Beati immaculati, & Retribue: etiam si festum duplex celebretur in Dñica. ❡ In Dominicis autem, quando officium fit de Dominica, post psalmos additur semper symbolum Athanasij, Quicunque, vt infra in propria rubrica dicetur. ❡ Psalmi Horarum, scilicet ad Tertiam, Sextam, & Nonam, & ad Completorium, nunquam mutãtur, vt in Psalterio, siue de Sanctis, siue de Tempore, fiat officium. ❡ Psalmi de Dominica ad Vesperas vt plurimum dicuntur in Vesperis festorum, excepto, vltimo qui mutatur: cum vero aliter fit, suis locis annotatur. In Vesperis infra octauam dicuntur psalmi, vt in secundis Vesperis festi, exceptis primis Vesperis diei octauæ: in quibus dicuntur: vt in primis Vesperis festi. ❡ In fine psalmorum semper dicitur, Gloria patri, pręterquam in psalmo, Deus Deus meus ad te de luce vigilo: & in psalmo, Laudate Dominum de cælis, in quibus dicitur tantum in fine vltimi psalmi, ante Cã-

ticum

ticum Benedicite,& ante Capl'm. Præterea non dicitur in triduo maioris hebdomadæ ante Pascha, nec in officio Defunctorum, cuius loco pro Defunctis dicitur, Requiem æternam &c.

De Canticis.

Cantica dicuntur in officio de tempore, tam de Dñicis, quam de Ferijs, vt in Psalterio distribuuntur ad Laudes, Vesperas, & Completoriũ. ¶ In festis & tẽpore Paschali ad Laudes semper dr̃ Canticum, Benedicite, vt in Dominica: & in fine eius nõ dicitur, Gloria patri, sicut in alijs Canticis dicitur, nec respõdetur, Amen. Alia cantica ferialia vt in Psalterio ad Laudes non dicuntur nisi quando officium fit de feria extra tempus Paschale. ¶ Canticum Benedictus, Magnificat, & Nunc dimittis, semper dicuntur suo loco, vt in Psalterio.

De Versibus.

Versus semper dicuntur ad Matutinum post vltimum psalmum, & antiphonam nocturnorũ: siue in officio dicantur tres nocturni, siue vnus. Ad Laudes & Vesperas, Versus dr̃ post hymnum. Ad Horas dicitur in Responsorio breui. post repetitionem partis Responsorij, dicto Gloria patri. ¶ In Pascha Resurrectionis & per eius octauam vsq; ad Sabbathum in Albis inclusiue, in Nocturno tantum dicitur Versus, in alijs Horis nõ dicitur, vt ibi. ¶ Quando fit aliqua commemoratio semper post antiphonam eius, de quo fit commemoratio, dicitur Versus, qui in eius officio ponitur post hymnum Vesperarum & laudum. ¶ Versibus tempore Paschali semper additur Haleluiah. ¶ Versus, Dominus vobiscum, semper preponitur orationi, & post eam repetitur, vt infra dicit' in rubrica de Oratione. ¶ In officio festi trium lectionũ post omnes psalmos feriales cum antiphonis dicitur versus de Communi Sanctorum, hoc ordine. Feria. ij. & v. Versus primi nocturni. fer. iij. & vj. versus secundi nocturni. Fer. iiij. versus tertij nocturni. ¶ Versus positi in Psalterio ad Laudes, & Vesperas semper dicuntur quando alij proprij non assignãtur in Proprio de tempore.

De Absolutionibus, & Benedictionibus ante lectiones.

Absolutiones, & benedictiones, dicuntur per ordinem in officio nouem lectionũ ante lectiones, vt in prima Dñica de Aduentu ponũtur, scilicet post versum dicto Pater noster, Et ne nos, dicitur Absolutio: & Benedictio, vt ibi, præterquam in Matutinis tenebrarum maioris hebdomadæ, & in officio Defunctorum, in quibus Absolutio & Benedictio non dicuntur. ¶ Si officium nouem lectionum fit de Sancto, octaua benedictio erit, Cuius, vel Quorum festum colimus &c. vt ibi. Si de S. Maria. octaua benedictio, erit Cuius festum colimus, Ipsa virgo virginum, &c. Cum leguntur tria euangelia cum homilia, fiat sicut in Natiuitate Domini dicitur. ¶ Si fit officium trium lectionũ; & fit de feria, in qua singulæ tres lectiones sunt de Scriptura, Absolutio & Benedictio

nes sumuntur ex prima Dominica de Aduentu, hoc ordine. Feria.ij.& v.dicitur Absolutio & Benedictiones primi nocturni dicunt. Feria.iij. &.vj.secundi nocturni. Feria quarta, & Sabbatho,tertij nocturni.
¶ Si autem singulæ tres lectiones non sunt de Scriptura, Absolutio dicitur secundum ferias, sicut quando tres sunt de scriptura: Benedictiones vero semper dicuntur, vt in tertio nocturno dictæ Dominicę ordinãtur. ¶ Si tres lectiones sunt de homilia: Prima Benedictio erit, Euãgelica lectio. Secunda, Diuinum auxilium. Tertia, Ad societatem.
¶ Si fit de sancto, de Absolutionibus idem seruatur quod in ferijs quãdo non legitur homilia, sed Benedictiones dicuntur vt in tertio nocturno hoc modo: Prima, Ille nos benedicat: Secunda, Cuius, vel Quorum festum colimus: Tertia, Ad societatem. ¶ Quando fit officium B. Marię in Sabbatho, Absolutio & Benedictiones dicuntur vt in eius officio paruo circa finem Breuiarij.

De Lectionibus.

Lectiones leguntur ad Matutinum dictis psalmis nocturnorum cũ antiphonis, versibus, Absolutionibus quoque, & Benedictionibus, vt supra. In duplicibus & semiduplicibus dicuntur nouem lectiones, idest in quolibet nocturno tres: in ferijs & festis simplicibus leguntur tantũ tres lectiones. ¶ In officio nouem lectionũ leguntur hoc modo In primo nocturno semper leguntur tres lectiones de Scriptura, quæ, quãdo suis locis propriæ, aut de Cõmuni Sanctorum non assignantur, semper leguntur vt in officio de tempore, quæ sua quaque die occurrunt legendæ. In secundo nocturno si fit de sancto, tres lectiones leguntur de vita sancti: quæ si non adsint propriæ, leguntur de sermone, qui ei cõuenit, ex Cõmuni Sanctorum: Vnde etiam numerus trium lectionum completur, quãdo officium fit nouem lectionum de aliquo Sancto qui non habet nisi vnam, vel duas lectiones de vita sancti. Si fit de Dominica vel de alio officio nouem lectionum per annum, etiam de octaua, leguntur tres lectiones de aliquo sermone, qui in illis ponitur. In tertio nocturno semper leguntur tres lectiones de homilia in euangeliũ, positæ in Proprio, aut ex Communi assignatæ: & primæ lectioni de homilia semper præponitur principium lectionis de euangelio de quo est homilia, etiam infra octauas. Excipiuntur ab hoc ordinario lectionum, Matutinę tenebrarum ante Pascha, & Defunctorum, vt in suis officiis ponitur. ¶ Si in officio nouem lectionum in quo non dicitur nonum Responsorium contingat fieri commemorationem de aliquo sancto qui propriam habet lectionem, nona lectio legitur de sancto: si fuerint duæ de sancto, cuius fit commemoratio, ex duabus lectionibus fiat vna lectio, omissa nona lectione in dicto officio nouem lectionum vel octauæ lectioni adiuncta. Quod si eodem die occurrat Dominica, vel feria quæ habeat homiliam, nona lectio sancti omittitur,

ur, & eius loco legitur homilia Dominicæ, vel Ferię. ¶ In officio trium lectionum si fit de feria, tres lectiones leguntur de Scriptura, nisi tres sint de homilia: quia tunc omissis lectionibus de scriptura, tres leguntur de homilia. Si fit de Sancto, qui habeat duas lectiones, prima tantum erit de scriptura, vel vna, vel ex tribus vna: Secunda & tertia de Sancto. si vnam tantum habuerit vel propriam, vel ex Communi assignatam, prima & secunda erunt de scriptura, tertia de sancto: quod etiam seruatur in officio Sanctæ Marię in Sabbatho.

¶ Si initium lectionis de scriptura transferatur in secūdam feriam, lectiones scripturę positæ in secunda feria vel omittant᷑, vel cū alijs de eadem scriptura adiunctæ legantur; quod semper fieri potest quando lectiones de scriptura aliquo die omittuntur. ¶ Lectiones autem de scriptura in officio de tempore sic distributę sunt per annum, vt quotidie aliquid ex ea legatur etiam in officio de sanctis, quando aliæ, vt dictum est, non assignantur. ¶ Initia librorum sacrę scripturę, (qui fere semper in Dominicis inchoātur) eo die ponuntur, quo notata sunt, etiam si fiat officium de sancto, nisi in festo aliæ propriæ lectiones scripturę de Communi assignentur: tunc enim initium lectionis de scriptura transfertur in sequentem diem, similiter non impeditam. Historia vero idest Responsoria ex historia scripturæ sumpta, si eo die in quam transfertur initium scripturę propter festum occurrēs poni non possit, ponatur infra hebdomadam, vt dicitur in rubrica de Responsorijs. Cum autem initium alicuius epistolę beati Pauli, post octauam Epiphaniæ, vel epistolæ canonicę tempore Paschali, aut alicuius prophetę minoris mense Nouembri, infra hebdomadam illorum temporum impeditur aliquo festo nouem lectionum habente proprias lectiones de scriptura, dictū initium epistolę & prophetę quoad commode fieri poterit ponatur in sequenti feria alio simili initio scripturæ ponendo vel festo non impedita, alioquin in pręcedenti similiter non impedita, vel cum alijs lectionibus de eadem scriptura in sequentibus diebus cōtinuetur, ita vt aliquo modo ponatur. Cum etiam initium lectionis alicuius libri de scriptura transfertur in aliam diem, alię lectiones eadem die, de eadem scriptura, assignatę, vel cum superioribus lectionibus legantur, vel omittantur: ita ut non oporteat eas amplius in alio sequenti die resumere, sed illę legantur, quę sua quaque die occurrunt, aut cum eisdem iungantur. Quod semper seruetur, quando lectiones occurrentes de scriptura legi non possunt. ¶ De scriptura quoque tantum est positum, quantum satis videtur, pro numero hebdomadarum, quę esse possunt & inter Epiphaniam, & Septuagesimam, & inter Pentecosten, & Aduentum. Vbi vero contingit minui numerum Dominicarum, & hebdomadarum post Epiphaniam adueniente Dominica Septuagesimę, & post Pentecosten adueniente alia Dominica, vt infra dr: quod superest de scri-

tura alicuius libri pro numero dictarum Dñicarum & hebdomadarũ positi, eo anno omittitur. Quod etiã fit de scriptura ex libris Regum, de quibus legit' ab octaua Pẽtecostes vsque ad primam Dominicã Augusti, cum non expletur numerus Dominicarum post octauam Pentecostes de eo libro annotatus vsque ad mensem Augusti: quia tunc, lectionibus de eo libro omissis, legitur Scriptura quæ ponitur mense Augusti. Quod similiter & in sequentibus mensibus obseruatur; cum mensis, cui quinque Dominicæ assignãtur, non habuerit nisi quatuor: tunc enim omittuntur lectiones quintæ Dominicæ, & eius hebdomadæ: & ponuntur lectiones primæ Dominicæ sequentis mensis, & eius hebdomadæ, quę scilicet Dominica ꝓximior est Calendis illius mensis, secundum rubricam mensis Augusti positam in Proprio de tẽpore. ¶ Lectiones Dominicæ quintæ Octobris, quando October habuerit tantũ quatuor Dominicas, leguntur feria quinta præcedentis hebdomadæ nõ impedita festo duplici quod habeat proprias lectiones Scripturæ, alioquin legantur feria sexta eiusdem hebdomadæ; coniunctæ lectionibus secundæ & tertię feriæ hebdomadæ quintæ. ¶ Lectiones etiã secũdæ Dñicæ Nouembris & eius hebdomadæ omittũtur, quando idem mẽsis habuerit tantum quatuor Dominicas: tunc enim tertia Dominica Nouemb. cum sua hebdomada ponitur loco secundæ, & quarta loco tertiæ, & qnta loco quartæ. ¶ Lectiones de Scriptura, positæ in Cõmuni sanctorũ, leguntur tam in festis duplicibus, quam semiduplicibus, vbi assignant' in Proprio Sanctorum per annum: Rursus quando aliquod festum in propria ecclesia solenniter celebratur: Item quando aliquod festum nouem lectionum occurrit in Quadragesima, & Quatuor temporibus, in secunda feria Rogationum, & in Vigilia Ascensionis, in quibus feriis in officio de Tempore nõ assignantur lectiones de Scriptura, sed de homilia: tunc enim in festis recurrẽdum est ad lectiones de Scriptura, positas in Cõmuni Sanctorũ. Quod si occurrat in die octaua alicuius festi habentis octauam, tunc in primo nocturno diei octauæ repetantur lectiones, quæ in primo nocturno festi lectæ fuerunt. Aliæ lectiones secũdi, & tertij nocturni positæ in Communi Sanctorum, similiter leguntur quãdo in ꝓprio Sanctorũ assignantur, & quãdo in aliqua ecclesia aliquod festũ celebrat' cũ nouem lectionibus, quia in ea est solẽne, aut consuetũ celebrari, quod proprias de festo lectiones non habuerit. ¶ In fine cuiuscunq; lectionis dr̃, Tu autẽ dñe miserere nobis, & rñdetur, Deo gratias. Quod etiam fit in lectionibus breuibus in principio Completorij, & in fine Primæ post Pretiosa, pręterquam in triduo maioris hebdomadæ ante Pascha, & in officio Defunctorum vt suis locis ponitur.

De Responsorijs, post Lectiones.

Responsoria dicunt' ad Matutinum post lectiones: ita vt post quãlibet lectionẽ dicatur vnum Rñsorium, vt infra. ¶ In festis nouẽ lectio-

lectionum (præterquam in festo sanctorum Innocentium, qñ non venerit in Dominica) & in Dominicis a Dominica in Albis inclusiue, vsque ad Aduentum exclusiue, & a Dominica infra octauam Natiuitatis inclusiue, vsque ad Septuagesimam exclusiue, dicuntur octo tantum Responsoria, & in fine tertij, sexti, & octaui, dicitur Gloria patri, cum repetitione partis Responsorij: quod regulare est in fine vltimi Responsorij cuiuslibet nocturni, tam in officio nouem, quam trium lectionum, excepto tempore Passionis, quo tempore eius loco repetitur Responsoriũ a principio: excepto etiam officio Defunctorum, cuius loco dicitur Requiem æternam &c. Qui Versus Gloria patri, quibusdam diebus dicit̃ in primo Responsorio, vt in proprijs locis annotatur. Post nonam lectionem prædictis diebus, quando octo tantũ dicuntur Responsoria, immediate dicitur hymnus, Te Deũ. ¶ In Dominicis Aduẽtus, & in dominicis a Septuagesima vsque ad Dominicam Palmarum, & in triduo ante Pascha dicuntur nouem Responsoria, quia tunc non dicitur, Te Deum. ¶ In officio autem trium lectionum, quando fit de festo, & in feriis temporis Paschalis quod est inter Dominicam in Albis, & Ascensionẽ (excepta feria secunda Rogationum, in qua dr̃ tertium Responsorium) dicuntur duo Responsoria, quia post tertiam lectionem dicitur, Te Deum: Quæ Rñsoria in festis sumuntur de Cõmuni Sanctorum, & in dictis feriis temporis Paschalis quando alia propria non assignantur sumunt̃ de Dominica in qua primo sunt posita, hoc ordine. ¶ Secũda & quinta feria, primum, & secundum Rꝫiũ. primi nocturni. Feria tertia & sexta, primum, & secundum Rñsorium secundi nocturni. Feria quarta, primum, & secundum Responsorium tertij nocturni. ¶ In aliis feriis, extra tempus Paschale, dicuntur tria Responsoria, (quia in illis non dicitur, Te Deum;) hoc ordine. Feria secunda & quinta, tria Responsoria primi nocturni. Feria tertia & sexta, tria Responsoria secundi nocturni. Feria quarta & sabbatho, quando in eo fit de feria, tria Responsoria tertij nocturni Dominicæ præcedentis, in qua primo sunt posita. Verũ quia in tertio nocturno Dominicarum a tertia post Pentecosten inclusiue, vsque ad Aduentum exclusiue, & ab octaua Epiphaniæ vsque ad Septuagesimam exclusiue, non habetur nisi vnum Responsorium dicendum infra hebdomadam, quod est septimum in Dominica, propterea quod Repõsorium, Duo Seraphim, non dicitur nisi in Dominicis post Pentecosten vsque ad Aduentum, & ab Epiphania vsq; ad Septuagesimam, ideo Feria quarta & sabbatho quando ex tertio nocturno sumenda erunt Responsoria, primum Responsorium erit quod est septimum Dominicæ, secundo & tertio loco dicitur secundũ & tertiũ sequentis feriꝫ, idest post secundam & tertiam lectionem dicitur secundum & tertium Responsorium, quod est secundum & tertium secundꝫ sequentis feriꝫ, si propria Responsoria habuerit, alioquin si nõ habuerit propria dicitur

dicitur secundum & tertium Responsorium primi nocturni eiusdē Dominicę, ¶ Sumuntur autem Respōsoria ex eo loco, vbi primo sunt posita, in principio mensis, vel libri, & ea repetuntur in aliis sequentibus Dominicis illius mensis, in quibus alia non assignantur, vel donec de illo libro legitur, vnde sumpta sunt Responsoria. Quæ autem in prima hebdomada mensis posita sunt per ferias, repetantur eodem ordine in eisdem ferijs per sequentes hebdomadas, donec alia ponantur. ¶ Responsoria etiā propria secundę feriæ, si propter festū occurrens poni nō possint in ea feria vbi assignantur, ponantur in sequenti prima occurrenti feria. Vbi vero non adsunt propria, semper ex nocturnis Dn̄icæ sumunť, dicto ordine. ¶ Si R̄n̄soria primi nocturni eius Dn̄icæ, in qua primo ponunť, propter festum duplex in ea occurrēs, in ipsa Dominica poni nō possint, ponantur primo die eius hebdomadę, in qua occurrit fieri de feria, & omittantur alia, quæ forte in illa feria propria haberentur. Si vero in tota hebdomada non occurrat dies, in quo fiat de feria, prima die non impedita festo nouē lectionum fiat offiñ de feria, cum cōmemoratione festi trium lectionū in ea occurrentis: si tota hebdomada, & sequens Dn̄ica fuerit impedita officio nouem lectionū in qua nō possit fieri officium de Dn̄ica vel de feria, id fiat in sequēti hebdomada, vel Dominica, dummodo in ea alia R̄n̄soria non sint primo ponenda: quia tunc si alia Responsoria sint primo ponenda, prima die pręcedentis hebdomadæ non impeditę festo duplici, fiat de feria, vt supra, & festū semiduplex in ea occurrens transferatur. ¶ Responsoria etiam iij. nocturni quæ in aliquibus Dominicis ex textu euangelij sumpta sunt, nō repetantur per hebdomadam, quando in ea sumenda sunt Respōsoria ex tertio nocturno Dominicæ, sed eorum loco dicantur alia sequentis feriæ. Idem seruatur de quibusdam R̄n̄sorijs proprijs, in ferijs Quadragesimæ, vbi vnum tantum Responsoriū ponitur: quia non dicunť nisi eo die, quo ponuntur, & in aliis sequentib⁹ ferijs Quadragesimę sumūtur ex Dn̄ica, ordine supradicto. ¶ Tēpore Paschali ī fine Responsorij ante versum additur, Haleluiah. Primum Responsorium festi quod aliquando nō dr̄ infra quasdam octauas, dicitur in Dn̄ica infra octa. si ad modum octauæ agatur officium, & in die octaua, nisi aliter notetur.

De Responsoriis Breuibus Horarum.

R Esponsoria breuia dicuntur post capitulum ad Primam, Tertiā, Sextam, & Nonam, & ad Cōpletorium: prætérquā in triduo ante Pascha vsq; ad Sabbathum in Albis exclusiue, quibus diebus nō dn̄r. Ad Primam & Completorium semper dicuntur eodem modo, vt in Psalterio. In alijs Horis, qn̄ fit officium de dominica vel de feria per annum, dicuntur vt habentur in Psalterio. In Aduentu autem, Quadragesima, & tempore Paschali, vt suis locis habenť propria. In festis similiter, quā do non habentur propria, dicuntur, vt in Communi Sanctorum.

¶ In

¶ In fine Responsorij breuis semper dr, Gloria patri, cum repetitione partis Responsorij, eo modo, quo ordinatur ad Primam in Psalterio, præterquam tempore Passionis: tunc enim nõ dicitur Gloria patri, sed eius loco repetitur Responsorium breue a principio. ¶ In Respõsorio breui ad Primam, loco versus, Qui sedes, & cętera. vt in Psalterio; in Aduentu dicitur, Qui venturus es in mundum, tam in Dominicis & ferijs, quam in festis: (excepto festo Conceptionis Beatæ Mariæ) In Natiuitate Domini & vsq; ad Epiphaniam, etiam in festis occurrentibus: in festo Corporis Christi & per octauam, & in omni officio beatę Marię, tam nouem quam trium lectionum, dicitur, Qui natus es de Maria virgine. In Epiphania & per octauam, & in festo Transfigurationis dicitur, Qui apparuisti hodie. A Dominica in Albis inclusiue, vsque ad Ascensionem exclusiue, tam in officio de tempore, quam de sanctis, (excepto Officio sanctæ Mariæ,) semper dicit, Qui surrexisti a mortuis. Ab Ascensione, vsque ad Pentecosten exclusiue, dicitur, Qui scandis super sidera. In Pentecoste & reliquo anni tempore, tam in officio de Tempore, quam de sanctis, dicitur, Qui sedes ad dexteram Patris, vt in Psalterio. ¶ Responsoria breuia aliarum Horarum, quæ ponuntur in prima Dominica de Aduentu, dicuntur per totum Aduentum, quando fit officium de tempore. Similiter quæ ponuntur in prima Dominica Quadragesimæ, dicuntur vsque ad Dominicam Passionis exclusiue. Et quæ ponuntur in Dominica Passionis, dicuntur vsque ad feriam quintam in Cęna Domini exclusiue. Item quæ ponunt in Dñica in Albis, dicuntur vsq; ad Ascensionẽ exclusiue: Quę vero ponuntur in aliquo festo habente octauam, dicuntur per totam octauam qñ fit de octaua. In officio autẽ Beatæ Mariæ, tam nouem, quam trium lectionum, (excepto festo Assumptionis eiusdem) dicuntur semper Responsoria breuia de Communi Virginum. ¶ Tempore Paschali a Dominica in Albis vsque ad Sabbathum post Pentecosten inclusiue, in primo versu Respõsorij breuis ponuntur duo Haleluiah, & in secundo vnum, tam in officio de tempore, quam de Sanctis.

De Capitulis.

Capitula semper dicuntur (pręterquam a feria quinta in Cęna Domini vsq; ad Sabbathũ in Albis inclusiue, & præterquã in officio Defunctorum) ad Vesperas, Laudes, & alias Horas, dictis Psalmis & Antiphonis, ad Completorium vero dicto etiam hymno.

¶ Capitula Dominicalia, posita in Psalterio in primis & secundis Vesperis, in Laudibus, & Horis, dicuntur a tertia Dominica post Pentecosten vsq; ad Aduentũ, & a secunda post Epiphaniã vsq; ad Septuagesimã. Capitula autẽ ferialia dñr eisdem temporib', sed post octauam Pẽtecostes, vsq; ad Aduentũ, & ab octaua Epiphanię vsq; ad Dñicam primã Quadragesimæ. Alio tẽpore dñr vt in Proprio de Tempore

si fit de Sanctis, vt in Proprio de sanctis, cum propria adsunt, alioquin de Communi Sanctorum. Capitulum Primæ & Completorij (quando Capitula dicuntur) nunquam mutatur, vt in Psalterio. In Dominicis ab Aduentu vsque ad octauam Epiphaniæ, & a Septuagesima vsque ad tertiam post Pentecostē, & in omnibus festis regulariter Capitulum positum in primis Vesperis, dicitur in Laudibus, ad Tertiam, & in secundis Vesperis, quibusdam exceptis, quę suis locis assignantur. Post Capitulum semper respondetur, Deo gratias.

De Oratione.

ORatio in Vesperis, & Laudibus, dicitur post antiphonas ad Magnificat, & Benedictus immediate, pręterquā in ferijs Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, & Vigiliarū quæ ieiunātur, in quibus post antiphonā dr̄ preces, (excepta vigilia Natiuitatis & Pentecostes) & in fine post preces Oratio. Ad Primā & alias Horas oratio dr̄ post Responsorium breue, nisi dicendæ sint Preces, tūc enim oratio dr̄ post Preces Ad Completorium in duplicibus & per octauas Oratio dicitur post antiphonam, Salua nos, in alio officio dicitur post Preces. Ad Primā, & Completorium nunquam mutantur orationes quæ habētur in Psalterio, præterquā in triduo ante Pascha, in quo triduo ad omnes horas vsq; ad Nonam Sabbathi sancti inclusiue post psalmum, Miserere, dicitur Oratio diei, vt suo loco ponitur. In alijs Horis regulariter dr̄ oratio, quæ dicta est in primis Vesperis. In Quadragesima autem, Quatuor tē poribus, & Vigilijs, oratio. quæ dicta est in Laudibus, dicitur tantum ad Tertiam Sextam, & Nonam. In Vesperis autem sequentibus, si fit de Feria, dicitur uel alia propria, vt in Quadragesima, vel Dominicæ præcedentis, vt in Ferijs per annū. Quę oratio pręcedētis Dominicę semper dicitur in feriali officio per hebdomadam quando propria non assignatur. Infra octauas dr̄ oratio vt in die festi, similiter in die octaua nisi alia propria assignetur. Ante Orationē semper dicitur versus, Dominus vobiscum. Respondetur, Et cum spiritu tuo. Qui versus nō dicitur ab eo qui non est saltem in ordine Diaconatus, nec a Diacono pręsente Sacerdote, nisi de illius licentia. Siquis autem ad diaconatus ordinē nō peruenerit, eius loco dicit, Domine exaudi orationem meam, Respōdetur, Et clamor meus ad te veniat. Deinde dicitur, Oremus, postea oratio quę si vnica tātum dicatur, versus, Dominus vobiscū, vel Domine exaudi, repetitur finita oratione, postquam fuerit responsum, Amen. sin autem plures Orationes dicēdę sint: ante quamlibet orationē dicitur Antiphona & versus, deinde dicitur, Oremus, & post vltimam Orationem repetitur, Dominus vobiscum: postea dicitur, Benedicamus domino, Respondetur, Deo gratias. Deinde dicitur Versus. Fidelium animæ, qui Versus, Fidelium, non dicitur post Benedicamus dn̄o, ad Primam ante Preciosa, &c. neq; ad Completoriū ante Bn̄dicat, &c. Si Oratio dirigatur

gatur ad Patrem, concluditur, Per dominum: Si ad Filium, Qui viuis & regnas. Si in principio Orationis fiat mentio Filij, dicatur, Per eũdem r Si in fine orationis, dicatur, Qui tecum viuit & regnat. Si fiat mẽtio ſpiritus ſancti, dicatur, In vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti. &c. ¶ Quando plures Orationes dicuntur, prima tantum dicitur ſub ſua concluſione, Per dominum, vel aliter vt ſupra: alię non concluduntur niſi in vltima Oratione, ſed vnicuique Orationi ſemper præponitur, Oremus, pręter quam in officio Defunctorum, in quo alio modo quam vt ſupra, Orationes dicuntur, vt in eius officio dicitur.

De Hymno, Te Deum.

Hymnus, Te Deum, dicitur in omnibus feſtis per annũ tam triũ, quam nouẽ lectionũ, & per eorũ octauas, excepto feſto ſanctorũ Innocẽtium, niſi venerit in Dominica, & niſi fuerit eius dies octa. quia tunc dicitur. Dicitur etiam in omnibus dominicis a Paſcha reſurrectionis incluſiue, vſq; ad Aduentum excluſiue, & a Natiuitate Domini incluſiue, vſq; ad Septuageſimam excluſiue, & in omnibus ferijs temporis Paſchalis, ſcilicet a Dominica in Albis vſq; ad Aſcenſionem, excepta ſecunda feria Rogationum, in qua non dicitur. ¶ Non dicitur autem in Dominicis Aduentus, & a Septuageſima vſq; ad Dominicam Palmarũ incluſiue, neq; in Ferijs extra tẽpus paſchale. ¶ Cũ dicitur, omittitur ſemper nonum vel tertium Reſponſorium, ſed ſtatim dicitur poſt vltimam lectionem. ¶ Cum nõ dicitur, eius loco ponitur nonũ vel tertiũ Reſponſorium, cum Gloria patri, in fine, & dicto Reſpõſorio ſtatim inchoantur Laudes. Similiter quando dicitur Te Deum, eo hymno dicto ſtatim inchoantur Laudes, pręterquam in nocte Natalis Domini, quia tunc dicitur Oratio, poſtea celebratur Miſſa, vt ſuo loco dicitur.

De Oratione Dominica & Salutatione Angelica.

Oratio Dominica Pater nr̃, & Salutatio Angelica Aue Maria, ſemper dr̃ ſecreto ante omnes Horas, pręterquam ad Completorium, quia tunc in principio dicitur tantũ Pater noſter, poſt lectionẽ breuem dicto verſu, Adiutorium noſtrũ, & in fine Pater noſter, Aue Maria, cum Credo poſt orationem S. Mariæ. Finitis Horis dicitur ſimiliter ſecreto, Pater noſter, tantum, dicto Verſu, Fideliũ animę, vbi hic verſus dicitur, qui Verſus non dr̃ qñ poſt officiũ dici dr̃ offin̄ beatæ Mariæ, ſed poſt illud, & tũc dicitur, Pater noſter, vt ſupra. Si autẽ alia Hora ſubſequatur, in fine pręcedentis Horæ, dicitur Pater noſter, ſemel tantum, propincipio ſequentis Horæ, addita Aue Maria. ¶ Qñ oratio Dominica dicẽda eſt cũ precibus, ſemp clara voce profertur, Pater noſter, & in fine, Et ne nos, reliquum dicitur ſecreto, alias nunquã profertur. Ad Laudes vero & Veſperas quando in feriali officio dicuntur preces, totum dicitur clara voce. ¶ Salutatio Angelica ſemp dr̃ ante offin̄ S. Marię, quãdo nõ dr̃ cum officio Dñi, qa tunc ſufficit dixiſſe in principio cũ oróne Dñica.

De

De Symbolo Apostolorum, & Symbolo Athanasij.

SYmbolum Apostolorum semper dicitur ante Matutinum,& Primã, & finito Completorio,post orationẽ Angelicam totum secreto : etiã si ad Primam, & Completorium,iterum dicẽdum sit cum precibus. Qñ vero dicitur cum precibus,ad Primam & Completorium clara voce profertur, Credo in Deum,& in fine,Carnis resurrectionem, reliquum dicitur secreto,alias nunquam dicitur nisi vt supra. ¶ Symbolum Athanasij dicitur ad Primam post psalmum Retribue, in omnibus Dominicis per annum,quando officium fit de Dominica , exceptis Dominicis infra octauas Natiuitatis Domini , Epiphaniæ, Ascensionis, & Corporis Christi,ac Dominica Resurrectionis,& Pentecostes, in quibus dicuntur tm̃ tres psalmi consueti vt in festis. In Dñicis infra alias octauas , & in Dominica Trinitatis dicitur,alias nunquam , neque si aliquod festum duplex celebretur in Dominica.

De Precibus.

PReces sunt aliquot versus qui aliquando dicuntur ante orationem, incipientes a Kyrie eleison. ¶ Preces Dñicales,ad Primã,& Completorium vt in Psalterio dicuntur tantum quandocunq; officium nõ est duplex,vel infra octauas,in duplicibus autẽ & infra octauas non dicuntur,etiam si infra octauam fiat de Dominica,vel alio festo semiduplici , quia tunc ratione octauę non dicuntur. ¶ Preces feriales ad Laudes,& Horas distinctæ vt in Psalterio,dicuntur tantũ in ferijs Aduentus,Quadragesimæ,Quatuor temporum,& Vigiliarum,quæ ieiunantur:(exceptis Vigilia Natiuitatis Domini,& Vigilia & Quatuor temporibus Pentecostes) & tunc dicuntur flexis genibus.In alijs ferijs per annum a prędictis nunquam dicuntur,nisi Dñicales , & in illis nõ flectuntur genua. ¶ In ferijs Aduentus, Quadragesimæ,& Quatuor temporum dicuntur preces feriales ad Laudes,per Horas,& ad Vesperas , si non sequatur festum: ad Completorium dicuntur consuetæ de Dominica, sed flexis genibus.Dicuntur autem preces flexis genibus ab Hebdomadario vsque ad versum,Dominus vobiscum ante orationem.A circunstantibus autẽ vsq; ad Versum,Benedicamus Dño,post Orõnẽ. ¶ In Vigilijs preces feriales dicuntur tantum ad Matutinũ & per Horas. Ad Vesperas vero sequentes non dicuntur, quia inde fit de festo.Psalmus , Miserere , non dr̃ cũ precibus,nisi ad Vesperas, & Psalmus, De profundis, nisi ad Laudes: in alijs Horis prædicti psalmi non dicuntur. In officio Defunctorum dicuntur psalmi,qui in eorum officio signantur.

De Commemorationibus Cõibus,seu Suffragijs Sanctorum.

COmmemorationes cõmunes,seu suffragia de Sanctis quę habentur in Psalterio ad Vesperas Sabbathi , dicunt̃ in fine Vesperarũ,& Laudum,ab octaua Epiphaniæ vsque ad Dominicam Passionis exclusiue,& ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum exclusiue, in Dominicis,


cis, Ferijs, & tertijs: (nisi officium sit duplex, vel infra octauas) & illis adiungitur commemoratio de Patrono, vel titulo Ecclesiæ, ante, vel post commemorationem de Apostolis, & de S. Maria, pro dignitate illius, ita tamen vt semper vltimo loco ponatur commemoratio de Pace. Et ante illas in feriali officio fit commemoratio de Cruce; quæ habetur in Psalterio, post Laudes secundæ feriæ. ¶ Tempore Paschali fit alia commemoratio de Cruce, vt ibi ponitur ad Laudes feriæ secundę post Dominicam in Albis: & ea solum tunc dicitur. ¶ Si facienda sit commemoratio alicuius festi occurrentis, commemoratio festi semp fit ante ipsa Suffragia consueta, etiam ante commemorationem de Cruce. ¶ Commemoratio de S. Maria non fit cum alijs, quādo dicitur eius officiū paruū.

De Antiphona Beatæ Mariæ in fine Officii.

Antiphonæ beatę Marię positæ in fine Psalterij post Completoriū singulæ dicuntur pro tēporis diuersitate, vt ibi annotat, prçterquā in triduo maioris hebdomadæ ante Pascha. ¶ Dicuntur autem extra Chorum tantum in fine Completorij, & in fine Matutini dictis Laudibus, si tunc terminandum sit officium: alioquin, si alia subsequatur Hora, in fine vltimæ Horæ. In choro autem semper dicantur, quandocūq; terminata aliqua Hora, discedendum est a Choro. ¶ Nunquam vero dicitur post aliquam Horam quando subsequitur cum officio diei officium Defunctorū vel Litaniæ, præterquam post Completorium, in quo semper dicitur, etiam si prędicta subsequantur: neque etiam dicitur quando post aliquam Horam subsequitur missa. Dicuntur autem semper flexis genibus, (præterquam tempore Paschali) hebdomadario tamen ad orationem surgente.

De Officio paruo Beatę Marię, & alijs.

De officio paruo Beatę Mariæ, de officio Defunctorum, de Septem psalmis pęnitentialibus & Litanijs, & de psalmis Gradualibus, quando & quomodo, tam in Choro, quam extra Chorum dicenda sint, habentur suis locis propriæ rubricę circa finem Breuiarij.


DAVID
NATAN

PSALTERIUM DISPOSITUM PER HEBDOMADAM.

Cum ordinario officij de Tempore.

DOMINICA

Ad Matutinum.

& omnes horas, preterquam ad Completorium dicitur secreto.



Ater noster, qui es in celis, sanctificetur nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

AVe Maria, gratia plena: dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostre. Amen.

In principio Matutini & Primę, ac in fine Cõpletorij dicitur etiam Symbolum Apostolorũ.

CRedo in Deum patrem omnipotẽtem, creatorem celi & terre: Et in Iesum Christum filium eius vnicum dñm nrm: Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria Virgine: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus: Descẽdit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis: Ascendit ad celos: sedet ad dexteram Dei pris omnipotentis: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in spiritum sanctum. Sãctã ecclesiã catholicã, Sanctorum cõmunionem, Remissionem peccatorum, Carnis resurrectionẽ. Vitam eternam. Amẽ.

Deinde clara voce dicitur ℣.

DOmine labia ✠ mea aperies.

℟. Et os meũ annunciabit laudem tuam.

Deus i adiutoriũ meũ intẽde. ✠ se signãdo. ℟. Dñe ad adiuuãdũ me festina. ℣. Gl'ia pri, & filio, & spũi scõ. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in secula seculorum. Amẽ. Halab.

Sic di. Sabb. a dñis hore p totū annū, excepto a dñica in Septuageſima vſqz ad feriam quartā in cena dñi, tūc enim dr. Laus tibi dñe rex eterne glorie. Inuitatoriū ſequēs dr ab octaua Epiphā. vſqz ad dñicam Septuag. et ab oct. Penteco. vſque ad Aduentū. Inuit. Adoremꝰ dñm, Qui fecit nos. Repetitur Adoremus dñm, q fecit nos. Ps.

Venite exultemus domino, iubilemꝰ Deo ſalutari noſtro, pꝛeoccupemus faciē eius i cōfeſſione, et i pſalmis iubilemꝰ ei. Adoremus dñm, qui fecit nos. Quoniā Deus magnus dñs, et rex magnꝰ ſup oēs Deos, qm̄ nō repellet dñs plebē ſuā: quia in manu eius ſunt oēs fines terre, et altitudines montium ipſe cōſpicit. Qui fecit nos. Quoniā ipſius eſt mare, et ipſe fecit illud, et aridā fundauerūt manꝰ eius: venite, adoꝛemus, et pcidamus ante Deū, ploꝛemus coꝛā dño, q fecit nos, quia ipſe eſt dominus Deus nr̄, nos autem populus eius et oues paſcue eius. Adoꝛemus dñm, qui fecit nos. Hodie ſi vocē eius audieritis, nolite obdurare coꝛda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundum diē tētationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri, pbauerunt, et viderunt opera mea. Qui fecit nos. Quadraginta annis pximꝰ fui generationi huic, et dixi ſemp hi errāt coꝛde: ipſi vero nō cognouerūt vias meas, qbus iuraui in ira mea, ſi introibūt in requiē meā. Adoꝛemus dñm qui fecit nos. Gloꝛia patri, et filio et ſpūi ſctō. Sicut erat in pꝛincipio, et nūc, et ſemp: et in ſecula ſeculoꝛū. Amē. Qui fecit nos. Adoꝛemus dñm, qui fecit nos.

Sequēs hymn. dr ab oct. Epiph. vſqz ad dñicam j. Quadrage. et a dñica pximioꝛi calēdis Octob. vſqz ad Aduentum. Hymnus.

PRimo dierum omnium,
Quo mūdus extat cōditus
Vel quo reſurgens conditoꝛ
Nos moꝛte victa liberat.
Pulſis pꝛocul toꝛpoꝛibus,
Surgamus omnes ocyus,
Et nocte queramus pium
Sicut pꝛophetam nouimus.
Noſtras pꝛeces vt audiat,
Suamqz dextram poꝛrigat,
Et expiatos ſoꝛdibus
Reddat poloꝛum ſedibus.
Vt quique ſacratiſſimo
Huius diei tempoꝛe,
Hoꝛis quietis pſallimus,
Donis beatis muneret.
Iam nunc paterna claritas,
Te poſtulamus affatim,
Abſit libido ſoꝛdidans,
Omniſqz actus noxius.
Ne feda ſit, vel lubꝛica
Compago noſtri coꝛpoꝛis,
Per quam auerni ignibus
Ipſi crememur acrius.

[illegible] b hoc redemptor quesumus,
Et probra nostra diluas,
Vite perennis commoda
Nobis benigne conferas.
[illegible] uo carnis actu exules
Effecti ipsi celibes,
Et prestolamur cernui,
Melos canamus glorie.
P restra pater piissime,
Patriqz compar vnice,
Cum spiritu paraclito,
Regnans p oē seculum. Amē.
Subsequens hym. dr ab octa-
na Pētecostes vsqz ad dnicam
primiorē calēdis Octob. Hym.
N Octe surgentes vigilemus
omnes,
Semp in psalmis meditemur,
atque
Viribus totis dño canamus
Dulciter hymnos.
Vt pio Regi pariter canentes
Cum suis sanctis mereamur
aulam
Ingredi celi, simul et beatam
Ducere vitam.
P restet hoc nobis deitas beata:
Patris, ac nati, pariterque scti
Spiritus, cui⁹ reboat in omni
Gloria mundo. Amen.
Alias igit⁹ a supradictis Inuit.
et hym. dr [illegible] habent i pprio
de Tempore, post [illegible]
quod et in Cap. et hym. ad Lau-
des. et in [illegible] seruetur.
In Aduē. Inui. Veniet ecce rex.
[illegible] Inui. Halla b: Lapis.
[illegible] Inui. S eruite dño.

PSALMUS PRIMUS



B Eatus vir, qui non abijt in csilio impiorum, et in via pcōrum non stetit: et in cathedra pestilentie non sedit.
S ed in lege dñi volūtas ei⁹: et in lege ei⁹ meditabit die ac nocte.
E t erit tanquam lignuz, quod plātatū est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.
E t foliuz eius nō defluet: et oia quecunqz faciet prosperabunt.
N on sic impij, non sic: sed tanqz puluis quem proijcit ventus a facie terre.
I deo non resurgunt impij in iudicio: neque peccatores in cōsilio iustorum.
Q uoniam nouit dñs viā iustorum: et iter impiorum peribit.
G loria patri, et filio: et spūi sctō.
S icut erat in principio, et nūc, et semp: et in secula seculoz. Amē.
Hic [illegible] Gloria patri. [illegible]
in fine [illegible]
Q uare fremuerunt gētes: et populi meditati sunt inania?
A stiterūt reges terre et principes cuenerūt in vnū: aduersus dñm, et aduersus Christū eius.

Dirumpamus vincula eorum: et proiciamus a nobis iugum ipsorum.
Qui habitat in celis irridebit eos: et dominus subsannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Syon montem sanctum eius: predicans preceptum eius.
Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.
Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terre.
Reges eos in virga ferrea: et tanquam vas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite: erudimini, qui iudicatis terram.
Servite domino in timore: et exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus: et pereatis de via iusta.
Cum exarserit in brevi ira eius: beati omnes qui confidunt in eo. ps. 3.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt adversum me.
Multi dicunt anime mee: non est salus ipsi in deo eius.
Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, et exaltans caput meum.
Voce mea ad dominum clamavi: et exaudivit me de monte sancto suo.
Ego dormivi, et soporatus sum: et exurrexi, quia dominus suscepit me.
Non timebo millia populi circumdantis me: exurge domine, salvum me fac deus meus.
Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: dentes peccatorum contrivisti.
Domini est salus: et super populum tuum benedictio tua. ps. 6.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine: quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu domine usquequo?
Convertere domine, et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei.
Exaudivit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.
Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur et erubescant valde velociter.

In Aduentu. Antiphona.
Veniet ecce rex excelsus cũ potestate magna ad saluandas gẽtes, halab. Aña. Confortate.
Per Annum. Antiphona.
Seruite dño in timore: ꝛ exultate ei cũ tremore. Antiphona.
Deus iudex iustus. Psalm. 7.
Domine De⁹ me⁹ i te spe raui: saluũ me fac ex oib⁹ persequẽtibus me, ꝛ libera me.
Nequando rapiat vt leo aiam meam: dũ non est qui redimat: neq; qui saluum faciat.
Dñe Deus meus si feci istud: si est iniquitas in manib⁹ meis.
Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.
Persequatur inimicus animã meam: ꝛ comprehendat, ꝛ conculcet in terra vitã meam: ꝛ gloriã meã in puluerem deducat.
Exurge dñe in ira tua: ꝛ exaltare in finibus inimicoꝝ meoꝝ.
Et exurge dñe Deus meus in pręcepto quod mandasti: ꝛ synagoga populoꝝ circundabit te.
Et propter hanc in altũ regredere: dominus iudicat populos.
Iudica me dñe secundum iustitiam meam: ꝛ secundum innocentiam meam super me.
Consumetur nequitia peccatorum ꝛ diriges iustum: scrutans corda ꝛ renes Deus.
Iustũ adiutoriũ meum a dño: qui saluos facit rectos corde.
Deus, iudex iustus, fortis ꝛ patiens: nunquid irascitur per singulos dies?
Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit, ꝛ parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturijt iniustitiã, concepit dolorẽ: ꝛ peperit iniquitatẽ.
Lacum aperuit, ꝛ effodit eum: ꝛ incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: ꝛ in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor domino secũdum iustitiam eius: ꝛ psallam nomini domini altissimi. Psalm. 8.
Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?
Quoniam eleuata est magnificentia tua: super cęlos.
Ex ore infantiũ ꝛ lactentiũ perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt dẽstruas inimicũ ꝛ vltorẽ.
Quoniã videbo cęlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam ꝛ stellas quę tu fundasti.
Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum?
Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria ꝛ honore coronasti eum, ꝛ constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus ei⁹: oues ꝛ boues vniuersas, insuper

super ꝛ pecora campi.
Uolucres celi, ꝛ pisces maris: qui perambulãt semitas maris.
Domine dominus noster: quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Psalmus.9.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Letabor ꝛ exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.
In conuertendo inimicũ meũ retrorsum: infirmabuntur, ꝛ peribunt a facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum, ꝛ causam meã: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.
Increpasti gentes, ꝛ periit impius: nomen eorũ delesti in eternum, ꝛ in seculum seculi.
Inimici defecerũt frameę in finẽ: ꝛ ciuitates eorũ destruxisti.
Periit memoria eorũ cũ sonitu: ꝛ dominus in eternũ permanet.
Parauit in iudicio thronũ suũ: ꝛ ipse iudicabit orbẽ terrę in equitate: iudicabit populos ĩ iustitia.
Et factus est dominus refugiũ pauperi: adiutor ĩ opportunitatibus in tribulatione.
Et sperent in te, qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti querentes te domine.
Psallite dño, q̃ habitat in Siõ: annũciate inter gẽtes studia eius.
Quoniam requirens sanguinẽ eorum recordatus est: nõ est oblitus clamorem pauperum.
Miserere mei dñe: vide humilitatem meam de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filię Sion.
Exultabo in salutari tuo: infixe sunt gẽtes in interitu, quẽ fecerũt.
In laqueo isto, quem abscõderũt: cõprehensus est pes eorum.
Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuũ suarum comprehẽsus est peccator.
Conuertãtur peccatores in infernum: omnes gentes, quę obliuiscuntur Deum.
Quoniam nõ in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.
Exurge dñe, nõ cõfortet homo: iudicentur gentes in cõspectu tuo.
Constitue domine legislatorem super eos: vt sciant gentes, quoniam homines sunt.
Ut quid domine recessisti longe: despicis in opportunitatibus in tribulatione.
Dum superbit impius, incẽditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.
Quoniam laudatur peccator in desideriis aĩe suę: ꝛ iniquus benedicitur.
Exacerbauit dominum peccator: secundum multitudinem irę suę non queret.
Non est Deus in cõspectu eius: inquinatę sunt vię illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua a facie eius:

eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.
Dixit enim in corde suo: non mouebor a generatione in generationem, sine malo.
Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor.
Sedet in insidijs cum diuitib⁹ in occultis: vt interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.
Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere, pauperem, dum attrahit eum.
In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus: auertit faciem suam ne videat in finem.
Exurge domine deus, & exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.
Propter quid irritauit impius Deum: dixit enim in corde suo, non requiret.
Uides quoniam tu laborem, & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
Contere brachium peccatoris, & maligni: queretur peccatum illius, & non inuenietur.
Dominus regnabit in eternum, & in seculum seculi: peribitis gentes de terra illius.
Desiderium pauperum exaudiuit dominus: preparationem cordis eorum audiuit auris tua.
Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram. Ps. 10.
In domino confido, quomodo dicitis anime mee: transmigra in montem sicut passer?
Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.
Quoniam que perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?
Dominus in templo sancto suo: dominus in celo sedes eius.
Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebre eius interrogant filios hominum.
Dominus interrogat iustum, & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.
Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spirit⁹ procellarum, pars calicis eorum.
Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius.

In Aduentu. Antiphona.

Confortate manus dissolutas: confortamini, dicite, ecce Deus noster veniet, & saluabit nos, haleluiah. Psalmus. Gaudete omnes.

Per Annum. Antiphona.

Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? Añ. In domine. Ps. 11.

Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminu-

 sunt

te sunt veritates a filijs hominū.
Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde, et corde locuti sunt.
Disperdat dñs vniuersa labia dolosa: et linguam magniloquā.
Qui dixerunt, linguā nostram magnificabimus: labia nostra a nobis sunt: quis noster dñs est?
Propter miseriam inopum, et gemitū pauperum: nunc exurgam dicit dominus.
Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia dñi, eloquia casta: argentum igne examinatum: probatum terre purgatū septuplū.
Tu dñe seruabis nos: et custodies nos, a gñatione hac i eternū.
In circuitu impij ambulāt: secundum altitudinem tuā multiplicasti filios hominū. ps. 12.

Usquequo domine obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam a me?
Quandiu ponam cōsilia in aīa mea: dolorē in corde meo p diē.
Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, et exaudi me domine Deus meus.
Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: ne quādo dicat inimicus meus, preualui aduersus eum.
Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.
Exultabit cor meum in salutari tuo, cātabo domino, qui bona tribuit mihi: et psallam nomini domini altissimi. Psalmus. 13.

Dixit insipiēs i corde suo: non est Deus.
Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studijs suis: nō est q faciat bonū, nō est vsq ad vnū.
Dñs de celo prospexit super filios hominū: vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum.
Oēs declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsq ad vnum.
Sepulcrū patens est guttur eorū, linguis suis dolose agebant: venenū aspidū sub labijs eorū.
Quorū os maledictiōe, et amaritudine plenū est: veloces pedes eorū ad effundendū sanguinem.
Cōtritio, et infelicitas i vijs eorū, et viam pacis nō cognouerūt: nō est timor dei ante oculos eorū.
Nonne cognoscent omnes, qui operant iniquitatē: qui deuorāt plebem meā, sicut escam panis?
Dominum, non inuocauerūt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.
Qm̄ dñs in generatione iusta est: consilium inopis cōfudistis, quoniā dominus spes eius est.
Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dñs captiuitatem plebis sue, exultabit Iacob, et letabitur Israel? ps. 14.

Domine, qs habitabit in tabernaculo tuo? aut qs requie-

requiescet in monte sancto tuo?
Qui ingreditur sine macula: et operatur iustitiam.
Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.
Nec fecit proximo suo malum: et opprobrium non accepit adversus proximos suos.
Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.
Qui iurat proximo suo et non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit.
Qui facit hec: non commovebitur in eternum. In Adven. Aña. Gaudete oes, et letamini: ecce qr veniet dñs ultionis, adducet retributionem, ipse veniet, et salvabit nos. ℣. Ex Siō species decoris eius. ℟. Deus nr manifeste veniet. Tpe Quadragesime. ℣. Ipse liberavit me de laqueo venantium. ℟. Et a verbo aspero. Tempore Passionis. ℣. Erue a framea deus animā meā. ℟. Et de manu canis unicā meā. Tempore Paschali. Aña. Haleluiah. Lapis revolutus est, haleluiah, ab ostio monumenti, halah, halah. ℣. Surrexit dñs de sepulcro, halah. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno, halah. Per Annum. Aña. Tu domine servabis nos, et custodies nos. ℣. Memor fui nocte nois tui dñe. ℟. Et custodivi legem tuam.

Post ℣sic. cuiuslibet noctur. dr Pater noster. Exaudi domine. Absolutiones, et benedictiones posite sunt in j. dominica Adue. Deinde legunt lect. cū ℟ijs. ut in proprio de tpe assignant.

IN II. NOCTVRNO

In Adventu. Antiphona. Gaude et letare. Tpe Pasc. Aña. Haleluiah. Quem queris.
Per Annum. Antiphona. Bonorum meorum. Psal. 15.
Conserva me dñe quoniaz speravi in te: dixi domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis, qui sunt in terra eius: mirificavit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt.
Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominū eorum per labia mea.
Dñs pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi.
Funes ceciderunt mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mihi.
Benedicam dñm qui tribuit mihi intellectū: insuper, et usq; ad noctē increpuerunt me renes mei.
Providebam dñm in cōspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commovear.
Propter hoc letatū est cor meū, et exultavit lingua mea: insuper et cara

⁊ caro mea requiescet in spe.
Quõ non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuū videre corruptionē.
Notas mihi fecisti vias vitę: adimplebis me lętitia cū vultu tuo: delectationes i dextera tua vsq; in finem. In Aduentu. Aña.
Gaude, ⁊ lętare filia Jerusalē: ecce rex tuus veniet tibi: Sion noli timere, quia cito veniet salus tua. Antipho. Rex noster.
Per Annum. Antiphona.
Bonorū meorū non indiges: in te speraui, cōserua me domine.
Aña. Propter verba. psal. 16.
Exaudi dñe iustitiam meā: intēde deprecationē meā. Auribꝰ percipe orationē meā: non in labijs dolosis.
De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant ęquitatē.
Probasti cor meū, ⁊ visitasti nocte: igne me examinasti, ⁊ nō est inuenta in me iniquitas.
Ut nō loquatur os meū opera hominū: propter verba labiorū tuorū ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueātur vestigia mea.
Ego clamaui, qm̄ exaudisti me Deus: inclina aurem tuā mihi ⁊ exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas, q saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dexterę tuę: custodi me, vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarū tuarum protege me: a facie impiorum, qui me afflixerunt.
Inimici mei animā meā circūdederunt, adipē suū cōcluserūt: os eorum locutū est superbiam.
Proijcientes me nūc circundederūt me: oculos suos statuerūt declinare in terram.
Susceperūt me, sicut leo paratus ad prędam: ⁊ sicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge dñe, pręueni eū, ⁊ supplanta eū: eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuę.
Dñe a paucis de terra diuide eos in vita eorū: de absconditis tuis adimpletus est venter eorū.
Saturati sunt filijs: ⁊ dimiserūt reliquias suas paruulis suis.
Ego aūt i iustitia apparebo cōspectui tuo: satiabor, cū apparuerit gloria tua. In Aduētu. Aña.
Rex noster adueniet Christus: quē Johannes pdicauit agnū esse venturū. Añ. Ecce venio cito.
Per Annū. Aña. Propter verba labiorū tuorū, ego custodiui vias duras. Aña. Diligā te dñe.
Et nō repetitur in psalmo qñ Añ. incipit a pmo versu psalmi. ps. 17.
Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus.
Deus meus adiutor meus: ⁊ sperabo in eum.

Protector meus; ⁊ cornu salutis meę: ⁊ susceptor meus.

Laudans inuocabo dominum: ⁊ ab inimicis meis saluus ero.

Circumdederunt me dolores mortis: ⁊ torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Dolores inferni circumdederunt me: preoccupauerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocaui dn̄m: ⁊ ad Deū meum clamaui.

Et exaudiuit de tēplo sctō suo vocē meā: ⁊ clamor meus in conspectu ei⁹ introiuit in aures ei⁹.

Commota est, ⁊ cōtremuit terra: fundamenta montium cōturbata sunt, ⁊ commota sunt, quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira eius, ⁊ ignis a facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.

Inclinauit cęlos, ⁊ descendit: ⁊ caligo sub pedibus eius.

Et ascēdit sup cherubim, ⁊ volauit: volauit sup pēnas vētorum.

Et posuit tenebras latibulum suum: in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Pre fulgore in conspectu eius: nubes transierunt, grādo, ⁊ carbones ignis.

Et intonuit de cęlo dominus, ⁊ altissimus dedit vocē suam: grādo, ⁊ carbones ignis.

Et misit sagittas suas, ⁊ dissipauit eos: fulgura multiplicauit, ⁊ conturbauit eos.

Et apparuerūt fontes aquarū: ⁊ reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatiōe tua dn̄e: ab inspiratione spiritus irę tuę.

Misit de summo, ⁊ accepit me: ⁊ assumpsit me de aquis multis.

Eripuit me d inimicis meis fortissimis: ⁊ ab his, q oderunt me, quoniā cōfortati sunt super me.

Preuenerūt me in die afflictionis meę: ⁊ factus est dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinē: saluum me fecit, quoniā voluit me.

Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: ⁊ secūdum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

Quia custodiui vias domini: nec impie gessi a Deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius in cōspectu meo: ⁊ iustitias eius non repuli a me.

Et ero immaculatus cum eo: ⁊ obseruabo me ab iniqtate mea.

Et retribuet mihi dn̄s secundum iustitiā meam: ⁊ secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

Cum sancto, sanctus eris: ⁊ cū viro innocente, innocens eris.

Et cum electo, electus eris: ⁊ cum peruerso, peruerteris.

Quoniam tu populum humilem saluum facies: ⁊ oculos superborum humiliabis.

Qm̄

Quoniam tu illuminas lucer/nam meam dñe: Deus meus il/lumina tenebras meas.
Quoniam in te eripiar a tẽtatione: & in Deo meo trãsgrediar murũ.
Deus meus, impolluta via ei⁹: eloqa dñi igne examinata: pte/ctor est omnium sperantiũ in se.
Quoniam quis Deus, preter dñm? aut quis Deus, pter Deũ nrm?
Deus qui pcinxit me virtute: & posuit immaculatã viã meam.
Qui perfecit pedes meos tan/quam ceruorum: & super excel/sa statuens me.
Qui docet manus meas ad prę/lium: & posuisti vt arcum ęreum brachia mea.
Et dedisti mihi ptectionẽ salu/tis tuę: & dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua, ipsa me docebit.
Dilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vesti/gia mea.
Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non cõ/uertar, donec deficiant.
Confringã illos, nec poterunt stare: cadẽt subtus pedes meos.
Et pcinxisti me virtute ad bel/lum, & supplantasti insurgentes in me subtus me.
Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odiẽtes me disperdidisti.
Clamauerunt, nec erat qui sal/uos faceret: ad dominum, nec exaudiuit eos.
Et comminuam eos vt pulue/rem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.
Eripies me de contradictioni/bus populi: constitues me in ca/put gentium.
Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.
Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & clau/dicauerunt a semitis suis.
Viuit dñs, & bñdictus de⁹ me⁹: & exaltetur Deus salutis meę.
Deus, qui das vindictas mihi: & subdis populos meos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.
Et ab insurgentibus in me, exaltabis me: a viro iniquo eri/pies me.
Propterea cõfitebor tibi in na/tionibus domine: & nomini tuo psalmum dicam.
Magnificãs salutes regis eius, & faciens misericordiã Christo suo Dauid: & semini eius vsque in sęculum. In Aduentu. Añ.
Ecce venio cito, & merces mea mecũ est, dicit dñs: dare vnicuiqꝫ sm opera sua. ℣. Emitte agnũ dñe, dñatorem terrę. ℟. De pe/tra deserti ad mõtem filię Sion.
In Quadragesima. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperabis.
Tpe Passionis. ℣. De ore leo/nis

nis libera me dñe. ℟. Et a cornibus vnicorniũ humilitatẽ meã. Tp̃e Paschali. Añ. Haleluiah. Quem queris mulier? halah: viuentem cum mortuis, halah, hal. ℣. Surrexit dñs vere, hala. ℟. Et apparuit Simoni, halah.

Per Annum. Antiphona.

Diligã te domine virtus mea. ℣. Quoniã tu illuminas lucernam meam domine. ℟. Deus meus illumina tenebras meas. Pater noster. Ipsius pietas.

IN III. NOCTVRNO.

In Aduentu. Antiphona.

Gabriel angel⁹. Tp̃e Pasc. Añ. Hal. Noli flere. Per Annũ. Añ. Nõ sunt loquele. Psalmus. 18.

Cæli enarrant gloriã Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Nõ sunt loqle, neq̃ sermones: quorũ non audiant voces eorũ.

In oẽm terrã exiuit son⁹ eorũ: & in fines orbis terre verba eorũ.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad currẽdã viã: a summo celo egressio eius.

Et occursus eius vsq̃ ad summum eius: nec est, qui se abscõdat a calore eius.

Regnabit Deus super gentes: De⁹ sedet super sedē sanctā suā.
Principes populoꝝ cōgregati sunt cū Deo Abrahā: qm̃ dij fortes terrę vehemēter eleuati sūt.
Añ. Adiutor in tribulationib⁹.
Añ Magnus dñs. ps. 47.
Magnus dñs, ꝛ laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.
Fundatur exultatione vniuerse terrę mons Sion: latera aquilonis, ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.
Qm̃ ecce reges terrę congregati sunt, conuenerunt in vnum.
Ipsi vidētes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores, vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.
Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutum: in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in ęternum.
Suscepimus Deus misericordiaꝫ tuam: in medio templi tui.
Secundum nomē tuuꝫ Deus: sic ꝛ laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua.
Lętetur mons Siō, ꝛ exultēt filię Judę: propter iudicia tua dñe.
Circundate Sion, ꝛ complectimini eā: narrate in turrib⁹ eius.
Ponite corda vestra in virtute eius, ꝛ distribuite domos eius: vt enarretis in progenie altera.
Qm̃ hic est Deus Deus noster in ęternum, ꝛ in sęculum sęculi: ipse reget nos in sęcula. ps. 48.
Audite hęc omnes gentes: auribus percipite, omnes qui habitatis orbem.
Quiqꝫ terrigenę, ꝛ filij hominuꝫ: simul in vnū diues ꝛ paup.
Os meū loquetur, sapiētiam: ꝛ meditatio cordis mei prudētiā.
Inclinabo in parabolā aurem meam: aperiaꝫ in psalterio propositionem meam.
Cur timebo i die mala? iniquitas calcanei mei circūdabit me.
Qui confidūt in virtute sua: ꝛ in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.
Frater non redimit, redimet homo? ꝛ non dabit Deo placationem suam.
Et pręcium redemptionis animę suę: ꝛ laborabit in ęternum, ꝛ viuet adhuc in finem.
Non videbit interitum, cuꝫ viderit sapiētes morientes: simul insipiens, ꝛ stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas: ꝛ sepulcra eorum domus illorum in ęternum.

Tabernacula eorum in proge- nie,⁊ progenie: vocauerunt no- mina sua in terris suis.
Homo cū i honore esset, nō in- tellexit: cōparatus est iumētis in- sipiētib⁹,⁊ similis factus est illis.
Hec via illorum scandalū ipsis: ⁊ postea i ore suo cōplacebunt.
Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dominabuntur eorum iusti in matutino: ⁊ auxiliū eorū vete- rascet in inferno a gloria eorū.
Ueruntā de⁹ redimet aiā meā de manu iferi: cū acceperit me.
Ne timueris cum diues factus fuerit homo: ⁊ cum multiplica- ta fuerit gloria domus eius.
Quoniam cum interierit non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.
Introibit vsque in progenies patrum suorum: ⁊ vsq̄ in eter- num non videbit lumen.
Homo cū in honore esset non intellexit: cōparatus est iumētis insipiētib⁹,⁊ similis fact⁹ est illis.
Añ. Magnus dñs,⁊ laudabilis nimis. Añ. Deus deor. ps. 49.
Deus deorum domin⁹ lo- cut⁹ est: ⁊ vocauit terrā.
A solis ortu vsq̄ ad occasū: ex Sion species decoris eius.
Deus manifeste veniet: Deus noster,⁊ non silebit.
Ignis in conspectu eius exar- descet: ⁊ in circuitu eius tempe- stas valida.
Aduocauit celum de sursum,⁊ terram discernere populū suū.
Congregate illi sctōs eius: q ordinant testm̄ eius sup sacrificia.
Et annunciabunt celi iustitiā eius: quoniam Deus iudex est.
Audi populus meus,⁊ loquar, Israel,⁊ testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.
Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autem tua in con- spectu meo sunt semper.
Non accipiā de domo tua vitu- los: neq̄ de gregib⁹ tuis hircos.
Qm̄ mee sunt oēs fere syluarū: iumenta in montibus,⁊ boues.
Cognoui omnia volatilia celi: ⁊ pulchritudo agri mecum est.
Si esuriero nō dicā tibi: me⁹ est enī orbis terre,⁊ plenitudo ei⁹.
Nunquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hirco- rum potabo?
Immola deo sacrificiū laudis: ⁊ redde altissimo vota tua.
Et inuoca me i die tribulatio- nis: eruā te,⁊ honorificabis me.
Peccatori autē dixit deus: qua- re tu enarras iustitias meas,⁊ as- sumis testm̄ meū per os tuum?
Tu vero odisti disciplinā: ⁊ pie- cisti sermones meos retrorsum.
Si videbas furem currebas cū eo: ⁊ cum adulteris portionem tuam ponebas.

Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, & aduersus filiū matris tuę ponebas scandalum: hęc fecisti, & tacui.
Existimasti inique, quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.
Intelligite hęc, qui obliuiscimini Deum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo ostendam illi salutare Dei. Psalmus. 51.

Quid gloriaris in malitia q potēs es in iniquitate?
Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis, quam loqui ęquitatem.
Dilexisti omnia verba pręcipitationis: lingua dolosa.
Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.
Videbunt iusti, & timebūt, & super eū ridebūt, & dicent: ecce hō qui nō posuit deū adiutorē suū.
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & pręualuit in vanitate sua.
Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei: speraui i misericordia dei in ęternū, & in sęculū sclī.

Confitebor tibi in sclm, qa fecisti: & expectabo nomē tuū, qm bonū est in cōspectu sctōꝝ tuoꝝ.
Aña. Deus deoꝝ dñs locut⁹ est.
Per Annum. ℣.
Immola Deo sacrificiū laudis.
℟. Et redde altissimo vota tua.
Pro vno mar. ℣. Posuisti dñe.
Pro plurib⁹ m̄. ℣. Exultēt iusti.
Pro cf. pōtifi. ℣. Elegit eū dñs.
Pro cf. simplici. ℣. Os iusti me.
Pro vginib⁹. ℣. Adiuuabit eā.
In Aduentu. ℣. Emitte agnū dñe dñatorem terrę. ℟. De petra deserti ad montē filię Sion.
In Quadragesima. ℣.
Scapulis suis obumbrabit tibi.
℟. Et sub pennis eius sperabis.
Tpe Passionis. ℣. De ore leonis libera me dñe. ℟. Et a cornibus vnicorniū humilitatē meā.
Tpe Pasch. Aña. Hal. hal. hal.
Pro sanctis. ℣. Lux perpetua.
Pro feria. ℣. Surrexit dñs vere hal. ℟. Et apparuit Simōi, hal.
AD LAVDES. Añ. Dele dñe iniqtatē meā. ps. Miserere. 23. Añ. Salutare. ps. 42.



Iudica me deus, & discerne causā meā de gēte non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.
Quia tu es de⁹ fortitudo mea: quare me repulisti, & qre tristis incedo, dū affligit me inimicus?
Emitte lucem tuā, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt

duxerunt in montem sanctum tuum,⁊ in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutē meā.
Confitebor tibi in cithara De⁹ Deus meus: quare tristis es aīa mea,⁊ quare conturbas me?
Spera in Deo, qm̄ adhuc cōfitebor illi: salutare vult⁹ mei,⁊ de⁹ meus. Aña. Salutare vultus mei,⁊ deus meus. Añ. Ad te de luce vigilo deus. ps. Deus De⁹ meus. 8. Aña. Cunctis diebus.

Canticum Ezechie.

38 Ego dixi in dimidio dierū meorum: vadam ad portas inferi.
Quesiui residuū annoꝝ meorum: dixi, non videbo dominū Deum in terra viuentium.
Non aspiciam hominē vltra: ⁊ habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est,⁊ conuoluta est a me: quasi tabnacula pastorum.
Precisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer succidit me: de mane vsqȝ ad vesperam finies me.
Sperabā vsqȝ ad mane: quasi leo sic cōtriuit omnia ossa mea.
De mane vsqȝ ad vesperā finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor vt colūba.
Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum.
Domine vim patior, respōde pro me: quid dicā, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?
Recogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine anime mee.
Domine si sic viuitur,⁊ in talibus vita spiritus mei, corripies me,⁊ viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.
Tu autem eruisti animā meā, vt nō periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Quia nō infernus confitebitur tibi, neqȝ mors laudabit te: non expectabunt qui descēdunt in lacum veritatem tuam.
Viuens viuens ipse confitebit tibi, sicut ⁊ ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuā.
Dñe saluum me fac: ⁊ psalmos nostros cantabimus cūctis diebus vite nostre in domo domini.
Aña. Cūctis diebus vite nostre saluos nos fac dñe. Añ. Omnes angeli eius laudate dñm de celis.
ps. Laudate dominū de celis. 9.
Cap. Nox precessit. 24. Hym.

Ales diei nuncius
Lucē propinquā precinit,
Nos excitator mentium
Iam Christus ad vitam vocat.
Auferte, clamat, lectulos
Egros sopore desides,
Casteqȝ, recte, ac sobrie
Vigilate, iam sum proximus.
Iesum ciamus vocibus,
Flentes, precantes, sobrie:
Intenta supplicatio
Dormire cor mundum vetat.
Tu Christe somnum discute,
Tu rumpe noctis vincula,

Tu

Tu solue peccatum vetus:
Nouumqz lumen ingere.
Deo patri sit gloria.
℣. Repleti sumus mane miseri
cordia tua. ℟. Exultauimus, et
delectati sumus. Ad Bñs. Añ.
Erexit nobis dominus cornu sa
lutis in domo Dauid pueri sui.
Preces qñ dñr. Vñr.s.i ij.fer.25.

FERIA QVARTA.

Ad Matutinum. Inuitatorium.
In manu tua domine, Omnes fi
nes terre. ps. Uenite. Hymnus.


Erus creator opti
me,
Rectorque noster
aspice,
Nos a gete noxia,
Mersos sopore libera.
Te sancte Christe poscimus:
Ignosce tu criminibus:
Ad confitendum surgimus,
Morasqz noctis rumpimus.
Mentes manusqz tollimus,
Propheta sicut noctibus
Nobis gerendum precipit,
Paulusqz gestis censuit.
Uides malu3 quod gessimus:
Occulta nostra pandimus,
Preces gementes fundimus,
Dimitte quod peccauimus.
Presta pater piissime.
Antiphona. Auertit dominus.
Tpe Paschali. añ. Ual. ps. 52.

Dixit insipiens in corde suo:
non est Deus.
Corrupti sunt, et abominabiles
facti sunt in iniquitatibus: non
est qui faciat bonum.
Dñs de celo prospexit super fi
lios hominũ: vt videat si est in
telligens, aut requirens Deu3.
Oẽs declinauerunt, simul inuti
les facti sunt: non est qui faciat
bonum, non est vsqz ad vnum.
Nonne scient omnes, qui ope
rantur iniquitate3: qui deuorãt
plebem meam, vt cibum panis?
Deum non inuocauerunt: illic
trepidauerunt timore; vbi non
erat timor.
Quoniã Deus dissipauit ossa eo2,
qui hominibus placent: confusi
sunt, quoniam deus spreuit eos.
Quis dabit ex Siõ salutare Is
rael? cũ couerterit dñs captiuita
te3 plebis sue, exultabit Iacob,
et letabitur Israel. Psalm⁹. 54.

Exaudi de⁹ oratioñẽ meã, et
ne despexeris depcat' onẽ
meã: intẽde mihi, et exaudi me.
Contristat⁹ sum in exercitatione
mea: et cturbatus su3 a voce ini
mici, et a tribulatiõe peccatoris.
Quoniã declinauerũt in me iniq
tates: et in ira molesti erãt mihi.
Cor meũ cturbatũ est in me: et
formido mortis cecidit sup me.
Timor et tremor venerũt super
me: et contexerunt me tenebre.
Et dixi, qs dabit mihi pẽnas si
cut, colũbe: et volabo, et requiescã?
Ecce elongaui fugiens: et mansi
in solitudine.
Expectabam eum, qui saluum
me fecit: a pusillanimitate spi
ritus

ritus ⁊ tempestate.

Precipita dñe, diuide linguas eorum: qm̃ vidi iniquitatem, ⁊ contradictionem in ciuitate.

Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas: ⁊ labor in medio eius, ⁊ iniustitia.

Et non defecit de plateis eius: vsura ⁊ dolus.

Qm̃ si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtique.

Et si is qui oderat me, sup me magna locutus fuisset: abscõdissem me forsitan ab eo.

Tu vero homo vnanimis: dux meus ⁊ notus meus.

Qui simul mecũ dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.

Ueniat mors super illos: ⁊ descendant in infernum viuentes.

Quoniam nequitię in habitaculis eorum: in medio eorum.

Ego autem ad Deuz clamaui: ⁊ dominus saluauit me.

Uespere, ⁊ mane, ⁊ meridie narrabo, ⁊ annunciabo: ⁊ exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animã meam ab his qui appropinquãt mihi: qm̃ inter multos erant mecum.

Exaudiet Deus, ⁊ humiliabit illos: qui est ante sęcula.

Non enim est illis cõmutatio, ⁊ non timuerunt Deum: extendit manum suam in retribuendo.

Contaminauerunt testamentũ eius: diuisi sunt ab ira vultus eius: ⁊ appropinquauit cor illius.

Molliti sunt sermones eius super oleum: ⁊ ipsi sunt iacula.

Iacta super dñm curam tuaz, ⁊ ipse te enutriet: ⁊ non dabit in ęternum fluctuationem iusto.

Tu vero Deus deduces eos: in puteum interitus.

Uiri sanguinum ⁊ dolosi nõ dimidiabunt dies suos: ego autez sperabo in te domine. Antiph. Auertit dñs captiuitatem plebis suę. Aña. Quoniam. ps. ⁊ c.

Miserere mei Deus, qm̃ conculcauit me homo: tota die impugnãs tribulauit me.

Conculcauerũt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.

Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabãtur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt, ⁊ abscondent: ipsi calcaneũ meũ obseruabũt.

Sicut sustinuerunt animã meã, pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.

Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Sicut ⁊ in promissione tua: tũc ꝯuertent inimici mei retrorsuz.

In quacũq; die inuocauero te: ecce

ecce cognoui, qm̄ deus meus es. In Deo laudabo verbū, i dño laudabo sermonē: i deo speraui nō timebo qd faciat mihi homo. In me sunt De⁹ vota tua: quę reddam laudationes tibi. Qm̄ eripuisti animam meam de morte, ⁊ pedes meos de lapsu: vt placeam corā Deo in lumine viuentiū. Psalmus. 56.

Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Et in vmbra alarum tuarū sperabo: donec transeat iniquitas. Clamabo ad Deū altissimum: Deum qui benefecit mihi. Misit de celo, ⁊ liberauit me: dedit in opprobriū conculcantes me. Misit Deus misericordiā suā, ⁊ veritatem suam: ⁊ eripuit animam meam de medio catulorū leonum, dormiui conturbatus. Filij hominum, dentes eorum arma, ⁊ sagittę: ⁊ lingua eorum gladius acutus. Exaltare super celos Deus: ⁊ in omni terra gloria tua. Laqueū parauerunt pedibus meis: ⁊ incuruauerūt aiā meā. Foderunt ante faciem meam foueam: ⁊ inciderunt in eam. Paratum cor meum Deus, paratū cor meum: cantabo ⁊ psalmum dicam domino. Exurge gl'ia mea, exurge psalteriū ⁊ cithara: exurgā diluculo. Cōfitebor tibi in populis dñe: ⁊ psalmū dicā tibi in gentibus. Quoniam magnificata est vsq; ad celos misericordia tua: ⁊ vsq; ad nubes veritas tua. Exaltare super celos Deus: ⁊ super omnem terrā gloria tua. Añ. Qm̄ in te confidit aia mea. Añā. Iuste iudicate. Psal. 57.

Si vere vtiq; iustitiā loquimini: recte iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus vestrę concinant. Alienati sūt pctōres a vulua, errauerūt ab vtero, locuti sūt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdę, ⁊ obturantis aures suas. Quę nō exaudiet vocē incātantiū: ⁊ venefici incātātis sapiēter. Deus cōteret dentes eorum: in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus. Ad nihilum deuenient tanquā aqua decurrens: intendit arcū suum donec infirmentur. Sicut cera, quę fluit, auferent: supercecidit ignis, ⁊ non viderunt solem. Priusquam intelligerent spinę vestrę rhamnū: sicut viuētes, sic in ira absorbet eos. Letabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo, si vtiq; est fructus

ctus iusto: vtique est Deus iudi
cans eos in terra. Psalmus .58.

Eripe me de inimicis meis
Deus meus: ⁊ ab insurgē
tibus in me libera me.
Eripe me de operātib⁹ iniqta
tē: ⁊ de viris sanguinū salua me.
Quia ecce ceperunt animam
meam: irruerunt in me fortes.
Neq3 iniquitas mea, neq3 pec
catum meum domine: sine ini
quitate cucurri, ⁊ direxi.
Exurge i occursū meū, ⁊ vide:
⁊ tu dñe de⁹ virtutū de⁹ Israel.
Intende ad visitandas omnes
gentes: non miserearis omnib⁹
qui operantur iniquitatem.
Conuertentur ad vesperam, ⁊
famem patientur vt canes: ⁊ cir
cuibunt ciuitatem.
Ecce loquētur in ore suo, ⁊ gla
dius in labijs eorum: quoniam
quis audiuit?
Et tu dñe deridebis eos: ad ni
hilum deduces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te cu
stodiam, quia Deus susceptor
meus es: Deus meus miseri
cordia eius preueniet me.
Deus ostendit mihi sup inimi
cos meos: ne occidas eos: neqñ
obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua:
⁊ depone eos ptector meus dñe.
Delictum oris eorum, sermo
nem labiorum ipsorum, ⁊ com
prehendantur in superbia sua.
Et de execratione ⁊ mendacio
annūciabunt in consummatione:
in ira consummationis ⁊ nō erunt.
Et scient, quia deus dominabi
tur Jacob: ⁊ finium terrę.
Conuertentur ad vesperam, ⁊
famem patientur vt canes: ⁊ cir
cuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad mandu
candum: si vero non fuerint sa
turati, ⁊ murmurabunt.
Ego autem cantabo fortitudi
nem tuam: ⁊ exaltabo mane mi
sericordiam tuam.
Quia factus es susceptor me⁹:
⁊ refugium meum in die tribu
lationis meę.
Adiutor meus tibi psallā, quia
Deus susceptor meus es: Deus
meus misericordia mea.
Añ. Juste iudicate filij hoīum.
Aña. Da nobis. Psalmus .59.

Deus repulisti nos, ⁊ de
struxisti nos: iratus es, ⁊
misertus es nobis.
Commouisti terram, ⁊ contur
basti eā: sana contritiones eius,
quia commota est.
Ostēdisti populo tuo dura: po
tasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuētib⁹ te significa
tionem: vt fugiant a facie arcus.
Vt liberentur dilecti tui: saluū
fac dextera tua, ⁊ exaudi me.
Deus locut⁹ est i sancto suo: le
tabor, ⁊ partibor Sichimā: ⁊ cō
uallem tabernaculorū metibor.
Meus est Galaad, ⁊ meus est
Manasses: ⁊ Ephraim fortitu
do

do capitis mei.
Iuda rex meus: Moab olla spei meę.
In Idumęam extēdam calciamentum meum: mihi alienigenę subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatē munitā? quis deducet me vsq; in Idumęam?
Nonne tu Deus, qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Psalmus.60.
Exaudi De⁹ deprecationē meā: intēde orationi meę.
A finibus terrę ad te clamaui: dum anxiaretur cor meū in petra exaltasti me.
Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo i tabernaculo tuo in sęcula: protegar in velamēto alarum tuarum.
Quoniā tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hęreditatem timentib⁹ nomen tuū.
Dies sup dies regis adijcies: annos eius vsq; in diem generationis, & generationis.
Permanet in ęternū in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?
Sic psalmū dicam nomini tuo in sęclm sęcli: vt reddā vota mea de die in diē. Añ. Da nobis dñe auxilium de tribulatione. Añ. Nonne Deo. Psalmus.61.
Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.
Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, nō mouebor amplius.
Quousq; irruitis in hoiēs? interficitis vniuersi vos, tanq̄ parieti iclinato, & macerię depulsę?
Verūtamen pręciū meū cogitauerūt repellere: cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.
Verūtamen Deo subiecta esto aīa mea: qm̄ ab ipso patientia mea.
Quia ipse Deus meus, & saluator meus: adiutor meus non emigrabo.
In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.
Sperate i eo oīs ɔgregatio populi: effundite corā illo corda vestra: Deus adiutor nr̄ in ęternū.
Veruntamen vani filij hoium, mendaces filij hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
Nolite sperare in iniqtate, & rapinas nolite cōcupiscere: diuitię si affluant, nolite cor apponere.
Semel locutus est Deus, duo hęc audiui: qa potestas Dei est, & tibi domine misericordia: qa

tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Psalmus. 63.

Exaudi Deus orationem meam cũ deprecor: a timore inimici eripe animam meã.

Protexisti me a conuentu malignantium: a multitudine operãtium iniquitatem.

Quia exacuerunt, vt gladium linguas suas: intenderunt arcũ rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabũt eum, et non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam.

Narrauerũt, vt absconderẽt laqueos: dixerũt, qs videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur Deus.

Sagitte paruulorum facte sunt plage eorũ: et infirmate sunt contra eos lingue eorum.

Conturbati sunt oẽs, qui videbãt eos: et timuit omnis homo.

Et annũciauerunt opera Dei: et facta eius intellexerunt.

Letabitur iustus in dño, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Añ. Nõne Deo subiecta erit anima mea? Aña. Benedicite. Psalmus. 65.

Iubilate deo omnis terra, psalmũ dicite nomini ei⁹: date gloriam laudi eius.

Dicite deo, quã terribilia sunt opa tua dñe? in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

Uenite, et videte opa dei: terribilis in cõsiliis sup filios hominum.

Qui cõuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi letabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in eternum, oculi eius super gẽtes respiciunt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes Deũ nrm: et auditã facite voces laudis eius.

Qui posuit aiã meã ad vitã: et nõ dedit i cõmotionẽ pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueũ posuisti tribulationes i dorso nostro: imposuisti hoies sup capita nra.

Transiuimus p ignem et aquã: et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, que distinxerũt labia mea.

Et locutum est os meum: in tribulatione mea.

Holocausta medullata offerã tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.

Uenite, et audite, et narrabo omnes qui timetis Deum: quanta fecit anime mee.

Ad ipsum ore meo clamaui: et exaltaui sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo:

meo:non exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit Deus: et
attēdit voci deprecationis meę.
Benedictus Deus,qui nō amo
uit orationem meā:et misericor/
diam suam a me. Psalmus.67.
Exurgat Deus, et dissipent
inimici eius:et fugiant, qui
oderunt eum,a facie eius.
Sicut deficit fumus, deficiant:
sicut fluit cera a facie ignis, sic
pereant peccatores a facie Dei.
Et iusti epulent, et exultēt in cō
spectu Dei: et delectent i letitia.
Cantate Deo, psalmum dicite
nomini eius: iter facite ei q ascē
dit sup occasum,dñs nomen illi.
Exultate in conspectu eius,tur
babuntur a facie eius:patris or
phanorum, et iudicis viduarū.
Deus in loco scō suo:de⁹ q inha
bitare facit vni⁹ moris i domo.
Qui educit vinctos i fortitudi/
ne: similiter eos qui exasperāt:
qui habitant in sepulcris.
De⁹ cū egredereris in ꝯspectu
ppli tui:cū ptrāsires in deserto,
Terra mota est, etenim celi di/
stillauerunt a facie Dei Sinai:
a facie Dei Israel.
Pluuiā voluntariā segregabis
Deus hereditati tuę,et infirma/
ta est:tu vero perfecisti eam.
Animalia tua habitabūt in ea: pa
rasti i dulcedine tua paupi de⁹.
Dominus dabit verbum euan
gelizantibus:virtute multa.
Rex virtutum dilecti dilecti: et

speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cle
ros penne colūbę deargentatę:et
posteriora dorsi ei⁹ i pallore auri.
Dum discernit celestis reges su/
per eā niue dealbabunt in Sel/
mon: mons Dei mons pinguis.
Mons coagulatus, mons pin/
guis: vt quid suspicamini mon/
tes coagulatos?
Mons in quo beneplacitum est
Deo habitare in eo: etenim do
minus habitabit in finem.
Currus Dei decem millibus
multiplex millia letantium:do/
minus in eis in Sinai in sancto.
Ascendisti in altū, cepisti capti
uitatē:accepisti dona in hoībus,
Etenim non credentes: inha/
bitare dominum Deum.
Benedictus dominus die quo
tidie:prosperū iter faciet nobis
Deus salutarium nostrorum.
Deus nr̄ Deus saluos faciēdi:
et domini dñi exitus mortis.
Verūtamē Deus ꝯfringet capi
ta inimicoꝝ suoꝝ: verticē capilli
perambulantiū in delictis suis.
Dixit dñs ex Basan cōuertā:
conuertam in profundū maris.
Vt intingatur pes tuus in san/
guine:lingua canum tuorum ex
inimicis ab ipso.
Viderūt ingressus tuos Deus:
ingressus Dei mei, regis mei,
qui est in sancto.
Preuenerunt principes coniū/
cti psallentibus, in medio iuuē/

culorum tympanistriarum.
In ecclesijs benedicite deo domino: de fontibus Israel.
Ibi Beniamin adolescentulus: in mentis excessu.
Principes Juda, duces eorum: principes Zabulon, & principes Nephtalim.
Manda Deus virtuti tuę: confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.
A templo tuo in Jerusalem: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis: congregatio taurorum, in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati sunt argento.
Dissipa gentes, que bella volunt: venient legati ex Ægypto: Æthiopia preueniet manus eius Deo.
Regna terrę cantate Deo: psallite domino.
Psallite Deo, qui ascendit super cęlum cęli: ad orientem.
Ecce dabit voci suę vocem virtutis, date gloriam Deo super Israel: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.
Mirabilis deus in sanctis suis: deus Israel, ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suę: benedictus Deus.
Añ. Benedicite gentes deum nostrum.
Per annum. ℣. Deus vitam meam annunciaui tibi. ℟. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.
Pro vno mar. ℣. Magna est gloria.
Pro pluribus. ℣. Justi autem.
Pro conf. pont. ℣. Tu es sacerdos.
Pro conf. non pont. ℣. Lex dei eius.
Pro virgin. ℣. Elegit eam Deus.
In Aduentu. ℣. Egredietur dominus de loco sancto suo. ℟. Veniet vt saluet populum suum.
In Quadrages. ℣. Scuto circundabit te veritas eius. ℟. Non timebis a timore nocturno.
Tpe Pasc. ℣. Ne perdas cum impijs Deus animam meam. ℟. Et cum viris sanguinum vitam meam. Alleluia.
Tpe Pasch. Añ. Hal. hal. hal.
Pro sanctis. ℣. Letitia sempiterna.
Pro feria. ℣. Dauid sunt discipuli, hal'ab. ℟. Visio domino, hal'ab.

AD LAVDES.

Añ. Amplius laua me domine ab iniustitia mea. Ps. Miserere. 23. Añ. Te decet. Ps. 64.

Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Jerusalem.
Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum preualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.
Beatus quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tuę: sanctum est templum tuum, mirabile in equitate.
Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terrę, & in mari longe.
Preparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes: & timebunt qui habitant terminos a signis tuis:

exitus

exit⁹ matutini ꝛ vespe⁹ delectabis. Uisitasti terrã, ꝛ inebriasti eã: multiplicasti locupletare eam. Flumen dei repletũ est aquis: parasti cibum illoꝝ, quoniam ita est pręparatio eius. Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lętabitur germinans. Benedices coronę anni benignitatis tuę: ꝛ campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti: ꝛ exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes oviũ, ꝛ valles abundabũt frumẽto: clamabunt, etenim hymnum dicent. Añ. Te decet hymn⁹ de⁹ i Siõ. Añ. Labia mea laudabũt te in vita mea Deus me⁹. ps. Deus de⁹ me⁹. 8. Añ. Dñs iudicabit.

Canticum Annę.

Reg. 2 Exultauit cor meum in domino: ꝛ exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatatum est os meum super inimicos meos: quia lętata sum in salutari tuo. Non est sanctus vt est dñs, neq; enim est alius extra te: ꝛ non est fortis sicut Deus noster. Nolite multiplicare loq sublimia: gloriantes. Recedant vetera de ore vestro, qa Deus scientiarum dñs est: ꝛ ipsi pręparantur cogitationes. Arcus fortium superatus est: ꝛ infirmi accincti sunt robore. Repleti prius, p panib⁹ se locauerunt: ꝛ famelici saturati sunt. Donec sterilis peperit plurimos: ꝛ quę multos habebat filios infirmata est. Dñs mortificat, ꝛ viuificat: deducit ad inferos, ꝛ reducit. Dominus pauperem facit, ꝛ ditat: humiliat, ꝛ subleuat. Suscitans de puluere egenũ: ꝛ de stercore erigens pauperem. Ut sedeat cum principibus: ꝛ solium glorię teneat. Domini enim sunt cardines terrę: ꝛ posuit super eos orbem. Pedes sanctorum suorum seruabit, ꝛ impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Dñm formidabunt aduersarij ei⁹: ꝛ sup ipsos in cęlis tonabit. Dñs iudicabit fines terrę, ꝛ dabit imperiũ regi suo: ꝛ sublimabit cornu chr̃i sui. Añ. Dñs iudicabit fines terrę. Añ. Cęli cęloꝝ laudate deũ. ps. Laudate dñz d cęlis. Cap. Nox pcess. 24. Hym.

Nox ꝛ tenebrę, ꝛ nubila,
Cõfusa mundi ꝛ turbida,
Lux intrat, albescit polus,
Christus venit discedite.
Caligo terrę scinditur,
Percussa solis spiculo,
Rebusq; iam color redit
Uultu nitentis sideris.
Te Christe solum nouimus,
Te mente pura ꝛ simplici
Flendo, ꝛ canendo, quęsumus,

Intende nostris sensibus,
Sunt multa fucis illita,
Que luce purgentur tua,
Tu lux eoi sideris,
Vultu sereno illumina.
Deo pri sit glia. ℣. Repleti su
mus mane misericordia tua. ℟.
Exultauimus et delectati sum⁹.
Ad B. Añ. De manu oium qui
oderũt nos libera nos domine.
Preces qñ oñr, vtš. in ij. fer. 25.

FERIA QVINTA.

Ad Matutinum. Inuitatorium.
Dominũ qui fecit nos. Venite
adoremus. ps. Venite. Hymn⁹.
Nox atra rex contegit
Terre colores omniũ:
Nos cõfitẽtes poscim⁹
Te iuste iudex cordiũ
Vt auferas piacula
Sordesq; mentis abluas,
Donesq; Christe gratiam,
Vt arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia,
Quam culpa mordet noxia,
Obscura gestit tollere,
Et te redemptor querere.
Repelle tu caliginem
Intrinsecus quam maxime,
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.
Presta pater piissime. fol. 2.
Antiphona. Domine Deus.
Tpe. Pasch. Añ. Halab. ps. 68.
Saluũ me fac Deus: quo-
niam intrauerũt aque, vs-
que ad animam meam.
Infixus sum in limo profundi:
et non est substantia.
Veni in altitudinem maris: et
tempestas demersit me.
Laboraui clamans, rauce facte
sunt fauces mee: defecerũt ocu-
li mei, dum spero in Deũ meũ.
Multiplicati sunt sup capillos
capitis mei: q oderũt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti
sunt me inimici mei iniuste: que
non rapui tunc exoluebam.
Deus tu scis insipiẽtiã meam:
et delicta mea a te non sunt ab-
scondita.
Non erubescant in me qui ex-
pectant te dñe: domine virtutũ.
Non confundantur super me:
qui querunt te Deus Israel.
Qm propter te sustinui oppro-
briũ: operuit cõfusio faciẽ meã.
Extraneus factus sum fratri-
bus meis: et peregrinus filijs
matris mee.
Qm zelus domus tue comedit
me: et opprobria exprobrantium
tibi ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio aiam meã:
et factũ est in opprobrium mihi.
Et posui vestimentum meũ cili-
ciũ: et fact⁹ sum illis in parabolã.
Aduersum me loquebant qui
sedebant in porta: et in me psal-
lebant qui bibebant vinum.
Ego vero orationem meã ad te
dñe: tempus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordie
tue exaudi me: in veritate salu-
tis tue.

Eripe me de luto, vt non infi-
gar: libera me ab his qui ode-
runt me, et de profundis aquarũ.
Non me demergat tempestas
aquę, neq; absorbeat me profun
dum: neq; vrgeat super me pu-
teus os suum.
Exaudi me domine, quoniam
benigna est misericordia tua: se-
cundum multitudinem misera-
tionum tuarum respice in me.
Et ne auertas faciem tuam a
puero tuo: quoniã tribulor, ve-
lociter exaudi me.
Intende aię meę, et libera eã:
ꝑpter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperiũ meũ et con
fusioné meã: et reuerentiã meã.
In cõspectu tuo sunt oẽs q tri-
bulant me: improperium expe-
ctauit cor meum, et miseriam.
Et sustinui qui simul contrista
retur, et non fuit: et qui consola-
retur, et non inueni.
Et dederũt in escam meã fel: et
in siti mea potauerũt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis
in laqueum: et in retributiones,
et in scandalum.
Obscurentur oculi eorũ ne vi-
deant: et dorsum eorum semper
incurua.
Effunde super eos irã tuam: et
furor irę tuę comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta:
et in tabernaculis eorum non sit
qui inhabitet.
Quõ quem tu percussisti perse
cuti sunt: et super dolorem vul-
nerum meorum addiderũt.
Appone iniquitatem super ini
quitatem eorum: et non intrent
in iustitiam tuam.
Deleantur de libro viuentiũ:
et cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens: sa-
lus tua Deus suscepit me.
Laudabo nomen Dei cũ canti
co: et magnificabo eũ in laude.
Et placebit Deo super vitulũ
nouellum: cornua producẽtem
et vngulas.
Videãt pauperes, et lętentur: quęri-
te Deum, et viuet anima vestra.
Quoniã exaudiuit pauperes
dñs: et vinctos suos nõ despexit.
Laudent illum cęli et terra: ma
re, et omnia reptilia in eis.
Quõ Deus saluã faciet Sion:
et ędificabuntur ciuitates Judę.
Et inhabitabunt ibi: et hęredi-
tate acquirent eam.
Et semen seruorũ eius possidẽ
bit eam: et qui diligunt nomen
eius, habitabunt in ea. ps. 69.

Deus in adiutorium meũ
intende: domine ad adiu
uandum me festina.
Confundantur, et reuereantur:
qui quęrunt animam meam.
Auertantur retrorsum et erube-
scant: qui volunt mihi mala.
Auertantur statim erubescen-
tes: qui dicunt mihi, euge, euge.
Exultẽt et lętent in te oẽs q quę
runt te: et dicãt semp magnificet

dñs, qui diligunt salutare tuum.
Ego vero egenus ꝛ paup sum: Deus adiuua me.
Adiutor meus, et liberator meus es tu: domine ne moreris.
Añ. Dñe de⁹ in adiutoriū meū intēde. Añ. Esto mihi. ps. 70.
In te dñe speraui, non confundar i ęternū: in iustitia tua libera me: ꝛ eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: ꝛ salua me.
Esto mihi in Deum protectorem ꝛ in locum munitum: vt saluum me facias.
Quoniam firmamentū meuȝ: ꝛ refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris: ꝛ de manu contra legem agentis ꝛ iniqui.
Qm̄ tu es patientia mea dñe: dñe spes mea a iuuentute mea.
In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meę, tu es protector meus.
In te cantatio mea semper: tāquam prodigiū factus sum multis, ꝛ tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.
Ne proijcias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi: ꝛ qui custodiebant animam meā: cōsiliū fecerunt in vnum.
Dicentes Deus dereliquit eū: persequimini, ꝛ comprehēdite eum, quia non est qui eripiat.
Deus ne elōgeris a me: Deus meus in auxilium meū respice.
Cōfundant ꝛ deficiant detrahētes aię meę, operiant cōfusione, ꝛ pudore, q quęrunt mala mihi.
Ego autem semper sperabo: ꝛ adijciā super oēm laudem tuaȝ.
Os meum annunciabit iustitiā tuam: tota die salutare tuum.
Qm̄ non cognoui literaturam introibo in potentias dñi: dñe memorabor iustitię tuę solius.
Deus docuisti me a iuuentute mea: ꝛ vsque nunc pronūciabo mirabilia tua.
Et vsque in senectaȝ, ꝛ senium: Deus ne derelinquas me.
Donec annunciē brachiū tuū: generationi omni, q̄ ventura est.
Potentiā tuā, ꝛ iustitiā tuā de⁹ vsq; in altissima quę fecisti, magnalia: Deus quis similis tibi?
Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, ꝛ malas, ꝛ conuersus viuificasti me: ꝛ de abyssis terrę iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificētiā tuā: ꝛ conuersus consolatus es me.
Nam ꝛ ego cōfitebor tibi in vasis psalmi veritatē tuā deus: psallā tibi in cithara sanctus Israel.
Exultabūt labia mea, cū cātauero tibi: ꝛ aīa mea, quā redemisti.
Sed ꝛ lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuā: cū confusi ꝛ reueriti fuerint, qui quęrunt

runt mala mihi. Psalmus.71.

Deus iudiciū tuū regi da:
⁊ iustitiā tuaꝫ filio regis.
Iudicare populū tuū in iusti-
tia: ⁊ pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem po-
pulo:⁊ colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi ⁊
saluos faciet filios pauperum: ⁊
humiliabit calumniatorem.
Et pmanebit cū sole ⁊ ante lu-
nā:in gnatione ⁊ generationem.
Descēdet sicut pluuia i vell⁹:⁊
sicut stillicidia stillātia sup terrā
Orietur in diebus eius iustitia
⁊ abundantia pacis:donec aufe
ratur luna.
Et dominabitur a mari vsque
ad mare:⁊ a flumine vsqꝫ ad ter
minos orbis terrarum.
Corā illo procident Æthiopes:
⁊ inimici eius terram lingent.
Reges Tharsis, ⁊ insule mune
ra offerent: reges Arabū,⁊ Sa-
ba dona adducent.
Et adorabunt eum oēs reges
terre: omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperē a potē
te:⁊ pauperē cui nō erat adiutor
Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ ani-
mas pauperum saluas faciet.
Ex vsuris ⁊ iniquitate redimet
animas eorum:⁊ honorabile no
men eorum coram illo.
Et viuet, ⁊ dabitur ei de auro
Arabie, ⁊ adorabūt de ipso sem
per:tota die benedicent ei.
Erit firmamētū in terra i sum-
mis montiū, sup extollet super
Libanū fructus eius:⁊ florebūt
de ciuitate sicut fenum terre.
Sit nomē ei⁹ bñdictū in secula:
ante solē permanet nomen eius.
Et bñdicent i ipso oēs trib⁹ ter
re:oēs gentes magnificabūt eū.
Benedictus dñs Deus Israel:
qui facit mirabilia solus.
Et benedictū nomē maiestatis
eius in eternū: ⁊ replebit maie-
state eius omnis terra, fiat, fiat.
Antiphona. Esto mihi domine
in Deum protectorem. Añ. Li
berasti virgam. Psalmus.72.

Quā bonus Israel deus:
his qui recto sunt corde.
Mei aūt pene moti sunt pedes:
pene effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui super iniquos:pa
cem peccatorum videns.
Quia nō est respect⁹ morti eoꝝ:
⁊ firmamentum in plaga eorū.
In labore hominū non sunt: ⁊
cum hoibus nō flagellabuntur.
Ideo tenuit eos supbia:operti
sunt iniquitate, ⁊ impietate sua.
Prodijt quasi ex adipe iniqtas
eoꝝ:trāsierūt in affectuꝫ cordis.
Cogitauerūt, ⁊ locuti sunt neq
tiā:iniqtatē in excelso locuti sūt.
Posuerunt in celum os suum:⁊
lingua eorum transiuit in terra.
Ideo cōuertet populus meus
hic: ⁊ dies pleni inuenient i eis.
Et dixerūt, quomodo scit de⁹,⁊
si est scientia in excelso.
Ecce ipsi peccatores ⁊ abūdan

tes i seculo obtinuerūt diuitias.
Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis.
Si dicebā, narrabo sic: ecce nationem filiorū tuorū reprobaui.
Existimabam vt cognoscerem hoc: labor est ante me.
Donec intrē in sanctuariū dei: et intelligā in nouissimis eorum.
Verumtñ pp dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.
Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerūt: perierunt propter iniquitatem suas.
Velut somniū surgentium domine: in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
Quia inflāmatuz est cor meū, et renes mei cōmutati sunt: et ego ad nihilū redactus suz, et nesciui.
Ut iumentuz factus sum apud te: et ego semper tecum.
Tenuisti manū dexteram meā: et in volūtate tua deduxisti me: et cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in celo: et a te quid volui super terram?
Defecit caro mea, et cor meuz: Deus cordis mei, et pars mea Deus in eternum.
Quia ecce, qui elongant se a te peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.
Mihi autem adherere Deo, bonuz est: ponere in domino Deo spem meam.
Ut annunciē oēs predicationes tuas: in portis filie Sion. Ps. 73.
Ut quid Deus repulisti in finē: iratus est furor tuus super oues pascue tue?
Memor esto cōgregationis tue: quam possedisti ab initio.
Redemisti virgā hēditatis tue: mōs Sion in quo habitasti i eo.
Leua manus tuas in superbias eorū in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto?
Et gloriati sunt qui oderūt te: in medio solennitatis tue.
Posuerunt signa sua, signa: et non cognouerunt sicut in exitu super summum.
Quasi in sylua lignoꝝ securib⁹ exciderūt ianuas ei⁹ in idipsuz: in securi et ascia deiecerunt eaz.
Incenderunt igni sanctuariuz tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus oēs dies festos Dei a terra.
Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: et nos non cognoscet amplius.
Usquequo, Deus, improperabit inimicus? irritat aduersari⁹ nomen tuum in finem?
Ut quid auertis manum tuaz, et dexteram tuam: de medio sinu tuo in finem?
Deus autez rex nr̄ ante secula: operat⁹ est salutē i medio, terre.

Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita dracomum in aquis.
Tu confregisti capita draconis: dedisti eū escā populis Æthiopū.
Tu dirupisti fontes, et torrētes: tu siccasti fluuios Ethan.
Tuus est dies, et tua est nox: tu fabricatus es auroram, et solem.
Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et ver tu plasmasti ea.
Memor esto huius, inimicus improperauit dño: et populus insipiens incitauit nomen tuum.
Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: et animas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finē.
Respice in testamentum tuū: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terre domibus iniquitatū.
Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum que ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderūt, ascendit semper.
Añ. Liberasti virgā hereditatis tue. Añ. Et inuocabim⁹. Ps. 74.

Confitebimur tibi Deus: confitebimur, et inuocabimus nomen tuum.
Narrabimus mirabilia tua: cū accepero tempus, ego iustitias iudicabo.
Liquefacta est terra, et omnes qui habitant in ea: ego cōfirmaui columnas eius.
Dixi iniquis, nolite inique agere: et delinquentibus nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altū cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.
Quia neqꝫ ab oriente neqꝫ ab occidente, neqꝫ a desertis mōtibus: quoniam Deus iudex est.
Hunc humiliat, et hūc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus misto.
Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamē fex eius nō est exinanita: bibent oēs peccatores terre.
Ego autē annunciabo in seculum: cantabo Deo Iacob.
Et omnia cornua peccatorum confringam: et exaltabūtur cornua iusti. Psalmus. 75.

Notus in Iudea Deus: in Israel magnū nomē eius.
Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in Sion.
Ibi confregit potentias: arcū, scutum, gladium, et bellum.
Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
Ab increpatione tua Deus Iacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos.

Tu ter-

Tu terribilis es, et quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
De celo auditū fecisti iudiciū: terra tremuit, et quievit.
Cum exurgeret in iudicium Deus: ut salvos faceret omnes mansuetos terre.
Quoniā cogitatio hominis cōfitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festum agent tibi.
Vovete, et reddite domino deo vestro: oēs qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili, et ei qui aufert spiritum principum: terribili apud reges terre.
Ant. Et invocabimus nomē tuū dñe. Aña. Tu es Deus. ps. 76.
Voce mea ad dominum, clamavi: voce mea ad Deum, et intendit mihi.
In die tribulationis mee Deū exquisivi, manibus meis nocte contra eū: et non sum deceptus.
Renuit ꝯsolari aīa mea: memor fui dei, et delectatus sum, et exercitatus sum, et defecit spūs meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, et non sum locutus.
Cogitavi, dies antiquos: et annos eternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar: et scopebam spiritum meum.
Nunquid in eternum proijciet Deus: aut non apponet, ut complacitior sit adhuc?
Aut i finē misericordiā suā abscindet: a gnatione in gnationē?
Aut obliviscet misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?
Et dixi, nunc cepi: hec mutatio dextere excelsi.
Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: et in adinuētionibus tuis exercebor.
Deus in sancto via tua, quis Deus magnus sicut Deus nr̄? tu es Deus, qui facis mirabilia.
Notā fecisti in populis virtutē tuā: redemisti in brachio tuo populū tuū: filios Jacob, et Joseph.
Viderūt te aque Deus, viderunt te aque, et timuerunt: et turbate sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue transeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tue orbi terre: commota est, et contremuit terra.
In mari via tua, et semite tue in aquis multis: et vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oves populum tuum: in manu Moysi, et Aaron. Psalmus. 77.
Attendite popule meus legem meam: inclinate aurē vestram in verba oris mei.

Aperiam

Aperiam in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio.

Quãta audiuimus, ⁊ cognouimus ea: ⁊ patres nostri narrauerunt nobis.

Non sunt occultata a filijs eorum: in generatione altera.

Narrãtes laudes dñi, ⁊ virtutes eius: ⁊ mirabilia eius quę fecit.

Et suscitauit testimoniũ in Jacob: ⁊ legem posuit in Israel.

Quanta mãdauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera.

Filij qui nascẽtur, ⁊ exurgent: ⁊ narrabunt filijs suis.

Ut ponant in Deo spem suã, ⁊ non obliuiscantur operũ domini: ⁊ mandata eius exquirant.

Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua ⁊ exasperans.

Generatio quę non direxit cor suum: ⁊ non est creditus cũ deo spiritus eius.

Filij Ephrẽ intẽdẽtes, ⁊ mittentes arcũ: conuersi sunt in die belli.

Nõ custodierũt testm̃ Dei: ⁊ in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliti sunt bñfactorum eius: ⁊ mirabiliũ eius, quę ostendit eis.

Corã patribus eorum fecit mirabilia i terra Ægypti: i cãpo Taneos.

Interrupit mare, ⁊ pduxit eos, ⁊ statuit aquas quasi in vtre.

Et deduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petrã i eremo: ⁊ adãquit eos velut in abysso multa.

Et eduxit aquam de petra: ⁊ deduxit tanquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelsum in inaquoso.

Et tẽtauerũt Deũ in cordibus suis: vt peterẽt escas aiabus suis.

Et male locuti sunt de Deo: dixerunt, nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Quoniam pcussit petrã, ⁊ fluxerunt aquę: ⁊ torrẽtes inundauerunt.

Nunquid ⁊ panẽ poterit dare: aut parare mẽsam populo suo?

Ideo audiuit dominus, ⁊ distulit: ⁊ ignis accẽsus est in Jacob, ⁊ ira ascendit in Israel.

Quia non crediderũt in Deo: nec sperauerũt in salutari eius.

Et mãdauit nubibus desuper: ⁊ ianuas cęli aperuit.

Et pluit illis manna ad mandũcandum: ⁊ panem cęli dedit eis.

Panẽ angelorum manducauit homo: cibaria misit eis i abũdãtia.

Transtulit Austrum de cęlo: ⁊ induxit in virtute sua Africum.

Et pluit super eos sicut puluerem carnes: ⁊ sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderũt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.

Et mãducauerũt, ⁊ saturati sũt nimis: ⁊ desideriũ eorum attulit eis: nõ sunt fraudati a desiderio suo.

Adhuc escę eorum erãt i ore ipsorũ: ⁊ ira Dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum: ⁊ electos

electos Israel impediuit.
In omnibus his peccauerunt adhuc: et non crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerunt in vanitate dies eorum: et anni eorum cum festinatione.
Cum occideret eos, querebant eum, et reuertebantur: et diluculo veniebant ad eum.
Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum: et Deus excelsus redemptor eorum est.
Et dilexerunt eum in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei.
Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
Ipse autem est misericors, et propitius fiet peccatis eorum: et non disperdet eos.
Et abundauit, vt auerteret iram suam: et non accendit omnem iram suam.
Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, et non rediens.
Quoties exacerbauerunt eum in deserto: in iram concitauerunt eum in inaquoso?
Et conuersi sunt et tentauerunt Deum: et sanctum Israel exacerbauerunt.
Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit in Aegypto signa sua: et prodigia sua in campo Taneos.
Et conuertit in sanguinem flumina eorum: et imbres eorum ne biberent.
Misit in eos cynomyam, et comedit eos: ranam, et disperdidit eos.
Et dedit erugini fructus eorum: et labores eorum locuste.
Et occidit in grandine vineas eorum: et moros eorum in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eorum: et possessiones eorum igni.
Misit in eos iram indignationis sue: indignationem, et iram, et tribulationem: immissiones per angelos malos.
Viam fecit semite ire sue, et non pepercit a morte animabus eorum: et iumenta eorum in morte conclusit.
Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
Et abstulit sicut oues populum suum, et perduxit eos tanquam gregem in deserto.
Et eduxit eos in spe, et non timuerunt: et inimicos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montem sanctificationis sue: montem quem acquisiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus Israel.
Et tentauerunt, et exacerbauerunt Deum excelsum: et testimonia eius non custodierunt.
Et auerterunt se, et non seruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.
In iram concitauerunt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis

ad

ad emulationē eū ꝓuocauerūt. Audiuit Deus, ⁊ spreuit: ⁊ ad nihilum redegit valde Israel.
Et repulit tabernaculū Silo: tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatē virtutem eorum: ⁊ pulchritudinē eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio populū suū: ⁊ hereditatē suam spreuit.
Iuuenes eorū comedit ignis, ⁊ virgines eorū nō sunt lamentate.
Sacerdotes eorū i gladio ceciderūt: ⁊ vidue eorū non plorabant.
Et excitatus est tanquam dormiens dominus: ⁊ tanquam potens crapulatus a vino.
Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioseph: ⁊ tribū Ephraim, nō elegit.
Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.
Et edificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra: quā fundauit in secula.
Et elegit Dauid seruum suū, ⁊ sustulit eū de gregibus ouiū: de post fetantes accepit eum.
Pascere Iacob seruum suum: ⁊ Israel hereditatem suam.
Et pauit eos in innocentia cordis sui: ⁊ in intellectib⁹ manuū suarum deduxit eos. Añ. Tu es Deus, qui facis mirabilia. Añ. Propitius esto. Psalmus. 78.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuā: polluerūt teplū sanctū tuum, posuerūt Ierusalē in pomorū custodiam.
Posuerunt morticinia seruorū tuorū escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorū bestijs terre.
Effuderunt sanguinem ipsorū tanquam aquā in circuitu Ierusalem: ⁊ non erat, qui sepeliret.
Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio ⁊ illusio his qui in circuitu nostro sunt.
Usquequo dñe irasceris i finē: accēdet velut ignis zelus tuus?
Effunde irā tuā in gentes que te nō nouerunt: ⁊ in regna que nomen tuū non inuocauerunt.
Quia comederunt Iacob: ⁊ locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū: cito anticipēt nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis.
Adiuua nos deus salutaris noster, ⁊ ꝓpter gloriā nois tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpitius esto peccatis nostris propter nomen tuū.
Ne forte dicant in gētibus, vbi est Deus eorum? ⁊ innotescat in nationibus corā oculis nostris.
Ultio sanguinis seruorū tuorū qui effusus est: introeat in cōspectu tuo gemitus compeditorū.
Secundū magnitudinē brachij tui: posside filios mortificatorū.
Et redde vicinis nr̄is septuplū in sinu eorū: improperiū ipsorū quod

quod exprobrauerunt tibi dñe.
Nos autem populus tuus, et oues pascue tue: confitebimur tibi in seculum.
In generatione et generationem annunciabimus laudem tuam. Ps. 79.
Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ouem Joseph.
Aue regina cęlorum,
Aue domina angelorum:
Salue radix ꝛ porta,
Ex qua mundo lux est orta
Gaude gloriosa,
Super omnes speciosa,
Vale valde decora,
Et pro nobis semper Christũ exora.

℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da mihi virtutẽ contra hostes tuos. Oremus.

Concede misericors Deus fragilitati nostrę pręsidiũ: vt qui sanctę Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Regina cęli lętare, haleluia.
[Q]uia quem meruisti portare, haleluiah.
[R]esurrexit, sicut dixit, hal'ah.
[O]ra pro nobis Deum, hal'ah.
Gaude, et lętare virgo Maria, haleluiah. Quia surrexit dominus vere, haleluiah.

[D]eus qui per resurrectionem filij tui dñi nr̃i Jesu Christi familiam tuam lętificare dignatus es: pręsta q̃s: vt per eius genitricē virginē Mariā, perpetuę capiamus gaudia vitę. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Salue regina, mater misericordię,
[V]ita, dulcedo, et spes nr̃a, salue,
[A]d te clamam⁹ exules filij Euę
[A]d te suspiramus gementes, et flentes in hac lacrymarum valle.
[E]ia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte.
[E]t Jesum benedictum, fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.
O clemens, o pia, o dulcis virgo Maria.
[O]ra pro nobis sancta Dei genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. [Or]emus.
[O]mnipotēs sempiterne de⁹ qui gloriosę virginis matris Marię corpus et animam, vt dignum filij tui habitaculum effici mereretur, spiritu sancto cooperante, pręparasti: da vt cuius commemoratione lętamur, eius pia intercessione, ab instantibus malis, et a morte perpetua liberemur. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.
[D]iuinum auxilium maneat semper nobiscum. Amen.
[P]ater noster. [A]ue Maria. [C]redo.

C... Fideliū aię.
Pater noster.
Dominus det nobis suā pacem.
Et vitam ęternam. Amen.

[D]iuinum auxiliū maneat semper nobiscum. Amen.

Finis Psalterii.

ABSOLVTIONES, ET BENEDICTIONES NOCTVRNORVM.

Pro Dominicis, Festis, & Ferijs.

PRIMI NOCTVRNI

Absolutio, et benedictiones.

[illegible]

Pater noster. [illegible] Et ne nos inducas in tentationem ℟. Sed libera nos a malo. ℟. Amen. Absolutio.

Exaudi dñe Jesu Christe preces seruorũ tuorũ, et miserere nobis, qui cum patre et spiritu sancto, viuis et regnas in secula seculorũ. ℟. Amen.

℣. Iube domine benedicere.

Benedictio.

1 Benedictione perpetua benedicat nos pater eternus. ℟. Amen.

2 Unigenitus Dei filius, nos benedicere, et adiuuare dignetur. ℟. Amen.

3 Spiritus sancti gratia, illuminet sensus, et corda nostra. ℟. Amen.

SECVNDI NOCTVRNI

Absolutio.

Ipsius pietas et misericordia nos adiuuet: qui cũ patre, et spũ sctõ, viuit, et regnat in scła sclo℞. ℟. Amẽ.

℣. Iube domine benedicere.

Benedictio.

4 Deus pater oĩps, sit nobis propitius et clemens. ℟. Amen.

5 Christus perpetue det nobis gaudia vite. ℟. Amen.

6 Ignem sui amoris, accendat Deus in cordibus nostris. ℟. Amen.

TERTII NOCTVRNI

Absolutio.

A Vinculis peccatorum nostrorũ absoluat nos omnipotens et misericors dominus. ℟. Amen.

℣. Iube dñe bñdicere. Benedictio.

7 Euangelica lectio, sit nobis salus et protectio. ℟. Amen.

Quando non legitur euangelium.

7 Ille nos benedicat, qui sine fine viuit, et regnat. ℟. Amen.

In dominicis diebus.

8 Diuinum auxilium maneat semper nobiscum. ℟. Amen.

Quãdo legitur secundũ euangelium.

Per euangelica dicta deleãtur nostra delicta. ℟. Amen.

In solennitatibus beate Marie.

Cuius festũ colimus, ipsa virgo virginũ intercedat pro nobis ad dñm. ℟. Amẽ.

Quando fit de sancto.

Cuius festũ colimus, ipse vel ipsa intercedat pro nobis ad dñm. ℟. Amen.

Quando fit de pluribus sanctis.

Quorum vel quarum festum colimus et ipsi vel ipse intercedãt pro nobis ad dominum. ℟. Amen.

Quando legitur tertiũ euangelium.

Verba sancti euangelij, doceat nos Christus filius Dei. ℟. Amen.

9 Ad societatem ciuium supernorũ perducat nos rex angelorum. ℟. Amen.

PRO FERIIS.

In feriali officio quñ singule tres lectiones sunt de scriptura. Feria ij. et v. Absolutio et Benedictiones sumũtur ex primo noctur. Feria iij. et vj. ex ij. noct. Feria iiij. et sabbatho ex iij. nocturno.

Si autẽ singule tres lectiones sint de Homilia, Absolutio dicitur eodẽ ordine. Sed Bñdictiones semper vt in iij. noc. prima Euangelica lectio. secunda Diuinũ auxiliũ. tertia Ad societatẽ.

PRO FESTO SIMPLICI.

Si fit de festo simplici, Absolutio dicit eodẽ ordine vt in ferijs. Sed Benedictiones dñr semper vt in iij. nocturno. prima Ille nos benedicat, secunda Cuius vel Quorum vel Quarum festũ colimus, tertia Ad societatem.



PROPRIVM DE TEMPORE.

PRIMO SABBATHO ADVENTVS.

Ad Veſperas, Capitulum.

Rom. 13. 

Ratres, hora eſt iã nos de ſomno ſurgere: nũc enĩ ꝓpior eſt nr̃a ſalꝰ quam cũ credidimꝰ. ℞. Deo grãs.

Sic ſemper reſpondetur in fine omnium capitulorũ. Hymnus.

Onditor alme ſiderum,
Æterna lux credentium,
Chriſte redemptor omnium,
Exaudi preces ſupplicum.
Qui condolens interitu
Mortis perire ſeculum,
Saluaſti mũdum languidum,
Donans reis remedium.
Vergente mundi veſpere,
Vti ſponſus de thalamo
Egreſſus honeſtiſſima
Virginis matris clauſula.
Cuius forti potentię
Genu curuantur omnia,
Cęleſtia, terreſtria,
Nutu fatentur ſubdita.
Te deprecamur agie,
Venture iudex ſeculi,
Conſerua nos in tempore
Hoſtis a telo perfidi.
Laus honor virtus gloria
Deo patri, & filio,
Sancto ſimul paraclito,
In ſęculorum ſęcula. Amen.

℣. Rorate cęli deſuper, & nubes pluant iuſtum. ℞. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.

Ad Magn. Aña. Ecce nomẽ dñi venit de longinquo: & claritas eius replet orbem terrarum. Oratio.

Xcita q̃s Dñe potentiam tuã, & veni: vt ab imminentibus peccatorũ noſtrorum periculis, te mereamur ꝓtegẽte eripi, te liberante ſaluari. Qui viuis & regnas cũ Deo pr̃e in vnitate ſpũs ſancti Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. ℞. Amẽ.

Comme. de Apl'is, & de Pace non fiunt ꝑ totũ Aduẽ. et in Offo de Sanctis. In Aduentu nõ fit de feſto, niſi fuerit dup. vel ſemidu. qd ſi occurrat in dñica transferẽ in primã diẽ ſilĩ feſto nõ impeditã. De ſimplici vero fit tm̃ comme.

DOMINICA PRIMA Aduentus.

Ad Mat. Inui. Regem venturum dñm, Venite adoremus.

Et dr i dñicis, & fer. vſq; ad dñicã iij. Adue. ps. Venite. i. Hymnus.



Erbũ ſupnũ ꝓdiens,
A patre olim exiens,
Qui natus orbi ſubuenis.

Cursu declini temporis.
Illumina nunc pectora,
Tuoq; amore concrema,
Audito vt preconio,
Sint pulsa tandem lubrica.
Iudexq; cum post aderis
Rimari facta pectoris,
Reddens vicem pro abditis,
Iustisq; regnum pro bonis.
Non demum arctemur malis
Pro qualitate criminis,
Sed cum beatis compotes,
Simus perennes celibes.
Laus, honor, virtus, gloria,
Deo patri, et filio,
Sancto simul paraclito;
In seculorum secula Amen.

In j. noc. an. Veniet ecce rex excelsus. ps. Btūs vir. cu re. vt in psalt fol. 2. Post ℣. in qualibet noct. dī Pāt nr. secre. vsq; ad ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib. ℟. Amē.

ABSOLVTIO.

Exaudi domine Iesu Christe preces seruorum tuorum, et miserere nobis: qui cum patre, et spū sancto viuis, et regnas in secula seculorū. ℟. Amē. Iube domne benedicere. Bñō. Benedictione perpetua, benedicat nos pater eternus. ℟. Amen.

Incipit Liber Isaie pphe. Lc. i.

Visio Isaie filij Amos, quā vidit super Iudā, et Ierusalē, in diebus Ozie, Ioathan, Achaz, et Ezechie regum Iuda. Audite celi: et auribus percipe terra, qm̄ dn̄s locutus est. Filios enutriui, et exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorē suum, et asinus presepe dn̄i sui: Israel autem me nō cognouit: et populus meus non intellexit. Tu autē domine miserere nobis. ℟. Deo gratias. Sic semper terminantur lectiones nisi aliter signentur. ℟.

Aspiciens a longe, ecce video Dei potentiā venientem, et nebulam totam terram tegētem. Ite obuiam ei, et dicite. Nuncia nobis si tu es ipse qui regnaturus es in populo Israel. ℣. Quiq; terrigene, et filij hominum, simul in vnū diues, et pauper. ℟. Ite obuiam ei et dicite. ℣. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph. ℟. Nuncia nobis si tu es ipse q regnaturus es in populo Israel. ℣. Tollite portas principes vestras, et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie. ℟. Qui regnaturus es in populo Israel. ℣. Gloria patri et filio, et spiritui sancto. Deinde rep. ℟. Aspiciēs a lōge, vsque ad ℣. Quique terrigene. Hoc ℟. non dī p hebdomadam.

Iube. Bñō. Unigenitus Dei filius, nos benedicere, et adiuuare dignetur. ℟. Amen. Lcō ij.

Ve genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequā, filijs sceleratis: dereliquerūt dn̄m, blasphemauerunt sanctū Israel, abalienati sūt retrorsum.

sum. Super quo percutiaz vos vltra addentes preuaricationē? Omne caput languidū, et omne cor merens: a planta pedis vsqz ad verticē non est in eo sanitas. Uulnus, et liuor, et plaga tumens nō est circūligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. ℟. Aspiciebā in visu noctis, et ecce in nubibus celi filius hominis veniebat: et datum est ei regnuz, et honor: Et omnis populus, tribus, et lingue seruiēt ei. ℣. Potestas eius, potestas eterna, que non auferet: et regnū eius, quod non corrumpet. Et omnis. Iube domne. Bñd. Spiritus sancti gratia illuminet sensus, et corda nostra. ℟. Amen. Lectio iii. Terra vestra deserta, ciuitates vestre succēse igni. Regionē vestrā coram vobis alieni deuorant, et desolabit sicut in vastitate hostili. Et derelinquet filia Sion vt vmbraculū in vinea, et sicut tuguriū in cucumerario, et sicut ciuitas que vastatur. Nisi dñs exercituū reliquisset nobis semē, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus. ℟. Missus est Gabriel angelus ad Mariā virginē desponsatā Joseph, nuncians ei verbū: et expauescit virgo de lumine: ne timeas Maria, inuenisti grāz apud dñm. Ecce concipies et paries, et vocabit altissimi filius. ℣. Dabit ei dñs, Deus sedē Dauid patris eius, et regnabit in domo Jacob: i eternū. Ecce. Glo. Ec. Sic semp di. Gloria pai. in fine vltimi ℟ii cuiuslibet nocturni.

In secundo nocturno. Añā. Gaude et leta. cū rel. vt in psalt.

ABSOLVTIO.

Ipsius pietas et misericordia nos adiuuet, q cuz pre et spū scō viuit et regnat in secula sclorū. ℟. Amē. Iube. Bñd. Deus pater omnipotens, sit nobis ppitius et clemēs. ℟. Amē. Sermo S. Leonis pape. Le. iiii.

Cum de aduētu regni Dei, et de mundi fine ac tēporuz discipulos suos Saluator istrueret, totāqz ecclesiam suā in aplīs suis erudiret: Cauete inquit, ne forte grauētur corda vestra crapula, et ebrietate, et cogitatiōib9 secularibus. Quō vtiqz preceptū, dilectissimi, ad nos specialius ptinere cognoscimus, qbus denūciatus dies, etiaz si est occultus, nō dubitat esse vicin9. ℟. Aue Maria, grā plena: dñs tecum. Spūs sanct9 superueniet in te: et virt9 altissimi obūbrabit tibi: qd enim ex te nascetur sanctuz, vocabitur filius Dei. ℣. Quomodo fiet istud, qm virū non cognosco? et respondēs angelus dixit ei. Spiritus. Iube. Bñd. Christus ppetue det nobis gaudia vite. ℟. Amen. Lectio v. Ad cuius aduentū oēm hominē conuenit pparari, ne

quemquam, aut ventri deditus, aut curis secularib⁹ inueniat implicatū. Quotidiano enim dilectissimi experimento probatur, potus satietate aciē mentis obtundi: ciborū nimietate, vigorē cordis hebetari: ita vt delectatio edēdi, etiā corporū contraria sit saluti, nisi ratio temperātię obsistat illecebrę, ꝛ quod futurum est oneri, subtrahat voluptati. ℟. Saluatorē expectamus dn̄z Jesuz Christū: Qui reformabit corpus humilitatis nrę, configuratum corpori claritatis suę. ℣. Sobrie, ꝛ iuste, ꝛ pie viuam⁹ in hoc sęculo, expectātes beatā spē, ꝛ aduentū glię magni dei. Qui. Jube. Bn̄o. Ignem sui amoris accendat Deus in cordibus nostris. ℟. Amen. Lectio vj.

Quāuis enim sine anima nihil caro desideret, ꝛ inde accipiat sensus, vnde sumit ꝛ motus: eiusdē tn̄ est animę quędā sibi subditę negare substātię, ꝛ interiori iudicio, ab incōuenientibus exteriora frenare, vt a corporeis cupiditatib⁹ sępius libera, in aula mētis possit diuinę vacare sapientię, vbi omni strepitu terrenaꝝ silēte curarū, in meditationib⁹ sanctis, ꝛ in delicijs lętetur ęternis. ℟. Obsecro dn̄e, mitte quē missurus es: vide afflictionē populi tui, Sicut locutus es veni, ꝛ libera nos. ℣. Qui regis Israel intende, q deducis velut ouem Joseph, q sedes super cherubim. Sicut. Glia. Sicut. In iij. noct. Añā. Gabriel angelus. cuz rel. vt in Psalt. folio. 7.

ABSOLVTIO.

Uinculis peccatorū nrorū absoluat nos omnipotēs ꝛ misericors dn̄s. ℟. Amen. Jube Bn̄o. Euangelica lcō sit nobis salus ꝛ protectio. ℟. Amē. Lcō sc̄i euāg. scḿ Lucam. L. xxj.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Erūt signa in Sole, ꝛ Luna, ꝛ stellis, ꝛ in terris pressura gentium. Et reliq. 21. c.

Homilia sancti Gregorij papę.

Dominus ac redēptor nr̄ paratos nos inuenire desiderans, senescentem mundum quę mala sequantur denunciat, vt nos ab eius amore cōpescat. Appropinquantē eius terminū quātę pcussiones pueniāt innotescit: vt si Deū metuere in trāquillitate nolumus, vicinū eius iudiciū vel pcussionibus attriti timeamus. ℟. Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filiū, dicit dn̄s: Et vocabit nomē ei⁹ admirabilis, De⁹ fortis. ℣. Sup soliū Dauid, ꝛ sup regnū eius sedebit in ęternū. Et. Jube. Bn̄o. Diuinum auxiliū maneat semp nobiscuz. Quādo fit officiū de sancto vel sancta dicitur Cuius, festū, colimus, ipse vel ipsa intercedat, pro nobis ad dominum. ℟. Amen. Pro pluribus dicitur Quorū festum

festum colimus, ipsi intercedant pro nobis ad dominum.
Qñ fit officiũ de sancta Maria.
Ipsa virgo virginũ intercedat pro nobis ad dominum. L. viij.
Hic eteniꝫ lectioni sancti euãgelij, quam modo vestra fraternitas audiuit, paulo superius dñs p̄misit dicẽs: Exurget gẽs cõtra gentẽ, ꝛ regnũ aduersus regnũ, ꝛ erũt terremotꝰ magni per loca, ꝛ pestilẽtię, ꝛ fames. Et qbusdã iterpositis, hoc, qđ modo audistis, adiũxit: Erũt signa in sole, ꝛ luna, ꝛ stellis, ꝛ in terris pressura gentiũ pręꝯfusione sonitus maris, ꝛ fluctuũ. Ex qbꝰ ꝑfecto oibꝰ alia iã facta cernimꝰ, alia i ꝑximo vẽtura formidamꝰ. ℟. Audite verbum dñi gẽtes: ꝛ annũciate illud in finibꝰ terrę: Et isulis quę ꝑcul sunt dicite: Saluator nr̃ adueniet. ℣. Annũciate, ꝛ auditũ facite: loquimini, ꝛ clamate. Et. Iube domne. Bñõ Ad societatẽ ciuiũ supnoꝝ, perducat nos rex angeloꝝ. Qñ legit aliud Euãge. ca. dom. dĩ seq. Per euãgelica dicta deleant nostra delicta. ℟. Amen. Prędicto ordine dñr Absolu. ꝛ Bñões qñcũqꝫ fit offĩn ix. lec. ¶ Qñ vero fit triũ lcõnũ, si singulę tres lect. sunt de scriptura, Absolõ, ꝛ bñõ. j. noc. dñr ij. ꝛ v. fe. ¶ Secũdi noctur. iij. ꝛ vj. feria. ¶ Tertij noct. iiij. fer. ꝛ sabbato omissa bñone ante Euang. cuius loco dĩ Ille nos benedicat, qui sine fine viuit ꝛ regnat. ¶ Si ante singulę tres lect. non sunt de Script. Absolões dñr eodem ordine. Bñones vero, vt in tertio noctur. Si fit de sancto Prima erit Ille nos benedicat. Secunda. Cuius festũ. Tertia. Ad societatem. Lectio nona.

Nam gentẽ ꝯtra gentẽ exurgere, earumqꝫ pressurã terris insistere, plus iã in nr̃is tẽporibus cernimus, quã in codicibus legimus. Quod terremotꝰ vrbes innumeras obruat, ex alijs mũdi partibus scitis quã frequẽter audiuimus: pestilentias sine cessatione patimur. Signa vero in Sole, ꝛ luna, ꝛ stellis adhuc apte minime vidimus: sed quia hęc nõ longe sint, ex ipsa iam aeris immutatione colligimus. ℟. Ecce dies veniunt, dicit dñs ꝛ suscitabo Dauid germen iustum, ꝛ regnabit rex, ꝛ sapiens erit, ꝛ faciet iudicium, ꝛ iustitiã in terra: Et hoc est nomẽ quod vocabunt eum: dñs iustus, noster. ℣. In diebus illis saluabitur Iuda, ꝛ Israel habitabit cõfidenter. Et. Gloria pa. Et hoc. Ab hac Dñica vsqꝫ ad Natiuit. dñi, ꝛ a dñica Septuage. vsqꝫ ad Pascha. dñicis diebꝰ dĩ Te. ℟. q̃ Te deum. non dĩ nisi in festis.

AD LAVDES. Añ.
In illa die stillabunt mõtes dulcedinem, ꝛ colles fluẽt, lac.

lac, ⁊ mel, halł. ps. Dñs regn. 8. cũ ref. de Dñica. Añ. Jucundare filia Sion, ⁊ exulta satis filia Jerusalẽ, halãh. ps. Jubilate. 8. Añ. Ecce dñs veniet ⁊ oẽs sancti eius cum eo, ⁊ erit in die illa lux magna, halãh. ps. Deus deus meus. 8. Añ. Oẽs sitientes venite ad aquas: querite dñm dũ inueniri potest, halł. Canticum. Benedicite. Añ. Ecce veniet, propheta magnus, ⁊ ipse renouabit Jerusalem, haleluiah. ps. Laudate. 9. Cap. Fratres, hora est. 65. vt supra in vesp. Hymnus.

Vox clara ecce intonat,
Obscura queq; increpat,
Pellantur eminus somnia,
Ab ethere Christus promicat.
Mens iam resurgat torpida,
Que sorde extat saucia,
Sidus refulget iam nouum,
Vt tollat omne noxium.
E sursum agnus mittitur,
Laxare gratis debitum,
Omnes pro indulgentia
Vocem demus cum lacrymis.
Secundo vt cum fulserit,
Mundumq; horror cinxerit,
Non pro reatu puniat,
Sed nos pius tunc protegat.
Laus, honor, virtus, gloria. 65.

℣. Vox clamãtis in deserto: parate viã dñi. ℟. Rectas facite semitas eius. Ad Bñdictus. Añ. Spũs scũs in te descendet Maria: ne timeas, habebis in vtero filium Dei, halãh. Oratio vt s.

Ad primam, tertiam, sextam, ⁊ nonam, Añe de Laudib. dicũr per ordinem, quarta Aña ꝑtermissa. Quod seruatur in dñicis Aduẽt⁹, ⁊ per hebd. In feriali officio sumuntur ex Dñica precedẽti, nisi ad Laudes ferie proprie añe assignentur. Ad Primam. Hym. Jã lucis. 10. Añ. In illa die. ps. Deus in nomine tuo. 10. cũ rel. de psalt. Cap. Regi seculoꝝ. 12. ℟. br. Christe fili Dei viui, Miserere nobis. Reper. Christe fili Dei viui, Miserere nobis. ℣. Qui venturus es in mundum. ℟. Miserere nobis. ℣. Gloria. ℟. Christe fili Dei viui, Miserere nobis. ℣. Exurge Christe adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Sic dr quotidie vsq; ad Natiuitatẽ Dñi, etiã in offõ de sanctis. Deinde Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pr noster. Credo. ℣. Et ego ad te domine clamaui. cum rel. vt in Psalterio. fol. 12. Ad Absol. cap. lcõ bre. Dñe miserere. ⁊ dr in dñicis ⁊ ferys vsque ad vig. Natiui. Dñi exclusi. Ad iij. Hy⁹. Nũc sãcte. 14. Añ. Jucundare. ps. Legem pone mihi. cũ rel. Cap. Fratres, hora est. 65. ℟. bre. Veni ad liberandũ nos Dñe Deus virtutum. Et rep. Veni ad liberandũ nos Dñe Deus virtutũ. ℣. Ostẽde faciẽ tuã, ⁊ salui erimus. ℟. Domine Deus virtutuꝫ. ℣. Gloria patri,

patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. ℟. Veni ad liberandum nos dñe, Deus virtutum. ℣. Timebunt gentes nomẽ tuum dñe. ℟. Et oẽs reges terrę gloriam tuam. Sic repetuntur versus in omnibus ℟. breuibus horarum. Ad Sextã. Añ. Ecce dñs. Cap.

Rom. 12 Nox precessit, dies autẽ appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarũ, ⁊ induamur arma lucis. ℟. Ostende nobis dñe Misericordiã tuã. Rep. Ostende nobis. ℣. Et salutare tuũ da nobis. Misericordiã tuã. Gloria. Ostẽde. ℣. Memento nrĩ dñe in beneplacito ppl'i tui. ℟. Visita nos in salutari tuo. Ad ix. Aña. Ecce veniet. Cap.

Sicut in die honeste ambulemus: nõ in comessationibus, ⁊ ebrietatibus: nõ in cubilibus ⁊ impudicitijs: nõ in cõtentione ⁊ ęmulatiõe: sed induimini dñm Jesum Christum. ℟. Super te Jerusalẽ Orietur dñs. Repet. Sup te. ℣. Et gloria eius in te videbit. Orietur. Gloria. Sup. ℣. Dñe Deus virtutũ conuerte nos. ℟. Et ostende faciẽ tuam, ⁊ salui erimus. Ad Vesperas. Aña. In illa die, cum rel'. de Laud. ps. Dixit dñs. 52. cũ rel'q̃ dñica. cap. Fratres hora est. 65. Hymnus. Conditor. ℣. Rorate, vt supra. In primis vespe. Ad Mag. Aña. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud dominum: ecce concipies, ⁊ paries filiũ, hallab. Oro. Excita q̃s dñe. Hym. ℣. ⁊ reliqua dicuntur dñicę dñr in alijs Dominicis, ⁊ seruis Aduentus.

FERIA SECVNDA.

Dicitur officium Defunctorum. Ad Matutinum. Inuitatorium. Regem ventur. Hym. Verbũ supernũ prodiẽs. 65. Aña. Dñs defensor. ps. Dñs illuminatio. 19. cũ reliq̃ de psalt. post ℣. ⁊ Pr̃ nr̃. Absolũnes ⁊ Bñones in hac ⁊ seq. fer. dñr ordine superius descr. De Isaia propheta. Lcõ prima.



Lauamini, mũdi estote, auferte malũ cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersę: discite benefacere, quęrite iudiciũ, subuenite oppresso, iudicate pupillo, ⁊ defendite viduã. Et venite, ⁊ arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ, quasi nix dealbabũtur: ⁊ si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt. ℟. Suscipe verbum virgo Maria quod tibi a dño p angelũ trãsmissum est: cõcipies, ⁊ paries Deum pariter ⁊ hominem. Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries quidem filium, ⁊ virginitatis nõ patieris detrimentum: efficieris grauida, ⁊ eris mater semper intacta. Vt benedicta. Lectio ij. 1. ca.

Si volueritis, ⁊ audieritis me, bona terrę comedetis.

tis. Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos: qa os dñi locutum est. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicii et iustitia habitavit in ea, nunc autem homicide. Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua. Principes tui infideles, socij furum. Omnes diligunt munera: sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, et causa vidue non ingreditur ad illos. ℟. Letentur celi et exultet terra: iubilate montes laudem: qa dñs noster veniet. Et pauperum suorum miserebitur. ℣. Orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis. Et. Lectio tertia.

Propter hoc ait dñs Deus exercituum in fortis Israel: Heu consolabor sup hostibus meis, et vindicabor de inimicis meis, et convertam manum meam ad te, et excoquam ad purum scoriam tuam, et auferam omne stamnum tuum, et restituam iudices tuos, ut fuerunt prius, et consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hec vocaberis civitas iusti, urbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, et reducent eam in iustitia, et conteret sceleratos et peccatores simul. ℟. Alieni non transibunt per Jerusalem amplius. Nam in illa die stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lac et mel, dicit dñs. ℣. Deus a Libano veniet, et sanctus de monte umbroso et condenso. Nã. Glo. Nã.

Ad Laudes. Aña. Miserere. ps idem cum reliquis psalt. 23. Cap.

Venite ascendamus ad montem dñi, et ad domum Dei Jacob: et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, et verbum domini de Jerusalem. Hym. Vox clara. 67. ℣. Vox clamantis. ℟. Rectas facite. Ad Bñs. Aña. Angelus dñi nunciavit Marie, et concepit de spiritu sancto, hal. Deinde dicuntur preces ut in psalt. 25. Pr nr. ℣. Ego dixi dñe. Oro. Excita, ut s. Oro Dñice preterite semp dr p hebdomadas in feriali offo, qn ppria non assignat. 2.Isa.

Ad Tertiam. Capitulum.

Ecce dies veniunt, dicit dñs, et suscitabo David germen iustum: et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium, et iustitiam in terra. ℟. bre. Veni ad lib. et Liberandum. vtã i dñica. Post ℟. br. dr Kyrie eleis. Christe eleison. Kyrie el. Pr nr. Et ne nos. ℣. Dñe Deus virtutum. ut i psal. 17. Jer. 23

Ad Sextam. Capitulum.

In diebus illis salvabitur Juda, et Israel habitabit confidenter: et hoc est nomen quod vocabunt eum, dñs, iustus nr. ℟. br. Ostende nob. et Memento. Kyrie. Jer. 23

Ad Nonam. Capitulum.

Prope est ut veniat tempus eius: et dies eius non elongabunt: miserebitur enim dñs Jacob, et Israel salvabit. ℟. bre. Isa. 14.

Super

Sup te Jerlm. ꝛ loco huiꝰ vsq;. Dñe Deus virtutū. vel ℣. Veni dñe ꝛ noli tardare. ℟. Relaxa facinora plebi tuę. Deinde Kyrie el. Ad Vespe. Antiphona. Inclinauit. ps. Dilexi. cum rel. de psalterio. 54. Capitulum.

Gen. 39 Non auferetur sceptrū de Juda, ꝛ dux de femore eius donec veniat, qui mittendus est, ꝛ ipse erit expectatio gentium. Hym. Conditor. 65. ℣. Rorate. Ad Magnificat. Antiphona.

Leua Jerusalem oculos tuos, ꝛ vide potentiā regis: ecce saluator venit soluere te a vinculo. Deinde dñr pces vt s. i psalt 25. Cap. pdicta dñr in feriali officio vsq; ad vigiliam Natiuit. Dñi.

FERIA TERTIA.

De Isaia propheta. Lcō prima.

ca. 2. Verbū quod vidit Isaias filius Amos sup Judā, ꝛ Jerusalē. Et erit in nouissimis diebus pparatus mons domus dñi in vertice mōtiū, ꝛ eleuabit sup colles, ꝛ fluent ad eū oēs gētes, ꝛ ibunt populi multi, ꝛ dicēt: Venite, ꝛ ascēdamus ad montē dñi, ꝛ ad domum Dei Jacob: ꝛ docebit nos vias suas: ꝛ ambulabimus in semitis eius: qa de Sion exibit lex, ꝛ verbum dñi de Jerusalē. ℟. Mōtes Israel ramos vestros expandite, ꝛ florete, ꝛ fructus facite. Prope est vt veniat dies dñi. ℣. Rorate cęli desuper, ꝛ nubes pluant iustum: aperiat terra, ꝛ germinet Saluatorem. Prope. Lectio ij.

Et iudicabit gentes, ꝛ arguet populos multos, ꝛ cōflabūt gladios suos in vomeres, ꝛ lāceas suas in falces. Nō leuabit gens cōtra gentē gladiū, nec exercebuntur vltra ad prelium. Domus Jacob, venite ꝛ ambulemus in lumine Dei nři. Projecisti enim populū tuū domus Jacob: qa repleti sunt, vt olim, ꝛ augures habuerunt vt Philistijm, ꝛ pueris alienis adhęserūt. ℟. Erūpant mōtes iucūditatē, ꝛ colles iustitiā. Quia lux mundi dñs cū potentia venit. ℣. De Sion exibit lex, ꝛ verbū dñi de Jerusalē. Quia. Lectio tertia.

Et repleta est terra eius argento, ꝛ auro, ꝛ non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis: ꝛ innumerabiles quadrigę eius. Et repleta est terra eius idolis, opus manuum suarū adorauerūt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo, ꝛ humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. ℟. Ecce ab Austro venio ego Dominus Deus vester, Visitare vos in pace. ℣. Aspiciam vos ꝛ crescere faciā, multiplicabimini, ꝛ firmabo pactum meum vobiscū. Visitare. Glo. Visitare. Ad Bñs. Aña. Antequā cōuenirēt, inuēta est Maria habens in vtero de Spiritu sancto; hal.

Ad Magnificat. Antiphona.
Querite dñs dũ inueniri potest, inuocate eũ dum prope est, hal.

FERIA QVARTA.

℣. Egredietur dominus. ℟ a ter noster. A vinculis. folio 67. Ille nos bñdicat. z alie Benedictiones in seq. ferijs repetunt p ordinez, vt suis locis dictum est.

De Ysaia propheta. Lectio j.

ca.3. Ecce enim dñator dñs exercituũ auferet a Jerusalẽ z a Juda validũ, z fortẽ, omne robur panis, z oẽ robur aque: fortem, z virũ bellatorẽ: iudicem, z prophetã, z ariolũ, z senẽ: principez super quinquaginta, z honorabilem vultu, z consiliariuz, sapientem de archtectis, z prudentez eloquij mystici. Et dabo pueros principes eoꝝ, z effeminati dñabuntur eis. ℟. R ex noster adueniet Christ⁹, Quẽ Johãnes predicauit agnũ esse venturũ. ℣. Sup ipsum cõtinebũt reges os suũ, ipsum gentes deprecabuntur. Quem. Lectio ij.

Et irruet popul⁹ vir ad virũ, z vnusquisqz ad proximum suũ, tumultuabit puer cõtra senẽ, z ignobilis cõtra nobilem. Apprehendet enim vir fratrez suum: domesticũ patris sui, z dicet: Uestimentũ tibi est, princeps esto nr̃: ruina autẽ hec sub manu tua. Rñdebitqz in die illa, dicens: Non sum medicus, z in domo mea nõ est panis, neqz vestimentum: nolite constituere me principẽ ppl'i. ℟. A nte multuz tẽpus pphetauit Ezechiel: vidi portã clausam, Ecce Deus ante secula, ex ea pcedebat pro salute mundi. Et erat iterũ clausa, demonstrans virginem, quia post partum permãsit virgo. ℣. Porta quaz vidisti: dominus solus transibit per illaz. Et. L. iij.

Ruit enim Jerusalem, Judas concidit: quia lingua eorum, z adinuentiones eorum contra dñm, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondet eis: z peccatum suuz quasi Sodoma predicauerunt, nec absconderunt. Ue anime eoꝝ qm̃ reddita sunt eis mala. Dicite iusto qm̃ bene, qm̃ fructum adinuentionũ suarum comedet. Ue impijs in malũ, retributio enim manuũ eius fiet ei. ℟. Ecce dies, vt i iij. noc. Dominice. Ad Bñdictus. Añ. De Siõ exibit lex, z verbũ dñi de Jerusalem. Ad Mag. Aña. Ueniet fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum.

FERIA QVINTA.

De Ysaia propheta. Lcõ prima.

Et apprehẽdent septẽ mulieres virũ vnuz in die illa 4.ca. dicentes: Panẽ nostrũ comedemus, z vestimentis nostris operiemur: tantũmodo inuocetur nomen tuũ sup nos, aufer opprobrium

briū nr̄m. In die illa erit germē dn̄i in magnificentia, ⁊ gloria, ⁊ fruct⁹ terrę sublimis ⁊ exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Et erit, oīs qui relictus fuerit in Siō, ⁊ residuus in Ierusalē, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalē. ℟. Suscipe. 68. Orō ut ii. feria. L. ii.

Cantabo dilecto meo cantic\ū patruelis mei vineę suę. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam. ⁊ lapides elegit ex illa, ⁊ plantauit eā electā, ⁊ ędificauit turrim in medio ei⁹, ⁊ torcular extruxit i ea: ⁊ expectauit vt faceret vuas ⁊ fecit labruscas. Nūc ergo habitatores Ierusalē, ⁊ viri Iuda, iudicate inter me, ⁊ vineā meam. Quid est qđ debui vltra facere vineę meę, ⁊ non feci ei? an ꝙ expectaui vt faceret vuas, ⁊ fecit labruscas? ℟. Aspiciebam. 66. Feria Dn̄icę pręteritę ponunt in hac, ⁊ duab⁹ ferijs seq. ordine in rub. generalib⁹ descripto. L. iii.

Et nunc ostendā vobis, qd ego faciā vineę meę. Auferam sepē eius, ⁊ erit in direptionem: diruam maceriam eius, ⁊ erit in conculcationē. Et ponā eam desertam: non putabitur, ⁊ non fodietur, ⁊ ascendent super eā vepres, ⁊ spinę: ⁊ nubib⁹ mādabo ne pluant sup eam imbrē. Vinea aūt dn̄i exercituū, dom⁹ Israel est: ⁊ vir Iuda, germen eius delectabile: ⁊ expectaui, vt faceret iudicium, ⁊ ecce iniquitas: ⁊ iustitiā, ⁊ ecce clamor. ℟. Missus. 66. Ad Bn̄dictus. Añ. Benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Ad Mag. Añ. Expectabo dn̄m saluatorem meū: ⁊ pręstolabor eum dum prope est, halleluiah.

FERIA SEXTA.

De Isaia propheta. Lcō prima.

In anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi dn̄ꝫ sedentem sup soliū excelsum, ⁊ eleuatum, ⁊ plena erat domus a maiestate eius, ⁊ ea q̄ sub ipso erāt replebāt templum. Seraphim stabāt sup illud: sex alę vni, ⁊ sex alę alteri: duabus velabāt faciē eius ⁊ duabus velabant pedes eius: ⁊ duabus volabāt, ⁊ clamabant alter ad alterū, ⁊ dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus dn̄s Deus exercituum, plena est oīs terra gloria eius. ℟. Aue Maria. 66. vt in ii. noctur. de dn̄ica. Lecii. 6. ca.

Et cōmota sunt suplimināria cardinū a voce clamantis, ⁊ dom⁹ repleta est fumo. Et dixi, vę mihi qa tacui, qa vir pollut⁹ labijs ego sū, ⁊ i medio populi polluta labia habentis ego habito: ⁊ regē dn̄m exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vn⁹ de Seraphim, ⁊ i manu ei⁹ calcul⁹, quē forcipe tulerat dē altari. Et tetigit os meū ⁊ dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, ⁊ auferetur,

feretur iniquitas tua, ꝛ peccatum tuuꝫ mundabitur. ℟. Saluatorem.66. Lectio tertia.

Et audiui vocem dñi dicentis. Quē mittā? ꝛ quis ibit nobis? Et dixi: ecce ego, mitte me. Et dixit: Uade, ꝛ dices populo huic: Audite audientes, ꝛ nolite intelligere: ꝛ videte visionē, ꝛ nolite cognoscere. Excęca cor populi huius, ꝛ aures eius aggraua, ꝛ oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, ꝛ auribus suis audiat, ꝛ corde suo intelligat, ꝛ cōuertatur, ꝛ sanē euꝫ. ℟. Obsecro.66. Ad Bñs. Añ. Ecce veniet Deus, ꝛ homo de domo Dauid sedere in throno, haleluiah. Ad Magnif. Añ. Ex Ægypto vocaui filiū meum, veniet vt saluet populum suuꝫ.

SABBATHO.

De Isaia propheta. Lcō prima.

ca.7. Et factū est in dieb⁹ Achaz filij Joatham filij Ozię regis Juda, ascēdit Rasin rex Syrię, ꝛ Phacee filius Romelię, rex Israel, in Jerusalē, ad pręliādum contra eā, ꝛ nō potuerunt debellare eaꝫ. Et nunciauerunt domui Dauid dicētes: Requieuit Syria sup Ephraim, ꝛ cōmotū est cor eius, ꝛ cor populi eius: sicut mouenť ligna syluarū a facie venti. Et dixit dñs ad Isaiaꝫ: Egredere in occursum Achaz tu ꝛ qui derelictus est Jasub filius tuus, ad extremū aquęductus piscinę superioris in via agri fullonis. ℟. Ecce virgo.66. vt in iij. noctur. de Dnica. Lc. ij.

Et dices ad euꝫ: Uide vt sileas: noli timere, ꝛ cor tuū ne formidet a duabus caudis titionū fumigantiū istoꝝ, in ira furoris Rasin regis Syrię, ꝛ filij Romelię, eo ꝙ ꝯsiliū inierit cōtra te Syria in malū Ephraim, ꝛ filius Romelię, dicētes, Ascendamus ad Judā, ꝛ suscitem⁹ eū, ꝛ auellamus eū ad nos, ꝛ ponamus regē in medio eius filium Thabeel. ℟. Audite 67. Lc. iij.

Et adiecit dominus loq ad Achaz dicēs: Pete tibi signū a dño Deo tuo in ꝓfunduꝫ inferni, siue in excelsuꝫ supra. Et dixit Achaz: Nō petā, ꝛ non tentabo dñm. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Nunqd parū vobis est molestos esse hoibus, ꝗa molesti estis ꝛ deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū, Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filium, ꝛ vocabiť nomē eius Emmanuel Butyꝝ ꝛ mel comedet, vt sciat reprobare malum, ꝛ eligere bonū. ℟. Ecce dies.67. Ad Bñs. Añ. Sion noli timere: ecce rex De⁹ tuus veniet, hal.

Ad Uesperas. Antiphona.



Fratres, quęcūqꝫ scripta sunt, ad nr̄am doctrinā scripta sunt: vt p patientiā, ꝛ consolationē scripturaꝝ spē habeamus. Rom. 15

Hym.

Hym. Cõditor.65. ℣. Rorate. Ad Magni. Añ. Ueni visitare nos in pace, vt lętemur coram te corde perfecto. Oratio.

Excita dñe corda nostra ad pręparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum, purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum viuit.

DOMINICA II. Aduentus.

Ad Matutinum. Inuitatorium, Hym. & rel. vsq; ad lectiones dicuntur, vt in Dñica pręcedenti. De Isaia propheta. Lcõ prima.

ca. II. 
Gredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet: & requiescet sup eũ spũs dñi, spirit⁹ sapiẽtię, & intellectus: spũs cõsilij & fortitudinis: spiritus scientię, & pietatis: & replebit eum spiritus timoris dñi. Non sm visionem oculorũ iudicabit, neque sm auditum auriũ arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in ęquitate pro mansuetis terrę. ℟. Ierusalem, cito veniet salus tua: quare mœrore cõsumeris: nunquid consiliarius non est tibi, quia innouauit te dolor? Saluabo te, & liberabo te, noli timere. ℣. Ego enim sum dñs Deus tuus sanctus Israel, redemptor tuus. Saluabo. L. ij.

Et percutiet terrã virga oris sui, & spiritu labior suorũ interficiet impium. Et erit iustitia cingulũ lumbor eius, & fides cinctoriũ renũ eius. Habitabit lupus cũ agno, & pard⁹ cũ hędo accubabit, vitulus, & leo, & ouis simul morabunt, & puer paruulus minabit eos. Vitul⁹ & vrsus pascent: simul requiescẽt catuli eor: & leo quasi bos comedet paleas. ℟. Ecce dñs veniet, & oẽs sancti eius cũ eo: & erit i die illa lux magna: & exibũt de Ierusalẽ sicut aqua munda: & regnabit dñs in ęternũ. Super oẽs gẽtes. ℣. Ecce dñs cũ virtute veniet: & regnũ in manu eius, & potestas, & imperiũ. Super. Lectio iij.

Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis: & in cauernas reguli q ablactatus fuerit manum suam mittet. Non nocebunt, & nõ occidẽt in vniuerso monte sancto meo: q repleta est terra scientia dñi: sicut aquę maris operientis. In die illa radix Iesse, qui stat in signũ populor, ipsum gentes deprecabunt, & erit sepulcrũ eius gloriosum. ℟. Ciuitas Ierusalem noli flere: qm̃ doluit dñs su per te. Et auferet a te oẽm tribulationẽ. ℣. Ecce dominus in fortitudine veniet: & brachiũ eius dominabit. Et aufer. Glo. Et. De expositione S. Hieronymi presbyt. in Isaiã prophetã. L. iiij.

Et egredietur virga de radice Iesse. Usq; ad principium

pium visionis, vel ponderis Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos, omnis hec prophetia de Christo est, quam p partes volumus explanare, ne simul ppositã atq3 disserta, lectoris confundat memoriã: Virgã 7 Florẽ de radice Jesse ipsum dñm Judei interpretant: q scilicet in virga regnantis potentia, in flore pulcritudo mõstretur. R. Ecce veniet dñs ptector noster, sanctus Israel. Coronam regni habens in capite suo. V. Et dominabit a mari vsq3 ad mare, 7 a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Coronam. Lectio quinta.

Nos autem virgã de radice Jesse sanctã Mariã virginẽ intelligamus: q nullũ habuit sibi fruticẽ coherẽtẽ: de qua supra legim⁹: Ecce virgo cõcipiet 7 pariet filiũ. Et florẽ, dñm Saluatorẽ, qui dicit in cantico canticorũ. Ego flos cãpi, 7 lilium conuallium. R. Sicut mater ɔsolat filios suos, ita consolabor vos, dicit dñs: 7 de Jerusalem ciuitate, quã elegi, veniet vobis auxiliũ: Et videbitis, 7 gaudebit cor vestrum. V. Dabo in Sion salutem, 7 in Jerusalem gloriam meam. Et videbitis. Lectio vi.

Super hunc igitur florem q de trunco, 7 radice Jesse per Mariã virginẽ repente cõsurget, requiescet spiritus dñi: quia in ipso complacuit omnẽ plenitudinẽ diuinitatis habitare corporaliter: nequaquã per partes: vt in ceteris sanctis: sed iuxta euangeliũ eoꝝ qđ hebreo sermone ɔscriptũ legunt Nazarei, Descẽdet sup eũ omnis fons Spũs sancti: dñs autem spũs est 7 vbi spirit⁹ dñi, ibi libertas. R. Jerusalem plantabis vineã in mõtib⁹ tuis: exultabis, qm dies dñi veniet: surge Sion, conuertere ad Dñm Deum tuum: gaude, 7 letare Jacob: Quia de medio gentium Saluator tuus veniet. V. Exulta satis filia Sion: iubila filia Jerl'm. Qu. Gl'a. Lcõ sci euã. bm Mattheũ. C. xj.

In illo tpe: Cũ audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittẽs duos de discipulis suis, ait illi: Tu es q vẽturus es, an aliũ expectamus? Et rel. Homilia sancti Gregorii pape.

Quis tot signis, tãtisq3 virtutib⁹, nõ scãdalizari qsq3 potuit, sed admirari. Sed infidelium mẽs graue in illo scandalũ ptulit, cũ eum post tot miracula moriẽtẽ vidit. Unde 7 Paul⁹ dicit. Nos autẽ pdicamus Christũ crucifixũ. Judeis quidẽ scandalum, gẽtibus aũt stultitiã. Stultum quippe hoibus visũ est, vt pro hoibus auctor vite moreret: 7 inde contra eũ homo scandalũ sumpsit, vnde ei amplius debitor fieri debuit: Nã tãto De⁹ ab hominibus dignius honorãdus

dus est, quanto pro hominibus & indigna suscepit. ℟. Egredietur dñs de Samaria ad portam quę respicit ad Orientem: & veniet in Bethleem. Ambulãs super aquas redemptionis Judę: Tunc saluus erit omnis homo: quia ecce veniet. ℣. Et pręparabitur in misericordia solium eius, & sedebit super illud in veritate. Tunc saluus. Lectio viij.

Quid est ergo dicere, beatus qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abiectionem mortis suę humilitatemq; signare? ac si patenter dicat: Mira quidem facio, sed abiecta perpeti nõ dedignor: quia ergo moriẽdo te subsequor, cauendũ valde est hominibus, ne in me mortẽ despiciant, q signa venerantur. ℟. Festina, ne tardaueris dñe. Et libera populum tuum. ℣. Ueni dñe, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuę. Et libera populum. Lectio nona.

Sed dimissis Johannis discipulis, quid de eodẽ Johãne turbis dicat audiamus. Quid existis in desertũ videre? arũdinẽ vẽto agitatã? Quod videlicet nõ asserẽdo, sed negãdo intulit. Arũdinẽ quippe mox, vt aura contigerit in partẽ alterã inflectit. Et quid per arũdinẽ, nisi carnalis animus designatur, q mox vt fauore, vel detractione tãgitur, statim alterã in partẽ inclinatur. ℟. Ecce dñs veniet cũ splẽdore descẽdẽs, & virtus eius cũ eo. Uisitare populũ suũ in pace: & constituere super eũ vitam sempiternam. ℣. Ecce dñs noster cũ virtute veniet, Uisi. Gl. Ui. Ad Laudes, & per horas. Añ.

Ecce in nubibus cęli dñs veniet cum potestate magna, halleluiah. ps. Dñs reg. 8. cũ rel. Añ. Urbs fortitudinis nostrę Sion: saluator ponetur in ea, murus, & antemurale: aperite portas, quia nobiscũ Deus, hal'ah. Añ. Ecce apparebit dñs, & nõ mentietur: si morã fecerit, expecta eũ quia veniet, & nõ tardabit, hal'. Añ. Montes, & colles cantabunt corã Deo laudes, & oĩa ligna syluarũ plaudẽt manibus, quĩ veniet dñator dñs in regnũ ęternũ. hal'. hal'. Aña. Ecce dñs nr̃ cũ virtute veniet, & illuminabit oculos seruorũ suorũ, halah. Cap. Fratres, quęcunq; 70. Ad B. Aña. Johannes autẽ cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus. Oro vt s. in vespe. Ad iij. Añ. Urbs fortitu. Cap. Frẽs, quęcũq; 70. ℟. br. dñice j. Ueni ad liberã. & Timebũt. 67. Ad vj. Añ. Ecce appareb. Cap.

Deus autem patientię, & solatij, det vobis idipsũ sapere in alterutrum secũdum Jesum Christum, vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & patrem Rom. 15

patrem dñi nostri Jesu Christi. ℟. Ostende nobis. ℣. Memẽto. Ad ix. Añ. Ecce dñs nr. Cap.

Rom. 15. c. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, et pace in credendo, vt abũdetis, in spe, et virtute Spũs sancti. ℟. Sup te Jerusalem. ℣. Domine De⁹.

Ad Vesperas. Antiphona.

Ecce in nubib⁹. cum rel. Psal. Dixit do 52. cũ rel. õ dñica. cap. Fr̃es, quęcũ. 70. Hymn. Cõditor.

Ad Magnificat. Antiphona.

Tu es q ventur⁹ es, an alium expectamus? dicite Johanni quę vidistis: ad lumen redeunt cęci, mortui resurgũt, pauperes euãgelizantur, halleluiah. Orõ vtš.

FERIA SECVNDA.

Dicitur officium Defunctorũ.

De Jsaia propheta. Lectio j.

ca. I. Onus Babylonis, quod vidit Jsaias fili⁹ Amos. Super mõtem caliginosum leuate signũ, exaltate vocẽ, leuate manum, et ingrediantur portas duces. Ego mandaui sanctificatis meis, et vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gl̃ia mea. Vox multitudinis in montibus quasi populorũ frequentiũ, vox sonitus regum, et gentiũ cõgregatarũ. ℟. Suscipe verbũ. 68.

℟. heb. j. pterite vsq; ad fer. v. rẽpetunt ĩ hac, et duab. seq. fer. l. ij.

Dominus exercituũ pręcepit militię belli, venientibus de terra procul: a summitate cęli dñs, et vasa furoris eius, vt disperdat oẽm terrã. Vlulate, quia prope est dies dñi: quasi vastitas a dño veniet. Propter hoc oẽs manus dissoluẽtur, et oẽ cor hominis cõtabescet et conteret: torsiones, et dolores tenebũt, quasi parturiens dolebũt, vnusquisq; ad proximum suum stupebit, facies combustę vultus eorum. ℟. Lętentur. 68. Lcõ iij.

Ecce dies dñi veniet, crudelis et indignationis plenus, et irę, furorisq; ad ponẽdã terrã in solitudinẽ, et peccatores eius conterendos de ea: Qm̃ stellę cęli, et splendor earũ non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, et luna non splẽdebit in lumine suo. Et visitabo sup orbis mala, et cõtra impios iniq̃tatẽ eorũ. ℟. Alieni. 68

Ad Bñs. Añ. De cęlo veniet dñator dñs, et in manu eius honor, et imperiũ. Ad Mag. Añ. Ecce veniet rex dñs terrę, et ipse auferet iugũ captiuitatis nrę.

FERIA TERTIA.

De Jsaia propheta. Lcõ prima.

Prope est vt veniat tẽpus eius, et dies eius nõ elongabunt. Miserebit enim dñs Jacob, et eliget adhuc de Jsrael, et requiescere eos faciet sup humũ suã: adiungetur aduena ad eos, adhęrebit domui Jacob: et tenebunt eos ppl̃i, et adducẽt eos in locũ suũ: et possidebit eos dom⁹ 14. c.

Jsrael

Israel super terram dñi in ser-
uos et ancillas: et erunt capiẽtes
eos q se ceperãt, et subijcient exa
ctores suos. ℟. Mõtes.69. ℣.
Et erit in die illa cũ requiẽ
dederit tibi Deus a labore
tuo, et concussione tua, et a serui-
tute dura, qua ante seruisti, su-
mes parabolam istam cõtra re-
gem Babylonis, et dices: Quo-
modo cessauit exactor, quieuit
tributũ? Cõtriuit dñs baculum
impiorũ, virgã dñantium, cędẽ
tem populos in indignatione,
plaga insanabili, subijcientem
in furore gẽtes, psequẽtẽ crude-
liter. ℟. Erumpant.69. ℣.
Quomodo cecidisti de cę-
lo lucifer, q mane orieba-
ris? Corruisti in terras, qui vul-
nerabas gẽtes? q dicebas in cor
de tuo, In cęlũ ascẽdã, sup astra
Dei exaltabo soliũ meũ, sedebo
in mõte testamenti in lateribus
Aquilonis: ascẽdã sup altitudinẽ
nubiũ, similis ero altissimo. Ve-
runtamẽ ad infernũ detraheris
in pfundũ laci. ℟. Ecce ab.69.
Ad Laudes. Capitulum.
Super te Jerusalẽ orietur domi-
nus, et gloria eius in te videbitur.
Ad Bene. Ant. Vox clamantis
in deserto, parate viam dñi, re-
ctas facite semitas Dei nostri.

FERIA QVARTA.

De Isaia propheta. Lectio prima.

ca.16. Emitte agnũ dñe dñatorẽ
terrę, de petra deserti ad
montem filię Sion. Et erit sicut
auis fugiẽs, et pulli de nido auo-
lantes, sic erunt filię Moab in
transcensu Arnon. Ini consiliũ,
coge conciliũ: pone quasi noctẽ
vmbrã tuã, in meridie: abscõde
fugiẽtes: et vagos, ne pdas. Habi
tabũt apud te pfugi mei: Mo-
ab esto latibulum eorum a facie
vastatoris. ℟. Rex nr.66. ℣.
Finitus est enim puluis: cõ
summatus est miser, defecit,
qui conculcat terram. Et prępara-
bitur in misericordia soliũ, et sede-
bit sup eum in veritate in taber
naculo Dauid, et iudicãs: et qrẽs
iudiciũ, et velociter reddens qđ
iustũ est. Audiuimus superbiã
Moab, superbus est valde. Sup-
bia eius, et arrogãtia eius, et indi-
gnatio eius plusquã fortitudo
eius. ℟. Ante multũ.66. ℣.
Idcirco vlulabit Moab ad
Moab, vniuersus vlulabit:
his q lętantur sup muros cocti late
ris loquimini plagas suas. Quõ
suburbana Hesebõ deserta sũt,
et vineã Sabama dñi gentiũ ex-
ciderũt: flagella eius vsq ad Ia
zer peruenerunt: errauerũt in de-
serto, propagines eius relictę sũt,
trãsierũt mare. ℟. Ecce dies.69.
Ad Benedictus. Antiphona.
Ecce ego mitto Angelũ meum
qui pręparabit viam meã ante
faciem meam. Ad Mag. Ant.
Siõ renouaberis et videbis iu-
stum tuum, qui vẽturus est in te.

FERIA QVINTA.

a.19. Onus Ægypti: Ecce dñs a-
scēdet super nubē leuē, ⁊
ingredietur Ægyptum, ⁊ com-
mouebunt simulacra Ægypti a
facie eius, ⁊ cor Ægypti tabescet
in medio ei⁹. Et cōcurrere faciā
Ægyptios aduersus Ægyptios:
⁊ pugnabit vir contra fratrem
suum, ⁊ vir cōtra amicū suū, ⁊ ci
uitas aduersus ciuitatē, ⁊ regnū
aduersus regnū. Jerusalē.71.

Et dirumpet spiritus Ægy
pti in visceribus eius: ⁊ cō
siliū eius pręcipitabo: ⁊ interro
gabunt simulacra sua, ⁊ diuinos
suos, ⁊ pythones, ⁊ ariolos. Et
tradā Ægyptū in manu dñorū
crudelium, ⁊ Rex fortis dñabi-
tur eorum, ait dñs Deus exerci
tuū. Et arescet aqua de mari, ⁊
fluui⁹ desolabit, atq; siccabit, ⁊
deficient flumina, attenuabun-
tur, ⁊ siccabuntur riui aggerū.
Ecce dominus.71.

Stulti principes Thaneos,
sapiētes consiliarij Pha-
raonis dederūt ɔsiliū insipiēs.
Quō dicetis Pharaoni, filius
sapientiū ego, fili⁹ regū antiquo
rū? Ubi nūc sunt sapiētes q an-
nunciēt tibi, ⁊ indicēt qd cogita
uerit dñs exercituū super Ægy-
ptū? Stulti facti sunt principes
Taneos, emarcuerūt principes
Mēpheos, deceperūt Ægyptū,
angulū pplorū ei⁹. Ciuitas.71.

Tu es qui ven-
turus es dñe: quē expectamus;
vt saluum facias populum tuū?

Qui post me ve
nit, ante me factus est: cuius nō
sum dignus calciamēta soluere.

FERIA SEXTA.

Ecce dñs dissipabit terrā, 24.c
⁊ nudabit eā, ⁊ affliget fa-
ciem eius, ⁊ disperdet habitato
res eius. Et erit sicut populus
sic sacerdos: ⁊ sicut seru⁹ sic dñs
eius: sicut ancilla sic dña eius: si
cut emens, sic ille q vendit: sicut
fęnerator, sic is qui mutuo acci-
pit: sicut qui repetit, sic qui de-
bet. Dissipatione dissipabit ter-
ra, ⁊ direptione prędabit. Dñs
enim locutus est verbū hoc.
Ecce veniet.71.

Luxit, ⁊ defluxit terra, ⁊ in-
firmata est. Defluxit orbis,
īfirmata est altitudo populi ter-
rę. Et terra infecta est ab habita
toribus suis: qa transgressi sunt
leges, mutauerunt ius, dissipa-
uerunt fędus sempiternū. Pro
pter hoc maledictio vorabit ter
ram, ⁊ peccabunt habitatores
eius: ideoq; insanient cultores
eius, ⁊ relinquent homines pau
ci. Sicut mater.71.

Luxit vindemia, infirmata
est vitis, ingemuerūt oēs,
qui lętabantur corde. Cessauit
gau-

gaudium tympanorum, quieuit sonitus lętantium, conticuit dulcedo citharę. Cū cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lętitia, trāslatum est gaudium terrę. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. Quia hęc erunt in medio terrę: in medio populorū, quomodo si paucę oliuę quę remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocē suam atque laudabunt: cum glorificatus fuerit dñs, hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dñm: in insulis maris nomen dñi Dei Israel. A finibus terrę laudes audiuimus gloriā iusti. Jerusalē plātabis.71.

Dicite pusillanimis, cōfortamini: Ecce dñs Deus noster veniet.

Cantate domino canticum nouū: laus eius ab extremis terrę.

S A B B A T H O.

.25. Domine Deus meus es tu, & exaltabo te, & cōfitebor nomini tuo, qm̄ fecisti mirabilia cogitationes antiquas fideles: Amen. Quia posuisti ciuitatē in tumulum, vrbem fortē in ruinam, domum alienorum vt non sit ciuitas, & in sempiternum nō ędificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarū timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione sua, spes a turbine, vmbraculum ab ęstu. Egredietur.

Spiritus enim robustorū quasi turbo impellēs parietē. Sicut ęstus in siti, tumultū alienorū humiliabis: & quasi calore sub nube torrentē propaginem fortiū marcescere facies. Et faciet dñs exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemię: pinguiū medullatorum vindemię defęcatę. Et pręcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super oēs populos, & telam quā orditus est super oēs nationes. Festina.72.

Precipitabit mortē in sempiternum: & auferet dñs Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra, quia dñs locutus est. Et dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos: iste dñs, sustinuimus eū: exultabimus: & lętabimur in salutari eius. Quia requiescet manus dñi in monte isto, & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleę in plaustro. Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans

ad natandū: ꝛ humiliabit gloriā eius cū allisione manuū eius. Et munimenta sublimium muroꝝ tuoꝝ concident, ꝛ humiliabūtur, ꝛ detrahētur in terraꝫ vsqꝫ ad puluerem. Ecce do.72.

Leuabit dn̄s signū i nationib⁹: ꝛ congregabit dispersos Israel.

phil. c.4. 

Fratres, gaudete in dn̄o semper, iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus homínib⁹: dn̄s enim prope est. Conditor.65. Rorate celi. Ante me nō est format⁹ Deus, ꝛ post me nō erit, qa mihi curuabit oē genu, ꝛ cōfitebitur omnis lingua.

Aurē tuā, q̄s dn̄e, precibus n̄ris accōmoda: ꝛ mētis nostrę tenebras, gr̄a tuę visitatiōis illustra. Qui viuis ꝛ reg. cū deo.

DOMINICA TERTIA Aduentus.

Prope est iā dn̄s, Uenite adoremus. Uerbū.95.

ca.26. 

In die illa cantabitur cātīcū illud in terra Juda. Urbs fortitudinis nostrę Siō saluator, ponetur in ea murus, ꝛ antemurale. Aperite portas, ꝛ ingrediatur gens iusta, custodiēs veritatem. Uetus error abijt: seruabis pacem, paceꝫ, qa in te sperauimus. Sperastis in dn̄o in sęculis ęternis, in dn̄o Deo forti in ꝑpetuū. Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatē sublimē humiliabit: humiliabit eā vsqꝫ ad puluerē. Cōculcabit eā pes, pes pauperis, gressus egenoꝝ. Ecce apparebit dn̄s super nubē candidam. Et cū eo sanctorum milia: ꝛ habebit in vestimēto, ꝛ in fęmore suo scriptum, rex reguꝫ, ꝛ dn̄s dominantium. Apparebit in finē, ꝛ non mētietꝰ: si moram fecerit: expecta eū: quia veniens veniet. Et cum eo.

Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum: ꝛ in semita iudiciorum tuoꝝ dn̄e, sustinuimus te: nomē tuum, ꝛ memoriale tuum in desiderio animę. Anima mea desiderauit te in nocte: sed in spiritu meo in ꝑcordijs meis de mane vigilabo ad te: cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio: ꝛ non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, ꝛ non videbit gloriā dn̄i. Bethleem ciuitas Dei sūmi, ex te exiet dn̄ator Israel: ꝛ egressus eius sicut a principio dierum ęternitatis, ꝛ magnificabitꝰ in medio vniuersę terrę: Et pax

At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filiū suū factū ex muliere, factū sub lege: vt eos, qui sub lege erāt, redimeret, vt adoptionē filioꝝ reciperemus. ℟. Notū fec. ℣ Viderunt. 4. Gal.

Ad Nonam. Capitulum.

Itaq3 iā nō est seruus, sed filius: q si filius, 7 hęres per Deum. ℟. Verbū. ℣ Viderūt. Ad Dominicam. Antiphona. Puer Jesus proficiebat ętate: 7 sapientia, corā Deo 7 hoibus. Si ores post fest. S. Tho. fuerit sabbat hū, Offim fit de Octa. Natiuit. hoc modo. In ij. vespe. S. Tho. oia dicunť, sicut in secūdis vespe. diei Natiui. 7 post Orōnē Natiu. fit comē. S. Tho. deinde S. Steph. 7 aliarum Octauarū. vt supra post Orationem dñicę. Ad Matut. oia dñr sicut in die Natiuit. ꝑter lcōnes j. 7 ij. noct. 7 Ria, quę dñr vts. in Dñica, 7 lcōnes iij. noct. quę dicunť vt infra. Lcō scti euāg. sm Lucam. L. vij.

In illo tempore: Pastores loquebanť adinuicē. Transeamus vsq3 Betlehē, 7 videamus hoc verbū, qđ factū est, qđ fecit dñs, 7 ostendit nobis. Et venerunt festinantes. Et reliqua. 2. ca.
Homilia S. Ambrosij episcopi.

Vides festinare pastores. Nemo enim cum desidia Christum requirit. Vides pastores Angelo credidisse, 7 tu pri

 filio

filio, spiritui sancto, angelis, prophetis, et apostolis credere non vis? Vide quam signanter scriptura singulorum libret momenta verborum. Festinant, inquit, verbum videre. Etenim cum caro domini videtur, verbum videtur, quod est filius. R. Verbum ca.87. Lec. vii.

Non mediocre fidei tibi hoc videatur exemplum, non vilis persona pastorum. Certe quo vilior ad prudentiam, eo preciosior ad fidem. Non gymnasia choris referta sapientium, sed plebem dominus simplicem requisiuit, phalerare audita, et fucare nesciret. Simplicitas enim queritur, non ambitio desideratur. R. O regem celi.97. Lec. ix.

Nec contemnenda putes qua si verba vilia prophetarum. A pastoribus etiam Maria fidem colligit, a pastoribus populus ad dei reuerentiam congregatur. Mirati enim sunt de his, que dicebantur a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Discamus sancte virginis in omnibus castitatem, que non minus, ore pudica, quam corpore, argumenta fidei conferebat in corde. Ad Laud. oia dicuntur sicut in Natiu. et post orationem fit com. de S. Stephano, et reliq. De Octauis, ut supra post nonam lectionem S. Thome. Ad hor. oia dicuntur sicut in Nat. dni. Ad vesp. Aña. Tecum principium.88. cum reliquis, et Capitulum de die. Capitulo fit de S. Syluestro.

In festo S. Syluestri veneritis in Dominica, agitur de festo cum commemoratione Dñice in j. Vesp. et Laud. ante commemorationem Oct. et nona lectio erit de Homilia Dominice.

In festo S. Syluestri. dupl. a Capitulo omnia de communi confessorum pontificum. Oratio.

Da quesumus omnipotens Deus: ut beati Syluestri confessoris tui atque pontificis veneranda solennitas, et deuotionem nobis augeat, et salutem. Per dominum. Deinde fit com. de aliis oct. vig. post orationem Dñice. Ad Matutinum omnia de communi vnius confessoris Pontificis. 518. preter lectiones. Lectio i.

2 Propter quod inexcusabilis es o homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: eadem enim agis, que iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo, qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, et patientie, et longanimitatis contemnis? ignorans quoniam benignitas Dei

Dei ad penitentiaz te adducit? ℟. Euge serue. ſ 18. Lectio ij.

SEcundũ autẽ duritiã tuã, ⁊ impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irę, ⁊ reuelationis iusti iudicij Dei: q red det vnicuiq; ſm opera eius, ijs quidem, qui ſm patientiaz boni operis, gloriam ⁊ honorem, ⁊ incorruptionem quęrunt, vitam ęternã: ijs autẽ, q sunt ex cõtẽtione, ⁊ q nõ ñ acquiescunt veritati, credunt autẽ iniqtati, ira ⁊ indignatio. ℟. Ecce sacer. ſ 19. Lec. iij.

TRibulatio, ⁊ angustia in oẽm aiam hoĩs operantis malũ, Iudęi primũ ⁊ Grę ci: gloria autem, ⁊ honor, ⁊ pax omni operanti bonũ, Iudęo primum ⁊ Grę co: Non enim est acceptio personaruz apud Deuz. Quicũque enim sine lege peccauerũt, sine lege peribunt: ⁊ quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deũ, sed factores legis iustificabunt. ℟. Iurauit dñs. ſ 19. Lectio iiij.

SYluester Roman⁹, patre Ruffino, a prima ętate operaz dedit Cyrino presbytero, cuius doctrinam, ⁊ mores egregie imitatus, trigesimum annuz agens, Diaconus sctę Romanę Ecclesię a Melchiade pontifice creatur. Quo in munere cũ omni laude clericis alijs antecelleret, in eius postea locũ successit. Imperatore Cõstãtino. Cui imperatori, cuz, lepręcurandę causa, sibi ex infantiũ sanguine, medicoꝝ cõsilio, balneuz parari iussisset, sancti aplĩ Petr⁹, ⁊ Paulus i quiete apparuerũt p̃cipiẽtes ei, vt, si ex lepra liberari vellet, omissa impij balnei immanitate, Syluestrũ in Soracte monte latitantez accerseret: a quo salutari lauacro recreatus, in omni ditione Romani imperij templa Chriãno more ędificari imperaret: sublatisq; inaniũ deoꝝ simulacris, vero deo cultũ adhĩberet. Constantinus igi. cęlestibus monitis obtẽperãs, Syluestrũ diligentissime conquisituz vocat: a quo apostoloruz imagines recognoscẽs, baptismo sanatur, ⁊ ad tuendã, propagandãq; Christi religionẽ inflammatur. ℟. Inueni Dauid. ſ 20. Lec. v.

ITaque auctore Syluestro multas basilicas ędificauit, quas sacris imaginibus donisq; ac muneribus magnificẽtissimis exornauit: facultate etiam data Christianis, qđ ante negatuz erat: publice tẽpla extruẽdi, hoc Põtifice, habita sunt duo Concilia Nicęnuz, vbi p̃sidẽtib⁹ eius legatis p̃senteq; Constantino, ⁊ trecẽtis decẽ ⁊ octo epĩs, sancta ⁊ catholica fides explicata est, Ario, ⁊ Photino, ⁊ Sabellio, eorũque sectatorib⁹ cõdẽnatis: quam etiam Synoduz cõfirmauit,

nit, petentibus Concilij patribus vniuersis: & Romanum, in quo interfuere ducenti octoginta quatuor epi. vbi iterū Arius, Photinus, & Sabellius dānati sunt. ℟. Posui adiutor. L. vj. Multa itē decreta fecit ecclesię Dei vtilia: in his, vt ab episcopo chrisma cōficeret: Et presbyter chrismate baptizati summum liniret verticem: vt diaconi dalmaticis in ecclesia, & palla linostima ad lęuam vterentur: Et in lineo velo sacrificium altaris cōficeret. Prescripsit tempus oībus, qui ordinibus initiati essent exercendi singulos ordines in ecclesia, anteq̄ quisq̄ ad altiorem gradū ascenderet. Et laic⁹ clerico non inferret crimen. Ne clericus apud profanū iudicem causam diceret. Sabathi, & dñici diei noie retento, reliquos hebdomadę dies, feriarū nomine distinctos appellari voluit: quo significaretur, quotidie clericos, abiecta cęterarum rerum cura, vni Deo prorsus vacare debere. Huic cęlesti prudētię, qua ecclesiā administrabat, insignis vitę sanctitas, & benignitas in pauperes perpetuo respōdit: quo in genere prouidit, vt clericis copiosis egentes coniungeret: & sacris virginibus, quę ad victum necessaria essent, suppeditarentur, ne fortasse cogerentur egredi septa monasterij. Sixit in pōtificatu annos viginti tres, mēses decē, dies vndecim. Sepultus est in cęmeterio Priscillę, via Salaria. Fecit ordinatiōes sex mēse Decēbri, qb⁹ creauit epos sexagintaunū, pſbyteros sexaginta duos, diaconos viginti sex. ℟. Iste est qui ante. In iij. noc. Hom. in euā. Sint lūbi. 525. vt in cōi cōfeſſ. nō pontī. ℟. vij. Amauit eum dominus. ℟. viij. Sint lumbi vestri. 525. rel. omnia vsq̄ ad vespe. sumuntur de communi cōfeſſ. Pontif. Et fit commem. de oct. vt supra. post nonam lect. sancti Thome.

IN CIRCVN. DOMINI.

idest in oct. Natiuitatis.

Ad vesperas. Antiphona.

O admirabile cōmercium. cum rel. de Laud. ps. de S. Ma. Cap.



Apparuit gra Dei saluatoris nrī oibus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatem, & sęcularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sęculo. Hymn⁹. Christe redēpt. 85. ℣ Verbum caro. 88. Ad Magnificat. Aña. Propter nimiā charitatem suā, qua dilexit nos Deus, filiū suū misit in similitudinem carnis peccati

peccati, haleluiah. Oratio.
Deus, qui salutis eterne, beate Marie virginitate fecunda, humano generi premia prestitisti, tribue quesumus: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vite suscipere dnm nrm Jesum Chrm filiu tuu. Qui te.
Et no fiunt comm. de Octauis.
¶ In Octaua Natiu. Domini.
Ad Matutinum. Inuitatorium.
Christus natus est nobis, Venite adorem9. ps. Venite. i. Hym. Christe redep. 85.
In j. noct. Añ. Dñs dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te. ps. Quare frem. 2. Aña. In sole posuit tabernaculu suu, et ipse tanq sponsus procedes de thalamo suo. ps. Celi enarr. 7. Añ Eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. ps. Dñi est ter. 13. ℣. Tanq sponsus. ℟. Dñs procedes de thalamo suo.
De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. Lectio prima.
Quid ergo amplius Judeo est: aut q vtilitas circuncisionis? Multum per omnem modum. Primum quide, quia credita sunt illis eloqa Dei. Quid enim si quidam illoru non crediderunt? nuquid incredulitas illoru fide Dei euacuauit? Absit. Est aute De9 verax: omnis aut homo mendax sicut scriptu est: Ut iustificeris i sermonib9 tuis et vincas cum iudicaris. Si aut iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nu quid iniquus est Deus, qui infert iram? (secundum hominem dico) Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus huc mudu? ℟. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mudi: ecce de quo dicebam vobis. Qui post me venit ante me factus est. Cuius no sum dignus corrigia calciamenti soluere. ℣. Qui de terra est, de terra loquitur: qui de celo venit super oes est. Cuius. Lcõ ij.
An Judeorum Deus tantum? nonne et Gentium? Immo et Gentium: qm quide vnus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, et preputium p fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit, sed lege statuimus. Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostru secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deu. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam. Ei aute, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitu. Ei vero, q non operatur, credenti aute in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositu gre Dei. Sicut et Dauid dicit beatitudine hominis:

cui de⁹ accepto fert iustitiā sine operibus: Beati quorū remisse sunt iniquitates, ꝛ quorū tecta sunt peccata. ℞. O ies sanctificatus illuxit nobis, venite gētes ꝛ adorate dn̄m: Quia hodie descendit lux magna in terris. ℣. Hec dies, quā fecit dn̄s, exultemus ꝛ letemur in ea. Quia. L. iij.

B Eatitudo ergo hec in circuncisione tātū manet, an etiā in preputio? Dicimus eniꝫ q̄ reputata est Abrahe fides ad iustitiā. Quomodo ergo reputata est, in circuncisione, an in ꝓputio? Non in circuncisione, sed in preputio. Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitie fidei, q̄ est in ꝓputio, vt sit pater oium credentiuꝫ per preputiū, vt reputetur ꝛ illis ad iustitiaꝫ: ꝛ sit pater circuncisionis, nō his tantum qui sunt ex circuncisione, sed ꝛ ijs, qui sectantur vestigia fidei, que est in preputio patris nostri Abrahe. ℞. B enedictus qui venit in nomine domini De⁹ dominus ꝛ illuxit nobis, Halāh, hal. ℣. Hec dies quaꝫ fecit dn̄s, exultemus, ꝛ letemur in ea, Halāh. G loria. Haleluiah. In ij. noc. An̄. Speciosus forma pre filijs hominū: diffusa est gr̄a in labijs tuis. ps. Eructauit. 27. An̄. Homo natus est in ea, ꝛ ipse fundauit eam altissimus. ps. Fundamenta eius. fol. 42. An̄. Exultabūt oia ligna syluarū ante facieꝫ dn̄i, q̄m venit. ps. Cantate dn̄o. f. 44. ℣. Speciosus forma pre filijs hominuꝫ. ℞. Diffusa est gratia in labijs tuis.

Sermo S. Leonis pape. L. iiij.

N Atiuitatis hodierne, dilectissimi, verus venerator est, ꝛ pius cultor, q nec de incarnatione dn̄i aliquid falsum, nec de deitate aliq̄d sentit indignū, Paris enim periculi maluꝫ est, si illi aut nature nostre, veritas, aut paterne negef glorie equalitas. Cum ergo ad intelligenduꝫ sacramentū natiuitatis Christi, qua de matre virgine est ortus, accedimus, abigaf procul terrenarum caligo rationum, ꝛ ab illuminato fidei oculo, mundane sapiētie fumus abscedat. ℞. O ō gratulamini mihi oēs qui diligitis dn̄m: Quia cuꝫ esseꝫ paruula placui Altissimo, ꝛ de meis visceribus genui Deum, ꝛ hoieꝫ. ℣. Beatam me dicent oēs generationes, quia ancillā humilem respexit Deus. Quia. Lectio v.

D Iuina est eniꝫ auctoritas cui credimus: diuina est doctrina, quā sequimur. Siue legis testificationi, siue oraculis prophetarum, siue euangelice tube interiorē admoueamus auditum: verum est, quod beatus Johannes spiritu sancto plenus intonuit: In principio erat verbū, ꝛ verbū erat apud Deū, ꝛ De⁹ erat verbuꝫ. Hoc erat in prin-

principio apud Deũ. Oĩa p ip-sum facta sunt, ⁊ sine ipso factũ est nihil. Et similiter est verum, quod idem prędicator adiecit: Verbũ caro factũ est, ⁊ habitauit in nobis, ⁊ vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre. ℟. Confirmatum est cor virginis, in quo diuina mysteria angelo nunciante cõcepit, tunc speciosũ forma prę filijs hoium castis suscepit visceribus. Et benedicta in ęternũ, deũ nobis protulit ⁊ hominẽ. ℣. Domus pudici pectoris, tẽplum repente fit Dei: intacta nesciẽs virũ, verbo concepit filium. Et bene. Lc. vj.

Vtraqꝫ ergo natura idẽ est Dei filius, nr̃a suscipiẽs ⁊ propria nõ amittẽs. In homine hoiem renouãs, in se incõmutabilis pseuerans. Deitas enim, q̃ illi cũ patre cõmunis est, nullũ detrimentũ omnipotẽtię subijt, nec dei formã serui forma violauit: qr summa ⁊ sempiterna essentia, quę se ad humani generis inclinauit salutem, nos qdẽ in suã gloriã trãstulit, sed quod erat, esse non destitit. Unde cũ vnigenitus Dei minorẽ se Patre pfitet, cui se dicit ęqualẽ, veritatẽ in se formę vtriusqꝫ demõstrat, vt ⁊ humanã pbet imparilitas, ⁊ diuinam declaret ęqualitas. ℟. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria, q̃ sine tactu pudoris inuẽta es mr̃ saluatoris, Iacebat in pręsepio, ⁊ fulgebat in cęlo. ℣. Dñe audiui auditũ tuũ, ⁊ timui: consideraui opera tua, ⁊ expaui, In medio duorum animaliũ. Iacebat. Gl'ia. Iacebat.

In iij. noc. Añã. In principio, ⁊ ante sęcula Deus erat verbũ, ⁊ ipse natus est hodie saluator mũdi. ps. Dñs regnauit exult. 44. Añã. Ante luciferũ genitus ⁊ ante sęcula dñs saluator nr̃ hodie nasci dignatus est. ps. Cantate ij. 46. Añ. Nato dño Angelorũ chorus canebat dicẽs: salus deo nostro, sedenti super thronum ⁊ agno. ps. Dñs regnauit iras. 46. ℣. Notum fecit dominus, haleluiah. ℟. Salutare suũ, halah.

Lcõ sctĩ euãg. fm Lucam. L. vij.

In illo tẽpore: Postquã cõsummati sunt dies octo, vt circunciderẽt puer, vocatũ est nomen eius Iesus. Et reliqua. 2. ca.

Homilia S. Ambrosij episcopi.

Circunciditur enim puer. Quis est iste puer, nisi ille de quo dictum est. Puer natus est nobis, ⁊ fili⁹ datus est nobis. Factus est enĩ sub lege, vt eos qui sub lege essent, lucrifaceret: Sistitur aũt in Ierusalẽ. Quid sit autẽ, in Ierusalem sisti dño dicerẽ, nisi in Isaię cõmentarijs ante dixissẽ. Circuncisus enim vitijs, dñico dignus iudicatur obtutu: quia oculi dñi super iustos. Vides oẽm legis veteris seriem fuisse typum futuri: Nã, ⁊

circuncisio purgationem significat delictorū. ℣. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio: Quia quē cęli capere non poterāt, tuo gremio cōtulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus vētris tui. Quia. L. viij.

Sed qm̄ prona quadam cupiditate peccandi, humane carnis et mentis fragilitas inextricabilib⁹ vitijs implicatur, eo p octauū circuncisionis diez: culpę totius futura purgatio resurrectionis pręfigurabat ętate. Hoc est enim illud: Quia omne masculinum adaperiens vuluā, sanctū dño vocabitur. Uerbis enim legis promittebatur virginis partus: et vere sanctus, quia immaculatus. Deniqz ipsum esse, qui lege signetur, in eundem modum ab angelo repetita verba declarāt: Quia quod nascet, inquit, sanctum, vocabitur filius Dei. ℟. Nesciens, mater virgo virum peperit sine dolore Saluatorē sęculorū, ipsum regem angelorū sola virgo lactabat, vbere de cęlo pleno. ℣. Domus pudici pectoris templū repente fit Dei intacta nesciens virū verbo ɔcepit filiū. Sal. Gl. Sal. L. ix.

Solus enim per oīa ex natis de fęmina sanctus dñs Jesus, qui terrenę contagia corruptelę, immaculati partus nouitatē non senserit, et cęlesti maiestate depulerit. Nam si literam sequamur: quomodo sanct⁹ omnis masculus: cum multos sceleratissimos fuisse non lateat? nunquid sanctus Achab? nunquid sancti pseudo prophetę, quos ad Elię preces vltor cęlestis iniurię ignis absumpsit. Sed ille sanctus, quem in figura futuri mysterij pia legis diuinę pręscripta signabant, eo ꝙ solus sanctę ecclesię virginis ad generādos populos dei, immaculatę fęcunditatis aperiret genitale secretum.

Ad Laudes, et per horas. Aña.

O Admirabile commerciū: creator generis humani, animatum corpus sumens, de virgine nasci dignatus est, et procedens homo sine semine, largitus est nobis suaz deitatem. ps. Dñs reg. & cum rel. Añ. Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tūc implętę sunt scripturę: sicut pluuia in vellus descēdisti, vt saluum faceres genus humanū: te laudamus Deus noster. Añ. Rubum quē viderat Moyses incombustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilē virginitatem: Dei genitrix intercede pro nobis. Añ. Germinauit radix Jesse: orta est stella ex Jacob: virgo peperit Saluatorez: te laudamus Deus noster. Añ. Ecce Maria genuit nobis Saluatorem: quez Johannes vidēs exclamauit dicens: Ecce agnus Dei,

Dei, ecce qui tollit peccata mū-di. ba℞. Cap. Apparuit gr̃a. 98. Hym. A solis ortus. 87. ℣. Verbū caro factū est, baleluiab. ℟. Et babitauit in nobis, bal℟. Ad Bñs. Añ. Mirabile mysterium declaratur bodie: innouātur naturę: De⁹ homo fact⁹ est: id qđ fuit permāsit, ⁊ quod non erat assumpsit, non cōmissionē passus neq̃ diuisionē. Oro vt s. Ad tertiam. Capitulum. Apparuit. 98. ℟. bre. Verbū caro. 88. vt i Mat. Dñi. Ad vj. ⁊ ix. Capl'a, ⁊ ℟. bre. vt in Nati. Dñi. Ad vesp. Añ. O admirabile. cū reliq̃s de S. Maria. Cap. Apparuit gr̃a. 98. Hym. Chře redēp. 85. ℣. Notū fe. Ad M. Añ. Magnū hereditatis mysteriū: templum Dei factus est vterus nesciens virum: nō est pollutus ex ea carnem assumens: omnes gentes venient dicentes: Gloria tibi domine. Oratio vt sup. Deinde pro S. Stephano. Añ. Stephan⁹ aūt plenus gr̃a ⁊ fortitudine, faciebat signa magna i pp'lo. ℣. Stephanus vidit cęlos aptos. ℟. Vidit, ⁊ introiuit: beat⁹ homo, cui cęli patebāt. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus, q primitias martyrū in beati leuitę Stephani sanguine dedicasti: tribue q̃s: vt pro nobis intercessor existat, q pro suis etiā persecutorib⁹ exorauit dñm nr̃m Jesum Chřm filiū tuū. Qui.

De aliis oct. in his vesp. nihil fit.

¶ In oct. S. Stephani oīa fiūt sicut i die festi, pter lec. ⁊ orōnē, ⁊ fiunt cōmme. de aliis octauis.

¶ In octaua Sācti Stephani. De Act. Apostolorum. Lcō i.

Dura ceruice, ⁊ incircuncisis cordib⁹, ⁊ aurib⁹, vos semp spūi sancto restitistis: sicut pr̃es vr̃i, ⁊ vos. Quē prophetarū nō sunt persecuti pr̃es vr̃i? Occiderūt eos, q prenunciabant de aduētu iusti, cuius vos nūc proditores, ⁊ homicidę fuistis: q accepistis legē in dispositione angelor, ⁊ nō custodistis. Audientes aūt hęc dissecabant cordibus suis, ⁊ stridebāt dētibus in eum. ℟. Stephanus. 88. Lectio. ij. 7. Ad

Cum aūt esset plenus spiritu sancto, intendens in cęlum, vidit gloriam Dei, ⁊ Jesum stantē a dextris virtutis Dei: ⁊ ait: Ecce video cęlos aptos, ⁊ filiū bois stantē a dextris virtutis Dei. Exclamātes autē voce magna cōtinuerūt aures suas: ⁊ impetū fecerūt vnanimiter in eū: ⁊ eiicientes eū extra ciuitatē lapidabant: ⁊ testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, q vocabat Saulus: ⁊ lapidabāt Stephanū inuocātem, ⁊ dicentē: dñe Jesu suscipe spiritum meū. ℟. Videbāt. L. iij.

Positis autē genibus clamauit voce magna dicēs: dñe ne statuas illis hoc peccatū.

Et

Et cũ hoc dixisset, obdormiuit i dño. Saul⁹ aũt erat ɔsentiẽs nec⁹ ei⁹. Facta est aũt i illa die psecutio magna in eccl'ia q̃ erat Jerosolymis, ⁊ oẽs dispsi sunt p regiones Judeę ⁊ Samarię, pręter aplos. Curauerunt aũt Stephanũ viri timorati, ⁊ fecerũt plãctũ magnuʒ super eũ. ℞. Intuẽs.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Post extremũ festiuissimũ diem, quo Saluatoris nři Chři nobis natiuitas illuxit, etiã hodiernus dies btĩ martyris Stephani corona illustraf: martyris illius merita nulla pars orbis ignorat: passus enim est ipso principio Ecclesię, ideſt in ipſa vrbe Jerosolyma. Ibi enim dia conus ministrauit, ⁊ in ipso iuuẽtutis flore decorẽ ętatis suę sanguine purpurauit. Passio eius insignis est, multumque mirabilis, hanc modo de libro Actuuʒ Apostoloꝝ cuʒ legeref, audiuim⁹ nõ solũ, sed etiã oculis spectauimus. ℞. Lapidabãt. 8ꝰ. L. v.

Mors ergo caput martyrum prior pass⁹ ẽ ꝓ nobis, relinquẽs nobis exẽplũ, vt sequamur vestigia ei⁹. Cui⁹ passionis vestigia prior secut⁹ btũs Stephan⁹, ꝯfitẽdo Chřm lapidat⁹ a Judęis coronã meruit tanq̃ suo sibi nomine positã. Stephan⁹ eniʒ gręce, latinę corona appellaf. Jã coronę nomen habebat, ⁊ ideo palmã martyrij suo nomine pręferebat. ℞. Impetũ fecerũt. L. vj.

Qui cuʒ lapidaref, non solũ nõ expectabat de persecutoribus reportare vindictã, sed eis potius de Deo veniã postulabat: meminerat enim dixisse dñm: Mihi vindictã, ⁊ ego retribuã, dicit dñs. Et iterũ: Ne dixeris: Ulciscar me de inimicis meis: sed expecta dñʒ, vt tibi auxilium sit. Expectare nos iubet dñs de⁹, vt in die futurę retributionis cũ sanctis martyrib⁹ vindicemur. ℞. Impij super. 8ꝰ.

Lcõ scti euã. sm Matth. Lcõ vij.

In illo tẽpore: Dicebat Jesus turbis Judęorũ, ⁊ principibus sacerdotum: Ecce ego mitto ad vos prophetas, ⁊ sapiẽtes, ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis, ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vřis. Et reli. 23. c.

Homilia S. Hieronymi presby.

Uerum nõ saxa, ⁊ ędificia ciuitatis, sed habitatores vocat: quã pĩis plãgit affectu, sicut ⁊ in alio loco legim⁹ q̃ vidẽs eã, fleuerit. In eo aũt, q̃ dicit: Quoties volui ɔgregare filios tuos: oẽs retro ꝓphetas a se missos esse testaf. Gallinę, quoqʒ similitudinẽ ɔgregãtis sub alas pullos suos in cãtico Deuteronomij legim⁹: Sicut aquila ꝓtegit nidũ suũ, ⁊ sup pullos suos desiderauit: expãdens alas suas, suscepit eos, ⁊ tulit sup pennas suas. ℞. Stephanus seruus. 8ꝰ. L. e. viij.

Hec relinquetur vobis domus vra deserta. Hoc ipsum ex psona Jeremie iam ante dixerat: Reliq domū meā, dimisi hereditatē meā: facta est mihi hereditas mea quasi spelūca lee-ne. Desertā Judeoꝝ domum: id est tēplū illud, qd fulgebat augustius: oculis comprobamus, qr habitatorē Chrm perdidit, r hereditatē preripere gestiens: occidit herede. R. Patefacte. L. ix.

Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus q venit in noie dni. Ad Jerusalē loqtur, r ad ppl'm Judeorum: versiculuz autem istum (quo r paruuli atque lactentes in ingressu Jerusalē dni saluatoris vsi sunt, quando dixerunt: Bndictus qui venit in noie dni, hosanna in excelsis) sumpsit de centesimo decimo septimo psalmo, qui manifeste de aduentu dni scriptus est. Pro cōm. S. Johā. Ad B. Añ. Iste est Johā. 93. V. Hic ē disc. ille. Oro. Ecclesiā tuā dñe. 60. Pro Innocen. Añā. Hi sunt q cum. 92. V. Herodes iratus. Oratio. Deus cuius hodierna. In ij. Vesp. Añe Lau. Lapidauerūt. 90. cū rel. ps. Dixit d. 52. cum rel. in fi. Credidi. 54. Cap. Qui timet. 97. Hym. Exultet celū. 197. V. Valde bonor. 62. Ad Magnific. Añā. Iste est Joban. Oro. Ecclesiam tuam. 90. Pro S. Stephā. Añ. Sepelierūt Ste. V. Stephanus vidit. Oro. Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias. folio. 100. Pro Innocē. Añā. Innocentes pro. f. 95. V. Sub throno. Oro. Deus, cuius hodierna die. 92.

¶ In octaua S. Johannis, oia dicuntur sicut in die, preter lect.

¶ De libro Apocalypsis beati Johannis apostoli. Lectio j.



Post hec vidi, r ecce ostiū apertuz in celo. Et vox prima quam audiui, tanquā tube loquētis mecum, dicens: Ascende huc, r ostendā tibi q̄ oportet fieri cito. Post hec statiz fui in spiritu: r ecce sedes posita erat in celo, r supra sedem sedens, r qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, r sardinis: r iris erat in circuitu sedis, simili visioni smaradine. Et in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, r sup thronos vigintiquatuor seniores sedentes, circumamicti vestimētis albis, r in capitibus eoꝝ corone aureę. R. Valde bono. 90. L. ij. 4. ca.

Et de throno procedebant fulgura, r voces, r tonitrua: r septem lāpades ardētes ante thronū, que sunt septē spūs Dei: Et in cōspectu sedis tanq̄ mare vitreum simile crystallo: r in medio sedis, r i circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante,

ante, et retro. Et animal primum simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium animal habens faciem quasi hominis, et quartum animal simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas, in circuitu, et intus plena sunt oculis. ℟. Hic est discip. 91. Lc. iii.

Et requiem non habebant die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus omnipotens, qui erat, et qui est, et qui venturus est. Et cum darent illa animalia gloriam, et honorem, et benedictionem sedenti super thronum, viventi in secula seculorum, procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, et adorabant viventem in secula seculorum: et mittebant coronas suas ante thronum dicentes: Dignus es domine Deus noster accipere gloriam, et honorem, et virtutem: quia tu creasti omnia: et propter voluntatem tuam erant, et creata sunt. ℟. Hic est beatissimus.

Ex tractatu Sancti Augustini episcopi in Iohannem. Lcō iiii.

In quatuor evangeliis, vel potius quatuor libris unius evangelii, sanctus Iohannes apostolus non immerito secundum intelligentiam spiritualem aquile comparatus altius multoque sublimius aliis tribus erexit predicationem suam, et in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit. Nam ceteri tres evangeliste tanquam cum homine domino in terra ambulabant, et de divinitate eius pauca dixerunt, istum autem quasi piguerit in terra ambulare, sicut in ipso exordio sui sermonis intonuit, erexit se non solum super terram, et super omnem ambitum aeris et celi, sed super omnem etiam exercitum angelorum, omnemque constitutionem invisibilium potestatum: et pervenit ad eum, per quem facta sunt omnia, dicendo: In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. ℟. Qui vicerit. 91. Lcō v.

Hic tante sublimitati principii etiam cetera congrua predicavit, et de domini divinitate, quomodo nullus alius, est locutus: hoc ructabat, quod biberat. Non enim sine causa de illo in isto ipso evangelio narratur, quia et in convivio super pectus domini discumbebat. De illo ergo pectore in secreto biberat: sed quod in secreto bibit, in manifesto eructavit: ut perveniat ad omnes gentes non solum incarnatio filii dei, passio, et resurrectio, sed etiam quod erat ante incarnationem, unicus patri verbum patris, coeternus generanti equalis ei a quo missus est. ℟. Diligebat. Lc vi.

Aquila ipse est Iohannes, sublimius predicator, et lucis interne atque eterne fixis oculis contemplator. Dicuntur enim et pulli aquilarum a parentibus sic probari: patris scilicet ungue suspendi, et radiis solis opponi: qui

qui firme contemplatus fuerit, filius agnoscitur: si acie palpitauerit, tanquam adulterinus ab vngue dimittitur. Jam ergo videte quam sublimia loqui debuit, qui est aquile comparatus: & tamen etiam nos humi repentes, infirmi, & vix vllius momenti inter homines, audemus tractare ista, & ista exponere, & putamus nos aut capere posse, cum cogitamus, aut capi, dum dicimus. Lectio sci euang. sm Johanne. L. vij.

ca. 21. In illo tempore: Dixit Jesus Petro: sequere me. Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem. Et reliqua.

Homilia S. Johannis Chriso.

Cum magna Christus Petro communicasset, orbis terrarum curam demandasset, martyrium predixisset, & maiorem erga eum dilectionem testatus esset: cum vellet Petrus Johannem socium & collegam, inquit: Hic autem quid? nunquid eandem viam aggredietur? & quemadmodum in cena interrogare non ausus, Johannes sufficit, ita nunc vicem reddit, arbitratus eum velle, sed non audere de se sciscitari. Tum Christus: Sic eum volo manere, donec veniam: quid ad te? R. In illum. 91. Lec. viij.

Nam cum nimia charitate diceret Petrus, nec ab eo diuidi vellet: ostendens Christus quod quantauis eum dilectione prosequeretur, suam assequi non posset inquit: Sic eum volo manere, quid ad te? His verbis nos erudiens, neque dolendum neque curiosius preter diuinam voluntatem inuestigandum. Nam cum Petrus semper in huiusmodi interrogationes feruentius prosiliret, iterum eius feruorem retundens, quod non sit vlterius inquirendum, in hunc modum respondit. Lectio nona.

Exiit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur: & non dixit ei Jesus, quia non moritur, sed, sic eum volo manere donec veniam: quid ad te. Noli arbitrari, inquit, eodem modo me de vobis disposuisse: hoc autem dixit vt intempestiuum affectum & consuetudinis desiderium tolleret. Cum enim essent orbis terrarum curam suscepturi, simul amplius esse non oportebat: magnum enim fuisset mundo detrimentum: idcirco inquit, opus suscepisti, id considera, perfice, labora, & te certaminibus expone: Quid ad te? sic volo eum manere hic, tu officium tuum cura, & exequere.

Pro com. Innoc. Ad Bnis. Aii. Hi sunt qui. 91. V. Herodes ira. Oro. Deus cuius hodierna die. Ad vesp. Antiphone Laudum. Valde honorandus est, folio. 92. cum rel. ps. Dixit dominus. 5 2. Laudate pueri. Credidi. In conuertendo. Domine probasti me. Caplm.

Qui

Qui timet dominum. Ry. Exultet. 497. V. Valde bo. Añ. Exijt sermo. Magnificat. Oro. Ecclesiã

Pro Innocentibus. Antipho. Hi sunt qui. 92. V. Herodes iratus. Oro. Deus cuius hodierna die.

In oct. SS. Innocen. oia dñr sicut i festo: pter lectio, 7 ix. R. c. õ nõ dr; sed eius loco III e deus. 8.

De epistola ad Romanos. L. j.

ca. 5. 

Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per dñm nostrũ Jesum Chrm, p quẽ 7 habemus accessum p fidem in gratiam istam, in qua stamus, 7 gloriamur in spe glorie filiorũ Dei. Nõ solũ aũt, sed 7 gloriamur in tribulationibus, scientes q tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationẽ, probatio vero spem: spes autẽ non cõfundit: qz charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spm sanctum, q dat⁹ est nobis. R. Ciũ quadragita quatuor. 92. L. ii.

Ut quid enim Christus, cũ adhuc infirmi essemus, secundũ tẽpus p impijs mortu⁹ est? Vix enim pro iusto qs moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Cõmendat autem charitatem suã Deus in nobis: qm, cum adhuc peccatores essemus, fm tẽpus Chrs pro nobis mortuus est. Multo igit magis, nũc iustificati in sanguine ipsi⁹, salui erim⁹ ab ira p ipsum. L. iij.

Si enim, cum inimici essem⁹, reconciliati sumus Deo p mortẽ filij ei⁹, multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsi⁹. Nõ solũ autẽ sed 7 gloriamur in Deo p dñm nrm Jesum Chrm, per quẽ nunc reconciliationẽ accipim⁹. Propterea sicut p vnum hoiem peccatum in hunc mundũ intrauit, 7 p peccatum mors: 7 ita in omnes hoies mors ptransijt in quo omnes peccauerunt.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Nascente dño luctus cepit, non celo, sed mundo: indicitur matribus lamentatio, angelis exultatio, infantibus trãsmigratio. Deus est q ortus est: innocentes illi debentur victima, q venit damnare mundi malitiam. Agni debent immolari, qz agnus futurus est crucifigi, q tollit pctã mundi. Sed oues vlulant matres, qz agnos pdunt sine voce balantes. Grãde martyrium, crudele spectaculum. Eximitur machera, 7 nulla interuenit causa: sola stridet inuidia, cũ qui natus est, nulli faciat violentiã: sed oues cernimus, que sup agnos lugent. Vox in rama audita est, ploratus, 7 vlulatus magnus, pignora sunt, non credita, sed creata: non posita, sed exposita. R. Effuderunt. 93. Lectio. v.

Testis est ipsa natura, q̃ pugnabat in martyres, cum tyrannus

rannus lactaret infantes. Mater crines capitis dissipabat, quę ornamentum capitis amittebat. Quantis modis infantem volebat abscondere, & ipse se infantulus publicabat? Nesciebat tacere, q nec dum didicerat formidare. Pugnabat mater, & carnifex: ille trahebat, illa tenebat. Ad carnificem mater clamabat: Quid separas a me, quem genui ex me? Uter⁹ genuit, non mãsit ille, cũ vixit. Ubera mea frustra lacte contorquẽt: caute portaui, quẽ a te video manu crudeli secari. Modo eni effuderũt viscera mea: & tu elidis ad terrã. L. vj.

Alia clamabat mater, cum exactor latro cõpelleret: simul occide cum paruulo mrem: vt quid me dimittis inanẽ? si culpa est, mea est, si non est, iunge mortẽ, & libera matrẽ. Alia dicebat: Quid q̃ritis? vnũ quęritis, & multos occiditis, & ad vnũ, qui vnus est, attingere non potestis. Alia cõtra clamabat: Ueni, iam veni Saluator mũdi, quãdiu q̃reris: nullũ times, videat te miles, & nros, nõ occidat infantes. Miscebat lamentatio matrum, & ad cęlũ trãsibat oblatio puulorũ. L. cõ. scti euã. scdm Matth. L. vij.

ca. 2. In illo tpe: Angelus dñi apparuit in somnis Joseph dicẽs. Surge, & accipe puerũ, & matrẽ ei⁹, & fuge in Ægyptum: & esto ibi, vsq3 dum dicam tibi. Et rel.

Homilia S. Johannis Chryso.

Qui cum audisset Joseph, nequaquã passus est scandalum, neque dixit: Incerta ista res est, ac prorsus ambigua: Tu paulo ante dicebas, quia saluabit populum suũ, & nunc se ipsum quidẽ non potest de periculis liberare: aut si potest, quid nobis opus est labore, ac trãsmigratione longinqua? cõtraria omnino sunt facta promissis. Sed horũ nihil prorsus opponit. Uir enim erat fidelis, neq3 curiose reuersionis tẽpus inquirit: qđ vtiq3 ab angelo nõ signate fuerat expressum. Sed esto ibi, inqt, vsquequo dicã tibi. R. Cãtabat. 93. L. viij.

Uerum ille nec per ista quidẽ fact⁹ est senior, sed obediuit libẽter, & credidit: oẽs pro sus tribulationes cũ gaudio sustinendo. Enimuero misericors Deus męstis rebus quędã etiam iucunda pmiscuit. Qđ certe in sctis oib⁹ fecit, quos neq3 tribulationes, neq3 iucunditates finit habere ptinuas: sed, tũ de aduersis, tũ ex psperis iustorũ vitã q̃si admirabili varietate contexuit. Quod hic quoq3 eũ fecisse considera. R. Uidi sub altar. L. ix.

Uidendo quippe sanctus Joseph grauidã sponsam, in conturbationem incidit maximam: sed affuit repente angelus timorẽ prorsus extinguens: deinde vidẽs puerum signo natum

tum maxima exultatione replectus est: sed rursus huic etiã gaudio periculum grãde successit. cum tota vtiq3 ciuitas turbaretur, ipse rex fureret, ⁊ ad necem puerũ quereret. Sed ⁊ hũc merorem alia rursus letitia subsecuta est, apparitio videlicet stelle, ⁊ adoratio Magorum. Post hanc quoq3 iucunditatem, iterum periculum, iterumque formido. Querit inquit, Herodes animam pueri, ⁊ fugere necesse est, ⁊ in longinqua transire. In ij. vel. Ant. Laudũ. Herodes iratus. fol. 93. ps. Dixit dñs. 52. cum rel. in fi. Credidi. 54. Cap. Vidi supra mõ. 94. Hy. De cõi plur. mar. ℣. Sub thr. An. Innocentes pro Christo. Cant. Magnificat. Oratio. Deus cuius hodierna die preco. fol. 92. Pro cõmemoratione vigilie dr Antiphona dñice precedentis. Puer Jesus. 97. ℣. Notum fecit. Oro Omnipotẽs sempiterne. folio. 95. ex iisdem dominice.

Die 5 Janu. IN VIGILIA EPIPHA. Ad Mat. Lau. ⁊ Horas oĩa dĩr vt in octa. Natiui. exceptis lcõnibus, q̃ dĩr vt infra, ⁊ Capl's. Añ. ad Bñs ⁊ Oratione, que dĩr de dñica infra octauã Natiuitatis. De epla ad Romanos. Lectio j.

ca. 7. 

N ignoratis frẽs (sciẽtib⁹ enĩ legẽ loquor) quia lex i homine dominatur, quãto tempore viuit? Nam que sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autẽ mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. ℟. Ecce agnus. 99. Lectio ij.

Taque fratres mei ⁊ vos mortificati estis legi p corpus Christi: vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis Deo. Cũ enim essemus in carne, passiones peccatorum que p legem erãt operabant in membris nostris, vt fructificarẽt morti. Nunc autẽ soluti sumus a lege mortis, i qua detinebamur, ita vt seruiam⁹ in nouitate spũs, ⁊ non in vetustate litere. Lec. iij.

Uid ergo dicemus? lex peccatuʒ est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nã cõcupiscientiã nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autẽ accepta, peccatum p mandatum operatum est in me oẽm concupiscientiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat, ego autem viuebam sine lege aliquando: sed cũ venisset mãdatũ, pctũm reuixit. Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Dominus nr Jesus Christus, fratres carissimi, qui in eternum cunctorum est crea-

tor, hodie nascendo de matre factus est nobis saluator. Hat' est nobis hodie i tpis volubilitate, vt nos perducat ad patris eterni tatem. Factus est Deus homo, vt homo fieret De': vt panē angelorū mānducaret homo, dñs angelorum hodie factus est homo. R. Congratulamini. 99. Lec. v.

Hodie impleta est prophetia illa, que dicit: Rorate celi desuper, et nubes pluant iustum: aperiat terra, et germinet saluatorē. Factus est igitur, qui fecerat: vt inueniretur, qui perierat: Sic enim in psalmis homo confitetur, Priusquam humiliarer, ego peccaui. Lectio vj.

O Miracula, o prodigia, fratres carissimi. Nature iura mutant, i hoie de' nascit: virgo sine viro grauidat: viri nesciā sermo Dei maritat: simul factā est mr̄ et v̄go: mr̄ facta, sed incorrupta: virgo habens filium nesciēs virū, semp clausa, sed nō infecunda. Solus enim sine peccato est natus, quē sine virili complexu non cōcupiscentia carnis, sed obedientia genuit mentis. Lcō S. euāg. fm Mattheū. 2. j.

2. In illo tempore: Defuncto Herode ecce angelus domini apparuit i sonnis Joseph in Egypto. Et reliqua. Homilia S. Hieronymi presby.

Ex hoc loco intelligimus, nō solum Herodem, sed et sacerdotes, et scribas eodem tpē necē dñi fuisse meditatos. Qui consurgens accepit puerum, et matrem eius. Non dixit, accepit filiū suum, et vxorem suam, sed puerum, et matrē eius quasi nutritius, non maritus. R. Sancta et immaculata. 100. Lectio viij.

Audiens autem q Archelaus regnaret in Judea p Herode p̄re suo, timuit i illo ire. Multi propter ignorantiam historie labuntur errore, putantes eundē esse Herodē, a quo in passione sua dñs irridetur, et q nūc mortuus esse referf. Ergo Herodes ille, qui cum Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis filius est, frater Archelai. Lc. ix.

Quoniam Nazareus vocabitur. Si fixū de scripturis posuisset exemplum, nunq̄ diceret. Quod dictū est per prophetas, sed simpliciter, quod dictum est per prophetam: nunc autem pluraliter prophetas vocans ostendit se nō verba de scripturis sumpsisse, sed sensus. Nazareus sanctus interpretaf. Sanctum autem dominum futurum omnis scriptura commemorat. Ad Laudes, et per Horas. Aña.

O Admirabile cōmercium. 100. cū rel. Cap. Fratres, quanto. 95. Hym. A solis ortus cardine. 87. V. Verbum caro. Ad Benedictus. Antiphona. Dum mediū. 95. Oratio. Oms. O sempi


sempiterne Deus, dirige. fo. 95. Ad j. Añ. O admirabile cō. 100 Ad iij. Añ. Quando natus es. Capitulū. Fr̄es quāto tpe. 85. Ad vj. Añ. Rubū quē vid. 100. Cap. At vbi ve. 97. Ad ix. Añ. Ecce Mar. 97. Ca. Itaqȝ iā. 97.

Die 6 Janu.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Ad Vesp. Añ. Ante luciferum genitus, cū reliq̄s ut... Dixit do. 52. ... Lau date dn̄m oēs gentes. 54. Cap.

Isaia. 60.



Surge illuminare Jerusalem, quia venit lumē tuū & gloria dn̄i super te orta est. Hymn.

Hostis Herodes impie ...
Christum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cęlestia.
Ibant Magi quam viderant,
Stellam sequentes pręuiam,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.
Lauacra puri gurgitis
Cęlestis agnus attigit,
Peccata quę non detulit,
Nos abluendo sustulit.
Nouum genus potentię,
Aquę rubescunt hydrię,
Vinumqȝ iussa fundere
Mutauit vnda originem.
Gloria tibi domine,
Qui apparuisti hodie. Cū pr̄e.
Sic terminatur hymn. per totam octauā. V. Reges Tharsis, & insulę munera offerēt. R. Reges Arabum, & Saba dona adducēt. Ad M. Añ. Magi uidētes stellā dixerunt adinuicē: hoc signum magni regis est: eamus, & inquiramus eum, & offeramus ei munera, aurum, tus, & myrrhā. hal. Oro.



Deus qui hodierna die vnigenitū tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propitius: vt qui iam te ex fide cognouimus, vsqȝ ad cōtemplandam speciē tuę celsitudinis perducantur. Per eum. Matutinis dicto Pater noster, Aue Maria, & Credo. omittis Dn̄e labia mea aperies. Inuit. & hymn. incipit ab Añ. Afferte. Infra oct. vero di. Dn̄e labia. Inuita. Christus apparuit nobis, Venite adoremus. ps. Venite. Hymn. Hostis Herodes. Añ.

Afferte dn̄o filij Dei, adorate dn̄m in aula sancta eius. ps idem. 19. Añ. Fluminis impetus lętificat, hal. ciuitatē Dei, hal. ps. Deus nr̄ refug. 27. Añ. Psallite Deo nr̄o psallite: psallite regi nostro, psallite sapiēter. ps. Oēs gentes. 27. V. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. R. Psal.

Psalmū dicat noi tuo domine.
De Ysaia propheta. Lcō primo.

ca. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, ꝛ q nō habetis argētum, ꝑperate, emite, ꝛ comedite. Venite, emite absqꝫ argento, ꝛ absqꝫ vlla cōmutatione vinuꝫ, ꝛ lac. Quare appēditis argentuꝫ nō in panibus, ꝛ laborē vestrum nō in saturitate? Audite audientes me, ꝛ comedite bonuꝫ: ꝛ delectabitur i crassitudine aia vestra. Inclinate aurē vestraꝫ, ꝛ venite ad me: audite, ꝛ viuet aia vestra. Et feriam vobiscuꝫ pactuꝫ sempiternuꝫ, misericordias Dauid fideles. Ecce testē populis dedi eum, ducē, ac preceptoreꝫ gentibus. ℟. Hodie in Jordane baptizato dn̄o aperti sunt celi, ꝛ sicut columba super euꝫ spiritus mansit, ꝛ vox patris intonuit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. ℣. Descendit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba, in ipsum, ꝛ vox de celo facta est. Hic. Hoc ℟. dicēduꝫ est p̄ oct. loco ij. ℟. Tria sunt munera preciosa, q̄ obtulerunt Magi dn̄o in die ista, ꝛ habent in se diuina mysteria: In auro, vt ostēdat regis potētia: in ture sacerdotē magnum ꝯsidera, ꝛ i myrrha dn̄icā sepulturā. ℣. Salutis nr̄e auctorē magi venerati sunt in cunabulis, ꝛ de thesauris suis mysticas ei muneruꝫ spēs obtulerunt. In. Lcō iij.

Surge illuminare Jerusalem, qꝛ venit lumen tuuꝫ, ꝛ gloria dn̄i sup te orta est. Quia ecce tenebre operient terram, ꝛ caligo populos. Super te auteꝫ orietur dn̄s: ꝛ gloria eius in te videbitur: ꝛ ambulabunt gentes in lumine tuo, ꝛ reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, ꝛ vide, oēs isti congregati sunt venerūt tibi. Filij tui de longe veniēt, ꝛ filie tue de latere surgent. Tunc videbis, ꝛ afflues: ꝛ mirabit, ꝛ dilatabitur cor tuum, qñ conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gētium venerit tibi. Inundatio camelorū opiet te, Dromedarij Madian, ꝛ Epha. Oēs de Saba venient, aurū ꝛ tus deferētes, ꝛ laudem dn̄o annunciantes. ℟. In columbe specie spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est: Hic est filius meꝰ dilectus, in quo mihi bene cōplacui. ℣. Celi aperti sunt super eū, ꝛ vox patris intonuit. Hic est. Lcō iij.

Gaudens gaudebo in dn̄o, ꝛ exultabit anima mea in deo meo: quia induit me vestimentis salutis, ꝛ indumento iustitie circundedit me quasi spōsum decoratum corona, ꝛ quasi sponsaꝫ ornatā monilibus suis. Sicut eniꝫ terra, ꝑfert germen suum, ꝛ sicut hortus semē suum germinat, sic dn̄s Deus germinabit iustitiam: ꝛ laudem coraꝫ

Jsa. 60

Jsa. 61

vniuersis gentibus. Propter Sion non tacebo, et propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur, vt splendor iustus eius, et saluator eius vt lampas accendatur. ℟. Reges Tharsis. et insulę munera offerent. Reges Arabum et Saba dona domino deo adducent. ℣. Omnes de Saba venient, aurum et tus deferentes. Reges. Gloria. Reges. In ij. noct. Aña. Ois terra adoret te, et psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo dñe. ps. Iubilate deo. 32. Añ. Reges Tharsis, et insulę munera offerēt regi domino. ps. Deus iudiciū tuū. 36. Aña. Omnes gentes quascunque fecisti venient, et adorabunt corā te dñe. ps. Inclina dñe. 4. ℣. Reges Tharsis, et insulę munera offerent. ℟. Reges Arabum et Saba dona adducent.

Sermo S. Leonis Papę. L. iiij.

Gaudete i domino dilectissimi, iterum dico gaudete, quoniam breui interuallo tēporis, post solennitatem Natiuitatis Christi, festiuitas declarationis eius illuxit, et quē in illo die virgo peperit, in hoc mundus agnouit. Uerbum enim caro factum, sic susceptionis nostrę temperauit exordia, vt natus Iesus et credentibus manifestus: et persequentibus esset occultus. Iam tunc ergo cęli enarrauerūt gloriam Dei, et in omnem terram sonus veritatis exiuit, qñ et pastoribus exercitꝰ angelorum, saluatoris editi annunciator apparuit: et Magos ad eum adorandum pręuia stella perduxit, vt a solis ortu vsq; ad occasum, veri regis generatio coruscaret, cum rerū fides et regna orientis per Magos discerent, et Romanum imperiū non lateret. ℟. Illuminare illuminare Ierusalem: quia venit lux tua. Et gloria dñi super te orta est. ℣. Et ambulabūt gētes i lumine tuo, et reges in splēdore ortus tui. Et gloria. Lcō v.

Nam et sęuitia Herodis volens primordia suspecti, sibi regis extinguere, huic dispensationi nesciēs seruiebat: vt dum atroci intentus facinori, ignotū sibi puerū indiscreta infantium cęde persequitur, annunciatum cęlitus dñatoris ortum insignior vbiq; famā loqueretur: quam promptiorē ad narrandum, diligentiorēq; faciebat, et supernę significationis nouitas: et cruentissimi persecutioris impietas. Tūc autem etiam Aegypto saluator illatus est, vt gēs antiquis erroribus dedita, iam ad vicinā salutē, per occultā gratiā signaretur: et quę nōdū eiecerat ab animo superstitionē, iā hospitio reciperet veritatē. ℟. Omnes de Saba veniēt, aurū et tus deferentes, et laudem dño annunciātes, Haleluiah, haleluiah, haleluiah. ℣. Reges

ges Tharsis, & insulę munera offerēt: reges Arabū, & Saba dona adducent. Haleluiah. Lc. vj.

Agnoscamus ergo dilectissimi, in Magis adoratoribus Christi, vocationis nostrę fideiq; primitias: & exultātib⁹ animis beatę spei initia celebrem⁹: Exinde enim in ęternā hęreditatem cępimus introire, exinde nobis Christum loquentia scripturarū arcana patuerunt: & veritas, quā Iudęorū obcęcatio nō recipit, oībus nationibus lumen suū inuexit. Honoretur itaq; a nobis sacratissimus dies: in quo salutis nostrę auctor apparuit: quē Magi infantē venerati sunt in cunabulis, nos oīpotentē adoremus in cęlis. Ac sicut illi de thesauris suis mysticas dño munerū species obtulerūt, ita & nos de cordibus nostris, quę deo sūt digna, promamus. ℞. Magi venerūt ab oriēte Ierosolymā, quęrētes, & dicētes: Ubi est, q natus est, cuius stellā vidimus. Et venimus adorare dnm. ℣. Vidim⁹ stellā eius in oriēte. Et. Glo. Et.

In tertio noctur. Antiphona. Venite adoremus eum, quia ipse est dominus Deus noster.

Hęc antiphona repetit̄ in psalmo ordine infra scripto. Psalm.

Venite exultem⁹ dño: iubilemus Deo salutari nr̄o. Praeoccupem⁹ faciē ei⁹ i cōfessione: & in psalmis iubilemus ei. Aña. Venite adoremus eum: quia ipse est dñs Deus noster.

Quoniam Deus magn⁹ dñs: & rex magnus super omnes Deos.

Quia in manu eius sunt fines terrę: & altitudines montium ipsius sunt. Añ. Venite. vt supra.

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccā manus eius formauerunt. Añ. Venite. vt sup.

Et nos populus pascuę eius, & oues manus eius: hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea. Aña. Venite. vt supra.

Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, semp hi errant corde.

Et isti nō cognouerūt vias meas, vt iuraui in ira mea: si introibūt in requiē meā. Venite. vt s.

Gloria pri & filio & spūi sancto. Aña. Venite adoremus eum, quia ipse est dñs Deus noster.

Aña pdicta cum suo psal. dr̄ tm̄ hac nocte: p octa. vero loco huius dr̄ Añ Homo natus est in ea & ipse fundauit eam altissimus. & ps. Fundamēta eius. 42. Añ. Adorate dñū, hal. in aula sancta eius, hal. ps. Cantate dño. j. 44. Añ Adorate Deū, hal. oēs angeli eius, hal. ab. ps. Dñs regnauit ex. 44. ℣. Adorate dominū, hal.

R. Inuenis sancta eius, balsab.
Lectio sancti euang. sm Math. L. vij.
ca.2. Cum natus esset Jesus in Bethlehem Jude, in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Jerosolymam dicentes: vbi est, qui natus est rex Judeorum? Et reliqua.
Homilia sancti Gregorij pape.
Sicut in lectione euangelica fratres carissimi audistis celi rege nato rex terre turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo celestis aperit. Sed querendum nobis est, quidnam sit, quod redemptore nato, pastoribus in Judea angelus apparuit: atque ad adorandum hunc ab oriente, Magos non angelus, sed stella perduxit. Quia videlicet Judeis, tanquam ratione vtentibus rationale animal, idest angelus predicare debuit: Gentiles vero, quia vti ratione nesciebant, ad cognoscendum dominum, non per vocem, sed per signa perducuntur: vnde et per Paulum dicitur: Lingue in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetie autem non infidelibus, sed fidelibus. Quia et illis prophetie tanque fidelibus, non infidelibus: et istis signa tanque infidelibus non fidelibus data sunt. R. Stella, quam viderant Magi in oriente, antecedebat eos donec venirent ad locum, vbi puer erat. Videntes autem eam gauisi sunt gaudio magno. V. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, et procidentes adorauerunt eum. Videntes. L. viij.

Et notandum, quod redemptorem nostrum, cum iam perfecte esset etatis eisdem Gentilibus apostoli predicant, eumque paruulum, et necdum per humani corporis officium loquentem, stella Gentibus denunciat: quia nimirum rationis ordo poscebat, vt et loquentem iam dominum loquentes nobis predicatores innotescerent, et necdum loquentem elementa muta predicarent. Sed in omnibus signis, que vel nascente domino, vel moriente eo monstrata sunt, considerandum nobis est, quanta fuerit in quorundam Judeorum corde duritia, que hunc nec per prophetie donum, nec per miracula agnouerunt. R. Videntes stellam Magi gauisi sunt gaudio magno: Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, et procidentes, adorauerunt eum: et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham. V. Stella, quam viderant Magi in oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Et. Glo. Et. L. ix.

Omnia quippe elementa auctorem suum venisse testata sunt. Vt enim de eis quiddam vsu humano loquar: Deum hunc celi esse cognouerunt, quia stellam protinus miserunt. Mare cognouit,

gnouit, quia sub plantis ei⁹ calcabile se prębuit. Terra cognouit, q2, eo moriente contremuit: Sol cognouit, quia lucis suę radios abscondit. Saxa ꝛ parietes agnouerunt, quia tempore mortis ei⁹ scissa sunt. Infernus agnouit, q2, hos quos tenebat mortuos, reddidit. Et tñ hunc quem omnia insensibilia elemēta dñm senserunt adhuc infideliū Judęorū corda deū minime esse cognoscunt, ꝛ duriora saxis, scindi ad penitēdū nolunt.

Ad Laudes, ꝛ per Horas. Aña.

Ante luciferum genit⁹, ꝛ ante scła, dñs saluator noster hodie mūdo apparuit. ps. Dñs reg. 8. cū rel. aña. Uenit lumē tuum Jerusalē, ꝛ gloria dñi super te orta est, ꝛ ambulabunt gētes in lumine tuo, halłb. Añ. Apertis thesauris suis obtulerunt Magi dño aurū, tus, ꝛ myrrhā, halłb. Aña. Maria, ꝛ flumina benedicite dño, hymnum dicite fontes dño, halłb. Aña. Stella ista sicut flamma coruscat, ꝛ regem regum Deum demōstrat: Magi eā viderunt, ꝛ magno regi munera obtulerunt. Capl'm. Surge, illuminare. Hymnus.

O Sola magnarum vrbium
Maior Bethlehem, cui contigit
Ducem salutis cęlitus
Incorporatum gignere.
Quem stella, quę solis rotam
Uincit decore, ac lumine,
Uenisse terris nunciat.
Cum carne terrestri deum.
Uidere postquā illū Magi,
Eoa promunt munera,
Stratiq; votis offerunt
Tus myrrhā, ꝛ aurū regiū.
Regem Deumque annunciāt
Thesaurus, ꝛ fragrans odor
Turis Sabęi, ac myrrheus
Puluis sepulcrum prędocet.
Gloria tibi domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum patre ꝛ sancto spiritu,
In sempiterna sęcula. Amen.

℣. Adorate dñm, halleluiah. ℟. Omnes angeli eius, halleluiah. Ad Bñs. Añ. Hodie cęlesti spōso iuncta est ecclesia: qm̄ in Jordane lauit Christus eius crimina: currunt cū munerib⁹ Magi ad regales nuptias, ꝛ ex aqua facto vino lętant̄ cōuiuę, halłb. Oratio. Deus q hodierna. 105. Ad primam. ℟. bre. Christe fili Dei viui. ℣. Qui apparuisti hodie. Et sic dicitur p octauas. Ad iij. Añ. Uenit lumen. Cap. Surge illuminar. ℟. bi. Reges Tharsis, ꝛ isulę munera offerēt, Hal. hal. ℣. Reges Arabū ꝛ Saba dona adducent, Hal. hal. ℣. Oēs de Saba venient, halłb. ℟. Aurū, ꝛ tus deferentes halłb. Ad vj. Aña Apertis the. Cap.

Leua in circuitu oculos tuos, ꝛ vide: omnes, isti cōgregati sunt, venerunt tibi: filij tui Jsa. 60

de longe veniet, et filie tue de latere surgent. ℟. Omnes de Saba venient, halela, hal. ℣. Aurum et tus deferentes: halleluiah, haleluiah. ℣. Adorate dñm, haleluiah. ℣. In aula sancta eius, hal. Ad in. Aña. Stella ista. Capitu.

Omnes de Saba venient, aurum, et tus deferentes, et laudem dño annunciantes. ℟. Adorate dominum, haleluiah, halah. ℣. In aula sancta eius. halah, halah. ℣. Adorate Deũ, halah. ℣. Oẽs Angeli eius, hal. Ad ve... a. Ante luciferum, cum reli. vesp. ps. Dixit dñs. 52. In fine ps. In exitu. Et sic vsq totã oct. Ca. Surge illuminare, Hym. Hostis Herodes. 105. ℣. Reges Tharsis et I. Ad Mag. Añ. Tribus miraculis ornatum diẽ sanctum colimus: hodie stella Magos duxit ad presepium: hodie vinũ ex aqua factũ est ad nuptias: hodie in Iordane a Iohãne Chrũs baptizari voluit, vt saluaret nos, halah. Et sic per...

Infra oct. Epiph. ... hym. vesp. et reliq. dñr vt in die, preter lectio. et Añas ad Bñs et Magnif. De festis autẽ infra eã occurrentibus fit tñ com. Dñica vero infra eam occurrentia hẽ infra.

PRIMA DIE INFRA Octauam Epiphanie.

Si post festũ Epiph. nõ sequatur dies dñicus, tũc p primis tribus lcõ. legũt sequentes ad Roma nos quousqz perueniat ad diem dñicũ, vbi vero veneṙit dies dñicus reliquuntur iste et dñr ille q sequũtur post diem octa. Epiph. scripte ad Corint. vbi dr dñica j. post Epiph. 116. Et sic lectis primis tribus lectio. reuertitur ad legendũ seq. de ij. et iij. noc. Si vero ... die infra oct. Epiph. dñr lect. et Añe ad Bñs, et Mag. q sequũtur, nisi prima dies fuerit Dñica. tũc prima dies post Epipha. erit j. post dñicaz. Et ij. post Epiph. ... seruat in aliis dieb. post dñicã infra oct. occurrẽtẽ. Si dñica venerit in ij. die post Epipha. tũc ij. dies erit iij. post Epipha. Et ij. post dñicã, et in aliis sic. Et i ... diebus post dñicam, et omittas lect. de Epistola ad Roma. legitur de epistola ad Corin. vt in feriis in rubr. dominice dr 116. De epistola ad Romanos. L. j.

Veritatẽ dico in Chrõ Iesu non mentior, testimonium mihi phibẽte ɔsciẽtia mea i spũ sctõ, qm tristitia mihi magna est et ɔtinu⁹ dolor cordi meo. Optabã enim ego ipse anathema esse a Chrõ pro fratribus meis, qui sunt cognati mei ẽm carnem, qui sunt Israelite, quor adoptio est filiorũ, et gloria et testamentum, et legislatio, et obsequium, et promissa: quorum patres ex quibus est Christus ẽm carnẽ qui est super omnia deus bñdictus in secula. Amen. ℟. Tria sunt. 108. L. ij. 9. ca.

Vno

Non autē q̄ exciderit verbū Dei. Non enim oēs qui ex circūcisione sunt Isrl', hi sunt Israelite, neq3 q̄ semē sūt Abrahe, oēs filij Abrahe: sed in Isaac vocabit' tibi semē: id est, nō q̄ filij carnis: hi filij dei: sed q̄ filij sūt p̄missionis estiment' in semine. Promissionis enim verbū hoc est: Scōm hoc tēpus veniā, & erit Sare filius. Nō solū aūt illa, sed & Rebecca ex vno cōcubitu habens Isaac patris nostri. Le. iii.

Um enim nondū nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt s̄m electionem p̄positū dei maneret, nō ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: q2 maior seruiet minori, sicut scriptū est. Jacob dilexi: Esau autē odio habui. Quid ergo dicem9? & nūqd iniqtas apud deū? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor, cui misertus sum: & misericordiam p̄stabo, cui miserebor. Igit' nō volentis neq3 currentis, sed miserentis est Dei.

Sermo s. Augustini epi. Le. iiii.

Ad partum virginis adorādum Magi ab oriente venerunt, hunc diē hodie celebramus, huic debitā solennitatē, sermonēq3 psoluim9. Illis dies iste primus illuxit anniuersaria nobis festiuitate rediit. Illi erant primitie gentiū, nos populi gentium. Nobis hoc lingua nūciauit aplorum, stella illis tanq̄ lingua celorum: & nobis hidē apostoli, tanquā alij celi enarrauerūt gloriam Dei. R. Illuminare. 106. Le. v.

Agnū sacramētū, in p̄sepio tūc iacebat, & Magos ab oriente ducebat: abscōdebat' in stabulo, & agnoscebat' in celo: vt agnitus in celo, manifestaret' in stabulo, & appellaret' Epiphania dies iste, qđ latine manifestatio dici pōt: simul eius celsitudinē humilitatēq3 cōmendans, vt q̄ in aperto celo signis sidereis monstrabat', in angusto diuersorio q̄sit9 inueniret', inualidusq3 infantilibus mēbris: inuolutus infantilibus pannis, adoraret' a Magis, timeret' a malis. Le. vi.

Imuit enim eū rex Herodes, eisdē Magis sibi nunciantibus, cum adhuc q̄rerent paruulum, quē cognouerant celo teste iā natū. Quid erit tribunal iudicantis, qñ superbos reges cuna terrebat infantis? Quāto p̄sultius reges, non, sicut Herodes interficere q̄rāt, sed, sicut Magi, poti9 adorare delectent' iam p̄sertim eum, q̄ & ipsam mortē, quā cupiebat inimicus inferre etiā pro ipsis inimicis ab inimicis sustinuit, camq3 in suo corpore occis9 occidit. Pie timeāt reges ad patris dexteram iā sedentem, quē rex impius timuit adhuc matris vbera lambētem. An iij. noc. Ecō c. enā. &c. Matth. Cum natus esset Jesus fol 107.

vid.

vñs. in festo. Sic semp preponit lect. euãgelij ante leć. de homi. que de hoc habet. Greg. ... L. vij.

SEd et inter hec sciendum est, q̃ Priscillianiste heretici nasci vnumquenq̃ hominem sub constitutionibus stellarum putant: et hoc in adiutorium sui erroris assumunt, q̃ noua stella exiit: cũ dñs in carne apparuit: cuius fuisse fatum eandem, que apparuit, stellã putant. Sed si euãgelij verba pensemus, q̃b9 de eadẽ stella dr: Usque dum veniẽs staret supra, vbi erat puer: dum nõ puer ad stellam sed stella ad puerum cucurrit, si dici liceat, non stella fatum pueri, sed fatum stelle is, qui apparuit, puer fuit. R. Stella. 107. L. viij.

SEd absit a fideliũ cordib9 vt aliquid esse fatũ dicãt. Uitam quippe hominum solus hanc conditor, qui creauit, administrat. Neq̃ enim propter stellas homo, sed stelle, propter hoiem facte sunt: et si stella fatum hominis dicitur, ipsis suis ministerijs subesse homo perhibetur. Certe cum Jacob de vtero egrediẽs prioris fratris plantam teneret manu, prior perfecte nequaquã egredi potuit, nisi et subsequens inchoasset: et tñ, cum vno tempore, eodemq̃ momẽto vtrumq̃ mater fuderit: non vna vtriusq̃ vite equalitas fuit. Lect. ix.

SEd adhoc solẽt mathematici respondere, q̃ virtus cõstellationis in ictu puncti est. Quibus e diuerso nos dicimus: q̃ magna est mora natiuitatis. Si igit̃ in ictu puncti constellatio permutat̃, necesse iam erit, vt tot dicant fata, quot sunt mẽbra nascentium. Fateri etiã mathematici solẽt, quod quisquis in signo Aquarij nascit̃, in hac vita piscatoris ministerium sortiat̃: piscatores vero, vt fert, Getulia nõ habet, q̃s ergo dicat, q̃ nemo illic i stella Aquarij nascitur, vbi piscator omnino non habetur R.

Ad Bñn. Aña. Ab oriente venerunt Magi in Bethlehẽ adorare dominum: et apertis thesauris suis, p̃ciosa munera obtulerũt: aurũ, sicut regi magno: tus, sicut Deo vero: myrrham sepulture eius, halãh. Ad Mag. Añ. Uidentes stellam Magi, gauisi sunt gaudio magno: et intrantes domum obtulerunt domino aurum, tus, et myrrham, haleluiah.

SECVNDA DIE.

De epła ad Romanos. Lect. j.

OBsecro itaq̃ vos fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis, que sit voluntas Dei, bona, et bene placẽs et perfecta. Dico enim per grãm, que data est mihi, oib9, 12. ca.

qui

qui sunt inter vos, non plus sape re quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē, ꝛ vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. ℟. Tria sunt. 106. Lcō ij.

Sicut enim in vno corpore multa mēbra habem⁹, oīa autē mēbra non eundeꝫ actū habēt: ita multi vnū corpus sum⁹ in Chrīo, singuli autē alter alterius mēbra: Habētes aūt donationes ꝑꝫ gratiā, quę data est nobis differentes, siue prophetiaꝫ ꝑm rationē fidei, siue ministeriū in ministrādo, siue q docet, i doctrina: q exhortatur, in exhortādo: qui tribuit, in simplicitate, qui pręest, in solicitudine: qui miseretur, in hilaritate. Lcō iij.

Dilectio sine simulatione, odientes maluꝫ, adherētes bono: charitate fraternitatis inuicē diligentes, honore inuicē pręuenientes: solicitudine, nō pigri: spū feruentes: dn̄o seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Bn̄dicite ꝑsequentib⁹ vos: benedicite, ꝛ nolite maledicere: gaudere cuꝫ gaudentibus, flere cuꝫ flentibus: idipsuꝫ inuicem sentientes: non alta sapientes sed humilibus cōsentientes.

De Sermo. s. Augu. epi. L. iiij.

Deniqꝫ cum tam multi iaꝫ nati, atqꝫ defuncti essent reges iudęoꝝ: nunqd quēquam eoꝝ adorandum Magi quesierunt? quia nec quēquā eorūꝫ cęlo loquēte didicerunt. Veruntamen, qd prętereundum non est, hęc Magorum illuminatio, magnuꝫ testimoniū cęcitatis extitit Judęoꝝ: in terra eoꝝ isti requirebant, qd illi in sua nō agnoscebant. ℟. Illuminare. 106. L. v.

Apud eos isti infantē inuenerunt, quem illi, apud se negauerūt. In his terris de lōginquo isti peregrini puerū Chrm̄ nōdū verba promentē adorauerunt, vbi ciues illi iuuenē miracula faciēteꝫ crucifixerūt. Isti in mēbris paruis deū adorauerūt: illi in magnis factis nec tanquā homini pepercerūt: quasi plus fuerit videre nouā stellā in eius natiuitate fulgenteꝫ, quaꝫ soleꝫ eius in morte lugenteꝫ. Lcō vj.

Iam vero ꝗ eadeꝫ stella, q̄ Magos perduxit ad locū vbi erat cuꝫ matre virgine De⁹ infans, q̄ vtiqꝫ poterat eos ad ipsam ꝑducere ciuitatē: se tm̄ subtraxit, nec eis prorsus apparuit, donec de ciuitate, in qua Chrs nasceret, vn̄de ipsi interrogarent Judęi, vt ipsi eā ꝑm diuinę scripturę testimoniū nominarēt, ipsi dicerēt, Bethlehē nō es minima i principib⁹ Juda: ex te eniꝫ exiet dux q regat populū meuꝫ Israel: Quid aliud hic significauit diuina prouidētia, nisi apud

Judęos

Iudęos solos diuinas literas remansuras, quibus Gentes instruerentur, illi excęcarentur. De Hom. 8. Grego. pp. Lcō vij.

Magi vero aurum, tus, & myrrhā deferunt. Aurū quippe regi congruit, tus vero in dei sacrificium ponitur: myrrha autem mortuorum corpora condiunt. Cū ergo Magi quē adorant, etiam mysticis muneribus prędicant, auro regem, ture Deū, myrrha mortalem. Sunt vero nonnulli hęretici, qui hūc Deū credunt, sed vbiq; regnare nequaquam credunt. Hi profecto ei tus offerunt, sed offerre etiā aurum nolunt. Et sunt nōnulli, qui hunc regē existimant, sed Deum negant. Hi videlicet ei aurum offerūt, sed offerre tus nolunt. ℟ Stella. 107. Le. viij.

Et sunt nonulli, qui hunc & Deū, & regē fatētur, sed assūpsisse carnē mortalē negāt. Hi nimirū ei aurū, & tus offerūt: sed offerre myrrham assumptę mortalitatis nolūt. Nos itaq; nato dño offeramus aurū, vt hunc vbiq; regnare fateamur. Offeramus tus, vt credam⁹ q̄ is, q in tpe apparuit, Deus ante tempora extitit. Offeram⁹ myrrhā, vt eum, quē credimus in sua diuinitate ipassibilē, credamus etiā in nr̄a fuisse carne mortalem. Lix.

Quamuis in auro, ture, & myrrha intelligi, & aliud potest. Auro nāq; sapientia dei signat, Salomone attestāte, qui ait: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapiētis. Ture autem, qđ Deo incenditur, virtus orationis exprimit. Psalmista testante, q dicit: Dirigat oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Per myrrham vero carnis nostrę mortificatio figurat: vnde sancta Ecclesia de suis operarijs vsq; ad mortē pro Deo certantibus dicit: Manus meę distillauerunt myrrhā. Ad Bns Aña.

Tria sunt munera, quę obtulerunt Magi domino, aurum, tus & myrrham, filio Dei, regi magno, haleluiah. Ad Mag. Aña.

Lux de luce apparuisti Christe cui Magi munera offerunt, haleluiah, haleluiah, haleluiah.

TERTIA DIE.

De epl̄a ad Romanos. Lect. j.

13. a Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: nō est enim potestas nisi a Deo. Quę autē sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque, q resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autē resistūt, ipsi sibi dānationem acquirunt, nā principes nō sunt timori boni opis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonū fac, & habebis laudem ex illa. Dei enī minister est tibi in bonū. ℟. Tria sunt. 108. L. ij.

Si autem malum feceris, time: non enim sine causa

[gladiū portat. Dei enim mini]ster est vindex in irā ei, qui ma lus agit. Ideo necessitati subdi ti estote, non solum, propter irā, sed etiam propter conscientiā. Ideo enim et tributa pręstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsū seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorē: cui honorem, honorē. ℟. In colūbę. 106. L. iii.

Nemini quicquam debea tis, nisi vt inuicem diliga tis. Qui enim diligit proximū, legē impleuit. Nam, Non adul terabis: non occides: non fura beris: non falsum testimonium dices, nō concupisces, et si quod est aliud mādatū: in hoc verbo instaurat: Diliges pximū tuū si cut te ipsū. Dilectio pximi ma lū non opat. Plenitudo ergo le gis est dilectio. ℟. Reges. 106.

Sermo S. Leonis papę. L. iiii.

Celebrato primo die, quo intemerata virginitas hu mani generis edidit saluatorē, Epiphanię nobis, dilectissimi, veneranda festiuitas dat perse uerantiā gaudiorū: et inter co gnatarū solemnitatū vicina sacra menta, exultationis vigor, et fer uor fidei nō tepescat. Ad oium enim hominum spectat salutē, quod infantia saluatoris, ac me diatoris Dei et hominū iā vni uerso declarabatur mūdo, cum adhuc exiguo ptineret oppidu lo. ℟. Illuminare. 106. Lēō v.

Quamuis enī Israeliticā gentē, et ipsius gētis vnā familiā delegisset, de qua naturā vniuersę humanitatis assume ret, noluit tñ intra maternę ha bitationis angustias ortus sui latere primordia: sed mox ab oi b[9] voluit agnosci, q dignatus est pro oibus nasci. Trib[9] igit Ma gis in regione orietis stella nouę claritatis apparuit, q̄ illustrior cęteris, pulchriorque sideribus, facile in se intuentiū oculos ani mosq; conuerteret, vt confestim aduerteretur, non esse ociosum, quod tam insolitum videbatur. ℟. Omnes de Saba. 106. L. vi.

Edit ergo aspiciētib[9] in tellectū q pręstitit signū: et qd fecit intelligi, fecit inquiri: et se inueniendū obtulit requisi tus. Sequunt tres viri superni luminis ductū, et pręuij fulgoris indiciū intēta ptēplatione comi tātes, ad agnitionē veritatis grę splendore ducuntur: qui huma no sensu significatū sibi regis or tū ęstimauerūt in ciuitate regia esse quęrēdū. Sed qui serui su sceperat formā, et non iudicare venerat, sed iudicari, Bethleē pręelegit natiuitati, Ierosoly mā passioni. ℟. Magi veniūt.

De hom. s. Greg. Papę. L. vii.

Magnus vero nobis aliqd Magi innuūt, q in regio nem

nem suam p aliã viaʒ reuertuntur. In eo nanqʒ qđ admoniti faciunt, nobis profecto insinuant, quid faciamus. Regio qppe nostra paradisus est, ad quam, Jesu cognito: redire p viã, qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibuʒ vetitũ gustãdo discessimus: sed ad eã necesse est, vt flẽdo, obediendo, visibilia cõtẽnẽdo, atque appetitũ carnis refrenando, redeamus. ℟. Stella. 107. L. viij.

Per aliam ergo viaʒ ad regionem nostram regredimur: qm̃ qui a paradisi gaudijs per delectamenta discessimus, ad hęc per lamẽta reuocamur. Unde necesse est fratres carissimi, vt semper pauidi, semperqʒ suspecti ponamus ante oculos cordis, hinc culpas operis, illinc iudicium extremę districtionis. Pensemus, quam districtus iudex veniat, qui iudicium minatur, & latet: terrores peccatorib[9] intentat, & tamẽ adhuc sustinet. Et idcirco venire citius differt, vt minus inueniat, quod cõdemnet. ℟. Uidentes. 107. L. cõ ix.

Ueniamus fletibus culpas, & cuʒ Psalmistę voce pręueniamus faciem eius in cõfessione. Uoluptatum nos ergo fallacia nulla decipiat, nulla vana lętitia seducat. In proximo nanqʒ est iudex, qui dixit: Ue vobis q ridetis nũc, quia lugebitis, & flebitis. Hinc enim Salomon ait: Risus dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupat. Hinc iterum dicit: Risum reputaui errorẽ, & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Hinc rursus ait: Cor sapientium, vbi tristitia est, & cor stultorum, vbi lętitia. Ad Bñs. Añ. Uidimus stellaʒ ei[9] in oriẽte, & venim[9] cũ muneribus adorare dñʒ. Ad M3. Añ. Interrogabat Magos Herodes: quod signũ vidistis sup natũ regẽ: stellã vidimus fulgẽteʒ, cui[9] splẽdor illuminat mundũʒ.

QVARTA DIE.

De Epistola ad Romanos. L. j.

Infirmum autẽ in fide assumite, nõ in disceptationib[9] cogitationũ. Alius enim credit se manducare oia. Qui autẽ infirmus est, olus manducet. Is q mãducat, non mãducanteʒ non spernat, & qui non manducat, manducantẽ non iudicet: Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum seruuʒ? Dño suo stat, aut cadit: stabit autẽʒ: potẽs est enim Deus statuere illuʒ. ℟. Tria sunt. 108. L. ij. 14. ca.

Nam ali[9] iudicat dieʒ inter diem: alius autem iudicat omnem dieʒ. Unusquisqʒ in suo sensu abundet. Qui sapit diem, dño sapit: & qui manducat, dño mãducat: gratias enim agit deo, Et qui non manducat, domino non

nō mādacat, ⁊ gratias agit Deo: nemo enim nostrum sibi viuit, ⁊ nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, dño viuimus: siue morimur, dño morimur. Siue ergo viuimus: siue morimur, dñi sum⁹. ℟. In columbe. 106. Lec. iii.

In hoc enim Christus mortuus est, ⁊ resurrexit, vt ⁊ mortuorum, ⁊ viuorum dominetur. Tu aūt quid iudicas fratrē tuū? aut tu quare spernis fratrē tuum? Oēs enim stabimus ante tribunal Chri. Scriptū est enim: Viuo ego dicit dñs: qm mihi flectetur oē genu, ⁊ ois lingua confitebit Deo. Itaqz vnusquisqz nostrum pro se rationez reddet Deo. Non ergo amplius inuicē iudicemus. ℟. Reges. 106.

Sermo S. Maximi epi. Lec. iiii.

In hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu paterne traditionis istruimur, multiplici nobis est festiuitate letanduz. Ferunt enim hodie Christum dñm nrm, vel stella duce a Gentibus adoratū, vel inuitatum ad nuptias, aquas in vina vertisse: vel suscepto a Johanne baptismate, ɔsecrasse flueta Jordanis, suumqz simul purificasse Baptistā. ℟. Illuminare. 106. Lec. v.

Sed qd potissimuz presenti hoc factū sit die nouerit ipse qui fecit: nos tamen credere, nec dubitare debemus, quicquid illud est, factuz esse pro nobis. Nā qđ eum fulgentiora stelle radijs irritati adorauere Chaldei, Deum verū Gentibus sperata est adorandi. Quod aque nouo sunt ordine in vina mutate, noui nobis poculi prelibatuz est sacramentū. Qđ aūt baptizat⁹ est agn⁹ dei, regenerātis baptismi salutare nobis mun⁹ est dedicatū. ℟. Oēs de Sa. 106. Lec. vi.

Oportet itaqz nos fratres, ad honorem saluatoris nostri, cui⁹ natiuitatē debita nuper cuz exultatione transegimus, dicū deuotione etiā hunc virtutū ei⁹ celebrare natalē. Et quam recte tria hec nobis vno acta i die mysteria pdicanť; q ineffabilis trinitatis arcanum vno dei sub noie cōfitemur? Per hec ergo miracula Chris dñs redēptor nr oculis se voluit reuelare mortaliū: quaten⁹ inuisibilis ei⁹ diuinitas, q̄ latebat i hoie, in ope nō lateret. ℟. Magi veniunt. 107.

Homilia s. Hiero. presb. Lec. vii.

Uidimus eniz stellā eius in oriēte. Ad confusionez Iudeorum, vt natiuitatez Christi a gētibus discerēt: orif in oriente stella quam futuram Balaham, cuius successores erāt, vaticinio nouerāt. Lege numerorum libros. Deferunť autez Magi stelle indicio in Judeaz vt sacerdotes a Magis iterrogati vbi Chrs nasceret, inexcusabiles fierēt de aduētu ei⁹. ℟. Stella. 107. Lec. viii.

Et illi dixerunt, In Bethleē Iudeę. Librariorum error est. Putamus enim ab euangelista primum editū, sicut in ipso hebraico legimus Iudę nō Iudeę. Que est enim aliarum gentium Bethleem, vt ad distinctionem eius, hic Iudeę poneretur? Iudę autem idcirco scribitur, quia est alia Bethleem in Galilea. Lege librū Iesu filij Naue. Denique et in ipso testimonio, quod de Michee propheta sumptum est, ita habetur. Et tu Bethleem terra Iuda. ℟. Vidictes. L. ix.

Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, tus, et myrrhā. Pulcherrime munerū sacramenta Iuuencus presbyter vno versiculo comprehendit: Tus, aurum, myrrhā; regique hominique, Deoque dona ferunt. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodē: per aliam viā reuersi sunt in regionē suā. Qui munera obtulerunt dn̄o, consequenter responsum accipiunt, non per angelū, sed per ipsum dn̄m: vt meritorum Ioseph priuilegium demonstraretur. Reuertuntur autem per aliam viam, quia infidelitati miscendi non erant Iudeorum.

Ad Bn̄s. An̄. Oēs nationes venient a longe portantes munera sua, halah. Ad Magnific. An̄a. Oēs de Saba venient, aurum et tus deferētes, halah, haleluiah.

QVINTA DIE.

De Epistola ad Romanos. L. i.

Debemus autē nos firmio- 15. (
res imbecillitates īfirmorum sustinere, et non nobis placere. Vnusquisque vestrū proximo suo placeat in bonum ad edificationē. Etenim Christus nō sibi placuit, sed sicut scriptū est: Improperia improperantiū tibi, ceciderunt super me. Quecūque enim scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt: vt per patientiā, et consolationē scripturarū spem habeamus. ℟. Tria sunt. 108. Lcō ij.

Deus aūt patientię, et solatij, det vobis idipsum sapere in alterutrū secundum Iesum Christū: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, et patrē dn̄i nostri Iesu Christi. Propter qđ suscipite inuicem, sicut et Christus suscepit vos in honorē Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circūcisionis propter veritatem Dei, ad cōfirmādas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare deū, sicut scriptum est: Propterea confitēbor tibi in gentibus dn̄e, et nomini tuo cantabo. Et iterū dicit: Letamini gētes cum plebe eius. Et iterū: Laudate oēs gentes dn̄m, et magnificate eum oēs populi. ℟. In colū. 106. L. iij.

Et rursus Isaias: Et erit radix Iesse, et qui exurget regere gentes, in eum gētes sperabunt.

rabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo: vt abundetis in spe, & in virtute spiritus sancti. Certus aut sum, fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita, vt possitis alterutrum monere. Audacius aut scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens, propter gratiam, que data est mihi a Deo, vt sim minister Christi Jesu in gentibus sanctificans euangelium Dei: vt fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata in spiritu sancto. ℞. Reges Tharsis. 106.

Sermo S. Fulgentii epi. Lectio iiij.

Ipse Deus, qui sibi primitias offerri mandauit, homo natus primitias gentium hodie suo cultui dedicauit. Pastores fuerunt primitie Judeorum, Magi facti sunt primitie gentium. Illi de proximo adducti, isti de longinquo reducti. Vbi est, inquiunt qui natus est rex Judeorum? De Herode rege, Judeorum filij iam nati fuerant. Archelaus natus est in palatio, Christus in diuersorio. Archelaus natus, in lecto est positus. Christus aut in presepio est collocatus: & tamen ille contemnitur, iste queritur: ille nullatenus nominatur, iste inuentus suppliciter adoratur. ℞. Illuminare. 106. Lectio v.

Quis est iste rex Judeorum? pauper & diues, humilis & sublimis, qui portatur vt paruulus, adoratur vt Deus, paruulus in presepio: immensus in celo, vilis in pannis, preciosus in stellis? Quid turbaris Herodes? Rex iste non venit reges pugnando superare, sed moriendo mirabiliter subiugare. Nec natus est, vt tibi succedat, sed vt in eum mundus fideliter credat: venit non vt pugnet, viuus; sed vt triumphet occisus. ℞. Omnes de Saba. 106. Lectio vj.

Puer iste, qui dicitur Rex Judeorum idem creator est, & dominus angelorum. Quapropter cuius times infantiam nascentis, magis timere debes omnipotentiam iudicantis. Noli eum timere regni tui successorem, sed tue infidelitatis iustissimum damnatorem, ite inquit, vt & ego veniens adorem eum. O calliditas ficta, o crudelitas impia, o nequitia fraudulenta: sanguis innocentium, quem crudeliter effudisti, attestatur quid de hoc puero voluisti. ℞. Magi veniunt. 107.

Homilia s. Ambrosij epi. Lectio vij.

Que sunt ista vere fidei munera? Aurum regi, thus deo, myrrha defuncto. Aliud enim regis insigne, aliud diuine sacramentum est potestatis: aliud honor est sepulture, que non corrumpat corpus mortui, sed reseruet. Nos quoque, qui hec audiuimus, & legimus, de thesauris nostris talia, fratres munera proferamus. Habemus enim thesaurum in vasis fictilibus. Si igitur in te ipso, non ex te de-

te debes estimare qd es, sed ex Christo, quanto magis in Christo non tua debes estimare, sed Christi. R. Stella. 103. Lec. viii.

Ergo Magi de thesauris suis offerũt munera. Vultis scire quã bonum meritũ habeãt? Stella ab his videt, et vbi Herodes est, non vr. Ubi Christus est rursus videt, et viaz mõstrat: ergo stella hec, via est, et via Christus: qui sm incarnationis mysterium, Chris est stella. Orietur enim stella ex Jacob, et exurget homo ex Israel. Denique vbi Christus, et stella est. Ipse enim est stella splendida, et matutina. Sua igitur ipse luce significat. R. Videntes. 107. Lec. ix.

Accipe aliud documentuz. Alia venerunt via Magi, alia redeunt. Qui enim Chriz viderant, Chrim intellexerant, meliores, vtiqz quã venerãt reuertũtur. Due quippe sunt vie, vna que ducit ad interituz, alia que ducit ad regnũ. Illa peccatoruz est que ducit ad Herodẽ: hec via Christus est, qua reditur ad patriam. Hic enim temporalis est incolatus, sicut scriptũ est: Multum incola facta est anima mea. Ad Bñe. Aña. Venient ad te, qui detrahebant tibi, et adorabunt vestigia pedum tuorum. Ad Magnif. Aña. Admoniti Magi in somnis, per aliam viaz reuersi sunt in regionem suam.

Sabbatho infra oct. Epiphanie. Ad Vesperas. Capitulum.

Fratres, obsecro vos p misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentez, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequiũ vestrũ. Hy. Hostis Hero. 105. V. Reges thar. Rom. 12.

Ad Magnificat. Antiphona. Remãsit puer Jesus in Jerusalem, et non cognouerũt parẽtes eius, existimantes illum esse in comitatu: et requirebãt eum, inter cognatos et notos. Oratio.

Uota, qs dñe, supplicantis populi celesti pietate prosequere: vt et que agenda sunt, videant, et ad implenda, que viderint, conualescant. Per dñz. Deinde fit co. Epiph. p Añam, q occurrit sz ord. dicz infra oct. V. Omnes de Saba venient, haleluiah. R. Aurum et tus. Oro. Deus, qui hodierna die. 105.

DOMINICA INFRA Octauam Epiphaniæ.

Totũ Offm dr de Epipha. pter lectõnes, Capla, Añas, ad Bñdictus et ad Magnificat et Orõnẽ, In j. noct. ponit epistola prima ad Corin. q inferius post oct. habet, et legit de ea seq. diebus: lectõnes vero, q aliqñ supersunt de epla ad Rom. eo anno pterinittunt. Qñ Epiph. dñi in Dñica venerit, Sabba. seq. fit Officiuz de

de Dñica, ꝛ in j. noct. leguntr lectiones de epla Ad Ro. vt infra. Epla vero ad Cor. tūc ponit̄ i die oct.
De Epistola ad Romanos. L. j.

ca. 16. 
Commēdo autē vobis Phebē, sororē nostrā, que est in ministerio ecclesie, q̄ est in Cēchreis, vt eam suscipiatis in dño digne sanctis, ꝛ assistatis ei, in quocunqꝫ negocio vr̄i indiguerit: etenim ipsa quoqꝫ astitit multis, ꝛ mihi ipsi. Salutate Priscā ꝛ Aquilā, adiutores meos in Chr̄o Jesu, (q pro aia mea suas ceruices supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed ꝛ cūcte Ecclesie gētium) ꝛ domesticam Ecclesiam eorum. R. Tria sunt. 108. L. ij.

Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, q dissensiones, ꝛ offendicula preter doctrinam, quā vos didicistis, faciunt, ꝛ declinate ab illis. Huiuscemodi eni Chr̄o dño nr̄o nō seruiūt sed suo ventri, ꝛ p dulces sermones, ꝛ bñdictiōes seducūt corda inocētiū. Ur̄a eniꝫ obediētia in oēm locū diuulgata est. Gaudeo igit̄ in vobis, sed volo vos sapiētes esse ī bono, ꝛ simplices ī malo. R. In columbe. 106. Lec. iij.

Salutat vos Timothe⁹ adiutor me⁹, ꝛ Lucius, ꝛ Jason, ꝛ Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, q scripsi epistolā in dño. Salutat vos Caius hospes meus, ꝛ vniuersa Ecclesia. Salutāt vos Erastus, Arcbarius ciuitatis, ꝛ Quartus frater. Gratia dñi nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amē. R. Reges Tharsis. 106.
Sermo S. Leonis pape. L. iiij.

Iustum ꝛ rationabile, dilectissimi, ꝛ vere pietatis obsequium est, in diebus q diuine opera misericordie protestant̄, toto corde gaudere, ꝛ honorifice ea, que ad salutēꝫ nostrā gesta sunt celebrare, vocante nos ad hanc deuotionēꝫ ipsa recurrentiuꝫ temporum lege, que nobis post diem, quo coeternus patri fili⁹ Dei nat⁹ ex virgine est, breui interuallo, Epiphanie intulit festū, ex apparitione dñi ꝯsecratum. R. Illuminare. 106. Le. v.

In quo fidei nostre magnū presidium prouidentia diuina constituit: vt dum solenni veneratione recolitur, adorata in exordijs sui Saluatoris infantia per ipsa originalia documenta probaretur veri hominis in Christo orta natura. Hoc enim est quod iustificat impios: hoc est, qđ ex peccatoribus facit sanctos, si in vno, eodemqꝫ dño nr̄o Jesu Christo, ꝛ vera deitas, ꝛ vera credatur humanitas: deitas, qua ante omnia secula in forma Dei equalis est patri: humanitas, qua nouissimis diebus in

forma serui vnitus est homini. ℟. Dies de Saba. 106. Lectio vi.

Ad roborandū ergo hanc fidē que contra oēs pręnunciabatur errores, ex magna gestum est diuini pietate consilij, vt gens in longinqua orientalis plagę regione cōsistens, quę spectandorum siderum arte pollebat, signū nati pueri, qui supra omnem Israel esset regnaturus acciperet. Noua enim claritas apud Magos stellę illustrioris apparuit, & intuētiū animos ita admiratiōe sui splēdoris impleuit: vt nequaquā sibi crederent negligēdū, quod tāto nunciabatur indicio. ℟. Magi ven. 107. Lec. sċi euāg. sm Lucam. Le. vij.

1.2. Cum factus esset Jesus annorum duodecim, ascēdētib⁹ illis Jerosolymam sm consuetudinē diei festi, consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalē. Et reli. Homilia sċi Ambrosij episcopi.

Duodecimo anno, vt legim⁹, dn̄icę sumit disputationis exordium. Hic enim prędicandę fidei euāgelizantium numerus debebat. Nec ociose immemor suorum sm carnem parentum, qui sm carnem vtiq; sapientia Dei implebatur & gratia. Post triduū reperitur in tēplo: vt esset indicio, q: post triduū triumphalis illius passionis, in sede cęlesti, & honore diuino, fidei nostrę se resurrecturus offerret, qui mortuus credebatur. ℟. Stella. 107. Lectio viij.

Quid est, quod me quęrebatis? Duę sunt in Christo generationes, vna est paterna, materna altera: paterna diuinior, materna vero, que in nr̄ laborē vsumq; descēdit. Et ideo quę supra naturā, supra ętatē, supra cōsuetudinē sunt, nō humanis assignāda virtutib⁹, sed diuinis referenda sunt potētatibus. Alibi eū ad mysteriū mater impellit, hic mater arguit, quia adhuc q̄ humana sunt, exigat: sed cū hic duodecim describat annorum, illic discipulos habere doceat. Vides matrē didicisse a filio, vt exigeret a validiore mysterium, quę stupebat in iuniore miraculū? ℟. Vidē. 107. Lec. ix.

Et venit Nazareth, & erat subditus illis. Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? Et miramur si patri defert, qui subditur matri? Non vtiq; infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est. Attollat licet sęuis emissus latebris coluber perfidię caput, & serpentinis euomat venena pectoribus: cū dicit se filius missū: maiorē hęreticus appellat patrē: vt imperfectū filiū dicat, q potest habere maiorē, vt alienis auxilijs asserat cū, qui mittit, indigere. ℟. Remāsit puer. 113. &c.

Oro. Uota qs dne. vtsu. in vesp. Deinde fit com. de Epiph. An. Hodie celesti sponso. V. Oes de Saba. R. Aurum et tus. Oro. Deus q hodier. 105. Ad iii. Ca. Fratres obsec. R. bre. Reges Tharsis. V. Omnes de Saba.

Ad Sextam. Capitulum.

Rom. 12. Dico enim p gratiam Dei q data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, nō plus sapere, quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. R. bre. Oes de Saba ve. V. Adorate dnm.

Ad Nonam. Capitulum.

vbi s. Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus, omnia aūt membra non eundē actum habēt: ita multi vnu corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra in Chro Jesu dno nostro. R. Adorate dominū. V. Adorate Deum.

Ad Vesp. An. Ante luciferū genitus. cū rel. An̄is, et R. ... Vesp. de Epiph. Ca. Fres obsec. vos. Hym. Hostis Hero. 105. V. Reges Tharsis. Ad Ma. An. Fili qd fecisti nobis sic? ego et pr tuus dolētes q̄rebam⁹ te. Quid est qd me q̄rebatis? nesciebatis, q in his, q̄ patris mei sunt, oportet me esse? Oratio. Uota qs dne. Et fit cō. de Epiph. An. Tribus miraculis. V. Omnes de Saba. Oro d Epiph. De⁹ q hod. 105. Si octaua Epiphanie in Dnica venerit, nihil p̄sus fit de dnica.

In oct. Epiph. In p̄mis vesperis omnia dicūt, sicut in vigil. Epiphanie, excepta oōne. Oro.



Deus cuius vnigenitus in substātia nre carnis apparuit: presta qs, vt per eū, quē similem nobis foris agnouimus, intus reformari mereamur. Qui tecum viuit. Ad Inuit. Inuit. Chrs apparuit. Hym. Hostis Herod. 105. An. Afferte dno. cū rel. sicut in die Epiph. p̄ter lcō. In i. noc. legunt lect. q occurrūt fm superiorē rub. R. j. Hodie in Jordane. 106. R. ij. In columbe specie. 106. R. iij. Reges Tharsis et insule. Sermo S. Greg. Nazian. L. iiii.

Non possum cohibere letitie voluptatem, sed mente extollor, et afficior: et p̄prie pusillitatis oblitus, officiū magni Johānis, immo poti⁹ famulatū subire p̄tēdo, vel gestio: et licet non sim precursor, de eremo tñ venio. Chrs ergo illuminat, immo potius fulgore suo nos illuminat, Chrs baptizat, simul et nos descēdam⁹, vt cū ipso pariter ascēdam⁹. R. Illuminare. 106. Lc.

Johannes baptizat, et accedit Jesus, sanctificās qdē et ipsū, qui baptizat, p̄cipue tñ, vt et veterē Adā sepeliat in aqs: et ante oia vt p hec sanctificent aque Jordanis: vt sicut erat spiritus et caro, ita et his, qui bapti-

zandi erāt, in spiritu, et aqua sāti ctificationis successio traderet. Non suscipit Baptista, et contendit Jesus, Ego, inquit, opus habeo a te baptizari. Lucerna dicit ad Solem, et vox loquitur ad Verbū. ℟. Oēs de Saba. L. vi.

Ascendit Jesus de aqua, secum quodāmodo demersum educens, et eleuās mundū: et vidit nō diuidi cęlum, sed aperiri, quod sibi ac nobis post se aliquādo Adā ille cōcluserat: sicut et ignea rhōphęa paradisus fuerat conclusus. Spūs sanctus testimoniuz perhibet. Similia nanqz sibi ipsa concurrunt. De cęlo testimoniuz defertur, inde enim erat ille, cui testimonium perhibetur. ℟. Magi veniunt.

Lcō scī euāg. sm̄ Johan. Le. vij.

ca. i. In illo tempore: Vidit Johannes Jesuz venientē ad se: et ait: Ecce agnus Dei, ecce q tollit peccata mūdi. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini epi.

Anteqz venisset dñs, vt baptizaret a Johanne in Jordane, nouerat euz illis vocibus, vbi ait. Tu ad me venis baptizari: ego a te dbeo baptizari. Sed ecce dñm nouerat, nouerat filiū Dei. Unde pbamus, qiā nouerat quia ipse baptizaret in spiritu sancto? Antequā veniret ad fluuiū, cū multi ad Johannē currerent baptizari ait illis: Ego quidē baptizo vos in aqua, qui aūt post me venit, maior me est, cui⁹ nō sū dignus corrigiā calciamēti soluere: ipse vos baptizabit in spū sctō, et igni. Jam et hoc nouerat. ℟. Stella quā. 107. L. viij.

Quid ergo p columbā didicit? ne mēdax postea inueniret (qd̄ auertat a nobis De⁹ opinari) nisi quandā pprietatez in Christo talem futurā, vt quāuis multi ministri baptizaturi essent, siue iusti, siue iniusti, non tribueret sctitas baptismi, nisi illi sup quē descendit colūba, de quo dictū est, Hic est q baptizat in spū sctō. Petrus baptizet, hic est, q baptizat. Paul⁹ baptizet: hic est q baptizat. Nam si pro diuersitate meritoꝝ, baptisma sanctum est: qꝛ diuersa sunt merita, diuersa erūt baptismata: et tanto quisqz aliqd melius putatur accipere, quāto a meliore videtur accepisse. ℟. Videntes. L. ix.

Ipsi spiritales sancti, intelligite fratres mei, boni pertinentes ad columbā, pertinētes ad sortez ciuitatis illius Jerusalez, ipsi boni in Ecclesia de quibus dicit Apostol⁹. Nouit dñs, qui sunt eius: diuersarum gratiarū sunt non oēs paria merita habent. Sunt alij alijs sanctiores, sunt alij alijs meliores. Quare ergo, si vn⁹ ab illo, verbi gratia, iusto, sancto baptizet, ali⁹ ab alio inferioris meriti apud deū, inferioris grad⁹, inferioris cōtinentię,

nebtię, inferioris vitę, vnũ tamẽ, ⁊ par, ⁊ ęquale est q̃d acceperũt, nisi quia hic est, qui baptizat?

Ad lau. ⁊ p hor. ⁊ ad vs. oia dñr sicut i die Epiph. excepta oione. Si oct. Epiph. i sabbatho vene/rit, in ij. vespe. octaũt cõme. Dñi/cę ij. post Epipha. ¶ Qñ autez lxx. venerit in prima dñica post oct. Epiph. tũc in j. Sabbã. post oct. nõ impedito festo ix. lec. alio qñ j. die post oct. fiat offĩm de fer. i qua ferta Dñicę ij. post Epiph. primo ponunt, ⁊ tres lec. legunt d hom. eiusdẽ dñicę cũ ei⁹ añ. ad Bñs ⁊ Oione. Festũ vo semid. in ea occurrẽs, transfertur in pri mã diẽ similiter non impeditaz.

DOMINICA PRIMA. post Epiphaniam.

Que est infra octauam legitur Epistola prima ad Corinthios fm superiorem rubr. 114. L. j.



Aulus vocatus aplus Jesu Chri p volũtatẽ Dei, ⁊ Sosthenes fra/ter ecclesię dei, q̃ est Corinthi san/ctificatis in Christo Jesu voca/tis sanctis, cuz omnibus qui in/uocãt nomen domini nostri Je/su Christi in omni loco ipsoruz, ⁊ nostro: gr̃a vobis, ⁊ pax a Deo patre nostro, ⁊ dño Jesu Chri/sto. R. Hodie in Jor. 106. L. ij.

Gratias ago Deo meo sem per pro vobis, in gr̃a Dei q̃ data est vobis in Chro Jesũ: q in oĩbus diuites facti estis in illo: in oĩ verbo, ⁊ in oĩ scientia, sicut testimoniũ Chri confirma tum est in vobis, ita vt nihil vo/bis desit in vlla gratia expectan tibus reuelationẽ dñi nostri Je su Chri, q ⁊ cõfirmabit vos vsqz in finẽ sine crimine: in die aduẽ/t⁹ dñi nostri Jesu Chri. Fidelis Deus per quẽ vocati estis in so/cietatẽ filij eius Jesu Christi do mini nostri. R. In colũbę. L. iij.

Obsecro autez vos fratres per nomẽ dñi nostri Jesu Christi, vt idipsum dicatis oẽs, ⁊ non sint in vobis schismata. Si tis autẽ perfecti in eodez sensu, ⁊ in eadẽ scientia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab ijs, qui sunt Chloes, q: cõtentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, q̃d vnusquisque ve/strũ dicit: Ego quidẽ sum Pau/li, ego autem Apollo, ego vero Cephę, ego autem Christi. Di/uisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est p vobis? aut i noie Pauli baptizati estis? R. Reges Thar. In ij. ⁊ iij. noc. lect. de sermone occurrenti, viã.

FERIA SECVNDA.

De epistola j. ad Corinth. L. j.

Sic nos existimet homo, vt 4. ca. ministros Christi, ⁊ dispen satores mysteriorum Dei. Hic iam quęritur inter dispensato/res, vt fidelis quis inueniatur.

Mihi autē pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neqʒ me ipsum iudico. Nihil enim mihi ɔscius suʒ, sed nō in hoc iustificat⁹ suʒ. Qui autem iudicat me Dñs est. Lectio ij.

Itaqʒ nolite ante tēpus iudicare, quoadusque veniat dñs: qui ⁊ illuminabit abscōdita tenebrarū, ⁊ manifestabit cōsilia cordiū: ⁊ tūc laus erit vnicuique a Deo. Hęc aūt fratres trāsfiguraui in me, ⁊ Apollo ꝑpter vos, vt in nobis discatis, ne supra quā scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quis eniʒ te discernit? Quid autē habes qđ non accepisti? si auteʒ accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Jam saturati estis, iā diuites facti estis? sine nobis regnatis, ⁊ vtinam regnetis, vt ⁊ nos vobiscum regnemus. Lectio iij.

Puto eniʒ, quod Deus nos ap̄los nouissimos ostendit tanq̄ʒ morti destinatos: quia spectaculū facti sum⁹ mundo, ⁊ angelis, ⁊ hominibus. Nos stulti ꝑpter Christū, vos auteʒ prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hāc horam, ⁊ esurimus, ⁊ sitimus, ⁊ nudi sum⁹, ⁊ colaphis cędimur, ⁊ instabiles sumus, ⁊ laboramus operātes manibus nostris. Maledicimur, ⁊ benedicimus: ꝑsecutionē patimur, ⁊ sustinemus.

FERIA TERTIA. In

De ep̄la prima ad Corinth. Lc. j.

Omnino auditur inter vos 5.ca.
fornicatio, ⁊ talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: ⁊ non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestruʒ, qui hoc opus fecit? Ego quidem absens corpore, pręsens aūt spiritu, iam iudicaui vt pręsens, eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Jesu Christi cōgregatis vobis, ⁊ meo spiritu, cum virtute dñi Jesu tradere huiusmodi hominē satanę in interitum carnis, vt spiritus salu⁹ sit in die domini nostri Jesu Christi. Lc. ij.

Non est bona gloriatio vestra. Nescitis q2 modicum fermentuʒ totā massam corrumpit? Expurgate vetus fermētū, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Jtaqʒ epulemur, non in fermento veteri, neqʒ in fermento malitię ⁊ nequitię, sed in azymis sinceritatis, ⁊ veritatis. Lectio tertia.

Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs. Non vtiqʒ fornicarijs, huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mūdo exisse. Nunc auteʒ scripsi vobis non commisceri: si is qui frater

ter

ter nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum huiusmodi nec cibum sumere.

FERIA QVARTA.

De ep'la prima ad Corinth. R. j.

ca.6. AVdet aliquis vestrum habens negociū aduersus alterum iudicari apud iniquos, et non apud sanctos? An nescitis, quōd sancti de hoc mundo iudicabunt? Et, si in vobis iudicabitur mūdus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quōd angelos iudicabimus? quanto magis sęcularia? Sęcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiā vestram dico. Sic nō est inter vos sapiēs quispiā, qui possit iudicare inter fratrē suū? sed frater cū fratre iudicio cōtēdit, et hoc apud infideles. R. ij.

IAm quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare nō magis fraudē patimini? Sed vos iniuriam facitis, et fraudatis, et hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnū Dei nō possidebunt? Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis seruiētes: neque adulteri, neque molles, neque masculorū concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et hęc aliquando quidē fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine domini nostri Jesu Christi, et in spiritu Dei nostri. Lectio iij.

OMnia mihi licēt, sed non omnia expediūt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, et venter escis: Deus autē et hūc et has destruet. Corpus autem non fornicationi, sed dn̄o, et dn̄s corpori. Deus vero et dn̄m suscitauit, et nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis quōd corpora vestra mēbra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi faciā membra meretricis? Absit. An nescitis, quōd qui adhęret meretrici vnū corpus efficitur? Erūt enim (inquit) duo in carne vna. Qui autē adhęret dn̄o, vnus spiritus est. Fugite fornicationem.

FERIA QVINTA.

De ep'la prima ad Corinth. R. j.

DE quibus autē scripsistis mihi: bonū est homi mulierem nō tāgere. 7. ca. Propter fornicationē autē vnusquisque suā vxorē habeat, et vnaquęque suum virum habeat. Vxori vir debitum reddat: similiter autē, et vxor viro. Mulier sui corporis potestatē non habet, sed vir: similiter autem et vir sui corporis potestatē nō habet, sed mulier. Lectio ij.

Nolite

Nolite fraudare inuicē, nisi forte ex cōsensu ad tēpus vt vacetis orōni: ⁊ iterū reuertimini in idipsū, ne tētet vos sathanas ꝑ incōtinentiā vrām. Hoc aūt dico ꝫm indulgentiā, ⁊ non ꝫm imperiū. Volo aūt oēs homines esse sicut me ipsum. Sed vnusquisqꝫ propriū donū habet ex Deo, alius quidē sic, alius vero sic. Dico aūt non nuptis, ⁊ viduis: bonū est illis si sic permanserint, sicut ⁊ ego: quod si non se cōtinent nubāt: melius est enim nubere, quam vri. Lectio iij.

His autem, q matrimonio iuncti sunt, ꝑcipio, nō ego sed dñs, vxorē a viro, non discedere: quod si discesserit manere innuptā aut viro suo recōciliari: ⁊ vir vxorē nō dimittat. Nā cęteris ego dico, nō dñs. Si qs frater vxorē habet infidelē, ⁊ hęc ꝯsentit habitare cū illo, nō dimittat illā. Et si qua mulier, habet virū infidelē, ⁊ hic cōsentit habitare cū illa, nō dimittat virū. Sāctificatus est enim vir infidelis ꝑ mulierem fidelem, ⁊ sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filij vrī immundi essent, nunc autem sancti sunt.

FERIA SEXTA.

De Epistola i. ad Corinth. Le j.

ca.13. Si linguis hominū loquar, ⁊ angelorum, charitatem autē nō habeā: factus sum velut ęs sonās, aut cymbalū tinniens. Et si habuero prophetiā ⁊ nouerim mysteria oia, ⁊ oēm scientiam: ⁊ si habuero oēm fidē, ita vt montes trāsferā, charitatem autem non habuero, nihil sum: Et si distribuero i cibos pauperum omnes facultates meas, ⁊ si tradidero corpus meum, ita vt ardeā, charitatē aūt nō habuero, nihil mihi prodest. Lectio ij.

Charitas patiens est, benigna est. Charitas, nō ęmulat, nō agit ꝑperā, non inflatur; nō est ambitiosa, nō quęrit, quę sua sunt, non irritat non cogitat malū: nō gaudet sup iniqtate, cōgaudet autem veritati. Oia suffert, omnia credit, omnia sperat omnia sustinet: Charitas nunquā excidit: siue prophetię euacuabūtur: siue linguę cessabūt; siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, ⁊ ex parte prophetamus. Cum autē venerit quod perfectum est, euacuabitur qd ex parte est. L. iij.

Cum essē paruul⁹, loquebar vt paruulus, sapiebā vt paruulus, cogitabā vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacuaui quę erant paruuli. Videmus nūc per speculum in ęnigmate, tunc autē facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte, tunc autē cognoscam, sicut ⁊ cognitus sum. Nunc autē manent fides, spes, charitas: tria hęc maior autem horum est charitas.

SABBATHO

De epla prima ad Corinth. C. j.

C.16. De collectis autẽ quę fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesijs Galatię, ita & vos facite. Per vnã sabbathi, vnusquisqȝ vrm apud se reponat, recondẽs qđ ei bene placuerit, vt nõ, cũ venero, tunc collectę fiant. Cũ aũt pręsens fuero, quos probaueritis p epistolas, hos mittã perferre gratiam vestraȝ in Jerusalẽ. Quod si dignum fuerit vt & ego eam, mecum ibunt. Lcõ secũda.

Veniã autẽ ad vos, cũ Macedoniã ptrãsiero: nã Macedoniã ptrãsibo, apud vos aũt forsitã manebo, vel etiã hyemabo, vt vos me deducatis quocunque iero. Nolo enim vos modo in trãsitu videre: spero eniȝ me aliquantuluȝ temporis manere apud vos si dñs permiserit: permanebo autem Ephesi vsqȝ ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum, & euidens, & aduersarij multi. Le. iij.

Si autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos: opus enim dñi operaẽ sicut & ego. Ne qs ergo illũ spernat. Deducite aũt illũ i pace, vt veniat ad me: expecto eniȝ illũ cũ fratribus. De Apollo autem fratre, vobis notũ facio, qñ multum rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus, & vtique non fuit voluntas eius, vt nunc veniret: veniet autẽ cũ ei vacuũ fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini: omnia vestra in charitate fiant.

Sabbatho j. post octa. Epipha. Ad vespe. oia pręter orõnem, vt in Psalt. quod seruatur in alijs Sabbathis vsqȝ ad Septuage.

¶ Pro Dominica ij. Oratio.




Omñps sempiterne deus, q cęlestia simul, & terrena moderaris: supplicationes populi tui clemẽter exaudi: & pacẽ tuam nostris ɔcede tpibus. Per. Reliq̃ sũt cõ. ibidẽ posite i psal.

DOMINICA II. post Epiphaniam.

Omnia vt in Psalterio, pręter ea quę hic sunt propria.

Incipit epla ij. ad Corinth. C. j.



Paulus aplus Jesu Chri p voluntateȝ Dei, & Timotheus frater ecclesię Dei, quę est corinthi cũ oibus sanctis, q sunt in vniuersa Achaia: grã vobis & pax a Deo pře nřo, & dño Jesu Chro. Bñdictus Deus & pr dñi nostri Jesu Chri, pater misericordiarũ, & Deus totius ɔsolationis, q consolaẽ nos in oi tribulatione nřa: vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pręssura sunt, per exhortationẽ, qua exhortamur & ipsi a Deo: qñ sicut abundãt passiones Christi in nobis, ita, &

per

per Chrm abundet consolatio nostra. R. D ne ne in ira tua arguas me, neq3 in furore tuo corripias me. Miserere mei dñe, qm̃ infirm9 sū3. V. Timor et tremor venerunt sup me: et cōtexerūt me tenebre. Miserere. L. ij.

Siue autē tribulamur pro vestra exhortatione, et salute: siue ɔsolamur, p vestra ɔsolatiōe, et salute: siue exhortamur p vestra exhortatione, et salute: que operatur tolerātiam earundem passionum, quas et nos patimur, vt spes nostra firma sit p vobis: sciētes, qm̃ sicut socij passionū estis, sic eritis et cōsolationis. R. D eus q sedes sup thronum, et iudicas equitatē, esto refugium pauperu3 in tribulatione. Quia tu solus laborem et dolorem consideras. V. Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Quia tu L. iii.

Non eni3 volum9 vos ignorare, fratres, de tribulatione nostra que facta est in Asia, qm̃ supra modū grauati sumus, supra virtute3, ita vt tederet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, et eruit, in quem speramus, qm̃ et adhuc eripiet adiuuātibus et vobis in oratione pro nobis: vt ex multaꝝ psonis faciebus, eius, que in nobis est donationis, p multos gratie agant pro nobis. R. M e dextris est mihi domin9, ne cōmouear. Propter hoc dilatatum est cor meum, et exultauit lingua mea. V. Dñs pars hereditatis mee, et calicis mei. Prop. G lo. Prop. Sermo S. Iochā. Chriso. L. iiij.

Beati Pauli eplarū lcōnes assidue dū ausculto, perq3 hebdomadas singulas bis, sepe, et ter, et quater sctōꝝ martyꝝ memorias celebram9 gaudio exulto: interim tuba illa spūali p fruēs, exurgo quidē, et desiderio incalesco, vocē mihi amicā agnoscēs: et fere p̄sentē ipsu3 aio intueri, et differentem videre videor. Idē tamē pro dolore discrucior hoc ipso, q virū hūc nō oēs, sicut par est, intelligunt: ita illum nōnulli ignorāt, vt ne eplaru3 quidem eius numerum plane norint. Hoc vero non ignorantia facit, sed q nolint beati huius viri scripta assidue in manib9 habere. R. N otas mihi fecisti domine vias vite: Adimplebis me letitia cu3 vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq3 in fine3. V. Tu es, q restitues hereditatē meam mihi. Adimplebis. L. v.

Neq3 enim nos, que scimus, ab ingenij bonitate atque acumine scimus: sed q illi nos viro impense affecti, ab illius lectione nunq̄3 discedimus: sigdē, qui

qui amant ij ante oẽs eorũ facta
norunt, quos amãt, vt qui de ijs
ipsis sint soliciti: id qđ beat⁹ hic
veluti ostendẽs ad Philippẽses
ait: Sicut est mihi iustũ, vt hoc
de vobis oibus sentiã, eo ꝙ ha
beam vos in corde: ⁊ in vinculis
meis, ⁊ in defensione, ⁊ cõfirma/
tione euãgelij. ℟. Diligam te
dñe virtus mea, dñs firmamen/
tum meũ. Et refugium meũ. ℣.
Liberator meus, Deus meus,
adiutor meus. Et refugiũ. L. vi.

Quapropter si ⁊ vos quo/
que in aium induxeritis,
huius lectioni studiosam, ac dili
gẽtẽ opã nauare, nihil sane erit
quod aliud requirẽdũ vobis sit:
verax est enim Christi sermo dicẽ
tis: Quęrite, ⁊ inuenietis: pulsa
te, ⁊ aperietur vobis. Cęterum,
qñdoquidẽ complures ex ijs, q
huc nobiscũ cõuenere, ⁊ libero
rũ educationẽ, ⁊ vxoris curã, ⁊
familię prouidentiã suscepere,
ob idq; totos sese huic labori da
re non sustineãt: attamẽ ipsi vos
excitantes comparate ad ea de/
mum capienda, quę alij college
rint, studij tantundẽ ijs, quę di/
cta fuerint auscultandis, quan/
tum pecunijs colligẽdis, imper/
tientes: nam etsi turpe sit, tan/
tũ studij a vobis exigere, opta/
bile tamen esset, si tantum saltẽ
tribuatis. ℟. Dñi est terra, ⁊
plenitudo eius, Orbis terrarũ,
⁊ vniuersi, qui habitant in eo.
℣. Ipse sup maria fundauit eã;
⁊ super flumina pręparauit illã.
Orbis terra. Gloria. Orbis.
Lcõ sci euã. sm Ioãnẽ. L. vii.

In illo tpe: Nuptię factę sũt 2. ca.
in Cana Galileę, ⁊ erat mr̃
Iesu ibi. Vocatus est aũt Iesus,
⁊ discipli ei⁹ ad nuptias. E. cet.
Homilia sancti Augustini epĩsc.

Quod dñs inuitatus vene
rit ad nuptias; etiã exce
pta mystica significatiõe ꝯfirma
re voluit, ꝙ ipse fecit nuptias.
Futuri enim erãt de qbus dixit
Apostolus, prohibẽtes nubere,
⁊ dicentes, ꝙ male essent nuptię,
⁊ ꝙ diabolus eas fecisset: cũ idẽ
dominus in euãgelio, interroga
tus, vtrũm liceat homini dimit/
tere vxorẽ suam ex qualibet cau
sa responderit, non licere, exce/
pta causa fornicationis. In qua
responsione, si meministis, hoc
ait: Quod Deus ꝯiunxit, homo
non separet. ℟. Ad te domine
leuaui aiam meã. Deus meus in
te confido, non erubescã. ℣. Cu
stodi animam meã, ⁊ eripe me.
Deus meus in te cõfido. L. viij.

Et q bene eruditi sunt in
fide catholica nouerũt, ꝙ
Deus fecerit nuptias, ⁊ sicut cõ
iugium a Deo, ita diuortium a
diabolo sit. Sed ꝓpterea in cau
sa fornicatiõis licet vxorẽ dimit/
tere: quia ipsa esse vxor prior no/
luit: quę fidẽ cõiugalẽ marito
nõ seruauit. Nec illę quę virgini
tatem

tatē Deo vouēt, quāquā amplio rē gradu3 honoris, 7 sanctitatis in ecclesia teneant, sine nuptijs sunt: na3 7 ipse pertinent ad nuptias cū tota ecclesia, in quibus nuptijs spōsus est Christus. ℟. Duo Seraphim clamabant alter ad alterū: Sanctus, sanctus, sanct⁹, Dñs De⁹ sabaoth: Plena est omnis terra gloria ei⁹. ℣. Tres sunt, qui testimoniu3 dant in celo, Pater, Verbum, 7 Spiritus sanctus: Et hi tres vnum sunt. Sanctus, Gloria. Plena. Hoc ℟. semp dr̄ octauo loco ab hac dñica vsq3 ad Septuag. 7 a iij. dñica post Penteco. vsq3 ad Aduen. in dñicis tantum. Lc. ix.

Hec per hoc ergo dñs inuitatus venit ad nuptias, vt cōiugalis castitas firmaret, 7 ostenderet sacramentu3 nuptiarū: q2 7 illarū nuptiaru3 spōsus personā dñi figurabat, cui dictum est: Seruasti vinū bonum vsq3 adhuc. Bonum enim vinu3 Christus seruauit vsq3 adhuc, idest euāgeliū suū. Ad Lau. vt i psal. Ad Bñd. Añ. Nuptię factę sunt i Cana Galilęę, 7 erat ibi Jesus cum Maria matre sua. Oratio. Omnipotens sempiterne. 118. Deinde fiunt commem. vt i. in Vesp. sabbathi. Ad horas, 7 vesper. oia, vt in psalter. de dñica. Ad M. Añ. Deficiēte vino iussit Jesus impleri hydrias aqua, quę i vinū ꝯuersa est, hal. Oro. Omnipotens sempiterne. 118. Deinde suffragia vt supra.

FERIA SECVNDA.

Et in alijs fe. vsq3 ad Septuag. quando occurrerit fieri de feria sit officium, vt in psalterio, exceptis his quę sunt propria. Dio vero dicitur de dñica precedenti, 7 fit officiū sicut in psalterio. De epla ii. ad Corinth. Lect. j.

Incipimus iterū nosmetipsos cōmendare? aut nūqd egemus, sicut qdā, cōmēdatitijs epistolis ad vos aut ex vobis? Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quę scitur, 7 legit ab oibus hominibus: manifestati q epla estis Christi: ministrata a nobis, 7 scripta: non atramento, sed spū Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. ℟. Quā magna multitudo dulcedinis tuę dñe, Quā abscondisti timentibus te. ℣. Et perfecisti eis, qui sperāt in te dñe, in conspectu filiorum hominum. Quam. Lcō ij. 3.a

Fiduciā autem tale3 habemus per Christū ad Deū non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Qui 7 idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nō litera, sed spiritu. Litera eni3 occidit, spiritus aute3 viuificat. Quod si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit

fuit in glória, ita vt non possent, intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quę euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gl'ia? ℟. Adiutor meus esto Deus. Ne derelinquas me. ℣. Neq3 despicias me Deus salutaris meus. Ne derelin. L. iij.

Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium iustitię in gloria. Nam nec glorificatũ est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriaz. Si enim quod euacuatur, per gloriaz est: multo magis qđ manet in gloria est. Habentes igit talẽ spez, multa fiducia vtimur: ⁊ nõ sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt nõ intenderẽt filij Israel in faciem eius qđ euacuat, sed obtusi sunt sensus eoꝝ: Usq3 in hodiernuz enim diem idipsum velamen in lectiõe veteris testamẽti manet non reuelatũ, qm̃ in Chr̃o euacuat. ℟. Benedicã dñm in omni tempore: Semper laus eius i ore meo. ℣. In domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, ⁊ lętentur. Semper laus.

FERIA TERTIA.

De ep'la scd'a ad Corinth. Lc. j.

ca. 5. Scimus enim, qm̃ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ędificationez ex Deo habemus, domũ nõ manufactã, sed ęternã in cęlis. Nã ⁊ in hoc ingemiscimus habitationẽ nr̃am, q̃ de cęlo est, supinduí cupiẽtes: si tñ vestiti, ⁊ nõ nudi inueniamur. Nã ⁊ q sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: eo ꝙ nolumus expoliari, sed supuestiri, vt absorbeat qđ mortale est a vita. ℟. Auribus percipe Deus lacrymas meas, ne sileas a me, remitte mihi: Qm̃ icola ego sũ apud te, ⁊ peregrin⁹. ℣. Cõplaceat tibi, vt eripias me dñe: ad adiuuãdũ me festina. Qm̃. L. ij.

Audẽtes igit semp, ⁊ scientes, qm̃ dũ sum⁹ in hoc corpore, peregrinamur a dñõ, (p fidez enim ambulam⁹, ⁊ nõ p speciẽ) audem⁹ autẽ ⁊ bonã volũtatẽ habemus magis peregrinari a corpore, ⁊ p̃sentes esse ad dñz, ⁊ ideo ɔtẽdim⁹ siue absentes, siue p̃sentes, placere illi. Oẽs eniz nos manifestari oportet ante tribunal Chr̃i, vt referat vnusq̃sq3 propria corpis prout gessit, siue bonũ, siue malũ. ℟. Statuit dñs supra petrã pedes meos, ⁊ direxit gressus meos de⁹ meus. Et misit in os meũ cãticũ nouũ. ℣. Exaudiuit p̃ces meas, ⁊ eduxit me de lacu miserię. Et mi. L. iij.

Scientes ergo timorẽ dñi hominib⁹ suadem⁹, Deo autẽ manifesti sum⁹. Spero autem ⁊ in conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterũ cõmenda

mendamus nos vobis, sed occa/sionem damus vobis gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos q in facie gloriantur, ⁊ non in corde. Siue enim mête excedimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis. Charitas enim Chri vrget nos: estimantes hoc, qm̃ si vnus pro oibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, ⁊ pro oibus mortu⁹ est Christus: vt ⁊ qui viuunt, iaȝ nô sibi viuât, sed ei: qui pro ipsis mortuus est, ⁊ resurrexit. ℞. Ego dixi, dñe miserere mei. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me dñe. Sana.

FERIA QVARTA.

De epistola ij. ad Corinth. L. j.

7 Has igitur habentes promissiones carissimi, mundemus nos ab oi inquinamento carnis ⁊ spiritus perficientes sanctificationeȝ in timore Dei. Capite nos. Neminê lesimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad côdem nationem vestram dico: prędixi mus enim, q in cordibus nostris estis ad cômoriendum, ⁊ ad con uiuendum. ℞. Ne perdideris me cũ iniquitatibus meis. Neqȝ in finê irat⁹ reserues mala mea. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe. Neqȝ in fi. L. ij.

Multa mihi fiducia est a/pud vos, multa mihi gloriatio p vobis. Repletus sũȝ côsolatione, superabundô gaudiô in omni tribulatione vestra. Nã ⁊ cũ venissemus in Macedoniã, nullã requiem habuit caro nostra, sed oẽm tribulationeȝ passi sumus: foris pugnę, intus timores. Sed qui côsolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi: non soluȝ autê in aduentu eius, sed ⁊ in côsolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desideriũ, vestrum fletum, vestram ęmulationeȝ pro me: ita vt magis gauderem. ℞. Paratum cor meum Deus, paratũ cor meum: Cantabo ⁊ psalmum dicam dño. ℣. Exurge gloria mea exurge psalterium, ⁊ cithara, exurgam dilu culo. Cantabo ⁊ psal. Lectio iij.

Quoniã etsi côtristaui vos in epistola: non me pęnitet: etsi pęniteret, vidês q epistola illa (etsi ad horã) vos contristauit. Nũc gaudeo, nô q̃ côtristati estis, sed q̃ côtristati estis ad pęnitentiam. Côtristati enim estis ẜm Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quę enim ẜm Deum tristitia est, pęnitentiam in salutê stabilem operatur: sęculi autem tristitia mortem operatur. ℞. Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es. Deus meus misericordia mea. ℣. Letabor, ⁊ exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. Deus meus mise.

FE

FERIA QVINTA.

De epistola ij. ad Corinth. X.

ca. 10. Ipse autē ego Paulus obsecro vos per mansuetudinē, ꝛ modestiā Chri, qui in facie quidem humilis sum inter vos: absens aūt cōfido in vobis. Rogo aūt vos, ne pręsens audeā p eā cōfidentiā, qua existimo: audere in quosdā qui arbitrantur nos tanq̄ secundū carnē ambulemus. In carne enim ambulantes, nō ſm carnē militamus. R. Deus in te speraui, domine nō cōfundar in ęternum: in iustitia tua libera me, Et eripe me. V. Inclina ad me aurē tuam, ꝛ salua me. Et eripe. Lectio secūda.

Nam arma militię nrę non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionē munitionū, consilia destruentes, ꝛ omnē altitudinē extollentem se aduersus scientiam Dei, ꝛ in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, ꝛ in promptu habentes vlcisci oēm inobediētiam, cum impleta fuerit vestra obediētia. Quę ſm faciē sunt, videte. Siquis confidit sibi Chri se esse, hoc cogitet iterū apud se: quia sicut ipse Christi est, ita ꝛ nos. R. Repleat̄ os meū laude tua, vt hymnū dicā glię tuę: tota die magnitudinem tuā: noli me proijcere in tēpore senectutis, Dū defecerit in me virtus mea: ne derelinquas me.

V. Gaudebunt labia mea cum cātauero tibi. Dum. Lectio iij.

Nam ꝛ si amplius aliqd gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dn̄s in ędificationē ꝛ nō i destructionē vestrā, nō erubescā. Ut autē non existimer tanquā terrere vos p epistolas: qm̄ qdē eplę inquiūt, graues sunt ꝛ fortes, p̄sentia aūt corporis infirma, ꝛ sermo ɔtēptibilis: hoc cogitet, q eiusmodi est, q: quales sum⁹ verbo p epistolas absentes: tales ꝛ p̄sentes in facto. Nō enī audem⁹ iserere, aut ɔparare nos quibusdā q seipsos cōmēdāt, sed ꝛ ipsi in nobis nosmetipsos metiētes, ꝛ cōparātes nosmetipsos nobis. R. Gaudebunt labia mea cū cantauero tibi: Et anima mea quam redemisti dn̄e. V. Sed ꝛ lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam. Et anima.

FERIA SEXTA.

De epla ij. ad Corinthios. Xij.

Si gloriari oportet, non expedit qdē; veniā autē ad visiones, ꝛ reuelationes domini. 12. ca.
Scio hoiem i Chro ante annos quatuordecī (siue in corpe, siue extra corp⁹, nescio, De⁹ scit) raptū huiusmodi vsq̄ ad tertiū cęlū. Et scio huiusmodi hoiem (siue in corpe, siue extra corpus, nescio, Deus scit) qm̄ raptus est in paradisum ꝛ audiuit arcana verba, quę non licet hoi loqui. R.

℟. Confitebor tibi dñe De⁹ in toto corde meo, ꝛ honorificabo nomẽ tuũ in ęternũ. Quia misericordia tua dñe magna est sup me. ℣. Deus meus es tu, ꝛ confitebor tibi, Deus meus es tu, ꝛ exaltabo te. Quia. Lcõ secũda.

Pro huiusmodi gl'iabor, pro me autẽ nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam ꝛ, si voluero gloriari, nõ ero isipiẽs: veritatem enim dicã. Parco autẽ, ne qs me existimet supra id, qđ videt i me, aut aliqd audit ex me. Et ne magnitudo reuelatio nũ extollat me, datus est mihi sti mul⁹ carnis meę angel⁹ satanę q me colaphizet, pp quod ter dñz rogaui, vt discederet a me: ꝛ dixit mihi: Sufficit tibi grã mea: nam virtus in infirmitate perficitur. ℟. Misericordia tua domine magna est super me, Et liberasti animam meam ex inferno inferiori. ℣. In die tribulationis meę clamaui ad te, quia exaudisti me. Et. Lectio tertia.

Libenter igit̃ gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chri. Propter qđ placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Chro. Cũ enim infirmor, tũc potẽs sũ. Factus sũ isipiẽs, vos me coegistis. Ego enim a vobis debui cõmẽdari. Nihil enim minus feci ab ijs, q sunt supra modũ apli, tamẽ etsi nihil sum. ℟. Fact⁹ est mihi dñs in refugiũ. Et de⁹ me⁹ in auxiliũ spei meę. ℣. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, ꝛ factus est dñs ptector meus. Et.

SABBATHO.

Solet fieri de beata Maria.

De eplã ij. ad Corinthios. Lc. j.

Ecce tertio hoc venio ad vos: vt in ore duorum, vel triũ testium stet omne verbum. 13. ca.
Predixi enim, ꝛ prędico, vt pręsens vobis, ꝛ nunc absens his, qui ante peccauerunt, ꝛ cęteris omnibus, qm̃ si venero iterum, non parcam. An experimentũ quęritis eius, qui in me loquit̃ Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam ꝛ si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Nam ꝛ nos infirmi sumus in illo: sed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis. Lectio secũda.

Uosmetipsos tẽtate, si estis in fide: ipsi vos pbate. An non cognoscitis vosmetipsos, qꝛ Christus Jesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. Spero autem ꝙ cognoscitis, qꝛ nos nõ sumus reprobi. Oramus autem Deum, vt nihil mali faciatis, nõ vt nos probati pareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autẽ vt reprobi simus. Nõ enim possumus aliquid aduersus veritatẽ, sed p veritate. Gaudemus

demus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc et oramus vestram consummationem. Lectio tertia.

Ideo hec absens scribo, vt non presens durius agam secundum potestatem, quam dñs dedit mihi in edificationem, et non in destructionem. De cetero fratres gaudete: perfecti estote, exhortamini, idem sapite: pacem habete, et Deus pacis, et dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos sancti. Gratia dñi nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

Ad vespe. Pro Dñica iij. Oro.



Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tue maiestatis extende. Per dominum nostrum.

DOMINICA TERTIA, post Epiphaniam.

Ad Matut. oia vt in Psalterio. Incipit Epistola beati Pauli apostoli ad Galatas. Lectio j.



Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis, et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatie. Gratia vobis et pax a Deo patre nostro, et dño Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de presenti seculo nequam secundum voluntatem Dei, et patris nostri, cui est gloria in secula seculorum. Amen. ℟. Dñe ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me: Miserere mei dñe quoniam infirmus sum. ℣. Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebre: et dixi. Misere. Feria ouar. de Dñica precedenti in omnibus dñicis vsque ad Septua. Lectio ij.

Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, et volunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de celo euangelizet vobis, preterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prediximus, et nunc iterum dico: Siquis vobis euangelizauerit preter id, quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an Deo? an quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem. ℟. Deus qui sedes super thronum, et iudicas equitatem: esto refugium pauperum in tribulatione. Quia tu solus laborem et dolorem consideras. ℣. Tibi enim derelictus est pauper: et pupillo tu eris adiutor. Quia. Lectio iij.

Otũ enim vobis facio fratres euangeliũ, quod euãgelizatũ est a me, quia nõ est sm hominem: neque enim ego ab homine, accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Jesu Christi. Audistis enim cõuersationem meã aliquando in Judaismo, qñ supra modũ persequebar Ecclesiam Dei, et expugnabam illã, et proficiebã in Judaismo supra multos coętaneos meos in genere meo abũdãtius ęmulator existẽs paternarũ mearum traditionũ. Re. A dextris est mihi dñs, ne commouear. Propter hoc dilatatum est cor meũ: et exultauit lingua mea. Ve Domin⁹ pars hereditatis meę: et calicis mei. Prop. Glo. Pro. De expositione S. Augustini epi in eplaꝫ ad Galatas. Le. iiij.

Ausa propter quã scribit aplš ad Galatas, hęc est: vt intelligãt gratiã Dei iã d se iã agere, vt sub lege iã nõ sint. Cũ eniꝫ pdicta eis esset euãgelij gra: non defuerunt quidam ex circuncisione, quãuis Christiani nomine, nondum tamen tenentes ipsum gratię beneficium, et adhuc volentes esse sub oneribus legis quę dñs Deus imposuerat, non iustitię seruientibus, sed peccato, iustam scilicet legem iniustis hominibus dando, ad demonstranda peccata eorum, nõ auferenda. Non enim aufert peccata nisi gratia fidei, quę p dilectionẽ operat. Re. Notas. 118. Le. v.

Ab hac ergo gra iaꝫ Galatas cõstitutos illi volebãt cõstituere sub onerib⁹ legis, asserẽtes nihil eis prodesse euãgeliũ, nisi circũciderent, et cęteras carnales Judaici ritus obseruationes subirẽt. Et ideo Paulũ aplm suspectũ habere cęperãt, a quo illis euangelium prędicatum erat tanquã non tenentem disciplinaꝫ cęterorum apostolorum, qui gentes cogebant judaizare. Re. Diligaꝫ te. Lec vi.

ANlis gdẽ qõnio est et in epistola ad Romanos: verũtamen videt aliqd interesse, q ibi cõtẽtionẽ ipsaꝫ dirimit, litemqꝫ cõponit, q̃ inter eos, q ex Judęis, et eos, qui ex gentibus crediderant, orta erat: cum illi tanquaꝫ ex meritis operuꝫ legis sibi redditum euangelij pręmium arbitrarentur, quod pręmium incircuncisis tanquam immeritis nolebant dari: illi contra, Judęis se pręferre gestirent, tanquaꝫ interfectoribus domini. In hac vero epistola ad eos scribit, qui iam commoti erant auctoritate illorum: qui ex Judęis erant, et ad obseruationes legis cogebant. Re. Domini est terra et plenitu. Lcõ scti euã. sꝫ Mattb. Lec vij.

In illo tẽpore: Cum descendisset Jesus de monte, secutę sunt euꝫ turbę multę. Et rel. 8. ca.

Homi

Homilia S. Ori[illegible] exponentis [illegible].

De monte dño descédéti oc currût turbę, q2 ad altiora ascédere nô valuerût: Et primû occurrit ei leprosus, necdû eni poterat cû lepra, tâ multiplici cê in môte saluatore audire sermoné. Et notâdû, q hic primus specialiter curatus est: secundus puer centurionis: tertia, socrus Petri: febriens in Capharnaû: quarto loco, qui oblati sunt ei a demonio vexati: quorum spiritus verbo eijciebat, quando & oês male habentes curauit. R. Ad te dñe leuaui. 119. Lcô viii.

Et ecce lepros? veniés adorabat eû dicés. Recte post pdicationez: atq3 doctrinaz signi offert occasio, vt p virtutû miracula: pteritus apud audiêtes sermo firmef. Dñe, si vis potes me mûdare. Qui volûtaté rogat, de virtute nô dubitat. Et extendés manum Iesus, tetigit eu3, dicés: Uolo, mundare. Extêdente manum, dño, statim lepra fugit. Simulq3 considera, qua3 humilis, & sine iactantia respôsio. Ille dixerat: si vis: dominus respondit, volo: Ille pmiserat, potes me mûdare: domin? iungit, & dicit, mundare. Non ergo, vt pleriq3 Latinorum putant, iungendum est, & legendum, volo mundare, sed separatim, vt primum dicat, volo, deinde imperet mundare. R. Duo seraphim. Lectio ix.

Et ait illi Ies?. Uide nemini dixeris. Et re vera, qd erat necesse, vt sermone iactaret, qd corpore pferebat? Sed vade, ostéde te sacerdoti. Duas ob causas mittit eu3 ad sacerdotes. Primû propter humilitaté: vt sacerdotibus deferre videaf, (erat enim lege pręceptû, vt qui mundati fuerât lepra, offerrent munera sacerdotibus:) deinde, vt mundatû videntes leprosu3: aut crederent saluatori: aut non crederêt. Si crederêt, saluarenf: si nô crederêt, inexcusabiles forent. Et simul, ne, qd in eo sępissime criminabantur, legę3 videretur infringere. Ad Bñs. Añ. Cû descendisset Iesus de monte: ecce leprosus veniens adorabat eum dicens. domine, si vis, potes me mundare: & extendés manum tetigit eum dicens, volo, mundare. Ad Magni. Aña. Domine, si vis, potes me mûdare: & ait Iesus, volo mundare.

FERIA SECVNDA.

De epistola ad Galatas. Lcô j.

O Insensati Galatę qs vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Chr?s, p script? est, & in vobis crucifixus? Hoc solu3 a vobis volo discere: ex operibus legis spiritû accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt cum spiritu cęperitis, nûc carne consummamini? Tanta passi estis sine causa: si 3. ca.

tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spm, et operatur virtutes in vobis, ex opib⁹ legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptū est: Credidit Abrahā Deo, et reputatū est illi ad iustitiā. ℟. Quā ma. 119. Reliqua preterite hebdo. repetantur per ordinē in oibus ferijs vsque ad Septuagesimam. Lectio ij.

COgnoscite ergo, quia q ex fide sunt, hi sunt filij Abrahe. Prouidens autē scriptura, qz ex fide iustificat gentes deus prenunciauit Abrahe: Quia benedicent in te oēs gētes. Igitur, qui ex fide sunt, benedicentur cū fideli Abraham. Quicunqz enim ex operib⁹ legis sunt, sub maledicto sūt. Scriptū est enim: Maledictus ois, q non permāserit in oibus, que scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. L. iij.

QUoniā autem in lege nemo iustificat apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide viuit. Lex autē non est ex fide, sed q fecerit ea, viuet in illis. Christ⁹ nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictū: qz scriptū est. Maledictus ois, qui pēdet in ligno: vt in gentibus bñdictio Abrahe fieret in Chrō Jesu: vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

FERIA TERTIA.

De epistola ad Galatas. Lec. j.

5.1 STate, et nolite iterum iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego Paulus dico vobis, qm̄ si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autē rursus omni homini circuncidenti se, quoniā debitor est vniuerse legis faciende. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Nos eni spū, ex fide spē iustitie expectam⁹. ℟. Aurib⁹ pci. 120. L. ij.

NAm in Christo Jesu neqz circuncisio aliquid valet neqz preputium, sed fides, que per charitatem operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini ɔsenseritis. Persuasio hec nō est ex eo q vocat vos. Modicum fermentū totā massam corrūpit. Ego confido in vobis in dño, q nihil aliud sapietis. Qui autem cōturbat vos portabit iudicium, quicunque est ille. Lectio iij.

EGo autem fratres si circūcisionem adhuc predico, quid adhuc psecutionē patior? ergo euacuatum est scandalum crucis. Utinam abscindātur, q vos cōturbant. Uos enim in libertatē vocati estis fratres, tantum ne libertatē in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod, si inuicem mordetis, et comeditis, videte ne ab inuicem ɔsumamini. Dico

eo autem in Christo, spiritu ambulate, et desideria carnis nõ perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quęcunque vultis illa faciatis.

FERIA QVARTA.

Incipit epla beati Pauli apostoli ad Ephesios. Lectõ prima.



Paulus apostol⁹ Jesu Chri per volũtatẽ Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, et fidelib⁹ in Chrõ Jesu. Gratia vobis et pax a Deo patre nostro, et dño Jesu Chrõ. Benedictus Deus, et pater dñi nostri Jesu Chri, qui benedixit nos in oi benedictione spũali in cęlestib⁹ in Chrõ, sicut elegit nos in ipso, ante mũdi cõstitutionẽ, vt essem⁹ sancti et immaculati in cõspectu eius in charitate. R. He pdideris. 120. L. ij.

Qui prędestinauit nos in adoptionẽ filiorũ, per Jesum Chrm in ipsum, fm propositũ voluntatis suę, in laudem glorię gratię suę, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redẽptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, fm diuitias gratię ei⁹, quę superabundauit in nobis, in omni sapientia, et prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suę, fm beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispẽsatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quę in cęlis, et quę in terra sunt in ipso. Lectio tertia

In quo etiã et nos sorte vocati sumus, pdestinati fm propositum eius, qui operatur omnia fm consilium voluntatis suę: vt simus in laudẽ gloriae eius nos, q ante sperauimus in Christo. In quo et vos cum audissetis verbũ veritatis, euangelium salutis vestrę; in quo et credentes signati estis spiritu pmissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrę, in redẽptionẽ acquisitionis, et laudem gloriae ipsius.

FERIA QVINTA.

De epistola ad Ephesios. Lec. j.

Obsecro itaq; vos ego vinct⁹ in dño, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, et mansuetudine, cũ patientia, supportantes inuicẽ i charitate, soliciti fuare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. 4. ca.
Unũ corp⁹ et vn⁹ spũs, sicut vocati estis i vna spe vocatiõis vrę. Unus dñs, vna fides, vnũ baptisma: Unus Deus, et pr oium, q est sup oes, et per oia, et in oibus nobis. R. Quã magna. 119. L. ij.

Unicuiq; autẽ nostrum data est gratia fm mẽsuram donationis Chri: propter quod dicit: Ascẽdens in altum, captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona

na hominibus. Quod autem a/scendit, quid est, nisi quia descendit primum in inferiores partes terre? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes celos, ut adimpleret omnia. Lectio ii.

Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores, et doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, ut iam non simus parvuli fluctuantes, et circunferamur omni vento doctrine in nequitia hominum, in astutia ad circunventionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia qui est caput Christus.

FERIA SEXTA.

De epistola ad Ephesios. Lec. i.

ca. 5. Estote ergo imitatores dei, sicut filii carissimi, et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, (sicut decet sanctos) aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, que ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Lec. iii. Auribus. 120. Lec. ii.

Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, (quod est idolorum servitus) non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hec enim venit ira Dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre, nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate. Lec. iii.

Fructus enim lucis est in omni bonitate, et iustitia, et veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere. Omnia autem que arguuntur, a lumine manifestantur: omne enim quod manifestatur lumen est: propter quod dicit: Surge, qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.

SABBATHO.

Solet fieri de beata Maria.

De epistola ad Ephesios. Lec. i.

Filii obedite parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, et matrem tuam, (quod est mandatum primum in promissione) ut bene sit tibi: et sis longevus super terram. Et vos patres, nolite provocare ad iracundiam filios vestros, sed educate illos in disciplina, et correptione domini. Lectio ii. 6. ca.

Servi obedite dominis carnalibus cum timore, et tremore,

re, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: nō ad oculum servientes quasi hominibus placētes, sed vt servi Christi faciētes, voluntatē Dei, ex animo cū bona voluntate servientes, sicut domino, & nō hominibus, scientes qm̄ vnusquisq; quodcunq; fecerit bonū, hoc recipiet a domino, sive servus, sive liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quod & illorum & vester dominus est in celis: & personarum acceptio non est apud Deum. Lectio tertia.

De cetero fratres cō fortamini in dño, & in potētia virtutis ei⁹. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare adversus insidias diaboli, qm̄ non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes, & potestates: adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitię in celestibus. Propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.

Ad vesp. Pro Dñica iiij. Oro.

Deus, q nos in tātis periculis constitutos p humana scīs fragilitate nō posse subsistere: da nobis salutē mentis, & corporis: vt ea, quę pro pctīs nr̄is patimur, te adiuvāte vincamus. Per dñm.

DOMINICA IIII. post Epiphaniam.

Incipit Epistola Beati Pauli apostoli ad Philippenses. Ca. i.

Paul⁹, & Timotheus servi Jesu Chri, oībus sanctis i Christo Jesu, qui sunt Philippis cū epīs & diaconibus. Gratia vobis & pax a Deo prē nr̄o, & dño Jesu Christo. Gratias ago Deo meo in oī memoria vestri (semp in cūctis orationib⁹ meis pro oibus vobis cum gaudio deprecationem faciens) super communicatione vestra in euāgelio Christi a prima die vsq; nunc, confidens hoc ipsum, q qui cepit in vobis opus bonum perficiet vsque in diem Christi Jesu: sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis, eo q habeam vos in corde, & in vinculis meis, in defensione & confirmatione euāgelij, socios gaudij mei omnes vos esse. ℟. Domine ne in ira. 118.

Feria ij. mīire post Epipha. Le. ij.

Testis enim est mihi Deus, quomodo cupiam oēs vos esse in visceribus Jesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni sciētia, & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitię per Jesum Christum, in gloriam & laudem

Dei. Scire aũt volo vos fratres qꝛ que circa me sunt, magis ad profectum venerunt euangelij, ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo i omni pretorio, & in ceteris omnibus, vt plures e fratribus in dño cõfidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui. ℟. Deus qui se. Lec. iij.

Quidaꝫ quidẽ & ꝓpter inuidiã & ꝯtentionẽ, quidaꝫ autẽ & propter bonã voluntatẽ Christum predicant. Quidã ex charitate, scientes qꝛ in defensione euãgelij positus sum. Quidam autem ex cõtentione Christum annunciãt non sincere, existimantes pressurã se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo siue per occasionẽ, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo: sed & gaudebo. ℟. A dextris.

Ex libro Moralium sancti Gregorij Pape. Lectio quarta.

Replemus refectionib⁹ corpus, ne extenuatũ deficiat: extenuamus abstinentia, ne nos repletũ premat: vegetamus hoc motibus, ne situ immobilitatis intereat, sed citius hoc collocando sistimus, ne ipsa sua vegetatione succũbat: adiumentis hoc vestium tegimus, ne frigus interimat: & quesita adiumẽta proijcimus ne calore exurat. Tot igitur diuersitatibus occurrentes quid agimus, nisi corruptibilitati seruimus & vt saltem multiplicitas impensi obsequij corp⁹ sustineat, quod anxietas infirme mutabilitatis grauat. ℟. Notas mihi fecisti. 1 18. Lectio quinta.

Unde bene per Paulus dicit: Uanitati enim subiecta est creatura nõ volens, sed ꝓpter eũ, q subiecit eã in spe, qꝛ & ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorũ Dei. Uanitati quippe creatura non volens subditur: qꝛ homo qui ingenite constantie statũ volens deseruit, presus iuste mortalitatis pondere, nolens mutabilitatis sue corruptioni seruit. Sed creatura hec tũc a seruitute corruptionis eripietur, cum ad filiorum Dei gloriaꝫ incorrupta resurgẽdo subleuabitur. ℟. Diligam. Lec. vj.

Hic itaque electi molestia vincti sunt, qa adhuc corruptionis sue pena deprimunt: sed cum corruptibili carne exuimur, quasi ab his, qb⁹ nũc astringimur, molestie vinculis relaxamur. Presentari namqꝫ iã Deo cupim⁹, sed adhuc mortalis corporis obligatione prepedimur: Jure ergo vincti dicimur: qa adhuc incessuꝫ nostri desiderij ad Deum liberum non habemus. Unde bene Paulus, eterna desiderãs, sed tamen adhuc corruptionis sue sarcinã portans, vinctus

etus clamat: Cupio dissolui, et esse cum Christo. ℟. Domini est.

Lectio sancti euangelii secundum Matth. L. vij.

ca.8. In illo tempore: Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius: et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi presbyteri.

Quintum signum, fecit, quando ascendens nauem de Capharnaum ventis imperauit, et mari. Sextum quando in regione Gerasenorum dedit potestatem demonibus in porcos. Septimum quando ingrediens ciuitatem suam paralyticum secundum curauit in lectulo. Primus enim paralyticus est puer Centurionis. ℟. Ad te domine. 119. Lectio viij.

Ipse vero dormiebat, et accesserunt ad eum et suscitauerunt eum dicentes. Domine salua nos. Huius signi typum in Iona legimus: quando ceteris periclitantibus, ipse securus est, et dormit, et suscitatur, et imperio ac sacramento passionis suae liberat suscitantes. Tunc surgens imperauit ventis et mari. Ex hoc loco intelligimus, quod omnes creaturae sentiant creatorem. Quas enim increpauit, et quibus imperauit, sentiunt imperantem, non errore hereticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris, quae apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. ℟. Duo seraphim. Lectio ix.

Porro homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei? Non discipuli, sed nautae, et ceteri qui in naui erant mirabantur. Sin autem quis contentiose voluerit, eos, qui mirabantur, fuisse discipulos: respondebimus, recte homines appellatos, qui necdum nouerant potentiam saluatoris.

Ad Bene. An. Ascendente Iesu in nauiculam: ecce motus magnus factus est in mari, et suscitauerunt eum discipuli eius dicentes: Domine salua nos, perimus. Ad M. An. Domine salua nos, perimus: impera, et fac Deus tranquillitatem.

FERIA SECVNDA

De epistola ad Philippenses. L. j.

Itaque fratres mei carissimi, et desideratissimi, gaudium meum, et corona mea: sic state in domino carissimi. Euodiam rogo, et Syntychen deprecor idipsum sapere in domino. Etiam rogo et te germane compar, adiuua illas: quae mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente, et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitae. ℟. Quam mag. 119. L. ij. 4.ca.

Gaudete in domino semper: iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus enim prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione, petitiones vestrae innotescant

scāt apud Deū. Et pax dei, que exuperat oēm sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu. Lectio iii.

De cetero fratres, quecūque sunt vera, quecunque pudica, quecunque iusta, quecunque sancta, quecunque amabilia, quecunque bone fame: si qua virtus, si qua laus discipline, hec cogitate. Que didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, hec agite, et Deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum autem in domino vehementer, qm̄ tādē aliqñ refloruistis pro me sentire, sicut et sentiebatis: occupati sūt eratis.

FERIA TERTIA.

Incipit epla ad Colossenses. Li.



Paulus apls Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater, his qui sunt Colossis, sctis, et fidelibus fratribus i Christo Jesu. Gratia vobis et pax a Deo pře nřo et dño Jesu Chřo. Gratias agimus Deo, et při dñi nři Jesu Chři semp pro vobis orātes, audientes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionē, quā habetis in sanctos oēs propter spem: que reposita est vobis in celis, quam audistis in verbo veritatis euangelij, quod peruenit ad vos, sicut et in vniuerso mundo est, et fructificat, et crescit, sicut in vobis, ex ea die qua audistis, et cognouistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra, carissimo cōseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. ℟ Auribus percipe. 120. Lectio secunda.

Ideo et nos, ex qua die audiuimus, nō cessamus pro vobis orātes, postulātes vt impleamini agnitione volūtatis eius, in oī sapiētia, et intellectu spūali: vt ambuletis digne Deo p oia placētes, et in oī ope bono fructificātes et crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati, sm potentiam claritatis eius, in omni patientia et lōganimitate: cum gaudio gratias agētes Deo patri, q dignos nos fecit in partem sortis sanctorū in lumine. L. iij.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarū, et transtulit in regnū filij dilectionis sue, in quo habemus redēptionē, et remissionē pcčōr: q est imago Dei inuisibilis, primogenit⁹ omnis creature: quoniam in ipso condita sunt vniuersa in celis, et in terra, visibilia, et inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principat⁹, siue potestates, oia p ipsum, et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesie, qui est principium, primogenitus ex mortuis.

FE-

FERIA QVARTA.
De epla ad Colossenses. Lco. i.
Ca. 3. Induite vos ergo sicut electi dei, sancti et dilecti viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, et donantes vobis metipsis, siqs aduersus aliquem habet q̄relam, sicut et dñs donauit vobis, ita et vos. Sup oia aūt hec charitatem habete, qd est vinculum pfectionis. Et pax Chri exultet in cordibus vris, in qua et vocati estis in vno corpe: et grati estote. Re. Ne perdideris. 120. L. ij.
Verbū Chri habitet in vobis abundāter: in oi sapiētia docētes, et cōmonētes vosmet ipsos, in psalmis, hymnis, et cāticis spūalibus in grā cātātes i cordib⁹ vestris Deo. Omne quodcūq; facitis in verbo aut in ope, oia in noie domini Jesu Chri facite, gratias agentes Deo et patri per ipsum. Mulieres subdite estote viris, sicut oportet, i domino. Viri diligite vxores vras, et nolite amari esse ad illas. Filij, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est, in dño. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt nō pusillo animo fiant. L. iij.
Serui obedite per omnia dñis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timētes Deū. Quodcunq; facitis, ex animo operamini sicut domino, et non hoibus. scientes, q a dño accipietis retributionem hereditatis. Dominio Christo seruite. Qui enim iniuriā facit, recipiet id qd inique gessit: et non est personarū acceptio apud Deū. Dñi, qd iustum est et equum, seruis pstate: sciētes: p et vos dominum habetis in celo. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione.

FERIA QVINTA.
Incipit epla ad Thessaloñ. L. i.
Paulus, et Syluan⁹ et Timothe⁹, ecclesie Thessalonicensiū i deo pre et dño Jesu Christo. Gra vobis et pax. Grās agimus Deo semp pro oibus vobis, memoriā vestri faciētes in oronibus nris sine intermissiōe, memores operis fidei vestre, et laboris, et charitatis, et sustinentie spei domini nostri Jesu Christi, ante Deum et patrem nrm. Scientes, fratres dilecti, a Deo electionem vestrā: quia euangeliū nostrū non fuit ad vos in sermone tantum, sed et in virtute, et in spiritu sancto, et in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerim⁹ in vobis pter vos. R. Quā magna. 119. L. ii.
Et vos imitatores nostri facti estis, et domini, excipiētes verbū in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti, ita,

ita vt facti sitis forma omnibus
credentib⁹ in Macedonia, ⁊ in
Achaia. A vobis enim diffama-
tus est sermo dñi nõ solũ in Ma
cedonia, ⁊ in Achaia, sed ⁊ in omni
loco fides vestra, q̃ est ad Deum,
pfecta est, ita vt nõ sit nobis ne-
cesse quicquã loq. Ipsi enim de
nobis annunciãt qualẽ introitũ
habuerimus ad vos ⁊ quõ con
uersi estis ad Deũ a simulacris,
seruire deo viuo, ⁊ vero, ⁊ expe-
ctare filiũ eius de celis quẽ susci
tauit ex mortuis Iesum qui eri
puit nos ab ira ventura. Lc. iij.

NAm ⁊ ipsi scitis fratres in-
troitũ nostrũ ad vos, quia
nõ inanis fuit, sed ante passi mul
ta, ⁊ contumelijs affecti, sicut sci
tis in Philippis, fiduciã habui
mus in Deo nr̃o loq ad vos euã
geliũ dei in multa solicitudine.
Exhortatio enĩ nostra nõ de er
rore, neq3 de immunditia, neq3
in dolo: sed sicut pbati sumus a
Deo, vt crederet nobis euange
liũ ita loqmur, nõ quasi hoibus
placentes, sed Deo, q pbat cor-
da nr̃a. Neq3 enim aliqñ fuimus
in s̃mone adulationis, sicut sci-
tis, neque in occasione auaritie,
De⁹ testis est: nec querentes ab
hoib⁹ gloriã, neq3 a vobis, neq3
ab alijs. R. Aurib⁹ pcipe. 120.

FERIA SEXTA

De epl'a ad Thessalonicen. L. j.

Ca 4. DE cetero ergo fratres, ro-
gam⁹ vos ⁊ obsecramus
in dño Iesu, vt quẽadmodũ ac-
cepistis a nobis quomodo opor
teat vos ambulare, ⁊ placere
Deo, sic ⁊ ambuletis, vt abunde
tis magis. Scitis enim q̃ pcepe-
pta dederim vobis per dñm Ie-
sum. Hec est enim voluntas Dei,
sanctificatio vestra, vt abstinea-
tis vos a fornicatione, vt sciat
vnusquisq3 vestrũ vas suũ possi-
dere i sanctificatione, ⁊ honore,
non in passione desiderij sicut ⁊
gẽtes, que ignorant Deum. Lc. ij.

ET ne quis supergrediat,
nec circunueniat in nego-
cio fratrem suum: qm̃ vindex est
dñs de his omnibus, sicut pdi
xim⁹ vobis, ⁊ testificati sumus.
Non enim vocauit nos Deus in
immunditiam, sed in sanctifica-
tionẽ. Itaq3 qui hec spernit, non
hominem spernit, sed Deum:
qui etiam dedit spiritum suum
sanctum in nobis. Lectio tertia.

DE charitate autem frater-
nitatis, non necesse habe
mus scribere vobis: ipsi enim
vos a Deo didicistis, vt diliga-
tis inuicem, etenim illud facitis
in oẽs fratres in vniuersa Ma-
cedonia. Rogamus autem vos
fratres vt abundetis magis, ⁊
operam detis vt quieti sitis, ⁊
vt vestrum negocium agatis, ⁊
operemini manibus vestris, si-
cut precepimus vobis, ⁊ vt ho-
neste ambuletis ad eos qui foris
sunt, ⁊ nullius aliqd desideretis.
Sab-

SABBATHO.

Solet fieri de beata Maria.

Incipit Epistola secunda ad Thessalonicēses. Lectio prima.



Aulus, & Syluan⁹, & Thimotheus Ecclesię Thessalonicensiũ in Deo patre nr̃o, & dño Jesu Christo. Gratia vobis & pax a Deo pře nr̃o, & dño Jesu Christo, Gratias agere debem⁹ semp Deo pro vobis fratres, ita, vt dignum est, qm̃ supercrescit fides vestra, & abũdat charitas vniuscuiusq; vestrum in inuicē, ita vt & nos ipsi in vobis gl̃iemur in ecclesijs Dei, p patiētia vestra, & fide in oĩbus psecutionibus vestris & tribulatiõibus, quas sustinetis in exemplũ iusti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno Dei, p quo & patimini. Lc. ij.

Si tñ iustũ est apud deum retribuere retributiones ijs qui vos tribulant: & vobis, q tribulamini, requiē nobiscũ i reuelatiõe dñi Jesu de cęlo, cũ angelis virtutis ei⁹ in flãma ignis, dantis vindictã ijs, q non nouerunt Deum, & qui nõ obediunt euãgelio dñi nostri Jesu Christi. Qui pęnas dabunt in interitu ęternas a facie dñi, & a gloria virtutis eius, cũ venerit glorificari in sctis suis, & admirabilis fieri i oĩbus q crediderũt: qr creditus est testimoniũ nr̃m sup vos i die illo. In quo etiã oramus semper pro vobis vt dignef vos vocatione sua deus nr̃, & impleat oēm volũtatē bonitatis suę, & opus fidei in virtute: vt clarificet nomē dñi nostri Jesu Christi in vobis, & vos in illo, secundũ grãm Dei nostri, & dñi Jesu Christi. Lec. iij.

Rogamus autē vos fratres p aduentum dñi nostri Jesu Christi, & nostrę cõgregationis in ipsũ, vt nõ cito moueamini a vestro sensu, neq; terreamini, neque p spiritũ, neq; p sermonē, neq; p epistolã tanq̃ p nos missam, quasi instet dies dñi. Ne qs vos seducat vllo modo, qm̃ nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, q aduersatur, & extollitur supra omne qđ dr̃ De⁹, aut qđ colit, ita vt in tēplo Dei sedeat, ostendēs se tãq̃ sit De⁹.

Ad Vespe. Pro Dñica v. Oro.



Amiliã tuã, q̃s dñe, cõtinua pietate custodi: vt quę i sola spe grẽ cęlestis innitit, tua semper protectione muniat. Per.

DOMINICA V. post Epiphaniam.

Ad Matu. vtd. in Dominica ij. Incipit epl̃a j. ad Timothe. L. j.



Aulus Apostolus Jesu Christi fm imperiũ Dei saluatoris nostri: & dñi Jesu christi spei nr̃ę, Timotheo,

motheo, dilecto filio in fide, gratia & misericordia & pax a Deo patre, & Christo Jesu domino nostro. Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam, vt denunciares quibusdam ne aliter docerent, neq; intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem Dei, quæ est in fide. ℟. Domine ne in ira. 118. L. ij.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neq; quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Scimus autem quod bona est lex, si quis ea legitime vtatur: scientes hoc quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impijs, & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & siquid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei quod creditum est mihi. L. iij.

Gratias ago ei qui me confortauit in Christo Jesu domino nostro: quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Jesu. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.

De expositione S. Ambrosij epi in epla beati Pauli apli. Le. iiij.

Humanus sermo, & omni acceptione dignus: quia Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Quid tam gratum, tamq; iucundum, quam peccatoribus indulgentiam prædicare? Quis enim sine peccato est, vt hoc munus non cum omni gratiarum actione suscipiat? Deum auctorem huius præferens, & collaudans in Christo: Qui vt hominem peccatis ablueret, de cælestibus ad terrena descendens, carnem peccati accepit, terrenis se admiscuit, vt eum cælestem efficeret. Mori se passus est, vt illum morte erutum, paradiso redderet immortalem. ℟. Bonitatem fecisti domine. 118. Lectio v.

Quis hæc beneficia non in infinitum extollat, quod Deus præstitit homini, domino seruo, conditor creaturæ? vt plus esset adhuc in beneficijs humanis, quam

cum

cum fecit quę non erant, postea quã fecit? Etenim derelictus ab his, & cõtẽptus, & cõtumelijs appetitus, addit ad beneficia non requisitus, vt gratior esset, & pl⁹ pręferendus, dum reparat, quã cum fecit: vt ostenderet vnũ se esse, q hęc oia posśit. Lectio vij.

Nisi sic Christus pręsidiũ tulit homini, vt puritatem suã non violaret, nec amitteret potestatem. Hoiem enim se nasci voluit, p certo habẽs, carnis cõtactu minime se violari. Conuersationi humanę se miscuit, sciẽs peccatis se corrũpi nõ posse. Occidi se passus est, non nescius mortẽ sibi dñari non posse, sed eã sua opprimere potestate. Hęc ergo gesśit, vt oia se posse doceret. Humilitas enim ista non ad diminutionem eius proficit, sed ad gloriam, & non solũ eius, verum etiam in ipsum credentium: dignitas est enim seruum esse potentis. Tu autem. Lcõ scti euã. s̃z Matth. Lcõ viij.

cap. 13. In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnũ cęlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Et reliqua. Homilia sancti Augustini epi.

Cum negligentius agerẽt pręposititi ecclesię, aut cum dormitionem mortis acciperent apostoli, venit diabolus, & supseminauit eos, quos malos filios dñs interpretaf. Sed recte quęrif, vtrũ hęretici sint, aut male viuẽtes catholici. Posśũt enim dici filij mali, etiã hęretici, q₂ ex eodẽ euangelij semine, & Christi noie pcreati, prauis opinionbus ad falsa dogmata couertuntur. R. Ad te dñe leuaui. 119. Lec. viij.

Sed qꝫ dicit eos in medio tritici seminatos: quasi videntur illi significari, qui vnius cõmunionis sunt. Veruntamen qm̃ dñs agrum ipsum non ecclesiam, sed hunc mundum interpretatus est, bene intelliguntur hęretici, quia nõ societate vnius ecclesię, vel vnius fidei, sed societate soli⁹ nois Christiani in hoc mũdo permiscẽtur bonis. At illi, qui in eadem fide mali sunt, palea potius quã zizania reputantur: quia palea etiã fundamẽtum ipsum habet cũ frumento, radicemqꝫ communem. Le. ix.

In illa plane sagena qua cõcludũtur & mali & boni pisces, non absurde mali catholici intelligũtur. Aliud est enim mare, qđ magis mundũ istũ significat: aliud sagena, q̃ vnius fidei, vel vnius ecclesię cõmunionẽ videf ostendere. Inter hęreticos, & malos catholicos hoc interest, quod hęretici falsa credunt, illi autẽ vera credentes nõ viuunt, ita vt credunt. Ad Bñs. Aña. Dñe, nõne bonũ semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet

zizania: et ait illis: Hoc fecit inimicus homo. Ad Mag. Añ. Colligite primũ zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticũ autem congregate in horreum meum, dicit dñs.

FERIA SECVNDA.

De epistola ad Timotheũ. L. j.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat, oportet eniꝫ epm irreprehensibilẽ esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentẽ, ornatũ, pudicum, hospitalẽ, doctorem, nõ vinolentũ, nõ percussorem, sed modestũ, nõ litigiosuꝫ, nõ cupiduꝫ, sed suę domui bene prępositũ, filios habentẽ subditos cũ oi castitate. Siquis autẽ domui suę pręesse nescit, quõo ecclesię Dei diligentiaꝫ habebit? Nõ neophytum: ne in superbiã elatus in iudiciũ incidat diaboli. Oportet autẽ illum et testimonium habere bonũ ab ijs, qui foris sunt: vt non in opprobrium incidat, et in laqueũ diaboli. ℞. Quam magna. 119. Lectio ij.

Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, nõ turpe lucrũ sectantes, habẽtes mysteriũ fidei in cõsciẽtia pura. Et hi autẽ probent primũ, et sic ministrẽt nullum crimẽ habentes. Mulieres similiter pudicas, nõ detrahentes, sobrias, fideles in oibus. Diacones sint vnius vxoris viri, qui filijs suis bene pręsint, et suis domibus. Qui eniꝫ bene ministrauerint, gradũ bonuꝫ sibi acquirent, et multam fiduciam in fide quę est in Christo Jesu. Lcõ iij.

Hęc tibi scribo fili Timothee sperãs me ad te venire cito: si aũt tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei cõuersari, quę est Ecclesia Dei viui, columna et firmamẽtũ veritatis. Et manifeste magnuꝫ est pietatis sacramẽtũ, qđ manifestatum est in carne, iustificatuꝫ est in spiritu, apparuit angelis, pręedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Spiritus autẽ manifeste dicit, qa in nouissimis tẽporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dęmoniorum.

FERIA TERTIA.

Incipit epla ij. ad Timotheũ. L. j.

Paulus Apls Jesu Christi per voluntateꝫ Dei secundũ promissioneꝫ vitę, quę est in Christo Jesu, Timotheo carissimo filio, Gratia, et misericordia, et pax a Deo patre, et Christo Jesu, dño nostro: Gras ago Deo meo cui seruio a progenitorib⁹ meis in cõsciẽtia pura, ꝙ sine intermissione habeam tui memoriã in orationib⁹ meis nocte ac die, desiderans te videre, memor lacrymarum

rum tuarũ, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fi dei, quę est in te non ficta, quę & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quod & in te. ℞. Auribus percipe. 120. Lcõ ij.

Propter quã causaʒ admoneo te, vt resuscites gratiã Dei, quę est in te p impositionẽ manuũ meaꝝ. Nõ enĩ dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimoniũ Dñi nostri neqʒ me vinctum eius: sed collabora euãgelio ſm virtutes Dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatiõe sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quę data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia. Lectio tertia.

Manifestata est autem nũc per illuminationem Saluatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidẽ mortem, illuminauit autem vitã, & incorruptionem p euangelium: in quo positus suʒ ego prędicator, & apostolus, & magister gentiũ. Ob quaʒ causam etiã hęc patior, sed non ɔfundor. Scio enĩ cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanoꝝ verborum, quę a me audisti in fide, & in dilectione in Christo Jesu,

FERIA QVARTA

De epl'a ij. ad Timotheum. L. j.

Hoc autẽ scito, quia in nouissimis dieb⁹ instabũt tẽ- 3.c.
pora periculosa: & erũt hoĩes se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentib⁹ nõ obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, pditores, pterui, tumidi, cęci, & voluptatũ amatores magis quã Dei, habẽtes speciem quidẽ pietatis, virtutẽ aũt eius abnegãtes. Et hos deuita. ℞. Ne pdideris. 120. Lectio ij.

Ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis, quę ducunt varijs desiderijs: semp discentes, & nunqʒ ad scientiã veritatis peruenientes. Quemadmoduʒ autẽ Jamnes, & Mambres restiterũt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidẽ: sed vltra nõ pficient: insipientia enim eoꝝ manifesta erit oĩbus, sicut & illoꝝ fuit. Lcõ iij.

Tu autem assecutus es meã doctrinam, institutionẽ ppositum, fidem, longanimitatẽ, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochię, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me dñs. Et oẽs q pie volũt viue-

re in Chrio Jesu persecutiones patient. Mali autem hoies, ꝛ seductores proficient in peius errantes, ꝛ in errorem mittentes.

FERIA QVINTA.

Incipit Epistola Beati Pauli apostoli ad Titū. Lectio prima.



Aulus seruus Dei, apostolus autē Jesu Christi ſm fidē electorū Dei, ꝛ agnitionē veritatis, quę secundū pietatē est, in spem vitę ęternę, quā promisit, qui nō mentitur Deus, ante tēpora sęcularia: manfestauit autē tēporibus suis verbū suum in prędicatione, quę credita est mihi secundum pręceptū saluatoris nostri Dei: Tito dilecto filio, ſm cōmunē fidem: Gratia, ꝛ pax a Deo patre, ꝛ Christo Jesu saluatore nr̄o. ℟. Quā magna. 119. L. ij.

Hujus rei gratia reliqui te Cretę, vt ea, q̄ desunt corrigas, ꝛ ↄstituas p ciuitates p̄sbyteros, sicut ꝛ ego disposui tibi, siq̄s sine crimine est vnius vxoris vir: filios habēs fideles, nō in accusatione luxurię, aut nō subditos. Oportet enī episcopū sine crimine esse, sicut dei dispēsatorē, nō superbū, nō iracundū, non vinolentū, non percussorē, non turpis lucri cupidū, sed hospitalē, benignum, sobriū, iustū, sanctū, continentē, amplectentem eū, qui secundū doctrinā est fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, ꝛ eos qui cōtradicunt arguere. L. iij.

Sunt enim multi etiā inobedientes, vaniloqui, ꝛ seductores, maxime q de circuncisione sunt: quos oportet redargui, q vniuersas domos subuertūt, docētes q̄ nō oportet turpis lucri grā. Dixit quidā ex illis ꝑ prius ipsoꝝ ꝓpheta: Cretenses semp mēdaces: malę bestię, ꝛ vētres pigri. Testimoniū hoc verū est. Quā ob causam increpa illos dure, vt sani sint in fide, nō intendentes Judaicis fabulis, ꝛ mandatis hominū auersantiū se a veritate. Omnia munda mundis: coinquinatis autem ꝛ infidelibus nihil est mundum.

FERIA SEXTA.

De epistola Beati Pauli apostoli ad Titum. Lectio prima.

Hæc loquere, ꝛ exhortare, ꝛ argue cū omni imperio. 2. ca.
Nemo te contemnat. Admone 3. ca.
illos, principibus ꝛ potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad oē opus bonū paratos esse, neminē blasphemare, nō litigiosos esse, sed modestos, oēm ostendētes mansuetudinē ad oēs homines. ℟. Auribus ꝑcipe. Lec. ij.

Eramus enī aliqñ ꝛ nos insipiētes, increduli, errātes, seruientes desiderijs, ꝛ voluptatibus varijs, i malitia, ꝛ inuidia agētes, odibiles, odiētes inuicē.

Cum

Cum autē benignitas ꝛ humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, non ex operib⁹ iustitię, q̄ fecimus nos, sed ḃm suā misericordiā saluos nos fecit, p lauacrū regenerationis ꝛ renouationis spiritus sancti, quē effudit in nos abunde p Jesum Christū saluatorem nostrū: vt iustificati gratia ipsius, hęredes simus secundū spem vitę ęternę. Lectio iii.

Fidelis sermo est. Et de his volo te ꝯfirmare, vt curent bonis operib⁹ pręesse, q credūt Deo: hęc sunt bona ꝛ vtilia hominib⁹. Stultas aūt quęstiones ꝛ genealogias, ꝛ contentiones, ꝛ pugnas legis deuita: sunt enim inutiles, ꝛ vanę. Hęreticū hominem post vnā ꝛ secundam correctionē deuita, sciens, qꝛ subuersus est: q eiusmodi est, ꝛ delinqt, cū sit pprio iudicio ꝯdēnatus.

SABBATHO.

Solet fieri de beata Maria. Incipit epla beati Pauli apostoli ad Philemonē. Lectio i.



Paulus vinct⁹ Christi Jesu, ꝛ Timotheus frater, Philemōi dilecto, ꝛ adiutori nostro, ꝛ Apphię sorori carissimę, ꝛ Archippo cōmilitoni nr̄o, ꝛ Ecclesię, q̄ in domo tua est. Gratia vobis ꝛ pax a Deo patre nostro, ꝛ domino Jesu Christo. Gratias ago Deo meo, semper memoriā tui faciens in orationibus meis audiens charitatē tuā, ꝛ fidē, quā habes in dn̄o Jesu, ꝛ in oēs sanctos, vt communicatio fidei tuę euidēs fiat in agnitione oīs opis boni ī vobis ī Christo Jesu. L. ii.

Gaudium enim magnū habui, ꝛ cōsolationem in charitate tua, quod viscera sanctorū requieuerūt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi, quod ad rē pertinet, propter charitatem magis obsecro cum sis talis vt Paulus senex, nunc autē ꝛ vinctus Jesu Christi. Obsecro te p meo filio, quē genui in vinculis, Onesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit, nūc autem ꝛ mihi, ꝛ tibi vtilis, quē remisi tibi. Lectio tertia.

Tu autē illū, vt mea viscera suscipe: quē ego volueram mecū detinere, vt p te mihi ministraret in vinculis euangelij: sine ꝯsilio aūt tuo nihil volui facere: vti ne velut ex necessitate bonū tuū esset, sed volūtariū. Forsitā enim ideo discessit ad horā a te, vt ęternum illum reciperes, iam vt non seruum, sed pro seruo charissimū fratrem maxime mihi, quanto autem magis tibi ꝛ in carne ꝛ in domino? Si ergo habes me sociū, suscipe illū sicut me: si autē aliquid nocuit tibi, aut debet: hoc mihi iputa: Ego Paul⁹ scripsi mea manu.

Ad Vesp. oro dñica sexta. Oro:

PResta quesumus omnipotens Deus: vt semper rationabilia meditantes, que tibi sunt placita, et dictis exequamur et factis. p.

DOMINICA VI. post Epiphaniam.

Incipit Epistola Beati Pauli apostoli ad Hebreos. Lectio j.

MVltifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit et secula: qui cum sit splendor glorie, et figura substantie eius, portansque omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. ℟ Domine ne in ira. 118. Lectio ij.

CVi enim dixit aliquando angelorum? Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terre dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. Ad filium autem, Thronus tuus Deus in seculum seculi, virga equitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Lectio iij.

ET tu in principio domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt, tu autem permanebis: et omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit aliquando? Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis?

Sermo sancti Athanasij episcopi contra Arianos. Lectio iiij.

SI personam, rem, ac tempus apostolici dicti, heretici cognoscerent, nunquam humana in deitatem transferentes, tam impie, et stulte aduersus Christum sese habuissent. Id intueri licebit, si initium lectionis denuo repetitum probe excipias. Dicit enim apostolus. Multifariam, multisque modis olim Deus locutus est patribus nostris per prophetas: vltimis autem diebus locutus est nobis in filio. Atque ita paulo post dicit: perfecta ab eo nostrorum peccatorum purificatione, ipsum sedere ad dexteram maiestatis in

in excelsis, tāto superiorē angelis factū, quāto pstantius nomē prę illis sortitus est. De eo igit̄ tēpore, quo nobis p filiuȝ locut⁹ est, cum peccatoruȝ purgatio fieret, apostolici dicti mentionē fecit. Quando autē nobis locutus est in filio ? aut quādo purgatio peccatorū facta? aut quādo nat⁹ est homo, nisi post prophetas, id que in vltimis temporibus? ℟. Notas mihi feci. 118. Lectio v.

Deinde cum narratio haberetur de nostri cura, ac dispensatione, deque vltimis tēporibus, ad contextum argumēti pertinebat, vt diceret. Deum neqȝ superioribus ętatibus tacitum fuisse, sed locutum esse per prophetas: ⁊ vbi prophetę suo officio perfuncti essent, ⁊ lex per angelos sua edicta pronunciasset, ⁊ dñs ad nos migrasset, ⁊ ad ministrandum accessisset, tunc demū necessario subintulit: Tāto melior angelis factus: ostendere volens, quāto dominus prę seruo excellat, tanto functione, officioqȝ seruorum filij administratione meliorem fuisse. L. vj.

Functiones igitur discriminans apostolus, veterē ⁊ nouam, libere ⁊ cū fiducia ad Judęos in hęc verba scribit: Tāto melior angelis factus. Qua propter illa sententia, Tanto maior angelis factus, non in totum per comparationem dicta est, quod maior aut pretiosior esset: nē qs, quasi de cognatis eiusdemque generis rebus, hęc verba intelligat: sed ideo pręstantiorem illuȝ dixit, vt discrimen naturę filij ad res creatas indicaret.

Lcō s. euāg. s̄m Mattheū. L. viij. 13. ca.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolā hanc. Simile est regnum cęloruȝ grano sinapis: quod accipiēs homo seminauit in agro suo. Et reliq.

Homilia S. Hieronymi presby.

Regnum cęlorū, prędicatio euāgelij est, notitia scripturarū, quę ducit ad vitaȝ, ⁊ de qua dicit̄ ad Judęos. Auferet̄ a vobis regnū Dei, ⁊ dabit̄ genti facięti fruct⁹ eius. Simile est ergo huiuscemodi regnū grano sinapi, qđ accipiens homo seminauit in agro suo. Homo, qui seminat i agro suo, a plerisqȝ Saluator intelligit̄, quod in animis credentiū seminet: ab alijs, ipse homo seminās in agro suo, hoc est, in semetipso, ⁊ in corde suo. ℟. Ad te dominē le. 119. L. viiij.

Quis est iste, qui seminat, nisi sensus noster, ⁊ animus, qui suscipiēs granū prędicationis, ⁊ fouens semētem humore fidei, facit i agro sui pectoris pullulare? Prędicatio euangelij minima est oibus disciplinis. Ad primā qppe doctrinā, fidē nō habet veritatis, hominē Deum mortuum, ⁊ scandalum

 crucis

crucis predicatio. Cōfer huiuſmodi doctrinā dogmatibus philoſophorū, & libris eorum, & ſplendori eloquentię, & compoſitioni ſermonum: & videbis, quanto minor ſit cęteris ſeminibus ſementis euangelij? Lectio nona.

SEd illa cū creuerint, nihil mordax, nihil viuidum, nihil vitale demōſtrāt, totū flaccidū, marcidūq; ebullit in olera, & in herbas, q̄ cito areſcūt, & corruūt. Hęc aūt p̄dicatio, q̄ parua videbat in principio, cum vel in aīa credentis, vel in toto mundo ſata fuerit, non exurgit in olera, ſed creſcit in arborem: ita vt volucres celi (quas vel animas credentium, vel fortitudines Dei ſeruitio mancipatas, ſentire debemus) veniāt & habitent in ramis eius. Ramos puto euangelicę arboris, quę de grano ſinapis creuerit, dogmatum eſſe diuerſitates in quibus ſupradictarum volucrum vnaquęque requieſcit. Ad Benedictus. Aña. Simile eſt regnū cęlorū grano ſinapis, qđ minimū eſt oib⁹ ſeminib⁹, cū autē creuerit, maius eſt oibus oleribus. Ad Mag. Aña. Simile eſt regnum cęlorum fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinę ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum.

FERIA SECVNDA.

De epła ad Hebręos. L. j.

ca.3. VIde fratres ſancti vocationis cęleſtis participes, cōſiderate apl'm, & pontificē confeſſionis noſtrę Jeſum q fidelis eſt ei qui fecit illum, ſicut & Moyſes in oī domo eius. Amplioris enī glię iſte prę Moyſe dign⁹ eſt habit⁹, quāto ampliorē honorē habet domo qui fabricauit illam. Oīs nāq; domus fabricat ab aliquo: q autem oia creauit, Deus eſt. ℞. Quam magna. 119. Lcō ij.

ET Moyſes qdē fidelis erat in tota domo ei⁹, tanq̄ famul⁹ in teſtimoniū eoꝝ q̄ dicenda erant. Chriſtus vero tanq̄ filius in domo ſua: quę domus ſumus nos, ſi fiduciā, & gloriā ſpei vſq; ad finem, firmam retineamus. Quapropter ſicut dicit ſpiritus ſanctus: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vr̄a, ſicut in exacerbatiōe ſc̄d3 diē tētationis i deſerto. L. iij.

VIdete fratres, ne forte ſit in aliquo vr̄m cor malū incredulitatis diſcedēdi a Deo viuo: ſed adhortamini voſmetipſos p ſingulos dies, donec hodie cognominat, vt nō obdurет qs ex vobis fallacia peccati. Participes enim Chri effecti ſum⁹: ſi tn̄ initiū ſubſtātię eius vſque ad finem firmum retineamus, dum dicitur: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt, ſed non

Non vniuersi, qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen.

FERIA TERTIA.

De epistola ad Hebræos. Lectio j.

Ca.4. Timeamus ergo ne forte, relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nunciatum est quemadmodum & illis: sed nõ profuit illis sermo auditus, nõ admistus fidei ex iis, quæ audierũt. Ingrediemur enim in requiẽ ei⁹, q cre didimus, quẽadmodũ dixit: Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiẽ meã: & qdẽ operib⁹ ab institutione mundi pfectis. ℟. Aurib⁹ pcipe. 120. Lectio ij.

Dicit enim in quodã loco de die septima sic: Et requieuit De⁹ die septima ab oib⁹ operibus suis. Et in isto rursus: Si introibũt i requiẽ meã. Quõ ergo superest introire quosdã in illã, & ij qbus prioribus annunciatũ est nõ introierunt propter incredulitatẽ, iterum terminat diem quẽdam, hodie, in Dauid dicendo, post tantum temporis, sicut supradictum est: Hodie si voces eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Lectio iij.

Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquã de alia loqueretur post hac die. Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis sicut & a suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem: vt ne in idipsũ quis incidat incredulitatis exemplũ. Viuus enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti & pertingens vsque ad diuisionẽ animæ ac spũs, compagũ quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.

FERIA QVARTA.

De epistola ad Hebræos. Lectio j.

Quapropter intermittentes incboationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, nõ rursum iacientes fundamentum pænitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuũ, ac resurrectiõis mortuorũ, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, siqdẽ pmiserit De⁹. ℟. Ne pdideris. 120. Lectio ij. 6.ca.

Impossibile enim est, eos, q semel sunt illuminati, gustauerũt etiã donũ cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerũt nihilominus bonũ Dei verbũ, virtutesque sæculi venturi, & plapsi sunt, rursus renouari ad pænitentiam: rursus crucifigentes sibimetipsis filiũ dei, & ostentui habentes. Lectio iij.

Terra enim sæpe venientẽ super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictio-

nedictiones a Deo: pferens autē spinas ac tribulos, reproba est & maledicto pxima, cuius consummatio in cōbustionem. Cōfidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. Nō enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quā ostēdistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis.

FERIA QVINTA.

De epistola ad Hebreos. Lcō j.

ca.7. Hic enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei summi, q obuiauit Abrahe regresso a cęde regū, & bndixit ei: cui & decimas oium diuisit Abrahā. Primū quidem, q interpretatur rex iustitię, deinde autē & rex Salē, qd est rex pacis, sine pre, sine matre, sine genealogia, neq initium diei, neq fines vitę habens, assimilatus autē filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.

℟. Quam magna. 119. Lctō ij.

Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de precipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, idest a fratribus suis, quāquam & ipsi exierint de lūbis Abrahe. Cuius autē generatio nō annumeratur i eis, decimas sumpsit ab Abrahā, & hūc, qui habebat repromissiones, benedixit. Lc. iij.

Sine vlla autem contradictione, qd minus est, a meliore benedicitur. Et qdē decimas morientes hoies accipiunt: ibi autem contestatur, qa viuit, & (vt ita dictum sit) per Abrahā & Leui, q decimas accipit, decimatus est: adhuc enim in lūbis patris erat, quādo obuiauit ei Melchisedech. Si ergo cōsummatio p sacerdotium Leuiticū erat: populus enim sub ipso legem accepit: qd adhuc necessariū fuit sm ordinē Melchisedech aliū surgere sacerdotē, & nō sm ordinē Aarō? Trāslato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat.

FERIA SEXTA.

De epistola ad Hebreos. Lcō j.

Est aūt fides sperandarum substātia rerū, argumentū non apparentiū. In hac enim testimoniū cōsecuti sunt senes. Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Fide plurimam hostiā Abel quam Cain, obtulit Deo, p quā testimoniū cōsecutus est esse iustus, testimoniū perhibente muneribus eius Deo, & p illā defunctus adhuc loquitur. 11.c

℟. Auribus percipe. 120. L. ij.

Fide Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, qr trāstulit illū deus: Ante trāslationem enim testimoniū habuit placuisse deo. Sine fide

fide autē impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentē ad Deū: qa est, & inquirentib⁹ se remunerator sit. Fide Noe respōso accepto de iis, q̄ adhuc nō videbant, metuēs aptauit arcā i salutē dom⁹ sue, p quā dānauit mundū: & iustitie, q̄ p fidē est, heres est institutus. L. iij.

Fide, qui vocat Abraham, obediuit in locum exire, quē accepturus erat in hereditatē, & exiit nesciēs quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tanquā in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob, coheredib⁹ repromissionis eiusdem: expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem cuius artifex, & conditor Deus.

III. SABBATHO.

Solet fieri de beata Maria.

ca. 13. De epistola ad Hebreos. Lcō j.

Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hāc enim placuerūt qdā, angelis hospitio receptis. Memētote vinctorum tāquā simul vincti: & laborantium, tanquā & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubiū in oibus, & torus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. Lcō ij.

Sint mores sine auaritia, contenti presentibus: ipse enim dixit: Nō te deseram, neq; derelinquā: ita vt confidenter dicamus: Domin⁹ mihi adiutor est: nō timebo quid faciat mihi homo. Mementote prepositorum vestrorū, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorū intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula. Lctō iij.

Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci: optimū est enim gratia stabilire cor, non escis, que non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere nō habent potestatē, qui tabernaculo deseruiunt. Quorū enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pōtificem, horū corpora cremātur extra castra: propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

Sabbatho pro dñica Septua.

Ad vesperas. Capitulum.



Fratres, Nescitis q̄ ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauiū: sic currite vt cōprehēdatis. j. Cor. 9. Hy⁹. O lux btā trinitas. ℣. Vesptina. 60. Ad Mag. Añ. Dixit dominus ad Adam: De ligno quod est i medio paradisi ne comedas: in qua hora comederis, morte morieris. Oratio.

Preces populi tui q̄s dñe clemēter exaudi: vt q iuste pro peccatis nr̄is affligimur, pro

pro tui nois gloria misericordi-ter liberemur. Per dominum. ℣. Bñdicam⁹ dño, bal. bal. ℟. Deo grãs, bal. bal. Et deinceps non dicitur balla, vsq; ad sabbatum sanctũ. Sed post De⁹ in adiutoriũ meũ in. vbi dicebatur bal. dr̃ Laus tibi dñe rex eterne glie. Si in dñicis a Septuagesima vsque ad dñicã in Albis occurrat festũ dup. vel semid. transfertur in primã diẽ fiĩi festo nõ impeditã.

DOMINICA IN Septuagesima.

Ad Mat. Inui. Preoccupem⁹ faciẽ dñi, Et i psalis iubilem⁹ ei. In psal. dr̃ loco inui. Õd dr̃ dñicis dieb. vsq; ad j. dñicam Quadragesi. Hym. Primo dierum. Psal. Añe. ꝛ ℣. noct. de Psalte. Incipit Liber Genesis. Lcõ j.



In principio creauit Deus cęlum ꝛ terram. Terra autẽ erat inanis ꝛ vacua ꝛ tenebrę erant super faciem abyssi: ꝛ spiritus domini ferebatur sup aquas. Dixitque De⁹, fiat lux, ꝛ facta est lux. Et vidit de⁹ lucẽ, quod esset bona, ꝛ diuisit lucem a tenebris, appellauitq; lucẽ diẽ, ꝛ tenebras noctem: factumq; est vespere, ꝛ mane dies vnus. Dixit quoque Deus. Fiat firmamentũ in medio aquarum, ꝛ diuidat aquas ab aqs: Et fecit Deus firmamẽtum: diuisitq; aquas, quę erant sub firmamento, ab hs quę erant super firmamentũ, ꝛ factum est ita. Uocauitq; Deus firmamentum cęlum, ꝛ factũ est vespere, ꝛ mane dies secundus. ℟. In principio creauit Deus cęlum, ꝛ terrã: ꝛ fecit in ea hoiem, Ad imaginẽ, ꝛ similitudinẽ suã. ℣. Formauit igitur Deus hoiem de limo terrę, ꝛ inspirauit in faciẽ eius spiraculum vitę. Ad. Lc. ij.

Dixit vero Deus: Cõgregẽtur aquę, quę sub cęlo sunt in locum vnũ, ꝛ appareat arida: ꝛ factum est ita. Et vocauit Deus aridã terrã, cõgregationesq; aquarũ appellauit maria. Et vidit Deus q esset bonum, ꝛ ait: Germinet terra herbam virentẽ, ꝛ facientẽ semen, ꝛ lignũ pomiferũ faciens fructum iuxta genus suũ, cuius semen in semetipso sit sup terrã: ꝛ factũ est ita: Et protulit terra herbam virentem, ꝛ facientem semen iuxta genus suũ, lignũq; faciens fructũ, ꝛ habẽs vnumquodq; sementem ſm speciem suã. Et vidit De⁹, quod esset bonum, ꝛ factum est vespere ꝛ mane dies tertius. Dixit autẽ De⁹: Fiant luminaria in firmamẽto cęli, ꝛ diuidant diem ac noctem, ꝛ sint in signa, ꝛ tpa, ꝛ dies, ꝛ annos, vt luceãt in firmamẽto cęli, ꝛ illuminent terrã. Et factũ est ita. Fecitq; De⁹ duo luminaria magna: luminare mai⁹, vt pẽesset diei,

diei, et luminare minus vt preesset nocti, et stellas: et posuit eas Deus in firmamento celi, vt lucerent super terram: et preessent diei ac nocti, et diuiderent lucem a tenebris. Et vidit Deus quod esset bonum: et factum est vespere, et mane dies quartus. ℟. In principio creauit Deus celum et terram, et spiritus domini ferebatur super aquas. Et vidit Deus cuncta, que fecerat, et erant valde bona. ℣. Igitur perfecti sunt celi, et terra, et omnis ornatus eorum. Et. Lectio iij.

Dixit etiam Deus: Producant aque reptile anime viuentis, et volatile super terram sub firmamento celi. Creauitque Deus cete grandia, et omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aque in species suas, et omne volatile secundum genus suum: Et vidit Deus quod esset bonum, benedixitque eis dicens: Crescite, et multiplicamini, et replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere, et mane dies quintus. Dixit quoque Deus. Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, et reptilia, et bestias terre secundum species suas: factumque est ita. Et fecit Deus bestias terre iuxta species suas, et iumenta, et omne reptile terre in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum, et ait: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et presit piscibus maris, et volatilibus celi, et bestiis, vniuersque terre, omnique reptili, quod mouetur in terra. ℟. Formauit igitur dominus hominem de limo terre. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vite, et factus est homo in animam viuentem. ℣. In principio fecit Deus celum, et terram, et plasmauit in ea hominem. Et in spi. Gloria. Et in spi.

Ex libro Enchiridion S. Augustini episcopi. Lectio quarta.

Mortis supplicium dominus homini comminatus fuerat si peccaret: nec eum munerans libero arbitrio, vt tamen regeret imperio, terreret exitio: atque in paradisi felicitate, tanquam in vmbra vite, vnde iustitia custodita in meliora conscenderet, collocauit. Hinc post peccatum exul effectus, stirpem quoque suam, quam peccando in se tanquam in radice vitiauerat, pena mortis, et damnationis obstrinxit: vt quicquid prolis ex illo, et simul damnata per quam peccauerat coniuge, per carnalem concupiscentiam, in qua inobedientie pena similis retributa est, nasceretur: traheret originale peccatum, quo traheretur per errores dolorésque diuersos, ad illud extremum cum desertoribus angelis vitiatoribus, et possessoribus, et consortibus suis, sine fine supplicium. ℟. Tulit ergo dominus hominem, et posuit eum in

in paradiso voluptatis. Et ope/ raretur, & custodiret illum. ℣. Plantauerat autem dñs Deus paradisum voluptatis a princi/ pio, in quo posuit hominē quē formauerat. Et ope. Lectio v.

Sicut p vnū hominē pec/ catum intrauit in mundū & per peccatū mors, & ita in om nes homines pertrāsijt, in quo omnes peccauerūt. Mundū qp pe appellauit eo loco apostolus vniuersum genus humanū. Ita ergo res se habebāt. Jacebat in malis, vel etiam voluebatur, & de malis i mala precipitabatur toti⁹ humani generis massa, dā/ nata & adiūcta parti eorum, qui peccauerant angelorum, luebat impię desertionis dignissimas pęnas. ℟. Dixit dñs Deus nō est bonū hominem esse solum, Faciamus ei adiutorium simile sibi. ℣. Adę vero non inuenie/ batur adiutor similis sibi: dixit vero Deus. Faciamus. Lcō vj.

Ira quippe Dei ptinet iu/ stam. quicqd cęca & idomi/ ta cōcupiscentia faciūt libenter mali, & quicqd manifestis oper/ tisq; pęnis patiuntur inuiti: nō sane creatoris desistente bonita te, & malis angelis subministra/ re vitā, viuacēq; potentiā: (quę subministratio si auferat interi/ būt) & hominū quāuis de ppagi ne vitiata damnataque nascen/ tiū formare fęmina, & animare & ordinare membra per tempo/ rum ętates, per locorum spatia, negare sensus, alimenta dona/ re. Melius enim iudicauit de malis benefacere, quam mala nulla esse permittere. ℟. Im/ misit dominus soporē in Adā & tulit vnam de costis eius. Et ędificauit costam, quam tulerat dominus de Adam, in mulie/ rem, & adduxit eam ad Adam, vt videret quid vocaret eam: & vocauit nomen eius Virago, quia de viro sumpta est. ℣. Cū/ que obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem p ea. Et. Gloria. Et ędificauit.

Lcō s euāg. sm Matthęū. Lc. vij.

In illo tēpore: Dixit Jesus 20.a
discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnū cęlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere opera/ rios in vineam suam. Et reliq.

Homilia sancti Gregorij Papę.

Regnum cęlorū homini pa/ trifamilias simile dicit, q ad excolendam vineam suā ope rarios conducit. Quis vero pa/ tris familias similitudinem re/ ctius tenet, quā conditor noster qui regit, quos condidit, & ele/ ctos suos sic in hoc mundo pos fidet, quasi subiectos dñs in do/ mo? Qui habet vineā, vniuersā lē scilicet Ecclesiā: q̄ ab Abel iu/ sto, vsq; ad vltimū electū, qui in fine mundi venturus est, quot sanctos

sanctos prętulit, quasi tot palmites misit. ℟. Plantauerat autē dñs Deus paradisum voluptatis a principio: In quo posuit hoiem, quē formauerat. ℣. Produxitqȝ dñs Deus de humo oē lignum pulcrū visu, ⁊ ad vescendum suaue: lignum etiaȝ vitę in medio paradisi. In. Lectio viij.

Hic itaqȝ pater familias ad excolendam vineā suam: mane, hora tertia, sexta, nona, ⁊ vndecima oparios ꝯducit, quia a mundi huius initio vsqȝ in finem ad erudiēdū plebē fideliuȝ prędicatores ꝯgregare nō destitit. Mane etenim mūdi fuit ab Adā vsqȝ ad Noe: hora vero tertia a Noe vsqȝ ad Abrahā: sexta quoqȝ ad Abrahā vsqȝ ad Moysen: nona autē a Moyse vsqȝ ad aduentū dñi: vndecima vero ab aduentu dñi vsqȝ ad finē mūdi: In qua prędicatores sancti apl'i missi sunt, qui mercedem plenā ⁊ tarde venientes acceperunt. ℟. Ecce Adā quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonū ⁊ maluȝ, Uidete, ne forte sumat de ligno vitę, ⁊ viuat in ęternum. ℣. Fecit quoque dominus Deus Adę tunicam pelliceā, ⁊ induit eum, ⁊ dixit. Uidete. Lectio ix.

Ad erudiendum igitur dominus plebem suaȝ, quasi ad excolendā vineam suā, nullo tēpore destitit operarios mittere: quia ⁊ prius per patres, ⁊ postmodum per legis doctores ⁊ prophetas, ad extremum vero per apostolos, dum plebis suę mores excoluit, quasi per operarios in vineę cultura magnopera laborauit: quamuis in quolibet modulo, vel mēsura quisqȝ cum fide recta, bonę prędicator actionis extitit, huius vineę operarius fuit. Operator ergo mane hora tertia, sexta, ⁊ nona antiquus ille Hebraicus populus designat: qui in electis suis ab ipso mundi exordio, dum recta fide Deuȝ studuit colere, quasi non destitit in vineę cultura laborare. Ad vndecimaȝ vero gētiles vocātur, quibus ⁊ dicitur: Quid hic statis tota die ociosi? ℟. Ubi est Abel frater tuus? dixit dñs ad Cain, Nescio dñe: nunquid custos fratris mei sum ego? ⁊ dixit ad eū: Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. ℣. Maledictus eris super terram, quę aperuit os suum, ⁊ suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Ecce vox. Glo. Ecce vox. Nonū ℟. dī in dñicis vsqȝ ad pascha loco hym. Te Deum. qui non dicitur hoc tpe nisi in festis.

Ad Laudes. Antiphona.

Miserere mei Deus: ⁊ a delicto meo mūda me, quia tibi soli peccaui. ps idē. 23. Ana. Confitebor tibi, qm̄ exaudisti me. ps. Confitemini. 11. Ana.

Deus

Deus Deus meus ad te de luce vigilo, quia factus es adiutor me⁹. ps idem. cum reliq fol. 9. Ana. Benedictus es in firmamento celi, et laudabilis in secula Deus noster. ps. Bñdicite. Ana Laudate dominum de celis. ps idē. 9. Psal. supradicti semp dñr i laudominice vsqz ad pascha. Cap. Fratres, nescitis. 134. Hymnus. Aeterne rerum conditor. fol. 10. ℣. Dñe refugium factus es nobis. ℟. A generatiõe, et pgenie. Hic ℣sic. or ad Laudes dominicis diebus vsqz ad Quadrag. Ad Bñs. Añā Simile est regnū celorū hoi patrifamilias, q exijt primo mane cõducere operarios in vineaz suam, dicit dñs. Or. Preces ppli tui. 134. ofa. Ad j. An. Cõuētione autē facta cū operarijs ex denario diurno, misit eos in vineā suā. ps De⁹ in nomine tuo. cum rel. fol. 10. Ad in. An. Ite et vos in vineam meā: et quod iustuz fuerit dabo vobis. Cap. Fres nescitis. 134. ℟. bř. et ℣. dñr de Psal. vsqz ad dominicam j. Quadragesime. ℟. Inclina cor meū. et Ego dixi

Ad Sextam. Antiphona.

Quid hic statis tota die ociosi? responderunt, et dixerunt: quia nemo nos conduxit. Capitulum.

j. Cor. 9. Omnis enim, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. ℟. In eternum domine. et Dñs regit.

Ad Nonam. Antiphona.

Voca operarios, et redde illis mercedem suam, dicit dñs. Capitulum.

Bibebant autez de spiritualj consequente eos petra: petra autem erat Christus. ℟. Clamaui in. et Ab occultis. j. Co 10.

Ad vesp. An. et ps. Dixit do. 52. cū rel. vt in psalt. Cap. Fratres nescitis. 134. Hym. Lucis creator. 53. ℣. Dirigat dñe orō mea. Ad Mā. Añ. Dixit pffamilias operarijs suis: Quid hic statis tota die ociosi? At illi rñdentes dixerunt. Qr nemo nos cõduxit. Ite et vos in vineā meā: et qđ iustū fuerit, dabo vobis. Oro vt sš.

FERIA SECVNDA.

De libro Genesis. Lco prima.

Et creauit Deus hoiem ad imaginem et similitudinez suam, ad imaginē Dei creauit illum: masculū et feminaz creauit eos: benedixitqz illis De⁹, et ait. Crescite, et multiplicamini, et replete terrā, et subijcite eā, et dñamini piscibus maris, et volatilibus celi, et vniuersis aiantibus que mouentur super terraz. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis oēm herbam afferentem semen super terraz, et vniuersa ligna, q̄ habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escā, et cūctis aiantibus terre, omniqz volucri celi, et vniuersis, que mouentur j. ca

ueniūt in terra, ⁊ in quibus est aia viuēs: vt habeāt ad vescēdū. Et factū est ita. Uiditqȝ Deus cūcta, q̄ fecerat; ⁊ erāt valde bona. Et factū est vespere ⁊ mane dies sextus. ℟. Dum deambularet dn̄s in paradisum ad aurā post meridiē, clamauit, ⁊ dixit: Adā, vbi es? Audiui, dn̄e, vocē tuam, Et abscōdi me. ℣. Uocē tuā audiui in paradiso, ⁊ timui eo q̄ nudus essem. Et ab. Le. ij.

Igitur pfecti sunt celi, ⁊ terra, ⁊ omnis ornatus eorū. Cōpleuitqȝ Deus die septimo opus suū quod fecerat, ⁊ requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat: ⁊ bn̄dixit diei septimo, ⁊ sanctificauit illū: qa i ipso cessauerat ab omni opere suo, qđ creauit De⁹, vt faceret. Iste sunt generationes celi, ⁊ terre qn̄ creata sunt in die, quo fecit dn̄s Deus celum ⁊ terram, ⁊ oē virgultū agri anteq̄ oriretur in terra, omnemqȝ herbā regionis, prius quā germinaret. Non enim pluerat dn̄s Deus super terrā, ⁊ homo non erat qui operaretur terram: sed fons ascēdebat e terra, irrigans vniuersam superficiē terre. ℟. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: dixit dn̄s ad Adam: cū operatus fueris terrā, non dabit fructus suos. Sed spinas, ⁊ tribulos germinabit tibi. ℣. Quia audisti vocem vxoris tue, ⁊ comedisti de ligno, ex quo preceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. Sed. Lectio iij.

Formauit igitur dn̄s Deus hominē de limo terre: ⁊ inspirauit in faciē eius spiraculū vite, ⁊ factus est homo in animā viuentē. Plantauerat autē dn̄s Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hoiem quem formauerat. Produxitqȝ dn̄s Deus de humo omne lignū pulchrū visu, ⁊ ad vescendū suaue: lignū etiā vite in medio paradisi, lignūqȝ sciētie boni ⁊ mali. Et fluuius egrediebat de loco voluptatis ad irrigandū paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. ℟. Formauit igit dn̄s hoiem de limo terre: Et inspirauit in faciē eius spiraculū vite: ⁊ factus est homo in animā viuentem. ℣. In principio fecit Deus celū, ⁊ terrā, ⁊ plasmauit in ea hominē. Et. Gloria. Et. Ad Magnificat. Antiphona. Hi nouissimi vna hora fecerūt, ⁊ pares illos nobis fecisti, q portauimus pondus diei, ⁊ estus.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis. Lcō prima.

Tulit ergo dn̄s Deus hominem, ⁊ posuit eū in paradisū voluptatis, vt operaret, ⁊ custodiret illum. Precepitqȝ ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autē scientie boni ⁊ mali nē comedas: in quocū 2.c

que enim die comederis ex eo: morte morieris. Dixit quoque dñs Deus. Non est bonū hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. ℟. Tulit. 235. Hic Hūāe preterite repetuntur in sequētibus ferijs sm ordinē noctur. vt in rubricis. Lectio ii.

Formatis igitur dñs Deus de humo cunctis animantibus terre, z vniuersis volatilibus celi: adduxit ea ad Adā, vt videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adā anime viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitqz Adā nominibus suis cuncta animātia, z vniuersa volatilia celi, z oēs bestias terre: Ade vero non inueniebat adiutor similis eius. ℟. Dixit. L. iii.

Immisitqz dñs Deus soporē in Adam. Cūqz obdormisset, tulit vnā de costis ei9, z repleuit carnem pro ea, z edificauit dñs Deus costā quā tulerat de Adā, in mulierē: z adduxit ea ad Adā: Dixitqz Adam: Hoc nunc os ex ossib9 meis, z caro de carne mea: hec vocabitur Uirago, qm̄ de viro sumpta est. Quamobrē relinquet homo patrem suū, z matrem, z adherebit vxori sue, z erunt duo in carne vna. ℟. Immisit. Ad Bñā. Añ. Dixit autē paterfamilias: Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecū? tolle quod tuum est, z vade.

FERIA QVARTA. De libro Genesis. Lcō prima.

Sed z serpēs erat callidior cunctis animantibus terre, que fecerat dñs Deus: qui dixit ad mulierem: Cur precepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorū: que sunt in paradiso, vescimur: de fructu vero ligni, qd̄ est in medio paradisi, precepit nobis Deus ne comederemus, z ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit aūt serpēs ad mulierē. Nequaquā morte moriemini: scit enim Deus, q in quocūqz die comederitis ex eo: aperient oculi vestri, z eritis sicut dij sciētes bonū z malū. Uidit igit mulier, quod bonum esset lignū ad vescēdū, z pulchrū oculis, aspectuqz delectabile: z tulit de fructu illius, z comedit: deditqz viro suo, qui comedit, z aperti sunt oculi amborum. ℟. Plantauerat. 136. Lectio ii.

Cumqz cognouissēt se esse nudos, consuerunt folia ficus, z fecerunt sibi perizomata. Et cum audissent vocē dñi Dei deambulātis in paradiso ad auram post meridiē, abscondit se Adā, z vxor eius a facie dñi Dei in medio ligni paradisi: Uocauitqz dñs Deus Adā, z dixit ei: Ubi es? Qui ait: Uocem tuam dñe audiui in paradiso: z timui

co

eo quod nudus essem, et abscondi me. Cui dixit dominus: Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo preceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitque Adam. Mulier, quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno, et comedi. Et dixit dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Que respondit: Serpens decepit me, et comedi. ℟. Ecce Adam. Le. iij.

Et ait dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, et bestias terre. Super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vite tue. Inimicitias ponam inter te, et mulierem, et semen tuum, et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo erumnas tuas, et conceptus tuos: in dolore paries filios, et sub viri potestate eris: et ipse dominabitur tui. Ade vero dixit: Quia audisti vocem vxoris tue et comedisti de ligno, ex quo preceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue: spinas et tribulos germinabit tibi: et comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, et in puluerem reuerteris. Et vocauit nomen vxoris sue Eua, eo quod mater esset cunctorum viuentium. ℟. Ubi est Abel. Ad Magnificat. Ant. Tolle quod tuum est, et vade, quia ego bonus sum, dicit dominus.

FERIA QVINTA.

De libro Genesis. Lectio prima.

Adam vero cognouit vxorem suam Euam, que concepit et peperit Cain, dicens possedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, et Cain agricola. Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terre munera domino: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum. Et respexit dominus ad Abel et munera eius: ad Cain autem, et ad munera illius non respexit. Iratusque est Cain vehementer, et concidit vultus eius. Dixitque dominus ad eum: Quare iratus es, et cur concidit facies tua? Nonne, si bene egeris recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? sed sub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius. ℟. In principio. 134. Lectio ii.

Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cumque essent in agro: consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, et interfecit eum. Et ait dominus ad Cain: Ubi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio:

nunquid custos fratris mei sum ego: Dixitq; ad eũ: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nũc igitur maledictus eris sup terrã, q̃ aperuit os suũ, & suscepit sanguinẽ fratris tui de manu tua: cũ operatus fueris eã, nõ dabit tibi fructus suos: vagus & pfugus eris sup terrã. ℟. In principio. Lc. iij.

Dixitque Cain ad dñm: Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. Ecce eycis me hodie a facie terrę, & a facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra. Ois igitur, qui inuenerit me, occidet me. Dixitque ei dñs: Nequaquam ita fiet: sed omnis, qui occiderit Cain, septulum punietur. Posuitq; dominus in Cain signũ: vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eũ. Egressusque Cain a facie domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. ℟. Formauit.

Ad Magnificat. Antiphona. Non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequã est: quia ego bonus sum, dicit dñs?

FERIA SEXTA.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Ca. 4. Cognouit autẽ Cain vxorẽ suã, quę concepit & peperit Enoch, & ędificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij sui Enoch. Porro Enoch genuit Irad, & Irad genuit, Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech: q accepit duas vxores, nomẽ vni Ada, & nomen alteri Sella: genuitq; Ada Jabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atq; pastorum: & nomen fratris eius Jubal: ipse fuit pater canentium cithara, & organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit Malleator, & faber in cuncta opera ęris & ferri. Soror vero Tubalcain Noema. ℟. Tulit. 134. Lectio secunda.

Dixitq; Lamech vxorib⁹ suis, Adę, & Sellę. Audite vocẽ meã, vxores Lamech: auscultate sermonem meũ. Quoniã occidi virũ in vulnus meũ: & adolescentulũ in liuorẽ meũ: septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam, & peperit filium: vocauitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quẽ occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cępit inuocare nomẽ domini. ℟. Dixit. Lectio iij.

Hic est liber generationis Adam, in die qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum, masculum & feminã creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt. Vixit

Vixit autem Adam centum triginta annis, et genuit filium ad imaginem, et similitudinem suam: vocauitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni, genuitque filios, et filias. Et factum est omne tempus, quod vixit Adã, anni nongenti triginta: et mortuus est. R. Immisit.

SABBATHO.

Solet fieri de beata Maria.

De libro Genesis. Lcõ prima.

ca. 5. Vixit autẽ Mabalaleel sexaginta quinque annis, et genuit Jared: et vixit Mabalaleel postq̃ genuit Jared, octingẽtis triginta annis, et genuit filios, et filias. Et facti sunt omnes dies Mabalaleel octingẽti nonaginta quinque anni, et mortuus est. Vixitque Jared centum sexaginta duobus annis, et genuit Enoch: et vixit Jared: postquam genuit Enoch, octingentis annis, et genuit filios, et filias: et facti sunt oẽs dies Jared nongenti sexaginta duo anni, et mortuus est. Porro Enoch vixit sexaginta quinque annis, et genuit Mathusalẽ. L. ij.

Et ambulauit Enoch cum Deo: et vixit postq̃ genuit Mathusalẽ trecẽtis annis, et genuit filios et filias. Et facti sunt oẽs dies Enoch trecẽti sexaginta quinque anni: ambulauitque cũ Deo, et nõ apparuit: qa tulit eum Deus. Vixit quoque Mathusalẽ centum octoginta septẽ annis, et genuit Lamech. Et vixit Mathusalẽ, postq̃ genuit Lamech, septingẽtis octoginta duob⁹ annis, et genuit filios, et filias. Et facti sunt omnes dies Mathusalẽ, nongenti sexagintanouem anni, et mortuus est. Lectio tertia.

Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, et genuit filium: vocauitque nomen eius Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus, et laboribus manuum nostrarũ in terra cui maledixit dominus. Vixitque Lamech, postquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, et genuit filios, et filias. Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni, et mortuus est.

Sabb. Sexagesi. Ad vesp. Capi.



Fratres, libẽter suffertis insipientes, cũ sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciẽ vos cędit. 2. Cor. 11. Hymn. O lux beata tri. 64. V. Vesper tina oratio. Ad Magnifi. Aña. Dixit dñs ad Noe: Finis vniuerse carnis venit corã me: fac tibi arcã de lignis leuigatis, vt saluetur vniuersum semẽ in ea. Oro.

Deus qui conspicis, qa ex nulla nostra actione cõfi

dimus: cōcede propitius, vt cōtra aduersa omnia doctoris gentiū protectione muniamur. Per.

DOMINICA IN LX.

Ad mat. Inui. Pręoccupem9. Psalm. 7 reliq3 ad lec. et 3 psal. De libro Genesis. Lectio prima.

ca.5. 

Oe vero cū quingentorum esset annorū genuit Sem, Cham, 7 Japheth.

ca.6. Cumq3 cępissent homines multiplicari super terram, 7 filias procreassent, videntes filij Dei filias hominū q esent pulchrę, accepęrūt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitq3 Deus: Nō permanebit spūs meus in hoie in ęternum, quia caro est. Eruntq3 dies illius, centum viginti annorū. Gigantes autē erāt super terrā in diebus illis. Postquā enim ingressi sunt filij Dei ad filias hoium, illęq3 genuerūt, isti sunt potētes a sęculo viri famosi. R. Dixit dñs ad Noe: Finis vniuersę carnis venit corā me: repleta est terra iniquitate eorū: Et ego disperdā eos cū terra. V. Fac tibi arcam de lignis leuigatis, mansiūculas in ea facies. Et. Lectio ii.

Uidens autem Deus, q multa malitia hominum esset in terra, 7 cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: pęnituit eum q homīē fecisset in terra. Et pręcauens in futurūm, 7 tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo, inquit, hominem quē creaui a facie terrę, ab homine vsque ad animātia, a reptili vsq3 ad volucres cęli: pęnitet enim me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiā coram domino. R. Noe, vir iustus, atque perfectus, cum Deo ambulauit: Et fecit omnia quęcunq3 pręcepit ei Deus. V. Fecit sibi arcam, vt saluaretur vniuersum semen. Et. Lectio iii.

HÆ sūt generationes Noe: Noe vir iustus atq3 perfectus fuit in generationib9 suis: cum Deo ambulauit, 7 genuit tres filios, Sem, Cham, 7 Japheth. Corrupta est autē terra coram Deo, 7 repleta est iniquitate. Cumq3 vidisset Deus terram esse corruptam (omnis qppe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe: Finis vniuersę carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate a facie eorū: 7 ego disperdā eos cū terra. Fac tibi arcā de lignis leuigatis, mansiunculas in arca facies, 7 bitumine linies intrinsecus, 7 extrinsecus: 7 sic facies eā: Trecentorū cubitorū erit lōgitudo arcę, quinquaginta cubitorū latitudo, 7 triginta cubitorū altitudo illius. R. Quadraginta dies, 7 noctes aperti sunt cęli; 7 ex omni carne habētē spiritū vitę ingressa sunt in arcam. Et

clausit

clausit a foris ostiū dñs. ℣. In articulo diei illi⁹ ingressus est Noe in arcā, ⁊ filij eius, ⁊ vxor illius, ⁊ vxores filiorꝫ eius. Et l. ℣ lo. Et. Ex libro S. Ambrosii episcopi de Noe. ⁊ arca. Lectio quarta.

Habes, quia iratus dominus est, quoniam quamuis cogitaret, hoc est sciret, quia homo positus in terrę regione carnem portans sine peccato esse non possit (terra enim velut qdā tētationis locus est, caroqꝫ corruptelę illecebra) tamen cuꝫ haberēt mentē rationis capacē, virtutemqꝫ animę infusam corpori sine ꝯsideratione aliqua in lapsum ruerūt, ex quo reuocare se nollēt. Neqꝫ enim Deus cogitat, sicut homines, vt aliqua ei noua succedat sentētia: neqꝫ ira scitur quasi mutabilis: sed ideo hęc legūtur, vt exprimatur peccatorꝫ nostrorꝫ acerbitas, quę diuinam meruerit offensaꝫ, tanqꝫ eo vsqꝫ increuerit culpa, vt etiā Deus, qui naturaliter non mouetur aut ira, aut odio, aut passione vlla prouocatus videatur ad iracundiam. ℟. Edificauit Noe altare domino offerens super illud holocaustū: odoratusque est dñs odorem suauitatis, ⁊ benedixit eis, dicens, Crescite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete terram. ℣. Ecce ego statuā pactuꝫ meum vobiscum, ⁊ cum semine vestro post vos. Crescite. Lc. v.

Iratus est prętęrea, q͂ deleret hominē. Ab homine (inquit) vsqꝫ ad pecus, ⁊ a reptilibus vsqꝫ ad volatilia delebo: Quid lęserant irrationabilia? Sed qa propter hominē illa facta erant, eo vtiqꝫ deleto propter quem facta sunt, consequēs erat vt etiam illa delerenť: quia non erat, qui his vtereť. Sensu autē altiore illud manifestatur: quia homo mens est, quę est rationis capax: homo eniꝫ definiť, animal viuum, mortale, rationabile. Principali igitur extincto, etiā sensus omnis extinguitur: eo q͂ nihil reliqui ad salutem superfit, cum salutis fundamentū virtus defecerit. ℟. Ponā arcū meum in nubibus cęli, dixit dominus ad Noe: Et recordabor fęderis mei quod pepigi tecuꝫ. ℣. Cumqꝫ obduxero nubibus cęlum, apparebit arcus meus in nubibus. Et recorda. Lcō vi.

Ad condemnationem autē cęterorū, ⁊ ad expreßioneꝫ pietatis diuinę, diciť Noe apud Deū gratiam inuenisse. Simul ostenditur q͂ hominem iustum non obūbret aliorꝫ offensio, quādo ipse totius generis reseruať seminarium. Qui non gnationis nobilitate, sed iustitię, ⁊ ꝑfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis ꝓsapia est: quia sicut hoium genus homines, ita animarꝫ genus virtu-

tes sunt. Etenim familię hominum splendore generis nobilitatur, animarū autem clarificat gratia splendore virtutis. ℟. Per me metipsum iuraui dicit dñs, non adiiciam vltra aquas diluuij, super terrā: pacti mei recordabor. Ut non perdam aquis diluuij oēm carnem. ℣. Arcum meū ponam in nubibus, et erit signū fęderis inter me, et inter terram. Ut nō.

Lcō sci euāg. sm Lucam. Le. viij.

ca.8. In illo tempore: Cum turba plurima conuenirent ad Jesum, et de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exijt, qui seminat, seminare semen suum. Et reliq.

Omilia sancti Gregorii pape.

Lectio sancti euāgelij, quā modo fratres carißimi audistis, expositione non indiget; sed admonitione. Quam enim per semetipsam veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas non pręsumat. Sed est quod solicite in hac ipsa expositione dñica pensare debemus: quia si nos vobis semen verbum, agrū mūdū, volucres dęmonia, spinas diuitias significare diceremus, ad credendū nobis mēs forsitan vestra dubitaret. Unde et idem dñs per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, vt sciatis rerum significationes quęrere in ijs etiā, quę per semetipsum noluit explanare.

℟. Benedixit Deus Noe, et filijs ei⁹, et dixit ad eos: Crescite, et multiplicamini, et replete terram. ℣. Ecce ego statuā pactum meū vobiscum, et cū semine vestro post vos. Crescite. Lcō viij.

Exponendo ergo quod dixit, figurate se loqui innotuit: quatenus certos vos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborū illius figuras aperiret. Quis enim mihi vnquā crederet, si spinas diuitias interpretari voluissem? maxime cum illę pungant, istę delectent? et tamen spinę sunt: qa cogitationū suarū punctionibus mentes lacerant, et cū vsq; ad peccatū pertrahūt, quasi inflicto vulnere cruētant. Quas bene hoc in loco alio euāgelista testante, nequaq̃ dñs diuitias, sed fallaces diuitias appellat. ℟. Ecce ego statuam pactum meū vobiscum, et cū semine vestro post vos. Neq; erit de inceps diluuiū dissipans terram. ℣. Arcum meū, ponā in nubib⁹, et erit signum fęderis inter me, et inter terram. Neq;. Lectio ix.

Fallaces enim sunt, quę nobiscum diu pmanere non possunt: fallaces sunt, quę mentis nostrę inopiā non expellunt. Solę autē diuitię verę sunt, quę nos diuites virtutibus faciunt. Si ergo, fratres carißimi, diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Si culmen veri honoris

quęritis,

quęritis, ad cęleste regnū tendite. Si gloriā dignitatū diligitis, in illa superna angelorum curia adscribi festinate. Verba Dei, quę aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo Dei: & quasi acceptus cibus stomacho lāguente reijcit, quando auditus sermo in vētre memorię non tenet, sed qsquis alimento nō retinet, huius pfecto vita desperatur. ℟. Cum turba plurima cōuenirent ad Iesum, & de ciuitatibus properarent ad eū, dixit p similitudinē: Exijt, q seminat seminare semen suum. ℣. Et dum seminat, aliud cecidit i terrā bonā, & ortū fecit fructū cētuplū. Exijt. Glo. Exijt. Infra hebd. Fer. iiij. & Sabb. loco huius ℟. dī j. ℟. secūdę seq. fer.

Ad Laudes. Antiphona.

Secundum magnā misericordiā tuā; miserere mei Deus. Ps. Miserere. 23. cū rel. vt in pcedēti Dñica. Añ. Si mihi dñs Saluator fuerit, nō timebo, quid faciat mihi homo. 11. Añ. In velamento clamaui valde diluculo: De⁹ deus meus, ad te de luce vigilo. 8. Añ. Hymnū dicamus dño Deo nr̃o. Añ. In tympano, & choro, in chordis, & organo laudate deū. Cap. Fr̃es, libenter. 139. Hym. Æterne rerū cōditor. 10. ℣. Dñe refugiū.

Ad Benedictus. Antiphona.

Cum turba plurima cōuenirent ad Iesum, & de ciuitatibus pperarēt ad eū, dixit p similitu. hīc, Exijt qui seminat seminare semen suum. Oratio vt supra.

Ad j. Añ. Semē cecidit i terrā bonā, & attulit fructū in patiētia.

Ad iij. Añ. Qui verbū Dei retinēt corde perfecto, & optimo: fructum afferunt in patientia. Caplm. Fratres, libenter. 139. ℟. Inclina. Ego dixi dñe mi.

Ad Sextam. Antiphona.

Semen cecidit in terram bonā, & attulit fructum aliud centesimū, & aliud sexagesimum. Cap.

Ter vgis cęsus sum, semel lapidatus sum: ter naufragiū feci: nocte, & die in profundo maris fui. ℟. In ęternū. Dñs reg. 2. Cor. 11.

Ad Nonam. Antiphona.

Si vere fratres diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Cap.

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. ℟. Clamaui in. Ab occultis.

Ad Vesperas. Aña, & Psalm. Dixit dñs. 52. cum reliq. Cap. Fratres, libēter. 139. Hym. Lucis creator. 53. ℣. Dirigat dñe.

Ad Mag. Aña. Vobis datum est nosse mysteriū regni dei, cęteris autem in parabolis, dixit Iesus discipulis suis. Orō vt supra.

FERIA SECVNDA.

De libro Genesis. Lcō prima.

Dixit dñs ad Noe: Ingredere tu, & omnis domus tua 7.a.

tus in arcā. Te enim vidi iustū coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles, septena, et septena, masculum et feminā. De animantibus vero immundis duo et duo, masculum et feminā: sed et de volatilibus celi septena et septena, masculū et feminā; vt saluet semen sup faciē vniuerse terre. Adhuc enim et post dies septē ego pluā sup terrā quadraginta diebus, et quadraginta noctibus: et delebo oēm substantiam, quam feci, de supficie terre. R. I n articulo diei illi⁹ ingressus est Noe in arcam et filij eius, Uxor illius, et vxores filiorum eius. V. Deleta sunt vniuersa de terra, remansit autem solus Noe: et qui cum eo erant in arca. Uxor. Lectio ij.

F Ecit ergo Noe oia, q̄ mandauerat ei dn̄s. Cūqʒ transissent septem dies, aque diluuij inūdauerūt sup terrā. Anno sexcētesimo vite Noe mēse secūdo, septimodecimo die mensis, rupti sūt oēs fontes abyssi māgne, et cataracte celi apte sunt, et facta est pluuia sup terrā quadraginta diebus, et quadraginta noctibus. R. R ecordatus dn̄s Noe, adduxit spūm sup terrā, et imminute sunt aque: Et phibite sunt pluuie de celis. V. Reuerseque sunt aque de terra euntes et redeūtes: et ceperūt minui post cētū quadraginta dies. Et. L. iij.

I N articulo diei illius ingressus est Noe, Sem, Cham, et Japheth, filij eius, et vxor illi⁹: et tres vxores filiorū eius cum eis in arcam, ipsi et omne animal secundū genus suū, vniuersaqʒ iumenta in genere suo, et omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumqʒ volatile secūdum genus suum. Factūqʒ est diluuium quadraginta diebus super terrā, et multiplicate sunt aque, et eleuauerunt arcam in sublime a terra. R. Quadraginta dies. vt ē. in Dnica. f. 139. Ad Mag. Aña. Si culmē veri honoris qreritis, ad illā celestē patriā, quantocyus properate.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis. Lectio prima.

R Ecordatus aūt Deus, Noe. & ca. cūctorūqʒ aiantiū, et oium iumentorū, que erant cū eo in arca, adduxit spūm super terram, et imminute sunt aque, et clausi sunt fontes abyssi, et cataracte celi, et prohibite sunt pluuie de celo. Reuerseqʒ sunt aque de terra, eūtes, et redeūtes, et ceperunt minui post cētū quinquaginta dies. Requieuitqʒ arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis super montes Armenie. R. Ædificauit. 140. Lectio ij.

A T vero aque ibāt, et decrescebant vsqʒ ad decimum mensem: decimo enim mēse prima die mensis apparuerūt cacumina

mina montium. Cumq; transis-
sent quadraginta dies, aperiens
Noe fenestram arcę, quam fece-
rat, dimisit coruum: qui egredie-
batur, ⁊ non reuertebatur, do-
nec siccarent aquę super terraz.
Emisit quoq; columbā post eū,
vt videret si iam cessassent aquę
super faciez terrę. Quę cum nō
inuenisset vbi requiesceret pes
eius, reuersa est ad eum in ar-
cam. R. Ponam arcum. L. iii.
Expectatis autem vltra se-
ptem diebus alijs, rursum
dimisit columbā ex arca. At illa
venit ad eum ad vesperam por-
tans ramum oliuę virētibus fo-
lijs in ore suo. Intellexit ergo
Noe, q cessassent aquę sup ter-
ram: expectauitq; nihilominus
septem alios dies: ⁊ emisit co-
lumbam: quę non est reuersa vl-
tra ad eum. Igitur sexcētesimo
primo anno, primo mense, pri-
ma die mensis imminutę sunt
aquę super terraz. R. Per me-
metipsum. Ad Magnif. Ana.
Semen est verbū Dei, sator au-
tem Christus: omnis, qui inue-
nit eum, manebit in ęternum.

FERIA QVARTA.

De libro Geneseos. Lec. prima.

Gen. 8. Locutus est autem dñs ad
Noe dicens: Egredere de
arca tu, ⁊ vxor tua, filij tui ⁊ vxo-
res filiorū tuorū tecum: ⁊ cun-
cta animantia, quę sunt apud te
ex omni carne, taz in volatilibus
quam in bestijs, ⁊ vniuersis re-
ptilibus, quę reptant super ter-
ram, educ tecum: ⁊ ingredimini
super terram: Crescite, ⁊ multi-
plicamini super eam. Egressus
est ergo Noe, ⁊ filij eius, vxor il-
lius ⁊ vxores filiorum eius cum
eo: sed ⁊ omnia animātia, iumen-
ta ⁊ reptilia, quę reptant super
terram, secundum genus suum
egressa sunt de arca. R. Bene-
dixit Deus. 140. Lectio secunda.
AEdificauit autez Noe alta-
re dño: ⁊ tollens de cunctis
pecoribus, ⁊ volucribus mun-
dis, obtulit holocausta super al-
tare. Odoratusque est dñs odo-
rem suauitatis, ⁊ ait ad euz: Ne-
quaquam vltra maledicam ter-
rę propter homines: sensus eniz
⁊ cogitatio humani cordis in ma-
lum prona sunt ab adolescentia
sua: Non igitur vltra percutiaz
oēm animam viuentē, sicut feci.
Cunctis diebus terrę, sementis
⁊ messis, frigus, ⁊ ęstus, ęstas, ⁊
hyems, nox ⁊ dies non requie-
scent. R. Ecce ego. Lectio iii.
Benedixitq; Deus Noe, ⁊
filijs eius, ⁊ dixit ad eos:
Crescite, ⁊ multiplicamini, ⁊ re-
plete terraz. Et terror vester, ac
tremor sit super cuncta animan-
tia terrę, ⁊ sup omnes volucres
cęli, cum vniuersis, quę mouen-
tur super terram: omnes pisces
maris manui vestrę traditi sunt:
⁊ oē quod mouetur, ⁊ viuit, erit
vobis

vob is in cibū: quasi olera viren-tia tradidi vobis oia, excepto, φ carnē cū sanguine non comede-tis. Sanguinē eniꝫ animarū ve-strarūꝫ requiram de manu cun-ctarūꝫ bestiaꝝ, ⁊ de manu hoīs, de manu viri, ⁊ de manu fratris eius requirā animam hominis. Quicūqꝫ effuderit humanum sanguinem: fundetur sanguis il-li⁹. Ad imaginē quippe Dei fa-ctus est homo. ℟. In articulo. Ad Magnificat. Antiphona. Qđ aūt cecidit in terrā bonam, hi sunt q in corde bono ⁊ opti-mo fructū afferunt in patientia.

Si predicte añe ad Mag. non potuerunt dici in precedētibus ferijs, dicanť in subseq. quib⁹ ex-pletis, si adhuc occurrat fieri Offm̄ de feria sumanť de Psal. qđ semp fit, qñ proprię non hñr.

FERIA QVINTA.

De libro Genesis. Lcō prima.

ca. 9. Dixitqꝫ Deus: Hoc est si-gnū fęderis, qđ do inter me, ⁊ vos, ⁊ ad oēm aiam viuen-tem, quę est vobiscuꝫ in genera-tiones sempiternas. Arcū meuꝫ ponam in nubibus, ⁊ erit signuꝫ fęderis inter me, ⁊ inter terraꝫ. Cumqꝫ obduxero nubibus cę-lum, apparebit arcus meus in nubibus, ⁊ recordabor fęderis mei vobiscum, ⁊ cum omni ani-ma viuente, quę carnē vegetat, ⁊ non erunt vltra aquę diluuij ad delendum vniuersam carnē.

℟. Dixit dñs. 139. Lectio ij.

Cepit Noe, vir agricola, exercere terrā: ⁊ plantauit vineā, bibensqꝫ vinū inebriatus est, ⁊ nudatus est in tabernaculo suo. Quod cuꝫ vidisset Cham, pater Chanaan, verēda scilicet pris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras: At vero Sem, ⁊ Japheth pallium imposuerunt humeris suis: ⁊ in cedentes retrorsuꝫ operuerunt verenda pris sui: facieque eoꝝ auersę erant, ⁊ patris virilia nō viderunt. ℟. Noe vir. Lcō iij.

Euigilās aūt Noe ex vino, cū didicisset, q̄ fecerat ei fi-lius suus minor, ait: Maledict⁹ Chanaan, seruus seruorūꝫ erit fratrib⁹ suis. Dixitqꝫ: Benedi-ctus dñs Deus Sem, sit Cha-naan seruus eius: dilatet Deus Japheth, ⁊ habitet i tabernacu-lis Sem: sitqꝫ Chanaan seruus eius. Vixit autem Noe post di-luuiū trecētis quinquaginta an-nis: ⁊ impleti sunt oēs dies eius nōgētoꝝ qnquaginta annorūꝫ, ⁊ mortuus est. ℟. Quadraginta.

FERIA SEXTA.

De libro Genesis. Lcō prima.

Hę sunt generationes filio- 10.
rum Noe, Sem, Cham, ⁊ Japheth: natique sunt eis filij, post diluuiū. Filij Japheth, Go-mer, ⁊ Magog, ⁊ Madai, ⁊ Ja-uā, ⁊ Thubal, ⁊ Mosoch, ⁊ Thi-ras. Porro filij Gomer, Asce-

nez,

nez, et Riphath, et Thogorma. Filij autẽ Javan, Elisa, et Tharsis, Cethim, et Dodanim. Ab his diuisę sunt insulę gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suam, et familias suas in nationib⁹ suis. Filij autem Cham, Chus, et Mesraim, Phut, et Chanaan. ℟. Ædificauit. 140. Lectio secũda.

Erat aũt terra labij vnius, et sermonũ eorundẽ, cũq; proficiscerentur de Oriente, inuenerunt campum in terra Sẽnaar, et habitauerunt in eo, dixitq; alter ad proximum suum: Venite faciamus lateres, et coquamus eos igni, habueruntq; lateres pro saxis, et bitumen pro cemento, et dixerunt: Venite, faciamus nobis ciuitatem, et turrim, cuius culmen pertingat ad cęlum: et celebremus nomen nostrũ anteq uã diuidamur in vniuersas terras. ℟. Ponã. L. iij.

Descendit autem dñs, vt videret ciuitatẽ, et turrim, quam ędificabant filij Adam, et dixit: Ecce vnus est populus, et vnum est labium omnibus: ceperũtq; hoc facere, nec desistẽt a cogitationibus suis, donec eas opere compleant: venite igitur, descendamus, et confundamus, ibi linguam eorũ, vt non audiat vnusq̃sq; vocẽ proximi sui. Atq; ita diuisit eos dñs ex illo loco in vniuersas terras, et cessauerunt ędificare ciuitatẽ. ℟. Per me.

SABBATHO.

Solet fieri de beata Maria.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Hæ sunt generatiões Sem. 11. ca. Sem erat centum annorũ quando genuit Arphaxad, biennio post diluuiũ: vixitq; Sem, postq̃; genuit Arphaxad, quingentis annis, et genuit filios, et filias. Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, et genuit Sale. Vixitq; Arphaxad, postquã genuit Sale, quadringentis tribus annis: et genuit filios, et filias. Sale quoq; vixit triginta annis, et genuit Heber. Vixitque Sale, postquam genuit Heber, quadringentis trib⁹ annis, et genuit filios, et filias. Lcõ ij.

Vixit autẽ Heber triginta quatuor annis, et genuit Phaleg. Et vixit Heber, postquã genuit Phaleg, quadringentis triginta annis, et genuit filios et filias. Vixit quoq; Phaleg triginta annis, et genuit Reu. Vixitq; Phaleg, postquam genuit Reu, ducentis nouem annis, et genuit filios, et filias. Vixit autem Reu triginta duobus annis, et genuit Sarug. Vixit quoque Reu, postq̃; genuit Sarug ducentis septẽ annis, et genuit filios, et filias. Vixit vero Sarug triginta annis, et genuit Nachor. Vixit Sarug, postq̃; genuit Nachor ducẽtis annis, et ge-

nuit

nuit filios & filias. Lectio iiii.

Xrit autẽ Nachor viginti nouẽ annis, & genuit Thare. Vixitqʒ Nachor postquã genuit Thare centum decem & nouem annis, & genuit filios, & filias. Vixitqʒ Thare septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aran. Hę sunt autẽ generationes Thare, Thare genuit Abram, Nachor, & Aran. Porro Arã genuit Lot. Mortuusqʒ est Aram ante Thare patrem suũ in terra natiuitatis suę in Vr Chaldęorum. Duxerunt autem Abrã, & Nachor vxores: nomen vxoris Abram Sarai, & nomen vxoris Nachor Melcha filia Arã patris Melchę, & patris Iescha. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.

Sabbato quinquagesimę. Ad Vesperas. Capitulum.

Cor. 13. Ratres, Si linguis hominũ loquar, & angelorum, charitatem autem non habeã, factus sum velut ęs sonans aut cymbalum tinniens. Hymnus O lux. Vespertina 61. Ad Magnificat. Antiphona.

Pater fidei nostrę Abraham summus, obtulit holocaustum super altare pro filio. Oratio.

Reces nostras, quęsumus domine clementer exaudi: atqʒ a peccatorum vinculis absolutos, ab omni nos aduersitate custodi. per.

DOMINICA in Quinquagesima.

Ad Matutinum. Inuitatorium. Preoccupemus & cetera vsqʒ ad lectio. vt in prima. De libro Genesis. Lectio prima.



Xrit autẽ dñs ad Abram: egredere de terra tua, & de cognatiõe tua, & de domo patris tui, & veni in terrã quã mõstrauero tibi: faciãqʒ te in gentẽ magnã, & benedicã tibi, & magnificabo nomẽ tuũ, erisque bñdictus. Benedicã benedicentibus tibi, & maledicã maledicẽtibus tibi, atqʒ in te benedicentur vniuersę cognationes terrę. Egressus est itaqʒ Abrã sicut pceperat ei dñs, & iuit cũ eo Lot. 12. c. Septuaginta quinque annorum erat Abrã, cũ egrederetur de Haran, tulitqʒ Sarai vxorẽ suam, & Lot filium fratris sui, vniuersamqʒ substantiã: quã possederant, & aias, quas fecerãt in Haran, & egressi sunt, vt irẽt in terram Chanaan. Cũqʒ venissent in eã, pertransiuit Abram terrã vsqʒ ad locum Sichem, & vsque ad conuallem Illustrem. Chananęus autem tunc erat in terra. Apparuit ocut' est dñs ad Abrã dicens: egredere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi. Et faciam te in gentem magnam. Et benedicens benedicam tibi, & ma

magnificabo nomen tuũ, erisq; benedictus. Et faciam. [illegible]

[A]pparuit autẽ dñs Abraã, & dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui ędificauit altare domino, qui apparuerat ei. Et inde trãsgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetẽdit ibi tabernaculũ suũ, ab occidẽte habẽs Bethel, & ab oriente Hai. Ædificauit quoque ibi altare dño, & inuocauit nomen eius. Perrexitq; Abram vadens, & vltra progrediens ad meridiẽ. Facta est aũt fames in terra. Descẽdit igitur Abram in Ægyptũ, vt peregrinaret ibi: pręualuerat enim fames in terra. Cumq; prope esset vt ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori suę. Noui q pulcra sis mulier, & quod cũ viderint te, Ægyptij, dicturi sunt: vxor illius est: & interficient me, & te reseruabũt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. [illegible]

[C]ũ staret Abrã ad ilicẽ Mãbrę, vidit tres viros ascẽdẽtes p viam: Tres vidit, & vnum adorauit. Ecce Sarai vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Isaac. Tres. [illegible]

[C]um itaq; ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem q esset pulcra nimis, & nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eã apud illũ, & sublata est mulier in domum Pharaonis: Abrã vero bene vsi sunt ppter illam: Fueruntq; ei oues, & boues, & asini, & serui, & famulę, & asinę, & cameli. Flagellauit autẽ dñs Pharaonẽ plagis maximis, & domũ eius propter Sarai vxorem. Abram Vocauitq; Pharao Abraã, & dixit ei: Quidnam est hoc, quod fecisti mihi? quare non indicasti mihi quod vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nũc igitur ecce ꝯiux tua, accipe eã. [illegible]

[T]ẽtauit dominus Abrahã, & dixit ad eũ: Tolle filiũ tuum, quem diligis Isaac, & offer illum ibi in holocaustum super vnum montium, quem dixero tibi. Vocatus quoque a dño respondit. Adsum: & ait ei dominus. Tolle. [G]loria. Tolle.

[illegible]

Magnꝰ plane vir Abrahã, & multarũ virtutũ clarus insignibus, quẽ votis suis philosophia non potuerit ęquare: denique minus, est quod illa finxit, quam quod iste gessit: maiorq; ambitioso eloquentię mẽdacio simplex veritatis fides. Itaq; cuiusmodi fuerit in eo viro deuotio, consideremus. Ea enim virtus ordine prima est,

quę eſt fundamētū cęterarū, meritoq; hanc ab eo primā exegit Deus, dicens: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Satis fuerat dixiſſe, de terra tua: ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo. ℟. Angelus dñi vocauit Abrahā dicens: Ne extēdas manum tuā ſuper puerum, eo ꝙ timeas dñm. ℣. Cumq; extendiſſet manum, vt immolaret filiū, ecce angelus domini de cęlo clamauit, dicens. Ne ex. Lectio v.

Sed ideo addidit ſingula, vt eius affectū probaret, ne forte aut imprudenter cępiſſe videretur, aut fraus aliqua mādatis cęleſtibus pararetur. Sed ſicut coacernanda fuerūt pręcepta, ne quid lateret: ita etiā proponenda merita, ne forte diſperaret. Tētat, vt fortis: incitatur, vt fidelis: prouocatur, vt iuſtus: meritoq; exiuit, quēadmodū locutus eſt illi dñs: & exiuit cum eo Loth. Hoc eſt, quod pro magno inter ſcptē ſapientū dicta celebratur, Sequere deū. ℟. Vocauit angelus dñi Abrahā de cęlo, ſecundo, dicens: Benedicā tibi. Et multiplicabo te ſicut ſtellas cęli. ℣. Poſſidebit ſemē tuū portas inimicorum tuorum, & benedicētur in ſemine tuo omnes tribus terrę. Et. Lectio vj.

Facto pueniſt Abrahā dicta ſapientū; & ſecutus deū exiuit de terra ſua. Sed quia antea terra ei fuerat alia, hoc eſt regio Chaldęorum, de qua exiuit Thare pater Abraham, & in Chanaan demigrauit: & quia ſecum eduxit nepotem ſuum, cui dictum fuerat: Exi de cognatione tua: conſideremus, ne forte hoc ſit exire de terra ſua, de huius terrę, hoc eſt de corporis noſtri quadam cōmoratione egredi, de qua exiuit Paulus, qui dixit: Noſtra autem cōuerſatio in cęlis eſt. ℟. Deus domini mei Abrahā dirige viā meā. Vt cum ſalute reuertar in domum dñi mei. ℣. Obſecro dñe, fac miſericordiam cum ſeruo tuo. Vt cum ſalute. Gloria patri. Vt cum.

Lcō ſcti euāg. ſm Lucam. L. xviij.

In illo tpe: Aſſumpſit Jeſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis. Ecce aſcēdimus Jeroſolymā: & cōſummabunt oia, quę ſcripta ſunt per pphetas de filio hominis. Et reli. 18. c.

Homilia ſancti Gregorii papę.

Redemptor noſter, puidēs ex paſſione ſua diſcipulorū animos perturbandos, eis lōge ante & eiuſdem paſſionis penas, & reſurrectionis ſuę gloriam prędixit: vt cum eum morientem, ſicut prędictum eſt, cernerent, etiam reſurrecturum non dubitarent. Sed qa carnales adhuc diſcipuli nullo modo valebant capere verba myſterij, venitur ad

ad miraculū. Ante eoꝝ oculos
cecus lumen recipit: vt qui cele
stis mysterij verba nō caperent,
eos ad fidē celestia facta solida-
rent. R. V. eni hodie ad fontē
aque, et oraui dñm, dicens: Dñe
Deus Abrahā, tu pspeꝝ fecisti
desideriū meū. V. Ergo puella,
cui dixero, da mihi aquā de hy-
dria tua, vt bibam, et illa dixerit,
Bibe dñe, et camelis tuis potū
tribuā: ipsa est, quā preparauit
dñs filio dñi mei. Dñe. Lectio ix.
Sed miracula dñi et Salua
toris nri sic accipiēda sunt
fratres mei, vt et in veritate cre-
dantur facta, et tamē per signifi-
cationem nobis aliud innuant.
Opera qppe eius et p potentiā
aliud ostendunt, et p mysterium
aliud loquuntur. Ecce enim, qs
iuxta historiā cecus iste fuerit,
ignoramus: sed tamen, quid per
mysteriū significet, nouimus. Ce
cus quippe est genus humanū:
qd in parente primo a paradisi
gaudijs expulsum, claritatē su-
perne lucis ignorās, dānationis
sue tenebras patitur. Sed tamē
per redēptoris sui presentiā illu
minatur, vt eterne lucis gaudia
iam p desiderium videat, atque
in via vite boni operis gressus
ponat. R. Factus est sermo do-
mini ad Abrahā dicens: Noli ti
mere Abraham. Ego protector
tuus sum, et merces tua magna
nimis. V. Ego enim sum domi-
nus Deus tuus, qui eduxi te de
Ur Chaldeorum. Noli. Lectio ix.
Notandum vero est, q cum
Jesus Hierico appropin-
quare dicit, cecus illuminatur.
Hierico qppe luna interpretat;
luna autem in sacro eloquio p
defectu carnis ponitur: quia dū
menstruis momentis decrescit,
defectum nostre mortalitatis de
signat. Cum igitur conditor no
ster appropinquaret Hierico, ce
cus ad lumen redijt: quia dum
diuinitas defectum nostre car-
nis suscepit, humanū genus lu-
mē, qd amiserat, recepit. Unde
enim De' humana patitur, inde
homo ad diuina subleuat. Qui
videlicet cecus recte et iuxta viā
sedere, et mendicans esse descri-
bitur: ipsa enim veritas dicit:
Ego sum via. R. Cecus sedebat
secus viā transeunte dño, et cla-
mauit ad eū, et ait illi dñs. Quid
vis vt faciam tibi? Domine, vt
videam lumen. V. Stans autē
Jesus iussit illum duci ad se, et
cū appropinquasset, interroga
uit eū dicēs. Quid. Glo. Quid.
Antra heb. Fer. iiij. et Sab. loco
huius R. vl' R. j. scd'e fe. ferie.
Ad Laudes. Aña.
Secundū multitudinē mi-
serationū tuarū dñe dele
iniquitatē meā. Ps. Miserere. 23.
cum rel. vt in Septuagesima.
Deus meus es tu, et confitebor
tibi: De' meus es tu, et exaltabo

te.11 An. Ad te de luce vigilo Deus, vt videã virtutẽ tuam.9. Añ. Hymnũ dicitẽ, ꝛ superexaltate eum in secula. Añ. Omnes angeli eius laudate dñm de celis. Cap. Fratres, si ling. f.143. Hym. Aeterne rerũ cond.10. V. Dñe refugium factus es nobis. R. A generatione, ꝛ progenie. Ad Bñs. Añ. Ecce ascendimus Ierosolymam, ꝛ cõsummabunt omnia, quę scripta sunt de filio hominis: tradet enim gẽtibus, ꝛ illudetur, ꝛ flagellabit, ꝛ cõspuetur: ꝛ postq̃ flagellauerint, occident eum, ꝛ tertia die resurget. Ad Primam. Añ. Iter facien te Iesu, dum appropinquaret Iericho, cęcus clamabat ad eum, vt lumen recipere mereretur. Ad Tertiam. Aña. Transeunte domino clamabat cęcus ad eũ, miserere mei fili Dauid. Cap. Fratres, si lin. 143. R. bre. Incli na. ꝛ ego dixi. Ad Sextã. Añ. Et qui prçibant, increpabant eum, vt taceret: ipse vero multo magis clamabat: miserere mei fili Dauid. Capitulum.

Co. 13. Charitas nunquã excidit, siue prophetię euacuabũtur, siue linguę cessabunt, siue scientia destruetur: ex parte enĩ cognoscimus, ꝛ ex parte prophetamus. R. bre. In eternum dñe. ꝛ Dñs regit. Ad Nonam. Aña. Cęc⁹ magis ac magis clamabat, vt eum dñs illuminaret. Cap.

Nunc autem manent fides, spes, charitas: tria hęc, maior autem horum est charitas. R. br. Clamaui in. ꝛ Ab occul. Ad vespe. Aña, ꝛ ps. Dixit dñs. cũ reliquis de Dominica. Cap. Fratres, si linguis. 143. Hym. Lucis creator. 53. V. Dirigatur domine oratio mea. R. Sicut. Ad Mag. Añ. Stãs aũt Iesus iussit cęcũ adduci ad se, ꝛ ait illi: Quid vis vt faciam tibi? Domine vt videã. Et Iesus ait illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et cõfestim vidit: ꝛ sequebatur illum magnificans Deum.

FERIA SECVNDA.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Ascendit ergo Abram de Aegypto, ipse, ꝛ vxor eius, ꝛ omnia, quę habebat, ꝛ Lot cum eo ad australem plagam. Erat autem diues valde in possessione auri, ꝛ argenti. Reuersusq; est per iter, quo venerat a meridie in Bethel, vsque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel, ꝛ Hai, in loco altaris, quod fecerat prius, ꝛ inuocauit ibi nomen domini. Sed ꝛ Lot, qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium, ꝛ armenta, ꝛ tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, ꝛ nequibant habitare communiter. R. Dũ ouicẽs igitur Abraham tabernaculũ suũ, 13.c.

venit,

venit, et habitauit iuxta cõuallẽ Mãbre. Aedificauitq; ibi altare dño. ℟. Dixit autẽ dñs ad eum: Leua oculos tuos et vide, omnẽ terram quam conspicis tibi dabo et semini tuo in sempiternũ. Aedificauitque ibi. Lectio scda.

Uide et facta est rixa inter pastores gregũ Abram et Lot. Eo autẽ tẽpore Chananeus, et Pherezeus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abrã ad Lot: Ne, queso, sit iurgium inter me et te, et inter pastores meos, et pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est, recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexterã tenebo: si tu dexterã elegeris, ego ad sinistrã pergam. Eleuatis itaque Lot oculis vidit oẽs circa regionem Jordanis, q̃ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret dñs Sodomã, et Gomorrham, sicut paradisus dñi, et sicut Aegyptus venientibus in Segor. Elegitque sibi Lot regionem circa Jordanẽ, et recessit ab oriẽte. ℟.

Credidit Abrahã Deo, et reputatum est ei ad iustitiã. Et ideo amicus Dei factus est. ℣. Fuit autẽ iustus coram dño, et ambulauit in vijs eius. Et. Lectio iij.

Diuisiq; sunt alterutrũ a fratre suo, Abrã habitauit in terra Chanaan, Lot vero cõmoratus est in oppidis q̃ erãt circa Jordanem, et habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomite pessimi erant: et peccatores coram dño nimis. Dixitque dñs ad Abram, postquã diuisus est ab eo Lot. Leua oculos tuos, et vide a loco in quo nunc es, ad aquilonem, et meridiem, ad oriẽtem, et occidentem, oẽm terram, quam conspicis, tibi dabo, et semini tuo vsque in sempiternum, faciamq; semen tuũ sicut puluerem terre. ℟. Tẽtauit dñs. 144

Ad Mag. Añ. Et qui preibant, increpabant eum, vt taceret: ipse vero multo magis clamabat: Miserere mei fili Dauid. [illegible]

FERIA TERTIA.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Et egressi sunt Rex Sodomorum, et rex Gomorrhe, rex que Adame, rex Seboim, necnõ et rex Bale, q̃ est Segor: et direxerũt aciẽ cõtra eos in valle siluestri, scilicet aduersus Chodorlahomor, regẽ Elamitarum, et Thadal regẽ Gẽtiũ, et Amraphel regẽ Sẽnaar, et Arioch regẽ Ponti: quatuor reges aduersus quinque. Vallis autẽ siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaq; rex Sodomorum, et rex Gomorrhe terga verterunt, ceciderũtq; ibi: et q remãserũt, fugerũt ad montẽ. Tulerũt autẽ oẽs substãtiã Sodomorum, et Gomorrheorum, et vniuersa, q̃ ad cibũ pertinent, et abierũt, necnon et Lot et substãtiã eius, filium fratris Abrã, 140

qui habitabat in Sodomis. ℟. Angelus domini. 144. Lectio ii.

Et ecce vnus, qui euaserat nunciauit Abram Hebreo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhei, fratris Eschol, et fratris Aner: ij enim pepigerant fedus cum Abram. Quod cum audisset Abram, captum, videlicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo, et persecutus est eos vsque ad Dan, et diuisis sociis irruit sup eos nocte, percussitque eos, et persecutus est vsque Choba, que est ad leuam Damasci, reduxitque omnem substantiam et Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque, et populum. ℟. Vocauit. Lectio iii.

Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reuersus est a cede Chodorlahomor, et regum, qui cum eo erant in valle Saue, que est vallis regis. At vero Melchisedech rex Salem: proferens panem et vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, et ait: Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit celum et terram: et benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. ℟. Deus dñi mei, Ad Magnificat. Antiphona.

Miserere mei fili Dauid, qd vis vt faciam tibi? Dñe, vt videam.

FERIA QVARTA Cinerum.

Hac die si occurrat festum dupl. transfertur in seq. Per totam Quadragesimam i feriali officio.

¶ Feria ij. di Officium defunct.

¶ Fer. iiij. dñr psal. Graduales.

¶ Fer. vj. Septe psal. penitent. cu Litanijs, pterqz i fer. maioris hebd. q oia hñr in fi. Breuiarij.

¶ De festis occurrentibus in Quadrag. nō fit offm nisi fuerit noue lect. d simp. aut fit tm com.

Hodie psalmi Graduales. Inuitato. Hymni, Antiphone, et versiculi, vt in Psalterio. fol. 3 1. Lectio s. euag. sm Mattheu. L. vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes. Et reliqua. 6.ca

Homilia sancti Augustini epi.

Manifestum est his preceptis oem nostra intentionem in interiora debere gaudia dirigi: ne foris querentes mercedem, huic seculo cōformemur, et amittamus promissione tato solidioris, atque firmioris, quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus cōformes fieri imagini filij sui. In hoc aute capitulo maxime animaduertedu est, nō in solo reru corporearu nitore atque pompa: sed etiam in ipsis sordibus lutosis esse posse iactantiam, et eo periculosiore, quo sub nomine, seruitutis Dei decipit. ℟.

℟. Ueni hodie. fol. 145. Feria ex iij. noct. Domine preterit. Lectio ii.

Qui ergo immoderato cultu corporis, atque vestitus vel ceterarum rerum nitore fulget, facile conuincitur rebꝰ ipsis, pomparum seculi esse sectator, nec quenquam fallit dolosa imagine sanctitatis: Qui autem in professione Christianitatis, inusitato squalore ac sordibꝰ intentos in se hominum oculos facit, cum id voluntate faciat, non necessitate patiatur, ex ceteris eius operibus potest conijci vtrum hoc contemptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat: quia et sub ouina pelle cauendos lupos dominus precipit: Sed ex fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. ℟. Factus est sermo. Lectio tertia.

Quum enim ceperint aliquibus tentationibus ea ipsa illis subtrahi, vel negari, que isto velamine vel consecuti sunt, vel consequi cupiunt: tunc necesse est vt appareat, vtrum lupus in ouina pelle sit, an ouis in sua. Non tamen propterea ornatu superfluo debet aspectus hominum mulcere Christianos, quia illum parcum habitum ac necessarium, etiam simulatores sepe vsurpant, vt incautos decipiant: quia et ille oues non debent pelles suas deponere, si aliquando eis lupi se contegant. ℟. Mouens igitur. 145.

Ad Laudes, et horas omnia vt in psalt.

Ad Bened. Antiphona. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes.

Deinde dicuntur preces. fo. 25.

Similiter et in Vesper. ad alias autem horas vt in Psalt. Oratio.

Presta domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda solennia, et congrua pietate suscipiant, et secura deuotione percurrant. Per dominum no.

¶ Hodie et duobus sequen. diebus, dicuntur Vespere hora consueta. Sabbatho vero et deinceps vsque ad Pascha dicuntur ante comestionem tam in festis, quam in ferijs, exceptis Dominicis, in quibus dicuntur hora consueta.

Ad Mag. Antiphona. Thesaurizate vobis thesauros in celo, vbi nec erugo, nec tinea demolitur. Oratio.

Inclinantes se domine, maiestati tue, propitiatus intende: vt qui diuino munere sunt refecti, celestibus semper nutriantur auxilijs. Per dominum no.

FERIA QVINTA.

Lectio sancti euang. secundum Mattheum. C. viij.

In illo tempore: Cum intrasset Iesus Capharnaum, ac- 8. c.
cessit ad eum Centurio rogans eum, et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini epi.

Uideamus, vtrum de seruo Centurionis sibi Mattheus, Lucasque consentiant. Mattheus enim dicit: Accessit ad

eum Centurio rogans eum, et dicens: Puer meus iacet in domo paralyticus. Cui videtur repugnare quod Lucas ait: Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudeorum rogans eum ut veniret et sanaret servum eius. At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum sollicite, dicentes ei, quia dignus est ut hoc illi prestes: diligit enim gentem nostram: et synagogam ipse edificavit nobis: Iesus autem ibat cum illis: et cum iam non longe essent a domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine noli vexari: non enim dignus sum, ut sub tectum meum intres. ℟. Domine, puer meus iacet paralyticus in domo, et male torquetur. Amen dico tibi, ego veniam, et curabo eum. ℣. Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Amen. Lectio secunda.

Nisi diligenter advertentes intelligamus, Matthęum non omnimodo deseruisse usitatum morem loquendi, non enim solum dicere solemus accessisse aliquem etiam antequam perveniat illuc, quo dicitur accessisse: unde etiam dicimus parum accessit, vel multum accessit eo, quo appetit pervenire: verum etiam ipsam perventionem, cuius adipiscendi causa accedit, dicimus plerumque factam etsi eum, ad quem pervenit, non videat ille qui pervenit, cum per amicum pervenit ad aliquem, cuius ei favor est necessarius. Quod ita tenuit consuetudo, ut iam etiam vulgo perventores appellentur, qui ad potentium quorumlibet tanquam inaccessibiles animos per convenientium personarum interpositiones ambitionis arte pertingunt. ℟. Dum staret. 144. Lectio iii.

Non ergo absurde Matthęus etiam quod vulgo possit intelligi: per alios factum, accessum Centurionis ad dominum: compendio dicere voluit: Accessit ad eum Centurio. Verumtamen non negligenter intuenda est etiam sacri evangelistę altitudo mysticę locutionis: secundum quod scriptum est in psalmo: Accedite ad eum, et illuminamini. Proinde, quia fidem Centurionis, qua vere accedit ad Iesum ipse ita laudavit ut diceret: Non inveni tantam fidem in Israel: ipsum potius accessisse ad Christum, dicere voluit prudens evangelista, quam illos, per quos verba sua miserat. ℟. Tentavit.

Ad Benedictus. Antiphona. Domine puer meus iacet paralyticus, in domo, et male torquetur: Amen dico tibi, ego veniam, et curabo eum. Oratio.

Deus, qui culpa offenderis, pęnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuę iracundię quę pro peccatis nostris meremur, averte. Per do.

Ad Magnificat. Aña. Domine, non sum dignus vt intres sub tectũ meum: sed tantum dic verbo, & sanabit puer meus. Oro.

Parce dñe, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus, in tua miseratione respiret. Per dominum.

FERIA SEXTA.

Hodie Psalmi penitentiales.

Lcõ s. euãgelij sm Mattheum. C. v.

cap. 5. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Audistis quia dictũ est antiquis: Diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum: & c. Et reli.

Homilia S. Hieronymi presbyteri.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos. Multi pręcepta Dei imbecillitate sua, non sanctorum viribus ęstimantes, putant esse impossibilia, quę pręcepta sunt: & dicũt sufficere virtutibus, non odisse inimicos: cęterum diligere, plus pręcipi, quã humana natura patiatur. Sciendum est ergo, Christum nõ impossibilia pręcipere, sed perfecta. Quę fecit Dauid in Saul, & in Absalõ: Stephanus quoq; martyr, pro inimicis lapidãtibus deprecatus est: & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hęc autẽ Jesus & docuit, & fecit, dicẽs: Pater ignosce illis: qd enim faciũt nesciunt. R. Angelus dñi. 144. Lctõ ij.

Ut sitis filij patris vestri, qui in cęlis est. Si Dei pcepta custodiens, filius quis efficitur Dei: ergo nõ est natura filius, sed arbitrio suo. Cũ ergo facis eleemosynas, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciũt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Qui tuba canit eleemosynam faciens, hypocrita est. Qui ieiunans demolit faciem suã, vt ventris inanitatẽ monstret in vultu, & hic hypocrita est. Qui in synagogis & in angulis platearum orat, vt videat ab hominibus, hypocrita est. R. Uocauit Angelus. Lcõ iij.

Ex quibus omnibus colligitur, hypocritas esse, qui quidlibet faciunt, vt ab hominibus glorificent. Mihi videt & ille, q dicit fratri suo: Dimitte vt tollã festucã de oculo tuo: nam propter gloriam hoc facere videtur, vt ipse iustus esse videatur: vnde dicitur ei a dño: Hypocrita, eijce primũ trabẽ de oculo tuo. Nõ itaq; virtus, sed causa virtutis apud Deũ mercedẽ habet: & si a recta via paululum declinaueris: nõ interest vtrũ ad dexteram vadas, an ad sinistrã, cum verum iter amiseris. R. Deus domini.

Ad Bñs. Aña. Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Oro.

Inchoata ieiunia, qs dñe, benigno fauore psequere:

ut obseruantiã, quã corporaliter exhibemus, mentibus etiã sinceris exercere valeamus. Per do.

Ad Magnificat. Antiphona. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuũ: & clauso ostio ora patrem tuum. Oratio.

Tuere dñe populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia ei nulla nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per dñm.

SABBATHO.

Lcõ s. euãg. sm Marcum. Lc. 6.

Ma. 6. In illo tempore: Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra: & vidit eos laborantes in remigando. Et reliqua.

Hom. venerab. Bede presbyte.

Labor discipulorum in remigando, & contrarius eis ventus, labores sanctę Ecclesię varios designat: quę inter vndas sęculi aduersantis, immundorũ flatus spirituum ad quietẽ patrię cęlestis, quasi ad fidam litoris stationẽ, peruenire conat. Ubi bene dicitur, q̃ nauis erat in medio mari, & ipse solus in terra, q̃ nonnunq̃ Ecclesia tantis gentilium pręssuris, non solũ afflicta, sed & fędata est, vt si fieri posset, redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videref. R. Uenit hodie. 145. Lectio ii.

Unde est illa vox eius inter vndas procellasq̃ tẽtationum irruentiũ depręhensę, atq̃ auxilium protectionis illius gemebundo clamore quęrentis: Ut quid domine recessisti lõge, despicis in opportunitatibus, in tribulatione? Quę pariter vocem inimici persequentis exponit in sequẽtibus psalmis subijciens: Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, auertit faciẽ suam, ne videat vsque in finem. R. Factus est sermo. Lectio iij.

Uerum ille nõ obliuiscitur orõnẽ pauperũ, neq̃ auertit faciem suã a sperãtibus in se: quin potius & certantes cũ hostibus, vt vincant, adiuuat, & victores in ęternũ coronat. Unde hic quoq̃ aperte dicit, q̃ vidit eos laborantes in remigãdo. Uidet q̃ppe dñs laborantes in mari, quãuis ipse positus sit in terra: q̃ etsi ad horã differre videatur auxiliũ tribulatis impendere, nihilominus eos, ne in tribulationibus deficiãt, suę respectu pietatis corroborat. Et, aliquãdo etiã manifesto adiutorio victis aduersitatib⁹ quasi calcatis sedatisq̃ fluctuũ voluminib⁹, liberat. R. Mouens igitur. 145.

Ad Benedictus. Antiphona. Me etenim de die in diẽ quęrunt, & scire vias meas volunt. Orõ.

Adesto domine supplicationibus nostris: & cõcede, vt hoc solenne ieiunium, q̃d aiabus corporibusq̃ curandis salubriter

der institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per dominum.

Sabbatho primo in Quadrag.

Ad vesperas. Capitulum.

2. Cor. 6.


Ratres, hortamur vos, ne i vacuū gratiā Dei recipiatis: ait enim: Tēpore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Hymn.

Audi benigne conditor
Nostras pces, cum fletibus,
In hoc sacro ieiunio
Fusas quadragenario.
Scrutator alme cordium,
Infirma tu scis virium,
Ad te reuersis exhibe
Remissionis gratiam.
Multum quidem peccauimus
Sed parce confitentibus,
Ad laudem tui nominis
Confer medelam languidis.
Sic corpus extra conteri
Dona per abstinentiam,
Ieiunet vt mens sobria
A labe prorsus criminum.
Presta beata Trinitas,
Concede simplex vnitas,
Vt fructuosa sint tuis
Ieiuniorum munera Amen.

℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

Ad Mag. An. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adsum. Oratio.

Deus, qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas, presta familie tue, vt, quod a te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per dñm.

DOMINICA PRIMA in Quadragesima.

Ad Matutinum. Inuitatorium.

Non sit vobis vanum mane surgere ante lucem, Quia promisit dominus coronam vigilantib⁹.

Quod dr̄ in Dñicis tm̄ vsq; ad dnicā Pass. ps. Venite. I. noc.


Ex more docti mystico
Seruemus hoc ieiunium.
Deno dieȝ circulo
Ducto quater notissimo.
Lex & prophete primitus
Hoc pretulerunt, postmodum
Christus sacrauit omnium
Rex atq; factor temporum.
Vtamur ergo parcius
Verbis, cibis, & potibus,
Somno, iocis, & arctius
Perstemus in custodia.
Vitemus autem pessima,
Que subruunt mentes vagas,
Nullumque demus callidi
Hostis locum tyrannidi.
Dicamus omnes cernui,
Clamemus atque singuli,
Ploremus ante iudicem,
Flectamus iram vindicem,
Nostris malis offendimus
Tuam Deus clementiam:
Effunde nobis desuper
Remissor indulgentiam.

Memen

Memento quod sumus tui
Licet caduci plasmatis,
Ne des honorem nominis
Tui precamur alteri.
Laxa malum quod fecimus,
Auge bonum quod poscimus
Placere quo tandem tibi
Possimus hic, et perpetim.
Presta beata Trinitas,
Concede simplex unitas,
Ut fructuosa sint tuis
Jeiuniorum munera. Amen.

Ad noct. Añ. Servite dño. ps. Beatus vir q. cũ rel. vt in Psalt.
De epistola secũda beati Pauli apostoli ad Corinthios. Lec. i.

ca. 6. Adiuuãtes autem exhortamur, ne i vacuũ gratiã Dei recipiatis. Ait enim, Tempore accepto exaudiui te, et i die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensioné, vt non vituperetur, ministeriũ nostrũ. sed in oibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia: in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei: Per arma iustitie a dextris, et a sinistris, p gloriã et ignobilitaté, per infamiã et bonã famã: vt seductores et veraces: sicut q ignoti et cogniti: Quasi morietes, et ecce viuimus: vt castigati, et nõ mortificati: quasi tristes, semp auté gaudétes, sicut egentes, multos autem locupletantes: tanq̃ nihil habẽtes, et oia possidentes. R. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: cõmendemus nosmetipsos i multa patiẽtia, in ieiuniis multis, Per arma iustitie virtutis Dei. V. In oibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in ieiuniis multis. Per arma. Lec. ij.

Os nostrum patet ad vos o Corinthii, cor nostrum dilatatũ est. Nõ angustiamini i nobis, angustiamini auté in visceribus vestris. Eandé auté habentes remunerationé (tanq̃ filiis dico) dilatamini et vos. Nolite iugũ ducere cũ infidelibus. Que enim participatio iustitie cũ iniquitate? aut que societas luci, ad tenebras? Que auté conuentio Christi ad Belial? aut que pars fideli cũ infideli? Quis auté consensus templo Dei cum idolis? Uos enim estis téplũ Dei viui, sicut dicit Deus: Qm inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos: et ero illorum Deus, et ipsi erũt mihi populus. R. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia: Ut non vituperet ministeriũ nrm. V. Ecce nunc tẽpus accepta-

acceptabile, ecce nunc dies salutis, cómendemus nosmetipsos in multa patientia. Ut nō. L.iij.

R Epletus sum cōsolatione, superabundo gaudio in oí tribulatione nostra. Nā 7 cū venissemus in Macedoniā nullaꝫ requiem habuit caro nostra, sed omneꝫ tribulationem passi sumus: foris pugnę, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in aduentu Titi: nō solum auteꝫ in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram ęmulationem pro me, ita vt magis gauderem: qm̄ etsi cōtristaui vos in epistola, non me pęnitet: 7 si pęniteret, videns ꝙ epistola illa (etsi ad horam) vos contristauit, nūc gaudeo, nō qa contristati estis, sed quia contristati estis ad pęnitentiā. ℟. In ieiunio 7 fletu orabant sacerdotes dicentes, Parce dn̄e, parce populo tuo: 7 ne des hęreditatē tuam in perditionem. ℣. Inter vestibulum 7 altare plorabant sacerdotes, dicentes. Parce do. Gloria. Parce. In ij. noct. An. Honor. ps. Cōserua. 9. cū rel. Sermo S. Leonis Papę. L.iiij.

P Rędicaturus vobis, dilectissimi, sacratissimuꝫ maximumqꝫ ieiuniu m, quo aptius vtar exordio, q̄ȝ vt verbis apostoli in quo Christus loquebatur, incipiam 7 dicamqꝫ quod lectuꝫ est: Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Quāuis eniꝫ nulla sint tempora, quę diuinis non sint plena muneribus, 7 semper nobis ad misericordiaꝫ Dei per ipsius gratiam pręstetur accessus: nunc tamen omnium mentes maiori studio ad spiritales profectus moueri, 7 ampliori fiducia oportet animari quando ad vniuersa pietatis officia illius nos diei in quo redempti sumus, recursus inuitat, vt excellēs sup oia passionis dn̄icę sacramētum purificatis 7 corporibus 7 aīs celebremus. ℟. Emendemus in melius, q̄ ignoranter peccauimus: ne subito pręoccupati die mortis, quęramus spatiū pęnitētię, 7 inuenire nōn possimus. Attēde dn̄e 7 miserere, quia peccauimus tibi. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster, 7 ppter honorē nominis tui dn̄e libera nos. Attēde. L. v.

D Ebebatur quidē tantis mysterijs ita incessabilis deuotio, 7 cōtinuata reuerētia, vt tales permaneremus in conspectu Dei, quales nos in ipso paschali festo, dignum est inueniri. Sed qa hęc fortitudo paucorum est, 7 dum carnis fragilitate austerior obseruantia relaxatur, dumqꝫ per varias actiones vitę huius solicitudo dim[illegible]ditur,

ditur, necesse est ǒ mũdano pul/ uere etiã religiosa corda sorde/ scere, magna diuine institutionis salubritate prouisũ est, vt ad re parandam mentium puritatẽ, quadraginta nobis dierũ exerci tatio mederet, in quibus aliorũ temporũ culpas, ꝛ pia opera re/ dimerent, ꝛ ieiunia casta deco/ querent. ℟. Derelinquat im/ pius viam suã, ꝛ vir iniquus co gitationes suas, ꝛ reuertatur ad dñm, ꝛ miserebitur eius: Quia benignus ꝛ misericors est, ꝛ pre stabilis super malitia dominus Deus noster. ℣. Non vult dñs mortem peccatoris, sed vt con/ uertatur ꝛ viuat. Quia. Lec. vj.

Ingressuri igitur, dilecti/ ssimi dies mysticos, ꝛ puri/ ficandis animis atq; corporib⁹ sacratius institutos, pceptis apo stolicis obedire curemus: emũ/ dantes nos ab omni inquinamẽ to carnis ac spiritus: vt castiga/ tis collocutionibus, que sunt in/ ter vtranq; substantiã: animus, quẽ sub Dei gubernaculis ↄsti tutum corporis decet esse recto rem, dñationis sue obtineat di/ gnitatem, vt nemini dantes vllã offensionẽ, vituperationib⁹ ob loquentiũ, non simus obnoxij. Digna enim ab infidelib⁹ repre hensione carpemur, ꝛ nostro vi/ tio lingue impie i iniuriã se reli/ gionis armabunt, si ieiunãtium mores a puritate pfecte ↄtinẽtie discreparint. Nõ enim in sola ab/ stinentia cibi stat nostri summã ieiunij, aut fructuose corpi esca subtrahitur, nisi mẽs ab iniqui/ tate reuocet. ℟. Paradisi por/ tas aperuit nobis ieiunij tẽpus: suscipiamus illud orantes, ꝛ de precantes: Ut in die resurrectio nis cũ dño gloriemur. ℣. In oĩ bus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa pa tientia. Ut. In tertio noct. Añ. Non sunt loquele. ps. Celi enar rant gloriam Dei. fo. 7. cum rel. Lcõ s. euã. sm Matthẽũ. L. vij.

In illo tpe: Duct⁹ est Jesus 4. ca. in desertũ a spiritu, vt tẽta/ retur a diabolo: ꝛ cũ ieiunasset qdragita dieb⁹, ꝛ quadraginta noctibus, postea esurijt. Et rel. Homilia sancti Gregorij Pape.

Dubitari a qbusdã solet, a quo spũ sit Jesus ductus in desertũ, pter hoc qd subdi/ tur: Assumpsit eũ diabol⁹ in san ctam ciuitatẽ, ꝛ rursum, Assum/ psit eũ in montẽ excelsũ valde. Sed vere, ꝛ absq; vlla questione cõueniẽter accipitur, vt a sancto spũ in desertum ductus credat, vt illuc eum suus spũs duceret, vbi hũc ad tentandum spũs ma lignus inueniret. Sed ecce, cũ dicitur deus homo, vel in excel/ sum montẽ, vel in sanctã ciuita/ tem assumptus a diabolo, mens refugit credere, humane hoc au dire aures expauescunt: cum

tamen

tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si i illo et alia facta pensamus. R. Scindite corda vestra, et nō vestimēta vestra: et convertimini ad dñm Deū vestrū. Quia benign⁹ et misericors est. V. Derelinquat impius viā suā, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad dominum, et miserebitur eius. Quia. Lectio viij.

Certe iniquorum omnium diabolus caput est, et huius capitis membra sunt omnes iniqui. An nō diaboli membrū fuit Pilatus? an nō diaboli mēbra Iudei psequētes, et milites crucifigētes fuerūt? Quid ergo mirum, si se ab illo permisit in montem duci, et tentari, qui pertulit etiam a membris illius crucifigi? Non est ergo indignum redemptori nostro, quod tētari voluit, q venerat occidi. Iustum quippe erat, vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram venerat sua morte superare. R. Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosqȝ induc i domū tuā. Tūc erūpet quasi mane lumē tuū, et anteibit faciē tuā iustitia tua. V. Cum videris nudū, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. Tunc erum. Lectio ix.

Sed sciendū nobis est, qa tentatio trib⁹ modis agit suggestione, delectatione, et consensu. Et nos cum tentamur plerūqȝ in delectationē, aut etiā in consensū labimur: quia de carnis peccato propagati, in nobis ipsis etiā gerimus, vnde certamina toleremus. Deus vero, q in vtero virginis incarnatus in mundum sine peccato venerat, nil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionē potuit, sed eius mentē peccati dlectatio nō momordit. Atqȝ ideo oīs diabolica illa tentatio foris, nō intus fuit. R. Angelis suis Deus mādauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne vnqȝ offendas ad lapidem pedem tuū. V. Super aspidē et basiliscū ambulabis, et conculcabis leonē et draconē. In. Gloria. In. Per hebd. cuius loco dicitur R.

Abscōdite eleemosynā in sinu pauperū, et ipsa orabit p vobis ad dñm. Quia sicut aqua extinguit ignē, ita eleemosyna extinguit pctm. V. Date eleemosynā, et ecce oīa mūda sunt vobis. Qu. Ad Laudes. Antiphona.

Cor mūdū crea in me De⁹, et spūm rectū innoua in visceribus meis. Ps. Mise. e. 23. Ana. O dñe saluū me fac, o dñe bene prosperare. Ps. Cōfitemini. 11. Ana. Sic benedicā te in vita mea domine, et in nomine tuo leuabo man⁹ meas. Ps. De⁹ Deus meus. 9. cum reli. Ana. In spiritu humilitatis, et in animo contrito

contrito suscipiamur dñe a te:7 sic fiat sacrificiũ nostrũ,vt a te suscipiat hodie, 7 placeat tibi dñe Deus. Aña. Laudate Deũ celi celorũ,7 aque oĩs. Cap. Fratres,hortamur.149. vt s. Hym.



Iam Christe sol iustitie,
Mentis diescant tenebre:
Virtutum vt lux redeat,
Terris diem cum reparas,
Dans tempus acceptabile,
Et penitens cor tribue:
Conuertat vt benignitas
Quos longa suffert pietas.
Quiddamq; penitentie
Da ferre,quamuis grauium
Maiore tuo munere,
Quo demptio fit criminum.
Dies venit dies tua,
In qua reflorent omnia:
Letemur in hac vt tue
Per hanc reducti gratie.
Te rerum vniuersitas
Clemens adoret Trinitas:
Et nos noui per veniam,
Nouũ canamus cãticũ.Amen.

℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Ut custodiãt te in. Ad Bñs.Aña. Ductus est Jesus in desertum a spiritu,vt temptaretur a diabolo:7 cum ieiunasset quadraginta dieb⁹,7 quadraginta noctibus, postea esuriit. Orõ. Deus,q ecclesiaʒ tuã.149. Ad j. Aña. Jesus autem cum ieiunasset quadraginta diebus, 7 quadraginta noctibus,postea esuriit. Ad Absolutionẽ Capĩi Lect.breuis. Querite dñʒ. vt s. psal. fol.137 dĩ in Dñicis 7 ferĩs vsq; ad Dñicaʒ Passionis exclusiue. Ad Tertiam. Aña. Tunc assumpsit eũ diabolus in sanctã ciuitatẽ:7 statuit eũ supra pinnaculum templi,7 dixit ei:si fili⁹ Dei es,mitte te deorsũ. Cap. Fratres,hortamur.149. ℟.bře. Ipse liberauit me De laqueo venantiũ. ℣. Et a verbo aspero. ℟ De laqueo. ℣. Gl'ia. ℟. Ipse libera. ℣. Scapulis suis obũ. ℟. Et sub pennis eius sperabis. Ad vj. Aña. Non in solo pane viuit homo,sed in omni verbo quod pcedit de ore Dei. Cap.

Ecce nũc tempus acceptabile:ecce nũc dies salutis: nemini dantes vllã offensioneʒ, vt non vituperetur ministeriuʒ nostrum. ℟.bře. Scapulis suis Obũbrabit tibi. ℣. Et sub pennis eius sperabis. ℟. Obũbrabit tibi. ℣. Gloria. ℟. Scapulis suis. ℣. Scuto circũdabit te veritas ei⁹. ℟. Nõ timebis a ti. Ad ix.Aña. Dñʒ Deũ tuũ adorabis:7 illi soli serujes. Capim ij.Co. 6.

Ut castigati, 7 non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudẽtes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes,7 omnia possidentes. ℟.bře. Scuto circundabit te Ueritas eius. ℣.

Non

Nõ timebis a timore nocturno. ℟. Veritas. ℣. Gloria. ℟. Scuto circundabit. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in oibus vijs tuis. Ad vesp. Añ. Dixit dñs. 52. cũ rel. Cap. Fres, hor. 149. Hym.



Audi precès nr̃as deitatis aures Deus inclina pietate sola:
Supplicũ vota suscipe p̃camur Famuli tui.
Respice clemẽs solio de sancto Vultu sereno, lãpades illustra, Lumine tuo tenebras depelle Pectore nostro.
Crimina laxa pietate multa, Ablue sordes, vincula disrũpe Parce peccatis, releua iacẽtes, Dextera tua.
Te sine tetro mergimur p̃fũdo Labimur alta sceleris sub vnda Brachio tuo trahimur ad clara Sidera cęli.
Christe lux vera, bonitas, ⁊ vita, Gaudiũ mũdi, pietas immensa, Qui nos a morte roseo saluasti Sanguine tuo.
Insere tuum, petimus, amorẽ Mentibus nr̃is, fidei refunde Lumen ęternũ, charitatis auge Dilectionem.
Tu nobis dona fontẽ lacrymarũ, Ieiuniorum fortia ministra. Vitia carnis millia retunde Framea tua.
Procul a nobis p̃fidus absistat Satan a tuis virib⁹ confractus: Sanctus assistat spiritus a tua Sede demissus.
Gloria Deo sit ęterno patri. Sit tibi semper genitoris nate, Cũ quo ęqualis spũs per cũcta Secula regnat. Amen.
℣. Angelis suis Deus mãdauit de te. ℟. Ut custodiãt te in omnibus vijs tuis. Ad Mag. Añ. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis: in his ergo diebus exhibeamus nosmet ipsos sicut Dei ministros, i multa patientia, i ieiunijs, in vigilijs, ⁊ in charitate nõ ficta. Oro vt s. Hym. ℣. ⁊ ℟. dñ. supradicta dñr in Dñicis dieb⁹, ⁊ ferijs vsq; ad Dñicã de Passi. excepto hym. Ad preces nostras. qui tantum dicitur in Vesperis Dominicę.

FERIA SECVNDA.

Hodie officium Defunctorum. Ad Matutinum. Inuitato. de Psal. hym. Ex more. Añę, ⁊ psal. noct. de Psal. qd̃ fit ⁊ i alijs fer. vsq; ad Dñicam Passionis. Lcõ sci euãg. sm Matthęũ. L. j.

In illo tẽpore: Dixit Iesus 25. ca discipulis suis: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, ⁊ omnes angeli eius cũ eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suę: ⁊ congregabuntur ante eum omnes gentes. Et rel. Homilia S. Augustini episco.

Si, mã datis nõ seruatis, ad vitam veniri potest p solã fidem,

fidē que sine operibus mortua est, quomodo verum erit, q eis quos ad sinistrā positurus est, dicet: Ite in ignem eternum qui paratus est diabolo, et angelis eius? Nec increpat, quia in eū nō crediderunt, sed qa bona opera nō fecerunt. Nam profecto ne sibi quisquā de fide, q̄ sine operibus mortua est promittat eternā vitam: propterea omnes gentes segregaturū se dixit, que permiste eis pascuis vtebantur: vt appareat, eos illi dicturos, Dñe quādo te vidimus illa, et illa patientem, et non ministrauimus tibi? qui in eo crediderant, sed bona operari non curauerant, tanq̄ de ipsa fide mortua ad vitam perueniretur eternam. ℟. Ecce, nunc tempus. 139. Lectio ii.

Nisi forte ibunt in ignez eternum, qui opera misericordie non fecerunt, et nō ibunt qui aliena rapuerūt: vel. corrumpēdo in se tēplū Dei, in seipsos immisericordes fuerunt, quasi opera misericordie prosint aliquid sine dilectione? dicente Apostolo: Si distribuā oia mea pauperibus, charitatē autē nō habeā, nihil mihi prodest. Aut diligat quisquā proximū sicut seipsum, qui non diligit seipsum? Qui enim diligit iniquitatē, odit animā suā. ℟. In omnibus. L. iij.

Neq3 illud dici hic poterit, in quo nonnulli seipsos seducunt, ignem eternum dictū, non ipsam cōbustionem eternā. Per ignem quippe, qui eternus erit, transituros arbitrātur eos, quibus propter fidem mortuaz per ignem promittunt salutē: vt videlicet ipse ignis eternus sit: combustio vero eorum, hoc est, operatio ignis, nō sit in eos eterna: cū et hoc preuidens dñs sentētiam suam conclusit ita dicens: Sic ibunt illi in combustionem eternam, iusti autem in vitā eternam. Erit ergo eterna combustio sicut ignis, et eos in illā ituros veritas dicit, quorum non fidem, sed bona opera defuisse declarauit. ℟. In ieiunio. 150. Ad Laudes. Antiphona. Miserere. 23. cū rel. vt in Psalt. Cap.

Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuam: et annuncia populo meo scelera eorū, et domui Jacob peccata eorum. Isa. 58. Hym. Jam Christe. vt supra. ℣. Angelis suis. Ad Bñs. Aña. Venite benedicti patris mei, percipite regnuz quod vobis paratū est ab origine mundi. Oratio.

Conuerte nos Deus salutaris noster: et vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat, mētes nostras celestibus instrue disciplinis. Per dominum no. Ad j. Aña. Viuo ego, dicit dñs: nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertat, et viuat. Cap. Pacem. 15. cū rel. vt in Psalte. Ad

Ad Absolutionem. Capitulū. Querite dn̄z.13. vt s.in dn̄ica.
Ad Tertiam. Antiphona.
Aduenerunt nobis dies penitētie, ad redimenda peccata, ad saluandas animas. Capitulum.
Joel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio: & fletu, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, ait dominus omnipotens. ℟. Ipse liberauit, & Scapulis. Pcia breuia vt in dn̄ica. fol.151.
Ad Sextam. Antiphona.
Commēdemus nosmetipsos in multa patientia, in ieiunijs multis per arma iustitie. Capitulu.
Is.55. Derelinquat impius viam suā, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dn̄m, & miserebitur eius, & ad Deū nr̄m, qm̄ multus est ad ignoscendum, ℟. Scapulis. 151. & Scuto cir.
Ad Nonam. Antiphona.
Per arma iustitie virtutis Dei commēdemus nosmetipsos in multa patientia. Capitulum.
Is.58. Frange esurienti panē tuū: & egenos vagosq; induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eū, & carnē tuam nō despexeris. ℟. Scuto. & Ange. Ad Vesp. Añā. Inclinauit. 59. cum reliquis de Psalt. Caplm.
Joel. 2. Inter vestibulum & altare plorabūt sacerdotes ministri dn̄i dicentes: parce domine, parce populo tuo, & ne des here ditatem tuam in opprobrium, vt dominētur eis nationes. Hym. Audi benigne cōditor. 149. ℣. Angelis suis. Ad Mag. Añā. Quod vni ex minimis meis feci stis, mihi fecistis, dicit dn̄s. Oro.

Absolue, quesumus domine, nostrorum vincula peccatorum, & quicquid pro eis meremur, ppitiatus auerte. Per. Añe, & Caplā s.dicta dn̄r i feriali Offo vsq; ad Dn̄icam Passio.

FERIA TERTIA.

Lcō s.euāg.sm Matthēū. Le.s.
In illo tempore: Cum intrasset Jesus Jerosolymam 21.ca. commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Et reliqua.
Hom. venerab. Bede presbyte.

Quod maledicēdo ficū infructuosam per figurā fecit dn̄s, hoc idē mox aperte ostēdit ejciēdo improbos de tēplo. Neq; enim aliquid peccauerat arbor q̄ esuriēte dn̄o poma non habuit, quorum necdum tēpus aduenerat: sed peccauere sacerdotes, qui i domo dn̄i secularia negocia gerebant, & fructum pietatis, quē debuerāt, quemq; in eis dn̄s esuriebat, ferre recusabant. Arefecit dn̄s arborē maledictā, vt hoies hoc vidētes, siue audiētes, multo magis intelligerent se diuino condemnādos esse iudicio, si absq; operum fructu, de plausu tantum sibi religiosi sermonis, velut de sonitu & blandimento

 u

mento viridantiũ gloriarenſ ſoliorũ. R. Emẽdemus. 150. L. ij.

Verum qa nõ intellexerũt, consequenter in ipsos districtiones meritę vltionis exercuit. Eiecitq; cõmercia rerũ humanarũ de templo illo, in quo diuinas res tm̃ agi, hostias ꝛ oblationes Deo offerri, verbũ Dei legi, audiri, ꝛ decãtari, pręceptũ erat. Et quidẽ credendum est, quod ea tantum vendi, vel emi repererat in templo, quę ad ministerium templi eiusdẽ necessaria erãt, iuxta hoc quod alias factum legimus, cum idem templum ingrediens, inuenit in eo ementes ꝛ vendentes oues, ꝛ boues, ꝛ columbas. Quę nimirũ omnia, nõ nisi vt offerrenť, in domo dñi vendebantur: eosq;, qui de longe venerant, ab indigenis comparare credendum est. R. Derelinquat. Lectio tertia.

Si ergo dñs nec ea volebat in tẽplo offerri, videlicet ppter studiũ auaritię, siue fraudis, qđ propriũ solet esse negociantium facinus: quanta putas animaduersione puniret, si inuenisset aliquos ibi risui, vel vaniloquio vacãtes, aut alio cuilibet vitio mãcipatos? Si enĩ ea, quę alibi libere geri poterãt, dñs in domo sua tẽporalia negocia geri nõ patitur, quanto magis ea, quę nusquam fieri licet, plus cęlestis irę merentur, si in ędibus Deo sacratis agantur? Verũ qa spiritus sanctus in columba super dñm apparuit, recte per columbas spiritus sancti charismata figurãtur. Qui autem sunt in templo Dei hodie, qui colũbas vendunt? nisi qui in ecclesia precium de impositione manus accipiunt: per quam videlicet impositionem, spiritus sanctus cęlitus datur? R. Paradisi. 150.

Ad Benedictus. Antiphona.

Intrauit Jesus in templũ Dei, ꝛ eijciebat omnes vendentes, ꝛ ementes: ꝛ mẽsas nummulariorum, ꝛ cathedras vendentium columbas euertit. Oratio.

Respice dñe familiaʒ tuam, ꝛ pſta, vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, quę se carnis maceratione castigat. p.

Ad Magnificat. Antiphona.

Scriptum est enim: quia domꝰ mea: domus orationis est cũctis gentibus: vos autem fecistis illã speluncam latronũ: ꝛ erat quotĩ die docens in templo. Oratio.

Ascendãt ad te dñe preces nostrę: ꝛ ab ecclesia tua cũctam repelle nequitiam. Per.

FERIA QVARTA

Quatuor temporum.

Hodie Psalmi Graduales.

Lcõ scti euã. fm Matthęũ. L. j.

In illo tpe: Accesserunt ad Jesuʒ Scribę, ꝛ Pharisei, dicentes: Magister, volumus a te signum videre. Et reliqua. 21.G.

Homilia

Homilia sancti Augustini epi.

Jonam prophetã, qui deiectus in mari beluę marinę vtero exceptus est, & die tertio viuus euomitur, figuram gessisse saluatoris: qui passus est, & die tertia resurrexit, ipse saluator ostendit. Accusatus est populus Judęorũ in comparatione Niniuitarũ, qui Niniuitę ad quos redarguendos missus est Jonas propheta, agendo pęnitentiam iram Dei placauerunt, & misericordiam meruerunt. Ecce, inqt, plusqȝ Jonas hic, volẽs intelligi seipsum dñs Jesus. Audierunt illi seruum, & vias suas correxerunt: audierunt isti dñm, & cõtem pserunt, & insuper occiderunt. ℟. Scindite. 151. Lcõ secunda.

Regina austri exurget, inqt, in iudicio cũ generatione hac, & condemnabit eã: venit enim de finibus terrę audire sapientiã Salomonis: & ecce plusquam Salomõ hic. Nõ fuit magnum Christo plus esse quã Jonas, plus esse, quam Salomon. Jste enim dñs, illi serui erant. Sed tamen quales sunt, qui pręsentem dñm contẽpserunt, quãdo alienigenę seruos eius audierunt? Deinde sequitur. Cũ autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat p loca arida, quęrens requiem, & non inuenit: tunc dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. ℟. Frãge esurienti. Lectio tertia.

Quando fit in sacramẽtis remissio peccatorũ, mundat domus, sed habitator est necessarius spũs sanctus: spiritus aũt sanctus non habitat nisi sup humiles corde: Deus enim dicit: Super quem requiescet spiritus meus? & respondet proposito: Super humilem, & quietũ, & trementeȝ verba mea. Jlle ergo cuȝ fuerit habitator, implet, regit, agit, refręnat a malis, ad bona excitat, suauẽ facit iustitiã: vt homo bene faciat amore recti, nõ timore supplicij. Hoc qđ dixi, agere per semetipsum homo minus idoneus est: sanctum spirituȝ si habitatorẽ habuerit, ipsum in omnibus bonis inueniet adiutorem. ℟. Abscõdite. Ad Bñs. Aña. Generatio hęc praua, & peruersa signũ quęrit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonę prophetę. Oratio.

Preces nostras, qs dñe, clemẽter exaudi: & cõtra cuncta nobis aduersantia dexteraȝ tuę maiestatis extende. Per do. Ad Mag. Aña. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terrę. Oratio.

Mentes nostras, quęsumus dñe, lumine tuę claritatis illustra, vt videre possimus, quę agẽda sunt, & quę recta sunt agere valeamus. Per dominum.

FERIA QVINTA.
Lectio s. euang. scdm Mattheu. L. i.

h 15. In illo tempore: Egressus Jesus secessit in partes Tyri, et Sidonis. Et reliqua.
Homilia S. Hieronymi presbr.

Scribis, et Pharisęis calumniatoribus derelictis, transgreditur in partes Tyri et Sydonis, vt Tyrios Sydoniosque curaret. Mulier autem Chananęa egreditur de finibus pristinis, vt clamans filię impetret sanitatem. Obserua quod in quintodecimo loco filiam Chananeę sanet. Miserere mei domine, fili Dauid: filia mea male a demonio vexatur. Inde nouit vocare filium Dauid, quia egressa iam fuerat de finibus suis, et errorem Tyriorum ac Sydoniorum loci ac fidei commutatione dimiserat. R. Tribularer, si nescirem misericordias tuas domine: tu dixisti, nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur et viuat: Qui Chananeam et publicanum vocasti ad penitentiam. V. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuę letificauerunt animam meam. Qui Chan. Lectio ii.

Filia mea male a demonio vexatur. Ego filiam Chananeę puto animas esse credentium, quę male a demonio vexabantur, ignorantes creatorem, et adorantes lapidem. Qui non respondit ei verbum, non de superbia Pharisaica, nec de Scribarum supercilio, sed ne ipse sententię suę videretur esse contrarius, per quam iusserat: In viam Gentium ne abieritis, et in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Nolebat enim occasionem calumniatoribus dare: perfectamque salutem Gentibus, passionis et resurrectionis tempore reseruabat. R. In omnibus. 149. L. iii.

Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eam quia clamat post nos. Discipuli, illo adhuc tempore mysteria domini nescientes, vel misericordia commoti rogabant pro Chananęa muliere, quam alter euangelista Syrophenissam appellat: vel importunitate eius carere cupientes, qua non vt clementem, sed vt durum medicum crebrius inclamaret. Ipse autem respondens ait: Non sum missus, nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. Non quod et ad Gentes non missus sit, sed quod primum missus sit ad Israel: vt illis non recipientibus euangelium, iusta fieret ad Gentes transmigratio. R. In ieiunio. 150. Ad Ben. An. Egressus Jesus secessit in partes Tyri et Sydonis: et ecce mulier Chananęa a finibus illis egressa: clamabat dicens, Miserere mei fili Dauid. Oro.

Deuotionem populi tui, quę sumus domine, benignus intende: vt qui per abstinentiam mace-

macerantur in corpore, per fructus boni operis reficiantur in mente. Per. Ad Magni. Aña. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Oratio.

Da qs dñe populis Christianis, et quę profitentur agnoscere, et cęleste mun⁹ diligere quod frequentãt. Per dñm.

FERIA SEXTA

Quatuor temporum.

Hodie Psalmi Penitentiales.

Lcõ s. euãg. sm Johannem. L. j.

ca. 5. In illo tempore: Erat dies festus Iudęorum, et ascẽdit Jesus Jerosolymã. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini epi.

Videamus quid voluerit significare in illo vno, quem etiã ipse seruans vnitatis mysterium, sicut prelocutus sũ, de tot languentibus vnũ sanare dignatus est. Inuenit in annis ei⁹ numerũ quendam lãguoris. Triginta et octo annos habebat i infirmitate. Hic numerus quomodo magis ad lãguorem ptineat, quam ad sanitatẽ, paulo diligentius exponendum est. Intentos vos volo: aderit dñs: vt congrue loquar, et sufficienter audiatis. Quadragenarius numerus sacratus nobis in quadam perfectione cõmendatur. Notum esse arbitror charitati vestrę: testantur sepissime diuinę scripturę: ieiunium hoc numero consecratũ esse, bene nostis. Nã et Moyses quadraginta diebus ieiunauit, et Elias totidem, et ipse dñs noster et saluator Jesus Christ⁹ hunc ieiunij numerũ impleuit. Per Moysen significatur lex, p Eliam significantur prophetę, per dñz significatur euangeliũ. Ideo in illo mõte tres apparuerunt, vbi se discipulis ostẽdit in claritate vult⁹, et vestis suę: apparuit enim medi⁹ inter Moysen, et Eliam, tanq̃ euangeliuz testimoniũ haberet a lege et prophetis. R. Emende. 150. Lectio ij.

Sive ergo in lege, siue in prophetis, siue in euangelio, quadragenarius numerus nobis in ieiunio cõmẽdatur. Ieiunium aũt magnũ, et generale est abstinere ab iniquitatibus et illicitis voluptatib⁹ sęculi, quod est perfectum ieiuniuz: vt abnegantes impietatẽ, et sęculares cupiditates, tẽperãter, et iuste, et pie viuamus in hoc sęculo. Huic ieiunio quaz mercedẽ addit Apostolus? sequitur et dicit: Expectãtes illã beatã spem, et manifestationẽ glorię beati Dei, et saluatoris nostri Jesu Chri. In hoc ergo sęculo quasi quadragesimaz abstinentię celebramus, cuz bene viuimus, cũ ab iniquitatib⁹ et illicitis voluptatibus abstinemus. Sed quia hęc abstinẽtia sine mercede nõ erit, expectam⁹ beatam illaz spem, et reuelationez glorię magni Dei, et saluatoris

ris Jesu Christi. In illa spe, cum fuerit de spe, facta res, accepturi sumus mercedez denarium. Ipsa enim merces redditur operarijs in vinea laborantibus secundum evangelium, quod vos credo reminisci: neqz enim oīa cōmemoranda sunt, tanquam rudibus ⁊ inperitis. Denarius ergo qui accepit nomen a numero decem, redditur, ⁊ cōiunctus quadragenario fit qnquagenarius: vnde cū labore celebramus Quadragesimā ante pascha, cū letitia vero, tanqz accepta mercede, Quinquagesimam post Pascha. ℟. Derelinquat. 150. Lin.

Mementote ꝙ proposuerim numerū trigintaocto annorum in illo lāguido: Volo exponere, quare numer⁹ ille trigesimus, ⁊ octauus lāguoris sit potius quā sanitatis. Ergo, vt dicebā, charitas implet legē: ad plenitudinem legis in oībus operibus ptinet quadragenarius numerus. In charitate autem duo pręcepta nobis cōmendant: Diliges dnm̄ Deum tuum ex toto corde tuo, ⁊ ex tota aīa tua, ⁊ ex tota mēte tua: ⁊ diliges pximuz tuū sicut teipsum. In his duob⁹ pręceptis tota lex pendet, ⁊ prophetę. Merito ⁊ illa vidua, oēs facultates suas duo minuta misit in dona Dei: merito ⁊ pro illo languido a latronib⁹ sauciato stabularius duos nūmos accepit vnde sanaret. Merito apud Samaritanos biduū fecit Jesus, vt eos charitate firmaret. Binario ergo isto numero, cū aliqd boni significatur, maxime bipertita charitas commēdatur. Si ergo quadragenarius numer⁹ habet perfectionē legis, ⁊ lex nō impletur nisi in gemino pręcepto charitatis: quid miraris, qa languebat, qui ad quadrag inta duo minus habebat? ℟. Paradisi.

Ad Bñs. Añ. Angelus dñi descendebat de cęlo, ⁊ mouebatur aqua, ⁊ sanabatur vn⁹. Oratio.

Esto dñe propitius plebi tuę: ⁊ quam tibi facis esse deuotam, benigno refoue miseratus auxilio. Per dominum. Ad Mag. Añ. Qui me sanū fecit, ille mihi pcepit: tolle grabatuz tuū, ⁊ ambula in pace. Oro.

Exaudi nos misericors de⁹: ⁊ mentibus nostris gratię tuę lumen ostende. Per dñm.

SABBATHO
Quatuor temporum.

Lcō scti euā. fm Mat. Ca. 17.

In illo tempore: Assumpsit Jesus Petrum, ⁊ Jacobū, ⁊ Johannem fratrem eius, ⁊ duxit illos in montez excelsum seorsum. Et reliqua. 17. ca.

Homilia sancti Leonis Pape.

Euangelica lectio dilectissimi, quę p aures corporis interiorē mentiū nostrarū pulsauit, auditū, ad magni sacramēti nos

nos intelligentiam vocat: quam aspirāte gratia Dei facilius asse quemur, si considerationem nostram ad ea, quę paulo superius sunt narrata, referamus. Saluator enim humani generis Jesus Chris, condens eā fidē, quę ꝛ impios ad iustitiam, ꝛ mortuos reuocat ad vitā, ad hoc discipulos suos doctrinę monitis, ꝛ operū miraculis imbuebat, vt idē Christus ꝛ vnigenitus Dei, ꝛ hois filius crederet: nam vnum horuꝫ sine altero nō proderat ad saluteꝫ: ꝛ ęqualis erat periculi, dn̄m Jesum Christū aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solū hoiem credidisse: cuꝫ vtrunqꝫ esset pariter ꝯfitenduꝫ: qa sicut Deo vera humanitas, ita homini inerat vera diuinitas. ℟ Scindite. 151. Lectio ij.

HAD confirmādā ergo huius fidei saluberrimā cognitionem interrogauerat discipulos suos dn̄s: inter diuersas alioruꝫ opiniones, quid ipsi de eo crederent, quid ve sentirēt. Ubi Petrus aplus, ꝑ reuelationē summi pr̄is corporea superās: ꝛ humana transcendens, vidit mētis oculis filiū Dei viui, ꝛ confessus est gloriā deitatis: qa nō ad solā respexit substantiaꝫ carnis ꝛ sanguinis: tātumqꝫ in hac fidei sublimitate cōplacuit, vt beatitudinis felicitate donatus, sacram inuiolabilis petrę acciperet firmitatem: sup quam fundata Ecclesia, portis inferi, ꝛ mortis legibus pręualeret, nec in soluēdis, aut ligandis quorumcunqꝫ causis, aliud ratuꝫ esset in cęlo, quā quod Petri sedisset arbitrio. ℟. Frange. 151. Lectio tertia.


HÆc auteꝫ, dilectissimi, laudatę intelligētię celsitudo, instruēda erat de inferioris substantię sacramento: ne apostolica fides ad gloriam confitendę in Christo deitatis euecta, infirmitatis nostrę receptioneꝫ indignam impassibili Deo atqꝫ incongruaꝫ iudicaret: ꝛ ita iam in Christo humanaꝫ crederet esse glorificatā naturā, vt nec supplicio posset affici: nec morte dissolui. Et ideo dicente dn̄o ꝙ oportet eum ire Jerosolymaꝫ, ꝛ multa pati a senioribus, ꝛ scribis, ꝛ principibus sacerdotum, ꝛ occidi, ꝛ tertia die resurgere: cū beatus Petrus, q superno illustratus lumine de ardentissima filij Dei confessione feruebat, cōtumelias illusionū ꝛ crudelissimę mortis opprobriuꝫ, religioso, vt putabat, ꝛ libero fastidio respuisset, benigna ab Jesu increpatione correptus, ꝛ ad cupiditatē participandę cū eo passionis animatus est. ℟. Abscondite. 151.

Ad Benedictus. Antiphona.

Assūpsit Jesus discipulos suos, ꝛ ascendit in montem, ꝛ transfiguratus est ante eos. Oratio.

Populū tuū, q̄s dñe, ꝓpiti⁹ respice: atq; ab eo flagella tue iracūdie clemēter auerte. P.

Ad Vesperas. Capitulum.

The. 4 
Ratres, Rogam⁹ vos, ⁊ obsecramus in dño Jesu: vt quemadmodū accepistis a nobis, quomodo vos oporteat ambulare ⁊ placere Deo: sic ⁊ ambuletis, vt abundetis magis. Hym. Audi benigne cōditor. 149. ℣. Angelis. Ad Magnificat. Ant. Visionem quam vidistis nemini dixeritis, donec a mortuis resurgat filius hominis. Oratio.

Deus: qui conspicis omni nos virtute destitui: interius exteriusq; custodi: vt ab oībus aduersitatibus muniamur in corpore, ⁊ a prauis cogitationib⁹ mūdemur inmēte. Per d.

DOMINICA II.

In Quadragesima.

Ad Mat. Inuit. Nō sit vobis vanū. Hy⁹. Ex more. ⁊ rel. vsq; ad lect. vt i superiori Dñica. 149.

De libro Genesis. Lēc. prima.

2.27. 
Enuit aūt Isaac, ⁊ caligauerunt oculi eius, ⁊ videre non poterat: vocauitq; Esau filiū suū maiorē: ⁊ dixit ei: Fili mi: qui respōdit: Adsū. Cui pr̄: Vides, inqt, q̄ senuerim, ⁊ ignorē diem mortis mee: sume arma tua, pharetrā, ⁊ arcū, ⁊ egredere foras: Cūque venatu aliqd apprehēderis, fac mihi inde pulmētū, sicut vel le me nosti, ⁊ affer, vt comedā, ⁊ benedicat tibi aīa mea, antequā moriar. Quod cū audisset Rebecca, ⁊ ille abijsset in agrū, vt iussionē patris impleret, dixit filio suo Jacob: Audiui prēȝ tuū loquētē cū Esau fratre tuo: ⁊ dicentē ei, Affer mihi de venatione tua, ⁊ fac cibos, vt comedā, ⁊ benedicā tibi coraȝ dño, anteq̄ȝ moriar. Nūc ergo fili mi, acquiesce ꝯsiliis meis, ⁊ pgens ad gregem, affer mihi duos hedos optimos, vt faciaȝ ex eis escas patri tuo, qbus libēter vescitur: quas cū intuleris, ⁊ comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. ℟. Tolle arma tua, pharetram, ⁊ arcū, ⁊ affer de venatione tua, vt comedam: Et benedicat tibi anima mea. ℣. Cumq; venatu aliquid attuleris, fac mihi inde pulmentū, vt comedā. Et. Lc. ii.

Cui ille respondit: Nosti q̄ Esau frater me⁹ homo pilosus sit, ⁊ ego leuis: Si attrectauerit me pater meus, ⁊ senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, ⁊ inducat super me maledictionē ꝓ benedictione. Ad quē mater. In me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantū audi voceȝ meam: ⁊ pergens affer que dixi. Abijt, ⁊ attulit, dedit que matri. Parauit illa cibos, sicut nouerat velle patrē illius: ⁊ vestibus

Esau

Esau valde bonis, quas apud se habebat domi induit eum: pelliculasq; hędorū circundedit manibus, & colli nuda protexit, deditq; pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit. Quibus illatis dixit: Pater mi. At ille respondit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq; Jacob: Ego sum Esau, primogenitus tuus: feci sicut pręcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, ut benedicat mihi aĩa tua. Rursus Isaac ad filium suum. Quomodo, inquit, tam cito invenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas dei fuit, ut cito occurreret mihi quod volebam. R. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, crescere te faciat Deus meus sicut arenā maris: Et donet tibi de rore cęli benedictionem. V. Deus autem omnipotens benedicat tibi, atque multiplicet. Et donet. Lectio iii.

Dixitque Isaac: Accede huc, ut tangam te fili mi, & probem utrū tu sis filius meus Esau, an nō. Accessit ille ad patrem & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidē, vox Jacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et nō cognovit eum: quia pilosę manus similitudinem maioris expresserant. Benedicēs ergo illi ait: Tu es filius meus Esau? Respōdit: Ego sum. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua fili mi: ut benedicat tibi aĩa mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum: quo hausto dixit ad eū: Accede ad me: & da mihi osculum fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statimq; ut sensit vestimentorū illius fragrantiā: benedicens illi, ait: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dñs. Det tibi Deus de rore cęli, & de pinguedine terrę, abundātiā frumēti, vini, & olei, & serviant tibi populi, & adorēt te tribus: esto dñs fratrum tuorum, & incurventur ante te filii matris tuę. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. R. Det tibi Deus de rore cęli, & de pinguedine terrę abūdantiam: serviant tibi tribus, & populi. Esto dñs fratrum tuorum. V. Et incurventur ante te filii matris tuę. Esto dñs. Gloria. Esto d.

Ex libro S. Augustini episcopi contra mendacium. Lectio iiii.

Jacob quod matre fecit auctore, ut patrē fallere videretur, si diligenter, & fideliter attēdatur, non est mēdacium, sed mysterium, quę si mēdacia dixerimus, oēs etiam parabolę, ac figurę significandarū quarumcumq; rerum, quę non per proprietatē accipiēdę sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum, dicuntur esse mendacia: quod absit omnino: Nam qui hoc putat, tropicis etiam

etiam tam multis locutionibus potest hāc importare calumniā: ita vt hęc ipsa quę appellat metaphora, hoc est de re ꝓpria ad rem non propriam verbis alicu ius vsurpata trāslatio, possit ista ratione mendaciuȝ nuncupari. ℟. Cuȝ exiret Jacob de terra sua: vidit gloriā Dei: ꝛ ait: Quā terribilis est locus iste: non est hic aliud nisi domus dei, ꝛ porta cęli. ℣. Uere Deus est in loco isto, ꝛ ego nesciebam. Quam. Lcō v.

Hęc significantur eniȝ, vti que ipsa dicitur: putantur autē mendacia, qm̄ non ea, quę vera significantur, dicta intelligūtur, sed ea quę falsa sunt dicta esse creduntur. Hoc vt exēplis fiat planius, idipsum, quod Jacob fecit, attēde. Hędinis certe pellibus membra cōtexit. Si causam proximam requiramus, mentitū putabimus: hoc enim fecit, vt putaret esse, q non erat. Si autē hoc factū ad aliud, propter quod significandū re vera factū est, referatur: per hędinas pelles, peccata: per euȝ vero, qui eis se operuit, ille significatus est, q nō sua, sed aliena peccata portauit. ℟. Si dn̄s Deus meus fuerit mecum in via ista, per quam ego ambulo, ꝛ custodierit me, ꝛ dederit mihi paneȝ ad edendū, ꝛ vestimentuȝ quo operiar, ꝛ reuocauerit me cum salute: Erit mihi dn̄s in refugiū, ꝛ lapis iste in signū. ℣. Surgēs ergo mane Iacob tulit lapidē quē supposuerat capiti suo, ꝛ erexit i titulū: fūdēsq; oleū desup dixit. Erit. L. vi.

Uerax ergo significatio nullo modo mendaciuȝ recte dici potest: vt autem in facto, ita ꝛ in verbo: nā cuȝ ei pater dixisset, Quis es tu fili: ille respōdit: Ego suȝ Esau, primogenitus tuus. Hoc si referat ad duos illos geminos, mendaciuȝ videbitur: si autē ad illud, propter qđ significandum ista gesta dictaq; cōscripta sunt, ille est hic intelligēdus in corpore suo, quod est eius Ecclesia, qui de hac re loquens ait: Cū videritis Abrahā, ꝛ Isaac, ꝛ Jacob, ꝛ oēs prophetas in regno Dei, vos autē expelli foras. Et venient ab oriente, ꝛ occidēte, ꝛ aquilone, ꝛ austro, ꝛ recumbēt in regno Dei. Ecce sunt nouissimi, qui erant primi: ꝛ sunt primi, qui erant nouissimi. Sic enim quodāmodo minor maioris primatū frater abstulit, atq; in se transtulit fratris. ℟. Erit mihi dn̄s in Deum: ꝛ lapis iste quem erexi in titulū vocabitur domus Dei: ꝛ de vniuersis: quę dederis mihi, Decimas ꝛ hostias pacificas offerā tibi. ℣. Si reuersus fuero prospere ad domū patris mei. Decimas. Glia Deci. Lcō. s. euāg. fm̄ Matth. cu. L. vij.

In illo tpe: Assūpsit Jesus Petrū ꝛ Jacobū, ꝛ Johan 17. c nem

nem fratrē eius: et duxit illos in montē excelsum seorsum. Et reliqua. Homilia Sancti Leonis Pape.

Assumpsit Jesus Petrū, et Jacobum, et fratrem eius Johānē, et conscenso cū eis seorsum monte precelso, claritatem sue glorie demonstrauit: quia licet intellexissent in eo maiestatē Dei, ipsius tamen corporis quo diuinitas tegebatur, potentiam nesciebant. Et ideo proprie significanterqz promiserat quosdaz de astantib⁹ discipulis nō prius gustare mortez, quam viderent filium hominis venientem in regno suo, idest in regia claritate quam spiritaliter ad naturaz suscepti hominis pertinentez his tribus viris voluit esse cōspicuā. Nā illā ipsius deitatis ineffabilem et inaccessibilem visionem, que in eternam vitā mundis cordis seruatur nullo modo mortali adhuc carne circūdati, intueri poterant, et videre. ℟. Dixitqz angelus ad Jacob: Dimitte me, aurora est: Respōdit ei: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. ℣. Cūqz surrexisset Jacob: ecce vir luctabatur cum eo vsque mane: et cum videret qd eum superare non posset, dixit ad euz. Dimitte me, aurora. Lectō viii.

Dicente patre, Hic est fili⁹ me⁹ dilectus, i quo mihi bene complacui, ipsum audite; nonne euidēter auditū est, hic est filius meus, cui ex me et mecuz esse sine tēpore est? quia nec genitor genito prior, nec genit⁹ est genitore posterior. Hic est filius meus dilectus, quē a me nō separat deitas, non diuidit potestas, non discernit eternitas. Hic est filius meus, non adoptiuus, sed proprius, nō aliūde creatus, sed ex me genit⁹: nec de alia natura mihi fact⁹ cōparabilis, sed de mea essentia mihi nat⁹ equalis. ℟. Uidi dñm facie ad faciē. Et salua facta est anima mea. ℣. Et dixit mihi nequaquam vocaberis Jacob sed Israel erit nomen tuum. Et salua. Lectio ix.

Hic est filius me⁹, per quē oia facta sunt, et sine quo factū est nihil: quia oia, que facio, similiter facit: et qcquid operor, inseparabiliter mecum atqz indifferenter operatur. Hic est filius meus, qui eam, quam mecuz habet equalitatem, non rapina appetijt, nec vsurpatione presumpsit, sed manens in forma glorie mee, vt ad reparandū genus humanuz exequeretur commune consiliū, vsqz ad formaz seruilez inclinauit incōmutabilē deitatē. Hunc ergo, in quo mihi per oia bene cōplaceo, et cuius predicatione manifestor, cuius humilitate clarificor, incunctanter, audite: quia ipse est veritas, et vita: ipse virt⁹ mea, atqz sapiētia.

℟. Cũ audiſſet Jacob, q̄ Eſau veniret contra eũ, diuiſit filios ſuos, ⁊ vxores, dicẽs: ſi pcuſſerit Eſau vnã turmã, ſaluabit altera Libera me dñe, qui dixiſti mihi, multiplicabo ſemẽ tuũ ſicut ſtellas cęli, ⁊ ſicut arenã maris, quę prę multitudine numerari non poteſt. ℣. Dñe, qui dixiſti mihi, reuertere in terram natiuitatis tuę: dñe, qui paſcis me a iuuẽtute mea. Libera. Gloria. Liber.

Ad Laudes. Antiphona.

Domine labia mea apies, ⁊ os meum annunciabit laudem tuaꝫ. ps. Miſerere. 23. Ant. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me. ps. Cõfitemini. 11. Ant. Factus eſt ad iutor meus Deus meus. pſalm. Deus Deus meus. 8. cum reſ. Añ. Triũ puerorũ cantemus hymnũ: quem cantabant in camino ignis benedicentes dñm. Añ. Statuit ea in ęternũ ⁊ in ſęculum ſęculi: pręceptũ poſuit, ⁊ non pręteribit. Cap. Fratres, Rogamus. 156. Hym. Jã Chriſte. 151. ℣. Angelis ſuis Deus.

Ad Benedictus. Antiphona.

Aſſũpſit Jeſus diſcipulos ſuos, ⁊ aſcendit in montem, ⁊ transfiguratus eſt ante eos. Oratio. Deus, qui conſpicis. folio. 156.

Ad Primam, ⁊ Tertiam. Ana. Domine bonũ eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moyſi vnum, ⁊ Elię vnum. Cap. Fratres, Rogamus. 156. ℟. bre. Ipſe liberabit a Scapulis. vt in j. dñica. 151.

Ad vj. Aña. Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, ⁊ Elię vnum. Capitulũ.

Hęc eſt enim volũtas Dei 4.
ſanctificatio veſtra, vt ab Theſ
ſtineatis vos a fornicatione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ vas ſuũ poſsidere in ſanctificatiõe, ⁊ honore. ℟. Scapulis. ℣. Scuto. ⁊c.

Ad Nonam. Antiphona.

Viſionem, quam vidiſtis, nemini dixeritis, donec a mortuis reſurgat filius hominis. Cap.

Non enim vocauit nos deꝰ in immũditiam, ſed in ſanctificationeꝫ, in Chriſto Jeſu dño nr̃o. ℟. Scuto cir. ℣. Angelis.

Ad Veſpe. Ana. Dixit dñs. 52. cũ reſ. de Dñica. Cap. Fratres, Rogamꝰ. 156. Hym. Ad preces noſtras. 152. ℣. Angelis ſuis.

Ad Mag. Aña. Viſionẽ, quã vidiſtis, nemini dixeritis, donec a mortuis reſurgat filiꝰ hominis.

FERIA SECVNDA.

Hodie officium Defunctorum.

Lcõ ſcti euãg. ſm. Johannẽ: L. j.

In illo tempore: Dixit Jeſus turbis Judęorũ: Ego 8. ca.
vado ⁊ quęretis me: ⁊ in peccato veſtro moriemini. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Locutus eſt dñs Judęis dicens: Ego vado: Chriſto enim dño mors profectio fuit illo,

lo, vnde venerat, et vnde non discesserat. Ego, inquit, vado, et quęretis me, nō desiderio, sed odio. Nam illum, postea quā discessit ab oculis hominum, inquisierunt et qui oderant, et qui amabant: illi persequēdo, isti habere cupiendo. In psalmis ait ipse dn̄s per prophetam: Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meā. Et iterum ait in alio psalmo: Confundantur, et reuereantur requirentes animam meam. ℟. Cum iret Jacob de Bersabee, et pergeret Aram, locutus est ei dominus dicens: Terram, in qua dormis tibi dabo, et semini tuo. ℣. Ædificauit ex lapidibus altare in honore domini: fundens oleū desuper: et benedixit eum Deus dicens. Terram. Lectio secūda.

Olpauit, qui non requirerent: dānauit requirentes. Bonum est enim quęrere animam Christi, sed quomodo eam quęsierunt discipuli: et malū est quęrere aiam Christi, sed quomodo eam quęsierunt Judęi: illi, vt haberent, isti, vt perderēt. Deniqȝ istis, qui sic quęrebant more malo, corde peruerso, qd sequitur adiunxit: Quęretis me, et ne putetis quia bene me quęratis, in peccato vestro moriemini. Hoc est Christū male quęrere, in peccato suo mori. Hoc est illum odisse, per quem posset solum saluus esse. ℟. Apparuit De⁹ Jacob, et benedixit eū: et dixit: Ego sum Deus Bethel, vbi vnxisti lapidē, et votum vouisti mihi. Crescere te faciam, et multiplicabo te. ℣. Vere dominus est in loco isto, et ego nesciebam. Crescere. Lectio iii.

Um enim hoīes, quorum spes in Deo est, nō debeāt mala reddere, nec etiā pro malis: reddebant illi mala pro bonis. Prędnunciauit ergo illis dn̄s, dixitqȝ sententiam pręscius, quod in peccato suo morerentur. Deinde adiūxit: Quo ego vado, vos non potestis venire. Hoc et dn̄s discipulis suis alio loco dixit: nec tn̄ eis dixit, In peccato vestro moriemini. Quid autem dixit? quod et istis. Quo ego vado, vos non potestis venire: non abstulit spē, sed prędixit dilationem. Quando enim hoc discipulis dn̄s loquebatur, tunc nō poterant venire quo ille ibat, sed postea venturi erant: isti autem nunquam, quibus pręscius dixit, in peccato vestro moriemini. ℟. Det tibi Deus. 157. vt in j. noctur. Dn̄ire precedentis: Ad Bn̄s. Aña. Ego principiū, qui et loquor vobis. Oratio.

Presta quęsumus omnipotens Deus: vt familia tua, quę se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet, sectando iustitiam a culpa ieiunet. Per dn̄m. Ad Magnificat. Antiphona. Qui me misit, mecum est, et non reli-

reliquit me solũ: quia quę placita sunt ei, facio semper. Oratio.

Adesto supplicationib⁹ nostris ops Deus: & quibus fiduciam sperandę pietatis indulges, cõsuetę misericordię tribue benignus effectum. Per.

FERIA TERTIA.

Lcõ s. euãg. sm Matthęũ. Le. j.

ca. 23. In illo tempore: Locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribę, & Pharisęi. Oia ergo quęcũque dixerint vobis seruate, & facite: secundum vero opera eorum nolite facere. Et reliqua.

Homilia s. Hieronymi presby.

Quid mansuetius, qd benignius dño? Tentatur a Pharisęis, cõfringuntur insidię eorũ, & secunduʒ psalmistã, sagittę paruulorum factę sunt plagę eoruʒ: & nihilominus propter sacerdotiũ, & nominis dignitateʒ, hortatur populos vt subijciant eis, non opera, sed doctrinã considerantes. Quod autẽ ait, Super cathedraʒ Moysi sederunt Scribę, & Pharisęi: per cathedram, doctrinam legis ostendit. Ergo & illud quod dicit in psalmo: In cathedra pestilentię nõ sedit: & cathedras vẽdentiũ colũbas euertit: doctrinã debem⁹ accipere. R. Dũ exiret. 157. L. ij.

Ligant aũt onera grauia, & importabilia, & imponũt ea in humeros hoium, digito autem suo nolunt ea mouere. Hoc generaliter aduersus oẽs magistros dictum est, qui grandia iubent & minora non faciunt. Notanduʒ autẽ, quod humeri, & digitus, & onera, & vincula, quibus alligãtur onera, spiritualiter intelligẽda sunt. Omnia vero sua opera faciunt, vt videant ab hominibus. Quicũqʒ igitur ita facit quidlibet, vt videatur ab hominib⁹, Scriba est & Pharisę⁹. R. Si dominus. 157. Lectio iij.

Dilatant eniʒ phylacteria sua & magnificãt fimbrias. Amant quoque primos accubitus in cęnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hoibus rabbi. Vę nobis miseris, ad quos pharisęorum vitia transierunt. Dñs cum dedisset mandata legis per Moysen, ad extremum intulit: Ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. Et est sensus, Pręcepta mea sint in manu tua, vt cõpleãtur: vt sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisęi male interpretantes, scribebant in membranulis Decalogũ Moysi, idest decẽ verba legis, complicantes ea, & ligantes in fronte, & quasi coronã capiti facientes, vt semp ante oculos mouerent. R. Erit mihi. 157. Ad Bñs. Aña. Vn⁹ est enim magister vester, q in

in celis est Christus dñs. Oro.
Perfice, quesumus dñe, benignus in nobis obseruã tie sancte subsidiũ: vt que te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per do.
Ad Magnificat. Antiphona.
Omnes autẽ vos fratres estis: ꝛ patrẽ nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui in celis est: nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Oratio.
Propitiare dñe supplicationibus nr̃is: ꝛ aiarũ nostrarum medere lãguoribus: vt remissione percepta, in tua semper bñdictione letemur. Per d.
FERIA QVARTA
Hodie Psalmi Graduales.
Lcõ sci euãg. sm̃ Matthei. L. j.
.17. In illo tẽpore: Ascẽdẽs Jesus Jerosolymã assumpsit duodecim discipulos suos secreto, ꝛ ait illis: Ecce ascẽdimus Jerosolymã: ꝛ filius hois tradetur principib⁹ sacerdotũ, ꝛ scribis, ꝛ condẽnabunt eũ morte. Et reli.
Homilia sancti Ambrosij epi.
Considerandũ est, que mater filiorum Zebedei cũ filijs ꝛ pro filijs petat. Mater est vtiq̃, cui pro filiorum honore sollicite, immoderatior quidem, sed tamẽ ignoscenda mensura votorũ est: atq̃ mater etate longeua, studio religiosa, solatio destituta, que tũc temporis, quãdo vel iuuanda, vel alẽnda foret validę plis auxilio, abesse sibi liberos patiebatur, ꝛ voluntati sue mercedẽ sequentium Christũ ptulerat filiorũ: qui prima voce vocati a dño, vt legimus, relictis retibus ꝛ patre, secuti sunt eum. R.
Dixit angelus. 158. Lectio ij.
Hec igitur studio materne sedulitatis indulgẽtior, obsecrabat Saluatorẽ dicẽs: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuã, ꝛ ali⁹ ad sinistrã in regno tuo. Etsi error, pietatis tamen error est. Nesciunt enim viscera materna patientiam. Etsi voti auara, tamẽ venerabilis cupiditas que non pecunie est auida, sed gratie: nec inuerecunda petitio, que non sibi, sed liberis ↄsulebat. Matrẽ cõsiderate, matrẽ cogitate. R. Vidi d. 158. L. iij.
Considerate enim matris dilectionẽ, que filiorum mercede grãdeuam solabatur senectam: ꝛ desiderijs licet fessa maternis, carissimorum pignorum tolerabat absentiam. Considerate etiam feminã, hoc est sexum fragiliorẽ, quam dñs propria nondũ confirmauerat passione. Considerate inquam, Eue illius prime mulieris hereditatem transfusam in omnes immoderate cupiditatis successione labentem: quam dñs adhuc ꝓprio sanguine non redemerat, nondũ inolitam affectibus oẽm immodici

contra

contra sue honoris appetentias suo Iesus cruore diluerat. Hereditario igitur mulier delinquebat errore. ℟. Cuz audis. 158. Ad Bñs. Aña. Ecce ascendimus Jerosolymaz: ꝛ filius hois tradetur ad crucifigendū. Oro.

P Opulum tuū quęsumus domine propitius respice: ꝛ quos ab escis carnalibus pręcipis abstinere, a noxijs quoqȝ vitijs cessare concede. Per do. Ad Mag. Aña. Tradetur eniz gentibus ad illudendum, ꝛ flagellandū, ꝛ crucifigenduz. Oro.

D Eus innocentię restitutor, ꝛ amator: dirige ad te tuorum corda seruorum: vt spiritus tui seruore concepto, ꝛ in fide inueniatur stabiles, ꝛ in opere efficaces. Per. in vnit. eiusdē.

FERIA QVINTA.

Lcō scti euāg. sm Lucam. Lcō i.

16. I N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Homo quidam erat diues, ꝛ induebatur purpura, ꝛ bysso, ꝛ epulabatur quotidie splendide. Et rel. Homilia Scti Gregorij Papę.

Q Uem, fratres carissimi, quē diues iste, qui induebatur purpura, ꝛ bysso, ꝛ epulabatur quotidie splendide, nisi Judaicum populuz significat? qui cultū vitę exterius habuit: qui acceptę legis delicijs ad nitorem vsus est glorię, non ad vtilitatem. Quem vero Lazarus vlceribus plenus, nisi Gentilez populū, singulariter exprimit? qui dum conuersus ad Deum peccata sua cōfiteri nō erubuit; huic vuln⁹ in cute fuit? In cutis quippe vulnere virus a visceribus trahitur: ꝛ foras erumpit. ℟. Tolle arma. 156. Lectio ij.

Q Uid ergo est peccatoruz confessio, nisi quędā vulnerum ruptio? Quia peccati virus salubriter aperitur in cōfessione, quod pestifere latebat in mente. Uulnera eteniz cutis in superficiē trahunt humorez putredinis. Et cōfitendo peccata, quid aliud agimus nisi malum, quod in nobis latebat aperim⁹? Sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis, quę cadebāt de mensa diuitis, ꝛ nemo illi dabat: Quia gentilium quēqȝ ad cognitionez legis admittere superbus ille populus despiciebat. ℟. Ecce odor. 157. Lcō iij.

Q Ui dum doctrinam legis non ad charitatē habuit, sed ad elationē, quasi de acceptis opibus tumuit: ꝛ quia ei verba defluebāt de sciētia, quasi micę cadebant de mēsa. At contra iacentis pauperis vulnera lingebant canes. Nonnunqȝ solent in sacro eloquio p canes pdicatores intelligi. Canum etenim lingua, vuln⁹ dū lingit curat. Quia ꝛ doctores sancti, dum in confessione peccati nři nos instruunt, quasi

quasi vulnus mentis per linguã tangunt. ℟. Det tibi De⁹. 157. Ad Bñs. Añ. Fili recordare, quia recepisti bona i vita tua, ⁊ Lazarus similiter mala. Oratio.

Presta nobis, qs dñe, auxiliũ gratię tuę: vt ieiuniis, ⁊ orationibus convenienter intenti, liberemur ab hostibus mẽtis, ⁊ corporis. Per dominum. Ad Magnificat. An. Dives ille guttã aquę petiit, qui micas panis Lazaro negauit. Oratio.

Adesto dñe famulis tuis, ⁊ perpetuam benignitatem largire poscẽtibus: vt iis, qui te auctore, ⁊ gubernatore gloriantur, ⁊ congregata restaures, ⁊ restaurata conserves. Per dñm.

FERIA SEXTA.

Hodie psalmi pęnitentiales.

Lcõ sci euã. sm Matthęũ. Lc. i.

Ca. 21. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis, ⁊ turbis Judęoꝝ parabolã hãc. Homo erat paterfamilias, q plãtauit vineã, ⁊ sepe circundedit eam. Et reli. Homilia S. Ambrosii episcopi.

Pleriqꝫ varias significationes de vineę appellatione deriuant: sed euidenter Isaias vineã dñi sabaoth, domũ Israel esse cõmemorat. Hãc vineã quis alius, nisi deus, cõdidit? Hic est ergo qui locauit eam, ⁊ peregre profectus est: non qa ex loco ad locũ profectus est dñs, qui vbiqꝫ semper pręsens est: sed quia pręsentior est diligẽtibus, negligẽtibus abest. Multis aũt tẽporib⁹ abfuit, ne pręproperа videretur exactio. Nã quo idulgẽtior liberalitas, eo inexcusabilior peruicacia. ℟. Dũ exiret. 157. Lc. ii.

Vnde bene sm Matthęũ habes, quia ⁊ sepe circundedit eã, hoc est diuinę custodię munitione vallauit, ne facile pateret incursibus bestiarũ. Et fodit in ea torcular. Quomodo intelligimus quid sit torcular, nisi quia forte psalmi de torcularib⁹ inscribuntur, eo ꝙ in his mysteria dñicę passionis modo musti, sancto feruente spiritu prophetarũ, redundãtius ęstuauerint? Deniqꝫ ebrii putabant, quibus spiritus sanctus inundabat. Ergo ⁊ hic fodit torcular, in quod vuę rationalis fructus interior spirituali isusione deflueret. ℟. Si dominus. 167. Lectio iii.

Aedificauit turrim, verticẽ scilicet legis attollens: atqꝫ ita hanc vineaꝫ munitam, instructã, ⁊ ornatam, locauit Judęis, ⁊ tẽpore fructuum seruulos suos misit. Bene tempus fructuũ posuit, non prouentuum. Nullus enim fructus extitit Judęorum, nullus vineę huius prouentus, de qua dñs ait: Expectaui vt faceret vuas, fecit autem spinas. Itaqꝫ non lętitię vino, non spirituali musto, sed cruento prophetaruꝫ sanguine torcularia redũdarunt.

darunt. R. Erit mihi. fol. 157.
Ad Benedictus. Antiphona.
Malos male pdet, ꝛ vineā suam locabit alijs agricolis, q reddāt ei fructum tēporibus suis. Oro.
Da quesumus oīps Deus: vt sacro nos purificante ieiunio: sinceris mētibus ad sctā vētura facias peruenire. Per.
Ad Magnificat. Antiphona.
Querentes eum tenere, timuerunt turbam, quia sicut pphetam eum habebant. Oratio.
Da quesum⁹ dñe populo tuo salutē mētis, ꝛ corporis: vt bonis operibus inherendo, tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per d.

SABBATHO.

Lcō scti euāg. sm Lucam. Lcō j.

Lu. 15. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hāc: Homo qdā habuit duos filios, ꝛ dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionē substātie, que me cōtingit. Et reliq.
Homilia S. Ambrosij episcopi.
Uides, q diuinū patrimoniū petētibus datur? Nec putes culpam patris, q adolescentiori dedit. Nulla Dei regno infirma etas, nec fides grauaf annis. Ipse certe se iudicauit idoneū qui poposcit. Atq; vtinam nō recessisset a patre, impedimentum nescisset etatis. Sed postea quā pegre profectus, est, dissipauit substātiā suā viuendo luxuriose. Merito ergo prodegit patrimoniū, qui recessit ab Ecclesia. Postea quā domū, inquit, patriāque dereliquit: peregre profectus est in regionē longinquā. R. Pater, peccaui, in celū, ꝛ corā te, iam nō sum dignus vocari filius tuus: Fac me sicut vnū ex mercenarijs tuis. V. Quāti mercenarij in domo pris mei abūdāt panibus? ego aūt hic fame pereo? surgā: ꝛ ibo ad patrē meū, ꝛ di cā ei. Fac me. Lcō ij.
Quid est longinquius ire, quam a se recedere? nec regionibus, sed moribus separari, studijs discretū esse nō terris, ꝛ quasi interfuso luxurie seculari estu, diuortia habere scōrū? Etenī qui se a Christo separat, exul est patrie, ciuis est mundi. Sed nos nō sumus aduene atq; peregrini, sed sum⁹ ciues sanctorum ꝛ domestici Dei. Qui enī eramus lōge, facti sumus prope in sanguine Christi. Nō inuideamus de lōginqua regione remeantibus: qa ꝛ nos fuimus in regione lōginqua, sicut Isaias docet: sic enim habes. Qui sedebant in regione vmbre mortis, lux orta est eis. Regio ergo longinqua, vmbra est mortis. R. Vidi dominū. 158. Lectio iij.
Nos autem, quibus spirit⁹ ante faciē Christus est dñs, in vmbra viuim⁹ Chri. Et ideo dicit Ecclesia: In vmbra eius concu-

concupiui et sedi. Ille igit viuē do luxuriose, cōsumpsit omnia naturę ornamēta. Unde tu qui accepisti imaginem Dei, qui ha bes similitudinem eius, noli eā irrationabili fęditate consume re. Opus Dei es: noli ligno dice re: pater meus es tu: ne accipias similitudinē ligni, quia scriptū est: Similes illis fiant, qui fa ciunt ea. R. Cum audisset. 158. Ad Benedictus. Antiphona. Uadam ad patrem meum, et di cam ei: pater, fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis. Oratio.

Da q̄s dñe nr̄is effectū ie iunijs salutarē: vt castiga tio carnis assumpta, ad nr̄arū ve getationē trāseat animarū. Per. Ad vesperas. Capitulum.

Ephe. cap. 5. Fratres: Estote imita tores Dei, sicut filij ca rissimi: et ambulate in dilectiōe, sicut et Chri stus dilexit nos, et tradidit semet ipsum pro nobis oblationē et ho stiam Deo in odorem suauitatis. Hym. Audi. 149. V. Angelis. Ad Magnificat. Antiphona. Dixit autem pater ad seruos suos: cito proferte stolam primā, et induite illum, et date annulum in manu eius: et calciamenta in pedibus eius. Oratio.

Quęsumus om̄ps Deus: vo ta humilium respice: atq; ad defensionē nostram, dexterā tuę maiestatis extende. Per do.

DOMINICA TERTIA in Quadragesima.

Ad Matut. Inui. Nō sit vobis vanū. Hym. Ex more et reliq; ad lōnes: vt in j. Dñica. fol. 49. De libro Genesis. Lcō prima.



Joseph cū sexde 37 cim esset annorū, pascebat gregem cū fratribus suis adhuc puer: et e rat cū filijs Ba lę et Zelphę, vxorū pr̄is sui: accu sauitq; frēs suos apud patrē cri mine pessimo. Israel aūt dilige bat Joseph, sup oēs filios suos, eo q̄ i senectute genuisset eū: fe citq; ei tunicā polymitā. Uidē tes aūt fratres ei⁹, q̄ a patre pl⁹ cūctis filijs amaref, oderāt eum, nec poterant ei quicq̄ pacifice loqui. Accidit quoq;, vt visum somniū referret fratrib⁹ suis: q̄ cā maioris odij seminarium fuit. Dixitq; ad eos: Audite somniū meum, qđ vidi: Putabā nos liga re manipulos in agro, et quasi cō surgere manipulū meū, et stare: vestrosq; manipulos circūstātes adorare manipulū meū. Respō derunt fratres eius: Nunqd rex nr̄ eris? aut subijciemur ditioni tuę? Hęc ergo causa, somniorum atq; sermonū: inuidię, et odij fo mitē ministrauit. Aliud quoq; vidit somniū: qđ narrās fratrib⁹ ait: Uidi p somniū quasi Solē, et Lunā, et stellas vndecim adora

re me. Quod cũ patri suo, ꝛ fratribus retulisset, increpauit eũ pr̃ suus, ꝛ dixit ei: Quid sibi vult hoc somniũ quod vidisti? Num ego, ꝛ mr̃ tua, ꝛ fratres tui adorabimus te super terrã? R. Uidẽtes Joseph a longe loquebãtur mutuo fratres dicẽtes: Ecce somniator venit: Uenite occidamus eũ, ꝛ videam⁹ ſi prosint illi somnia sua. V. Cũq; vidissẽt Joseph fratres sui ꝙ a pr̃e cunctis fratribus plus amaret, oderãt eũ, nec poterãt ei quicq̃ pacifice loqui, vnde ꝛ dicebant. Uenite. Le. ij.

Inuidebãt igitur ei fratres sui: pr̃ vero rem tacitus cõsiderabat. Cũq; fratres illius in pascẽdis gregib⁹ patris morarẽtur in Sichẽ, dixit ad eũ Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni, mittam te ad eos. Quo respõdẽte, presto sum, ait: Uade, ꝛ vide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos, ꝛ pecora: ꝛ renuncia mihi qd agat. Missus de valle Hebrõ, venit in Sichẽ, inuenitq; eũ vir errãtẽ in agro, ꝛ interrogauit qd quereret. At ille respõdit: Fratres meos quero: indica mihi vbi pascant greges? Dixitq; ei vir: Recesserũt de loco isto: audiui autẽ eos dicẽtes, Eamus in Dothain. Perrexit itaque Joseph post fratres suos: ꝛ inuenit eos in Dothain. Qui cum vidissent eũ procul, anteq̃ accederet ad eos, cogitauerũt illũ occidere: ꝛ mutuo loquebant: Ecce somniator venit: venite occidamus eũ, ꝛ mittam⁹ in cisternã veterem, dicemusq; fera pessima deuorauit eũ: ꝛ tũc apparebit quid illi prosint somnia sua. R. Dixit Judas fratribus suis: Ecce Ismahelite transeunt, venite venundetur: ꝛ manus nostre nõ polluantur. Caro enim ꝛ frater noster est. V. Quid enim prodest si occiderimus fratrem nostrũ, ꝛ celauerimus sanguinẽ ipsius? melius est enim vt venundetur. Caro. Lectio iij.

Audiens autẽ hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eoꝝ, ꝛ dicebat: Nõ interficiamus aiam eius: nec effundam⁹ sanguinẽ: sed proijcite eũ in cisternã veterem, que est in solitudine: manusq; vestras seruate innoxias. Hoc aũt dicebat volens eripere eũ de manibus eorum, ꝛ reddere patri suo. Cõfestim igitur, vt puenit ad fratres suos, nudauerunt eũ tunica talari, ꝛ polymita: miseruntq; eũ in cisternam veterẽ, que non habebat aquã. Et sedẽtes vt comederẽt panẽ, eleuatis oculis viderunt Ismahelitas viatores venire de Galaad, ꝛ camelos eorum portantes aromata, ꝛ resinam, ꝛ stacten in Egyptũ. Dixit ergo Judas fratribus suis. Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrũ, ꝛ celauerimus sanguinem

guinē ipsius? Melius est vt ve/ nundetur Ismahelitis, ⁊ manus nostrę nō polluant: frater enim ⁊ caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonib⁹ illi⁹, ⁊ pręter/ euntibus Madianitis negocia/ toribus extrahentes eum de ci/ sterna, vendiderunt eum Isma/ helitis triginta argēteis: qui du xerunt eū in Ægyptum. ℟. Ex trahētes Ioseph de lacu vendi/ derunt Ismahelitis triginta ar/ gēteis, Reuersusq; Ruben ad puteum, cū non inuenisset eum, scidit vestimēta sua cū fletu, ⁊ di xit: Puer non comparet, ⁊ ego quo ibo? ℣. At illi intincta tuni/ ca Ioseph i sanguine hędi, mise/ runt qui ferret eā ad patrē, ⁊ di ceret: Uide, si tunica filij tui sit, an nō. Reuersusq;. G l. Reuer.

Ex libro S. Ambrosij episcopi, de sancto Ioseph. Lectio iiij.

SAnctorū vita cęteris nor/ ma viuēdi est: ideoq; dige stā plenius accepimus seriē scri/ pturarū, vt dum Abrahā Isaac, ⁊ Iacob, cęterosq; iustos legēdo cognoscimus, velut quēdam no/ bis innocētię tramitem virtute eorū reseratū imitantibus vesti gijs ꝓsequamur. De qbus mihi cū frequens tractatus fuerit, ho die sancti Ioseph historia occur rit: i quo cū plurima fuerint ge/ nera virtutū, pręcipue insigne effulsit castimonię. Iustū est igi/ tur, vt cū in Abrahā didiceritis impigrā fidei deuotionē, in Isa/ ac sincerę mētis puritatē, in Ia/ cob singularē animi laborumq; patiētiā, ex illa generalitate vir/ tutū, in ipsas species disciplina/ rum intendatis animū. ℟. Ui/ dens Iacob vestimēta Ioseph, scidit vestimenta sua cum fletu, ⁊ dixit, Fera pessima deuorauit filiū meū Ioseph. ℣. Tulerunt aūt fratres eius tunicam illius, mittentes ad patrē, quam cū co gnouisset pater, ait Fera. Lec. v.

SIt igitur nobis ꝓpositus sanctus Ioseph tanq; spe/ culū castitatis. In eius enim mo/ ribus, in eius actibus lucet pu/ dicitia, ⁊ quidam splendet casti/ monię comes nitor gratię. Un/ de etiā a parentibus plus quā cęteri filij, diligebat. Sed ea res inuidię fuit: quod silētio pręter/ eundū nō fuit. Hinc enim argu/ mentū totius historię processit: simul vt cognoscamus, perfectū virum nō mouendū vlciscendę dolore inuidię, nec malorum re/ pendere vicem: vnde ⁊ Dauid ait: Si reddidi retribuentibus mihi mala. ℟. Ioseph dū itra/ ret in terrā Ægypti, linguā, quā nō nouerat audiuit: manus eius in laborib⁹ seruierūt: Et lingua eius inter principes loquebatur sapientiā. ℣. Humiliauerunt in cōpedibus pedes eius: ferrum pertransijt animā eius, donec ve niret verbum eius. Et. Lec. vj.

 Quid

Quid autē esset, quod prę-ferri Joseph mereref cę-teris, si aut lędentes lęsisset, aut diligentes dilexisset? hoc enim pleriq; faciūt: sed illud mirabi-le, si diligas inimicum tuum: qđ saluator docet. Jure ergo mirā-dus, qui hoc fecit ante euange-liū, vt lęsus parceret, appetitus ignosceret, venditus non refer-ret iniuriam, sed gratiam pro cō-tumelia solueret: quod post euā-gelium omnes didicimus, serua-re non possumus? Discamus er-go ⁊ sanctorum inuidias, vt imi-temur patientiam, ⁊ cognosca-mus illos non naturę pręstātio-ris fuisse, sed obseruationis, nec vitia nescisse, sed emēdasse. Qđ si inuidia etiam sanctos adussit, quanto magis cauendum est, ne inflammet peccatores? ℟. Memento mei dū; bene tibi fuerit, Ut suggeras Pharaoni, vt edu-cat me de isto carcere: quia fur-tim sublatus sum, ⁊ hic innocēs in lacum missus sum. ℣. Tres enim adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministe-rij tui, ⁊ restituet te in gradum pristinum: tunc memento mei. Ut suggeras. Gloria. Ut sug.

Lcō scti euāg. s'm Lucam. L. vij.

l. 15. In illo tēpore: Erat Jesus ejiciens demonium: ⁊ illud erat mutū. Et cum eiecisset de-monium, locutus est mutus, ⁊ admiratę sunt turbę. Et reliq.

Homil. venerab. Bede presbyteri.

Demoniac⁹ iste apud Mat theū non solū mutus, sed cęcus fuisse narratur: curatusq; dicif a dn̄o, ita vt loqueretur, ⁊ videret. Tria ergo signa simul i vno homine perpetrata sunt, cę-cus videt, mutus loquitur: posses-sus a demone liberatur. Quod ⁊ tunc quidē carnaliter factum est, sed ⁊ quotidie completur in cōuersione credētium, vt expul-so primum demone, fidei lumen aspiciāt, deinde ad laudes Dei, tacentia prius ora laxenf. Qui-dam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe demonio-rū eijcit demonia. Non hęc ali-qui de turba, sed Pharisęi calū-niabantur, ⁊ scribę, sicut alij euā-gelistę testātur. ℟. Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes an-gustias animę eius, dum depre-caretur nos: ⁊ non audiuimus: Idcirco venit super nos tribula tio. ℣. Dixit Ruben fratribus suis: nunquid non dixi vobis ⁊ nolite peccare in puerum, ⁊ non audistis me? Idcirco. Lcō viij.

Turbis quippe, quę minus eruditę videbanf, dn̄i sem-per facta mirantibus, illi contra vel negare hęc, vel q̄ negare ne-quiuerāt, sinistra interpretatio-ne peruertere laborabāt: quasi nō hęc diuinitatis, sed immūdi spiritus opera fuissent. Et alij tē-

tantes,

tantes, signum de celo querebant ab eo, Vel in morem Elie ignem de sublimi venire cupiebant, vel in similitudinem Samuelis tempore estiuo mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi nõ possint et illa calumniari, et dicere, ex occultis, et variis aeris passionibus accidisse. At tu, qui calũniaris ea, que oculis vides, manu tenes, vtilitatẽ sentis: qd feceris de ijs, q̃ de celo venerunt? Vtique respõdebis, et Moyses in Egypto multa signa fecit de celo. R. Dixit Rubẽ fratribus suis: Nũquid nõ dixi vobis: nolite peccare in puerum; et non audistis me? En sanguis eius exquiritur. V. Merito hec patimur, quia peccauimus in fratrẽ nostrũ, videntes angustias anime eius, dum deprecaretur nos: et nõ audiuimus. En san. Lectio ix.

Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, et domus supra domum cadet. Non ad dicta, sed ad cogitata respondit, vt vel sic cõpellerentur credere potẽtie eius, qui cordis videbat occulta. Si autẽ omne regnũ in seipsum diuisum desolatur, ergo patris, et filij, et spũs sancti regnũ non est diuisum, qd sine vlla contradictione, non aliquo impulsu desolãdũ, sed eterna est stabilitate mãsurũ. Si autem et Satanas in seipsum diuisus est: quõ stabit regnum ipsius, qa dicitis in Beelzebub eijcere me demonia? Hoc dicens, ex ipsorũ confessione volebat intelligi, quod in eum non credendo, in regno diaboli esse elegissent, qd vtique aduersum se diuisum stare non posset. R. Lamentabatur Jacob de duobus filijs suis, heu me dolens sum de Joseph perdito, et tristis nimis de Beniamin ducto pro alimonijs, Precor celestem regem, vt me dolentẽ nimiũ faciat eos cernere. V. Prosternens se Jacob vehementer cum lacrymis pronus in terrã, et adorans ait. Precor. Glo. Precor.

Ad Laudes. Antiphona.

Fac benigne in bona voluntate tua, vt edificentur dñe muri Jerl'm. Ps. Miserere. 23. Añã. Dñs mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Ps. Cõfitemini. 11. Aña. Deus misereatur nostri et bñdicat nos. Ps. Deus Deus meus. 8. cũ reli. Aña. Vim virtutis sue oblitus est ignis, vt pueri tui liberarentur illesi. Añ. Sol et luna laudate Deum: quia exaltatum est nomen eius solius. Cap. Fratres, estote. 162. Hym. Jam Christe sol iustitie. 151. V. Angelis suis. Ad Benedictus. Antiphona. Cũ fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt oia que possidet. Oro. Quesumus ops. 162. Ad Primam. Aña. Et cum eie

 cisset

dixisset Jesus demonium, locutus est mut⁹, & admirate sunt turbe.
Ad Tertiam. Antiphona.
Si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in vos regnũ Dei. Cap. Fratres, estote. 162.
℟.bre. Ipse libe. ℣ Scapulis. vt in prima Dominica fol. 151.
Ad vj. Ant. Qui non colligit me cũ, dispergit, & qui non est mecum, contra me est. Capitulum.
Ephe. 5.
Hoc aũt scitote intelligentes, ꝙ ois fornicator, aut immũdus, aut auarus (qđ est idolorũ seruitus) non habet hereditatem in regno Christi, & Dei.
℟. Scapulis. ℣ Scuto circun.
Ad ix. Ant. Cũ immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, querẽs requiem, & nõ inuenit. Capitulũ.
Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino: vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate.
℟. Scuto circunda. ℣ Angelis.
Ad vespe. Ant. Dixit dñs. 52. cum rel. Cap. Fres, estote. 162.
Hym. Ad preces nostras. 151.
℣. Angelis Ad Magnifi. Ant.
Extollens vocem quedam mulier de turba, dixit: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, que suxisti. At Jesus ait illi: Quinimmo, beati qui audiunt verbũ Dei, & custodiunt illud. Oratio.
Quesumus, omnipotens De⁹.

FERIA SECVNDA.
Hodie officium Defunctorum.
Lcõ. sci euãg. sm Lucam. Lec. j.
In illo tempore: Dixerunt Pharisei ad Jesuz: Quãta audiuimus facta i Capharnaũ: fac & hic in patria tua. Et reliq. 4.c.
Homilia S. Ambrosij episcopi.
Non mediocriter inuidia prodit, que ciuice charitatis oblita, i acerba odia causas amoris inflectit. Simul hoc exẽplo pariter & oraculo declaratur, ꝙ frustra opẽ misericordie celestis expectes, si aliene fructibus virtutis inuideas. Aspernator eniz dñs inuidorũ est, & ab his, qui diuina beneficia i alijs psequũtur, miracula sue potestatis auertit. Dñice qppe carnis actus, diuinitatis exẽplũ est: & inuisibilia nobis eius, p ea, q̃ sunt visibilia demonstrãtur. ℟. Tollite hinc vobiscũ munera: & ite ad dñz terre, & cum inueneritis, adorate eum sup terram. Deus aũt meus faciat euz vobis placabilẽ, & remittat hunc fratrem vestrum vobiscum, & eum quẽ tenet in vinculis. ℣. Sumite de optimis terre frugibus in vasis vestris, & deferte viro munera. Deus. Lcõ. ij.
Non ociose itaqz Saluator excusat, ꝙ nulla in p̃ria sua miracula virtutis operat⁹ fit, ne fortassis aliquis viliorem patrie nobis esse debere putaret affectum. Neqz enim ciues poterat non

nō amare, q amaret ōēs: sed ipsi se charitate patrię, qui inuident, abdicarunt. In veritate dico vobis: multę vidue fuerunt in diebus Elię. Non qa Elię dies fuerunt, sed in quibus Elias operatus est: aut qa dies faciebat illis, qui in eius operib⁹ lucem videbant gratię spiritalis, ⁊ cōuertebātur ad dñm: ⁊ ideo aperiebatur celum vidētibus ęterna, ⁊ diuina mysteria: claudebatur quādo fames erat: qa nulla erat cognoscendę diuinitatis vbertas. Sed de hoc plenius scripsimus cum de viduis scriberemus. R. Iste est frater vester minimus d quo dixeratis mihi: De⁹ misereat tibi fili mi. Festinauitq; in domū, ⁊ plorauit: qa erūpebant lacrymę, ⁊ non poterat se cōtinere. V. Attollēs autē Joseph oculos, vidit Beniamin stantē: commota sunt oīa viscera eius super fratre suo. Festinauitq;. L. iij.

Et multi leprosi erāt in Judęa tēporibus Elisęi prophetę: ⁊ nemo eorum mūdatus est: nisi Naaman Syrus. Euidēter hic sermo nos oīn salutaris informat, ⁊ ad studiū venerandę diuinitatis hortat: q nemo sanctus ostendit, ⁊ maculosi morbo corporis absolutus, nisi qui religiosi officio studuit sanitati. Nō enī dormiētibus diuina beneficia, sed obseruantibus deferunt. Diximus in libro alio in vidua illa, ad quā Elias direct⁹ est, typū ecclesię pręmissum. Popl's ecclesiā congregauit, vt sequaf populus ille ex alienigenis cōgregatus. Populus ille ante leprosus, popul⁹ ille ante maculosus, priusquā mystico baptizaref in flumine, idē post sacramento baptismatis maculis corporis ⁊ mētis ablutus, iā non lepra, sed immaculata virgo cępit esse sine ruga. R. Dixit Joseph vndecim fratrib⁹ suis: Ego sum Joseph, quem vendidistis in Ægyptum, adhuc viuit pater noster senior d quo dixeratis mihi: Ite adducite eum ad me, vt possit viuere. V. Biennium enim est, q cępit esse fames in terra: ⁊ adhuc restāt anni quinq;, quib⁹ nec arari poterit, nec meti. Ite adduci.

Ad Bñs. Añ. Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Oratio.

Cordibus nostris, quęsum⁹ domine, gratiam tuam benignus infunde, vt sicut ab escis carnalibus abstinemus: ita, sensus quoque nostros a noxiis retrahamus excessibus. Per do.

Ad Magnificat. Antiphona. Jesus autem transiens per medium illorum ibat. Oratio.

Subueniat nobis dñe misericordia tua: vt ab imminētibus peccatorū nostrorū periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante saluari. Per.

Feria

FERIA TERTIA.

Lcō scti euāg. fm Matthēū. c.xvij.

l. 18. In illo tpe: Respiciens Jesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe euz inter te & ipsuz solū. Et re.

Homilia sancti Augustini epi.

Quare illū corripis? Quia tu doles φ peccauerit in te? Absit. Si amore tui id facis, nihil facis: si amore illius facis, optime facis. Denique i ipsis verbis attende, cuius amore id facere debeas, vtrum tui, an illius. Si te audierit, inqt, lucrat⁹ eris fratrem tuum. Ergo propter illum fac, vt lucreris illum. Sic faciēdo lucraris, nisi fecisses perierat. Quid est ergo φ pleriqʒ homines ista peccata cōtemnunt, & dicunt, quid magnum feci? in hoiem peccaui. Noli contēnere, φ in hoiem peccasti. R. Nūciauerunt Jacob dicētes, Joseph, fili⁹ tuus viuit, & ipse dn̄atur in tota terra Ægypti: quo audito, reuixit spūs eius, & dixit: Sufficit mihi, vadam, & videbo eum antequam moriar. V. Cumque audisset Jacob, quod filius eius viueret, quasi de graui somno euigilans ait. Sufficit. Lcō ij.

Uis noscere, qa, in hominē peccando perijsti? Si te ille, in quem peccasti, corripuerit inter te, & ipsum solum, & audieris illū, lucratuʒ est te. Quid est, lucratus est te, nisi qa perieras, si non lucraretur te? nā si nō perieras, quomodo te lucratus est? Nemo ergo contemnat quando peccat in fratrē. Ait eniʒ in quodam loco Apostolus. Sic auteʒ peccātes in fratres & percutientes cōscientiam eorū infirmam, in Christum peccastis: ideo quia membra Christi omnes facti sumus. Quomodo non peccas in Christū, qui peccas in mēbrum Christi? R. Joseph. 163. Lcō iij.

Nemo ergo dicat, quia non peccaui in Deū, sed peccaui in fratrem. In hominem peccaui, leue peccatuʒ est, vel nullū peccatum est. Forte tamē dicis, leue est, qa cito curat. Peccasti in fratrem: fac satisfactionem, & sanatus es. Cito fecisti rem mortiferam, sed remediuʒ cito inuenisti. Quis nostrū speret regnū celorum, fratres mei, quando dicit euāgeliū: Qui dixerit fratri suo, fatue, re⁹ erit gehēne ignis? Magnus terror, sed vide ibi remedium. Si obtuleris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, qa frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare. Nō irascit deus: qa differs imponere mun⁹ tuum: te querit Deus magis, φ̄ munus tuuʒ. R. Memēto. 163. Ad Bñs. Añ. Si duo ex vobis cōsenserint sup terram: de omni re, quācunqʒ petierint, fiet illis, a pa-

a patre meo, dicit dñs. Oratio.

Exaudi nos omnipotens, & misericors Deus, & continentie salutaris propitius nobis dona concede. Per dominum.

Ad Magnificat. Antiphona.

Ubi duo vel tres cõgregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum, dicit dominus. Oratio.

Tua nos dñe protectione defende: & ab omni semp iniquitate custodi. Per dominum.

FERIA QVARTA.

Hodie Psalmi Graduales.

Lcõ s. euãg. fm Matheũ. Lc. j.

115. In illo tpe: Accesserunt ad Jesuz ab Jerosolymis scribe & Pharisei dicentes: Quare discipuli tui transgrediũtur traditiones seniorum? Et reliqua.

Homilia scti Hieronymi presb.

Mira Phariseorum, scribarumqz stultitia: Dei filiũ arguunt, quare discipuli ei⁹ hominum traditiones, & precepta non seruẽt. Non enim lauãt manus suas, cum panẽ manducant. Manus, idest opera, nõ corporis vtiqz, sed anime, lauande sunt, vt fiat in illis verbũ Dei. Ipse aũt respondẽs, ait illis: Quare & vos trãsgredimini mãdatum Dei, ppter traditionem vestrã? Falsam calumniã vera responsione cõfutat. Cũ, inquit vos ppter traditionẽ hoium precepta dei negligatis, quare discipulos meos arguendos putatis, q seniorũ iussa paruipendant, vt dei scita custodiant? R. Merito. 163. Lc. ij.

Nam de⁹ dixit: Honora patrem tuũ, & matrem tuaz: & Qui maledixerit pri, vel matri, morte moriatur. Uos autẽ dicitis: Quicũqz dixerit patri, aut matri, Munus quodcunqz est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrẽ suũ, aut matrem suã. Honor in scripturis, non tm̃ in salutationibus & officijs deferendis, quantuz in eleemosynis, ac munerũ oblatione sentit. Honora, inquit Apostolus, viduas, que vere vidue sunt, Hic honor donuz intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri duplici honore honorandi sunt, maxime qui laborãt in verbo & doctrina Dei. Et p hoc mandatũ, iubemur, vt boui triturãti os nõ claudam⁹, & dignus sit operarius mercede sua. R. Dixit. Rubr. 164. Lc. iij.

Dñs intellexerat dñe, vel imbecillitates, vel etates, vel penurias parentum considerans, vt filij honorarent etiam in vite necessarijs ministrandis parentes suos. Hanc prouidentissimã Dei legem volentes Scribe & Pharisei subuertere, vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios, vt, si quis ea, que parentibus offerẽda sunt, Deo vouere voluerit, q verus est pater, oblatio dei preponatur parentũ muneri,

neribus: vel certe ipsi parentes, quę Deo consecrata cernebant, ne sacrilegij crimē incurrerent, declinantes, egestate cōficiebantur. Atq3 ita fiebat, vt oblatio liberorum sub occasione templi, & Dei, in sacerdotum lucra cederet. ℟. Lamentabatur. fol. 164.

Ad Benedictus. Antiphona. Audite, & itelligite traditiones, quas dñs dedit vobis. Oratio.

Presta nobis q̄sumus dñe: vt salutarib⁹ ieiunijs eruditi, a noxijs quoq3 vitijs abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dñm.

Ad Magnificat. Antiphona. Non lotis manibus mãducare, non coinquinat hominē. Oro.

Concede q̄s oēs Deus: vt q protectionis tuę gratiã q̄rimus, liberati a malis oibus, secura tibi mēte seruiamus. Per.

FERIA QVINTA.

Lcō sci euãg. sm Lucam. Lec. j.

p. 4. In illo tempore: Surgens Jesus de synagoga, intrauit in domū Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij episcopi.

Vide clementiã dñi saluatoris: nec indignatione cōmotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus Judęã deserit: quinetiã immemor iniurię, memor clementię: nūc docēdo, nūc liberando, nunc sanando, infidę plebis corda demulcet. Et bene sanctus Lucas virum a spiritu nequitię liberatum ante pręmisit, & subdidit fęminę sanitatem. Utrunq3 enim sexum dñs curaturus aduenerat: & prior sanari debuit, qui prior creatus est: nec pretermitti illa debuit, quę mobilitate magis animi, quam prauitate peccauerat. ℟. Uidētes Joseph. 162. Lectio secunda.

Sabbatho dñicę medicinę opera cępta significant, vt inde creatura noua cęperit, vbi vet⁹ creatura ante desierat: nec sub lege esse Dei filiū, sed supra legē i ipso principio designaret: nec solui legem, sed adimpleri. Neq3 enim per legē, sed verbo factus est mūdus sicut legimus: Uerbo dñi cęli firmati sunt. Nō soluitur ergo lex, sed impletur: vt fiat renouatio hominis iam labētis. Unde & Apostolus ait: Expoliantes vos veterem hominem induite nouū, qui secūdum Christum creatus est. ℟. Dixit Judas. 162. Lectio iij.

Et bene sabbatho cępit, vt ipsum se ostenderet creatorem, qui opera, operibus intexeret: & prosequeretur opus, qđ ipse iam cęperat: vt, si faber domum renouare disponat, non a fundamentis, sed a culminibus incipit soluere vetustatē. Itaq3 ibi prius manum admouet, vbi ante desierat: deide a minorib⁹ incipit,

incipit, vt ad maiora perueniat. Liberare a demone et doles, sed in verbo dei possunt: resurrectiones mortuis imperare, diuine solius est potestatis. ℟. Extrahentes. 163. Ad Benedictus. Añ. Exibant aūt demonia a multis clamantia, et dicentia, quia tu es Christus filius Dei, et increpans non sinebat ea loqui, qa sciebāt ipsum esse Christum. Oratio.

Magnificet te dñe sanctorum tuorū Cosme, et Damiani beata solennitas: qua et illis gloriam sempiternam, et opem nobis ineffabili prouidētia contulisti. Per dominum nostrum. Ad Magnif. Añ. Oēs qui habebant infirmos, ducebant illos ad Jesum et sanabātur. Oratio.

Subiectum tibi populum, qs domine, propitiatio celestis amplificet: et tuis semp faciat seruire mandatis. Per do.

FERIA SEXTA.

Hodie psalmi Penitentiales.

Lcō scti euāg. scdm Johannē. L j.

sp. 4. In illo tpe: Uenit Jesus in ciuitatē Samarie q̄ dicitur Sichar, iuxta predium qd̄ dedit Jacob Joseph filio suo. Et rel. Homilia sancti Augustini epi.

Jam incipiūt mysteria. Nō enim frustra fatigatur Jesus: non enim frustra fatigatur virtus Dei: nō enim frustra fatigatur, p quē fatigati recreantur: non enim frustra fatigatur, quo deserēte fatigamur, quo presente firmamur. Fatigatur tamen Jesus, et fatigatur ab itinere, et sedet, et iuxta puteum sedet, et hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuūt aliquid, indicare volunt aliquid: intētos nos faciūt, vt pulsemus, hortantur. Ipse ergo nobis aperiat et vobis, qui dignatus est ita hortari, vt diceret: Pulsate, et aperietur vobis. ℟. Uidens Jacob. 163. Lectio ij.

Ibi fatigatus est ab itinere Jesus: inuenimus virtutem Jesu, et inuenimus infirmū Jesum, fortem et infirmum: fortem, quia in principio erat verbum, et verbū erat apud Deum; et Deus erat verbū: hoc erat in principio apud Deū. Uis videre quā iste filius Dei fortis sit? Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, et sine labore facta sunt. Quid ergo illo fortius, per quē sine labore facta sunt oia? Infirmum vis nosse? Uerbū caro factū est, et habitauit in nobis. Fortitudo Christi te creauit, infirmitas Christi te recreauit. Fortitudo Chri fecit vt, qd̄ non erat esset: infirmitas Christi fecit, vt qd̄ erat, non periret: Condidit nos fortitudine sua, quesiuit nos infirmitate sua. ℟. Joseph dum. 163. Lectio iij.

Nutrit ergo ipse infirmus infirmos, tanq̄ gallina pullos suos: huic eni se similē fecit:

Quoties

Quoties volui (inquit ad Jerusalē) cōgregare filios tuos tanq̄ gallina pullos sub alis suis, et no luisti? Uidetis autē fratres, quē admodum gallina infirmetur cum pullis suis? Nulla enim alia auis, q̄ sit mater, agnoscit. Uidemus nidificare passeres quoslibet ante oculos nr̄os, hirundines, ciconias, colūbas, quotidie videmus nidificare: quos, nisi q̄n in nidis videmus, parētes esse nō agnoscimus: gallina vero sic infirmatur in pullis suis, vt etiā si ipsi pulli nō sequantur, et filios nō videas, mr̄em tñ intelligas. ℟. Memēto. 163. Ad Bñ. Añ. Aquam quam ego dedero, si qs biberit ex ea, non sitiet in eternum. Oratio. Ieiunia nr̄a, q̄s dñe benigno fauore psequere, vt sicut ab alimentis abstinemus in corpore: ita a vitijs ieiunemus in mente. Per dominū nostrum. Ad Mag. Añ. Dñe, vt video, propheta es tu: patres nostri in monte hoc adorauerunt. Oro. Presta q̄s ops deus, vt qui in tua protectione cōfidimus, cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per d.

SABBATHO.

Lcō s. euāg. sm̄ Iohannem. Ca. 8.
In illo tpe: Perrexit Jesus in mōtē Oliueti, et diluculo iterū venit in templum. Et re. Homilia s. Augustini epi. Jesus perrexit in montem Oliueti, in montē fructuosum, in montē vnguenti, in montē chrismatis. Ubi enim decebat docere Christū, nisi in monte Oliueti? Christi enim nomē a chrismate dictū est: chrisma aūt grēce, latine vnctio nominatur. Ideo autē nos vnxit, qa luctatores ɔtra diabolū fecit. Et diluculo iterū venit in tēplū, et ois populus venit ad eū: et sedens docebat eos: et nō tenebatur, qa nondū pati dignabatur. Nunc iam attendite, vbi ab inimicis tentata sit domini māsuetudo. ℟. Merito. 163. Lectio ij. Adducunt autē illi Scribe, et Pharisei mulierē i adulterio deprehensam, et statuerunt eam in medio, et dixerūt ei: Magister, hec mulier modo deprehēsa est in adulterio: in lege aūt Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare: tu ergo quid dicis? Hec aūt dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Unde accusare? nunquid ipsum in aliquo facinore deprehenderant? aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuisse dicebatur? ℟. Dixit Ruben. 164. Lectio iij. Intelligamus, fratres, admirabilem mansuetudinē in dño fuisse. Animaduertebāt eum nimium esse mitem, nimiū esse mansuetum. De illo quippe fuerat ante predictum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua et pulchritu-

titudine tua, intende, prospe/re procede, et regna. Propter veritatē, et mansuetudinem, et iustitiā. Ergo attulit veritatē, vt doctor: mansuetudinē, vt liberator: iustitiam, vt cognitor. Propter hec eū pphēta in spiritu sancto esse regnaturū predixerat. Cū loqueretur, veritas agnoscebatur: cum aduersus inimicos nō moueretur, mansuetudo laudabatur. Cū ergo de duobus istis, idest de veritate, et mansuetudine eius, inimici, liuore, et inuidia torquerētur, in tertio, idest iustitia, scandalum posuerunt. ℟. Lamētabat. 164. ℣. Ad [illegible]. Inclinauit se Jesus, et scribebat in terra: si quis sine peccato est, mittat in eam lapidem. [illegible]

Presta qs oīps Deus: vt qui se affligendo carnē, ab alimentis abstinent, sectando iustitiam a culpa ieiunēt. Per dnm.

Ad vesperas. Capitulum.

Gal. 4



Fratres, scriptum est, qm̄ Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, et vnū de libera: sed qui de ancilla sm̄ carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem: que sunt p allegoriā dicta. Hym. Audi benigne cōdi. 149. ℣. Angelis suis. Ad Magnificat. Antiphona. Nemo te cōdēnauit mulier? nemo dn̄e, nec ego te cōdemnabo: iam amplius noli peccare. Oro.

Concede qs omnipotens Deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur, tue grē, consolatione respiremus. Per.

DOMINICA IIII. in Quadragesima.

Intr. Nō sit vobis va. Hym. Ex more. et relt. vt in j. dñica. fo. 149.

De libro Exodi. Lectio prima.

Moyses autē pascebat oues Jethro soceri sui, sacerdotis Madian. Cumqz minasset gregē ad interiora deserti, venit ad montē Dei Horeb. Apparuitqz ei dn̄s in flāma ignis de medio rubi: et videbat q rub⁹ arderet, et nō cōbureretur. Dixit ergo Moyses: Uadam, et videbo visionem hanc magnā, quare nō cōburatur rubus. Cernens autem dn̄s q pergeret ad videndum, vocauit eū de medio rubi, et ait: Moyses, Moyses. Qui respōdit: Adsū. At ille: Ne appropies, inquit huc: solue calciamentū de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est. Et ait: Ego sum Deus patris tui. Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob. Abscondit Moyses faciem suam, non enim audebat aspicere contra Deum. ℟. Locutus est dominus ad Moysen dicēs: Descende in Egyptum, et dic Pharaoni. Ut dimittat populum meum: induratum est cor Pha- 3. cap

Pharaonis: non vult dimittere populũ meũ, nisi in manu forti. ℟. Clamor filiorum Israel venit ad me, vidiq; afflictioné eorum: sed veni, mittam te ad Pharaonem. Ut dimittat. Lectio ij.

Vidi ait dñs: Vidi afflictionē populi mei in Ægypto: & clamorem eius audiui propter duritiam eorum, qui præsunt operibus. Et sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educã de terra illa in terram bonam & spaciosam: in terram, quę fluit lacte, & melle, ad loca Chananęi, & Hethęi, & Amorrhęi, & Pherezei, & Euei, & Jebusei. Clamor ergo filiorũ Israel venit ad me: vidiq; afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimunt. Sed veni, mittam te ad Pharaoné, vt educas populum meum filios Israel de Ægypto. ℟. Stetit Moyses coram Pharaone, & dixit, Hęc dicit dñs: Dimitte populum meũ, vt sacrificet mihi in deserto. ℣. Dñs Deus Hebręorũ misit me ad te dicés. Dimitte. Lectio iii.

Dixitq; Moyses ad Deũ, Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis signum, q misserim te: Cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istũ. Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israel & dicam eis: Deus patrũ vestrorũ misit me ad vos. Si dixerint mihi: quod est nomé eius? quid dicã eis? Dixit Dñs ad Moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos. Dixitque iterum Deus ad Moysen: hęc dices filiis Israel: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abrahã, Deus Isaac, & Deus Jacob misit me ad vos. Hoc nomé mihi est in ęternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationé. ℟. Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare, Adiutor, & protector factus est mihi dñs in salutem. ℣. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Adiutor. Gloria. Adiutor.

Sermo S. Basilii Magni. Lectio iiij.

Moysen per ieiuniũ nonimus in monté ascendisse: neq; enim aliter ausus esset verticem fumantem adire, atq; in caliginem ingredi, nisi ieiunio munitus. Per ieiuniũ mandata digito Dei in tabulis cõscripta suscepit: Item supra monté, ieiuniũ legis latę cõciliator fuit, inferius vero gula ad idolatriã populum deduxit, ac cõtaminauit. Sedit, inquit, populus mãducare, & bibere, & surrexerũt ludere. Quadraginta dierũ labores ac perseuerantiã, Dei seruo cõtinuo ieiunante

nante ac orãte, vna tantũ populi ebrietas cassaȝ, irritamqȝ reddidit. Quas enim tabulas Dei digito ꝯscriptas ieiuniũ accepit, has ebrietas cõtriuit, propheta sanctissimo indignum existimãte, vinolentum populuȝ ex Deo legeȝ accipere. ℟. In mari vie tue, ⁊ semite tue i aquis multis: Deduxisti sicut oues populum tuũ in manu Moysi, ⁊ Aaron. ℣. Trãstulisti illos per mare rubrũ, ⁊ transuexisti eos per aquã nimiam. Deduxisti. Lectio v.

Uno enim temporis momẽto, ob gulam populus ille per maxima prodigia dei cultũ edoctus, in Ægyptiacam idolatriam turpissime deuolutus est, ex quo si vtrunqȝ simul conferas, videre licet ieiuniũ ad Deuȝ ducere, delicias vero salutẽ pdere. Quid Esau ingnauit, seruũque fratris reddidit? nõne esca vna ꝑpter quã primogenita vẽdidit? Samuel vero nonne p ieiuniuȝ oratio largita est matri? Quid fortissimũ Sansonẽ inexpugnabilẽ reddidit? nonne ieiuniũ, per quod in matris ventre conceptus est? ieiuniũ cõcepit, ieiuniũ nutriuit, ieiuniũ fortem effecit? Quod sane angelus matri precepit, monens, quecunqȝ ex vite procederent, ne attingeret, nõ vinũ, non sicerã biberet. Ieiuniũ prophetas genuit, potentes confirmat, atqȝ roborat.

℟. Qui persequebãtur populum tuũ, domine, demersisti eos in profundũ. Et in colũna nubis ductor eorum fuisti. ℣. Deduxisti sicut oues populũ tuũ in manu Moysi, ⁊ Aaron. Et. Le. vi.

Ieiuniũ legislatores sapiẽtes facit. Aie optima custodia, corpis habitatio secura, fortibus viris munimentũ ⁊ arma, athletis ⁊ certantibus exercitatio. Hoc preterea tẽtationes propulsat, ad pietatẽ armat, cum sobrietate habitat, tẽperantie opifex est: in bellis fortitudinem affert, in pace quietẽ docet. Nazareũ sanctificat, sacerdotẽ pficit: neqȝ enim fas est sine ieiunio sacrificium attingere, non solum in mystica nũc, vera Dei adoratione, sed neque in illa, que in figura erat ꝑm legeȝ introducta. Ieiuniũ Eliam magne visionis spectatorem fecit: quadraginta nanqȝ dierum ieiunio cuȝ aiam purgasset, in spelunca meruit, quãtũ fas est homini Deũ videre. Moyses iterũ legeȝ accipiẽs iterũ ieiunia secutus est. Niniuite, nisi cum illis, ⁊ bruta ieiunassent, ruine minas nequaqȝ euasissent. In deserto autẽ quorum nam mẽbra ceciderunt? nõne illorum, qui carnes appetiuere? ℟. Moyses famulus Dei ieiunauit quadraginta dieb⁹ ⁊ quadraginta noctib⁹, Ut legẽ dñi mereret accipere. ℣. Ascẽdẽs Moy-

ses in montē Sinai ad dñm, fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctib⁹. Ut. lo. Ut.

Lcō s. euāg. fm Johannē. c. vi.

ca. 6. In illo tpe: Abijt Jes⁹ trās mare Galileę, qđ est Tiberiadis: et sequebat eū multitudo magna, qa videbāt signa, q̄ faciebat sup his, q infirmabant. Et reli.

Homilia s. Augustini episcopi.

Miracula, q̄ fecit dñs nr̄ Jesus Chrs, sunt quidem diuina opera, et ad intelligendum Deū, de visibilibus admonent humanā mentē. Quia enim ille nō est talis substātię, q̄ videri oculis possit, et miracula eius quibus totum mūdū regit, vniuersamq; creaturam administrat, assiduitate viluerūt: ita vt pene nemo dignetur attēdere opera dei mira, et stupēda in quolibet seminis grano. Secundū ipsam suā misericordiam seruauit sibi quędā, quę faceret opportuno tēpore, pręter vsitatū cursum ordinemq; naturę, vt non maiora sed insolita vidēdo stuperēt, qui bus quotidiana viluerunt. R. Splēdida facta est facies Moysi, dum respiceret in eum dñs. Uidentes seniores claritatē vultus eius, admirātes timuerunt valde. V. Cumq; descēdisset de monte Sinai portabat duas tabulas testimonij, ignorās quod cornuta esset facies eius ex psortio sermonis Dei. Uidē. L. viij.

Maius enim miraculū est gubernatio totius mūdi quā saturatio quinq; milliū hominum de quinq; panibus. Et tamē hoc nemo miratur: Illud mirant hoies, nō qa maius est, sed quia rarum est. Quis enim et nunc pascit vniuersum mundū, nisi ille, qui de paucis granis segetes creat? Fecit ergo quomodo Deus: vnde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit qnq; panes. Potestas enim erat in manibus Christi: panes autem illi quinq;, quasi semina erāt, nō quidē terrę mādata, sed ab eo q terrā fecit multiplicata. R. Ecce mitto angelū meū, qui pcedat te, et custodiat semp: Obserua et audi vocē meā, et inimicus ero inimicis tuis, et affligentes te affligā: et pcedet te angel⁹ meus. V. Israel si me audieris, non erit in te Deus recēs, neq; adorabis Deum alienum: ego enim dominus. Obserua. L. ix.

Hoc ergo admotū est sensibus, quo erigeret mens, et exhibitum oculis, vbi exerceret intellectus, et inuisibilē Deū per visibilia opera miraremur: et erecti ad fidem, et purgati per fidē, etiā ipsum inuisibilē videre cuperemus, quē de rebus visibilibus inuisibilē noscerem⁹. Nec tamē sufficit hęc intueri in miraculis Chri. Interrogemus ipsa

ipsa miracula, qd nobis loquan tur de Christo: habët enim: si in telligantur, linguam suã. Nam quia ipse Christus verbũ Dei est, etiam factum verbi, verbum nobis est. ℟. Attëdite popule meus legẽ meam. Inclinate au rem vestram in verba oris mei. ℣. Aperiã in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio sęculi. Inclinate. Gloria. Incli.

Ad Laudes. Antiphona.

Hunc acceptabis sacrificiuȝ iustitię, si auerteris faciem tuam a peccatis meis. ps. Mise rere. 23. Añã. Bonuȝ est spera re in dño, quam sperare in prin cipibus. ps. Cõfitemini. fo. 11. Añã. Benedicat nos De⁹ De⁹ noster, benedicat nos De⁹. ps. Deus De⁹ me⁹. 8. cũ rel. Añã. Potens es dñe eripere nos de manu forti, libera nos Deus nr. Añã. Reges terrę, ꝛ oẽs populi laudate Deũ. Cap. Fratres scri ptum est. 168. Hym. Iam Chri ste sol. fo. 151. ℣. Angelis suis. Ad Bñs. Añã. Cũ subleuasset oculos Iesus, ꝛ vidisset maxi mã multitudinem veniẽtem ad se, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, vt manducent hi? hoc autẽ dicebat tẽtans eũ: ipse enim sciebat qd esset factu rus. Oro. Cõcede q̃s oḿs. 168.

Ad Primã. Añã. Accepit er go Iesus panes, ꝛ cũ gratias egis set, distribuit discumbentibus.

Ad Tertiam. Añã. De quinqȝ panibus, ꝛ duobus piscibus sa tiauit dominus quinque millia hominum. Cap. Fratres, Scri ptum. 168. ℟. bre. Ipse liberа. ℣. Scapulis. 151. vt in j. Dñica

Ad Sextam. Antiphona.

Satiauit dominus quinqȝ mil lia hominum de quinque pani bus, ꝛ duobus piscibus. Cap.

Lętare sterilis, q̃ nõ paris: 4.Ca erũpe ꝛ clama, quę nõ par turis: qa multi filij desertę, ma gis quam eius, quę habet virũ. ℟. Scapulis. ℣. Scuto circun.

Ad ix. Añã. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat Ie sus signum, intra se dicebãt: ga hic est vere propheta, qui ventu rus est in mundum. Capitlm.

Itaque fratres, nõ sumus ancillę filij, sed liberę: qua libertate Christus nos libera uit. ℟. Scuto circ. ℣. Angelis. Ad Uesp. Añã. Dixit dñs. 52. cũ rel. Cap. Frẽs, Scriptũ. 168. Hym. Ad preces nostras. 149. ℣. Angelis suis. Ad Mag. Añ. Subijt ergo in montẽ Iesus, ꝛ ibi sedebat cum discipulis suis. Oro. Concede quęsumus. 168.

FERIA SECVNDA.

Hodie dr̃ officiũ Defunctorum.

Lcõ sci euãg. sm Iohannẽ. L. j.

In illo tẽpore: Prope erat 2.Ca. Pascha Iudęorum, ꝛ ascẽ dit Iesus Ierosolymaȝ: ꝛ inue nit in templo vendentes oues, ꝛ

 boues,

boues,ꝛ columbas. Et reliqua. Homilia sancti Augustini epi.

Quid audiuimus fratres? Ecce teplu illud figura adhuc erat, ꝛ eiecit inde dñs oēs, qui sua querebant, q ad nundinas venerant. Et que ibi vendebāt illi:ꝛ q̄ opus habebant hoīes in sacrificijs illius temporis. Nouit enim charitas vestra, ꝙ sacrificia illi populo pro eius carnalitate,ꝛ corde adhuc lapideo,talia data sunt,qbus tenerēt,ne in idola defluerent:ꝛ imolarēt ibi sacrificia,boues, ꝛ oues,ꝛ colūbas. ℟. Cum eos,q trāsituri estis Jordanē,edificate altare dño, De lapidibus,quos ferrū non tetigit, ꝛ offerte super illud holocausta,ꝛ hostias pacificas Deo vestro. ℣. Cumqꝫ intraueritis terrā quā dñs daturus est vobis: edificate ibi altare dño. De lapidi. Lec ij.

Nostis qa legistis. Nō ergo magnum peccatum, si hoc vendebāt in templo quod emebatur, vt offerretur in templo: ꝛ tamen eiecit inde illos. Quid si ibi ebriosos inuenirēt:ꝛqd faceret dñs, si vendentes ea, que licita sunt ꝛ cōtra iustitiā nō sunt, eiecit? Que enim honeste emuntur,non illicite venduntur. Expulit tamen,ꝛ nō est passus domus orationis fieri domū negociationis. ℟. Audi Israel precepta dñi,ꝛ ea in corde tuo,quasi in libro, scribe. Et dabo tibi terram fluētē,la cꝛ mel. ℣. Obserua igitur ꝛ audi vocē meā,ꝛ inimicus ero inimicis tuis. Et. Lectio iij.

Si negociationis dom⁹ nō debet fieri domus Dei, potationis debet fieri? Nos autem quando ista dicimus, strident dētibus suis aduersus nos. Et cōsolatur nos Psalmus quē audistis: Striderūt sup me dentibus suis. Nouimus ꝛ nos audire vnde curemur, ꝛ si ingeminant flagella Christo, quia flagellat sermo ipsius. Congregata sunt, inquit,in me flagella , ꝛ nesciebāt. Flagellatus est flagellis Judeorum:flagellatur blasphemijs falsorum Christianorum. Multiplicant flagella dño Deo suo , ꝛ nesciunt. Faciamus nos,quantū ipse adiuuat. Ego autē,cū mihi molesti essent, induebam me cilicio,ꝛ humiliabam in ieiunio animā meā. ℟. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum,dicit dñs, Confortare ꝛ esto robustus: introduces populū meū ad terrā lacte ꝛ melle manantē. ℣. Noli timere, qm̄ tecū sum:ad quecūque perrexeris: non dimittā te, neqꝫ derelinquam. Confortare. Ad Benedictus. Antiphona. Auferte ista hinc dicit domin⁹: ꝛ nolite facere domum patris mei domū negociationis. Oro.

Presta q̄s ops Deus:vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes,ꝛ corpore

tibi

tibi placeamus, & mente. Per d.
Ad Magnificat. Antiphona.
Soluite templum hoc, dicit dominus: & post triduum rędificabo illud. Hoc autē dicebat de templo corporis sui. Oratio.

Deprecationem nostram quęsumus dñe benignus exaudi: & quibus supplicādi pręstas affectum: tribue defensionis auxilium. Per dominum n.

FERIA TERTIA.

Lectio sancti euāg. sm Johannē. L. i.

ca.7. In illo tempore: Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, & docebat, & admirabantur Iudęi. Et reliqua.
Homilia sancti Augustini episcopi.

Ille, qui latebat, docebat, & palam loquebatur, & nō tenebatur. Illud enim, vt lateret, erat causa exempli, hoc potestatis. Sed cum doceret, mirabant Iudęi. Oēs quidē, quantū arbitror, mirabātur, sed nō omnes conuertebant. Et vnde admiratio? Quia multi nouerant vbi natus, quēadmodum fuerit educatus. Nunq̄ eum viderant discentē literas, audiebant autē eū de lege disputantē, legis testimonia proferentem, quę nemo posset proferre, nisi legisset, nemo legere, nisi literas didicisset. Et ideo mirabantur. Eorū autē admiratio magistro facta est insinuandę alterius veritatis occasio. ℟. Quid me quęritis interficere, hominem, qui vera locutus sum, vobis? Si male locutus sum testimoniū perhibe de malo, si autē bene, cur me cędis? ℣. Multa bona opera operatus sum vobis: propter quod opus vultis me occidere? Si. Lectio ij.

Ex eorū quippe admiratione, & verbis, dixit dñs, profundum aliquid, & diligētius inspici, & discuti dignum. Quid ergo dñs respōdit eis admirātibus, quō sciret literas, quas nō didicerat? Mea doctrina, inquit, nō est mea, sed eius, qui misit me. Hęc est profunditas prima. Videtur enim paucis verbis quasi cōtraria locutus. Non enim ait: ista doctrina non est mea: sed, mea doctrina nō est mea. Si nō tua, quō tua? si tua, quō nō tua? Tu enim dicis, vtrunque: & mea doctrina, & nō mea. ℟. Adduxi vos per desertum quadraginta annis ego dñs, & nō sunt attrita vestimenta vestra: Manna de cęlo plui vobis: & obliti estis me, dicit dñs. ℣. Ego eduxi vos de terra Ægypti: & de domo seruitutis liberaui vos. Manna. Lectio iij.

Si ergo diligenter intuemur qđ in exordio dicit sanctus Euangelista: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbū: inde pendet huius solutio quęstionis. Quę est doctrina patris nisi verbum patris? Ipse ergo Chri-

Christus doctrina p̄ris, si verbū patris. Sed quia verbū non potest esse nullius, sed alicui⁹, etiā suā doctrinā dixit seipsum, et nō suā, qa patris est verbum. Quid enim tam tuū, quam tu: et quid tam non tuū, quam tu: si alicui⁹ es, quod es? ℟. Moyses. 169. Ad Bñs. Aia. Quid me quęritis interficere, hominem, qui vera locutus sum vobis? Oratio.

Sacrę nobis quęsum⁹ dñe obseruationis ieiunia, et pię conuersationis augmētum, et tuę propitiationis continuum prestent auxilium. Per dñm no. Ad Magnificat. Antiphona.

Nemo in eum misit manū, quia nondū venerat hora eius. Orō.

Miserere dñe populo tuo: et cōtinuis tribulationib⁹ laborantes, propitius respirare concede. Per dominū nostrū.

FERIA QVARTA

Hodie dñr psalmi Graduales. Lcō sci euāg. s̄m Joannē. C.ix.

ca.9. In illo tpe: Preteriens Jesus vidit hominē cęcum a natiuitate: et interrogauerūt eū discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parētes eius: vt cęcus nasceretur? Et reliqua. Homilia s. Augustini episcopi.

Ea quę fecit dñs noster Jesus Christus stupenda atque miranda, et opera, et verba sunt: opera qa facta sunt: verba, qa signa sunt. Si ergo, qd significet hoc quod factū est cogitemus: genus humanū est ille cęcus: hęc eniz cęcitas ɔtigit in primo hoīe p peccatū, de quo oēs originem duximus, non solum mortis, sed etiā iniquitatis. Si enim cęcitas est infidelitas, et illuminatio fides: quem fidelem, qñ venit Chrs, inuenit? Quando quidem Apostolus natus in gente prophetarū dicit: Fuim⁹ et nos aliquando natura filij irę, sicut et cęteri. Si filij irę, filij vindictę, filij pęnę, filij gehēnę. Quō natura, nisi quia peccāte primo hoīe, vitiū pro natura inoleuit? Si vitium pro natura inoleuit, secundū mentē oīs homo cęcus natus est. ℟. Splendida. 269. Reliq. Offĩc. pręteritę repetūtur in hac et sequen. ferijs. Lectio ij.

Venit dñs: quid fecit? Magnum mysteriū cōmendauit. Expuit in terram, de saliua sua lutum fecit, quia verbū caro factū est, et inūxit oculos cęci. Inunct⁹ erat, et nondū videbat. Misit illū ad piscinam: quę vocatur Siloe. Pertinuit autem ad euangelistā cōmendare nobis nomē hui⁹ piscinę, et ait: Quod interpretatur missus. Jam qui sit missus, agnoscitis: nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrū esset ab iniquitate dimissus. Lauit ergo oculos i ea piscina, quę interpretatur missus, baptizatus est in Chro. Si ergo quando eum in

in semetipso quodammodo baptizauit, tūc illuminauit: quādo inunxit, fortasse catechumenū fecit. ℟. Ecce mitto. 169. Lectio iij.

Audistis grande mysteriū: Interroga hoīez. Christianus es? Respōdet tibi: Nō sum. Si paganꝰ es, aut Iudeus? Si aūt dixerit: Nō sum, adhuc q̄ris ab eo: Catechumenus, an fidelis? Si respōderit tibi, Catechumenus: inunctus est, nōdum lotus. Sed vnde inunctus: quere? Et respondet: Quere ab illo, in quem credat. Eo ipso quo catechumenus est dicit, in Christū. Ecce modo loquor ꝛ fidelibꝰ, ꝛ catechumenis. Quō dixi de sputo ꝛ luto, quia verbum caro factum est, ꝛ hoc catechumeni audiūt, sed nō eis sufficit ad qđ inūcti sunt: festinēt ad lauacrum, si lumē inq̄rūt. ℟. Attēdite. 170.

Ad Benedictus. Antiphona.

Rabbi, q̄d peccauit homo iste ꝙ cecus natus est? Respōdit Iesus, ꝛ dixit: Neq̄ȝ hic peccauit, neq̄ȝ parētes eius: sed vt manifestent opera Dei in illo. Oratio.

Deus qui ꝛ iustis premia meritoꝝ, ꝛ peccatoribus p ieiuniuȝ veniā prebes, miserere supplicibꝰ tuis: vt reatus nostri confessio, indulgētiam percipere valeat delictorum. Per.

Ad Magnificat. Antiphona.

Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit ex sputo, ꝛ liniuit oculos meos, ꝛ modo video. Oro.

Pateāt aures misericordie tue dn̄e precibus supplicātium: ꝛ vt petentibus desiderata cōcedas, fac eos que tibi sunt placita postulare. Per dominū.

FERIA QVINTA.

Lcō sc̄i Euang. sc̄m Lucam. Ca. 7.

In illo tēpore: Ibat Iesus in ciuitatem, que vocatur Naim, ꝛ ibant cum eo discipuli eiꝰ, ꝛ turba copiosa. Et reliqua. Homilia S. Ambrosij episcopi.

Et hic locus ad vtranq̄ȝ redundat gratiam: vt ꝛ cito flecti diuinam misericordiā matris vidue lamentatione credamus, eius precipue, que vnici filij vel labore, vel morte frangatur, cui tamen vidue grauitatis meritum exequiarum turba cōciliet: ꝛ hanc viduam populorū turba septam, plus videri esse quam feminaȝ: que resurrectionem vnici adolescentis filij sui lacrymis meruerit impetrare: eo ꝙ sancta ecclesia populū iuniorem a pompa funeris, atq̄ȝ a supremis sepulcri suaꝝ reuocet ad vitam contemplatione lacrymaꝝ: que flere prohibetur eum, cui resurrectio debebatur. ℟. Locutus est dn̄s. 168. Lectio ij.

Qui quidem mortuus in loculo materialibus quatuor ad sepulcrū ferebatur elementis: sed spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno.

Quod etsi nobis ante non prodērat, tamen, postea quā Jesus id tetigit, proficere cepit ad vitam: vt esset indicio, salutē populo per crucis patibulū refundēdaz. Audito igitur Dei verbo, steterūt acerbi illi⁹ funeris portitores, q corp⁹ humanū letali fluxu nature materialis vrgebant. Quid enim aliud nisi quasi in quodaz feretro, hoc est supremi funeris instrumēto, iacem⁹ exanimes: cum vel ignis immodice cupiditatis exestuat, vel frigid⁹ humor exudat, vel pigra quadā corporis hebetudine vigor hebetaf animoꝝ: vel concreta noster spiritus labe, pure lucis vacu⁹ alit mētē. Hi sūt nr̄i funeris portitores. ℟. Stetit. 168. L. iij.

Ed quāuis suprema mortis spez vite omnis aboleuerint, ꝛ tumulo ꝓximo corpora iaceant defunctorū: verbo tamen Dei iā moritura resurgūt cadauera. Vox redit, redditur filius matri, reuocaf a tumulo, eripif a sepulcro. Quis est iste tumulus tuus, nisi mali mores? Tumulus tuus pfidia est: sepulcrum tuū guttur est. Sepulcrū enim patens est guttur eorū, vnde verba mortua pferunt. Ab hoc sepulcro te liberat Christ⁹. Ab hoc tumulo resurgēs, si audias dei verbū. Et si graue peccatū est, qđ penitentie tue lacrymis ipse lauare non possis, fleat pro te mater ecclesia: que ꝓ singulis tanq̄ ꝓ vnicis filijs vidua mr̄ interuenit. Compatif enim quodā spūali dolore nature, cū suos libos, letalib⁹ vitijs ad mortē cernit geri. ℟. Cātem⁹. 168. Ad Bñs. An. Ibat Jesus in ciuitatem, que vocatur Naim: ꝛ ecce defunctus efferebatur fili⁹ vnicus matris sue. Oratio.

Presta q̄s oṗs de⁹: vt quos ieiunia votiua castigāt, ipsa quoq; deuotio sācta letificet: vt terrenis affectib⁹ mitigatis, facilius celestia capiam⁹. Per. Ad Mag. An. Propheta magnus surrexit in nobis: ꝛ quia Deus visitauit plebē suā. Oro.

Opuli tui deus institutor, ꝛ rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt semper tibi placit⁹, ꝛ tuo munimine sit securus. Per dominum nostrū.

FERIA SEXTA.

Hodie Psalmi Penitentiales. Lcō. scti euā. scḋm Johānē. Lec. j.

In illo tēpore: Erat quidā languēs Lazarus a Bethania de castello Marie, ꝛ Marthe, sororum eius. Et reliqua. Homilia S. Augustini episco.

In superiori lectione meministis, quod dñs exijt de manibus eorū, qui lapidare illū voluerunt, ꝛ discessit trans Jordanē, vbi Johānes baptizabat. Ibi ergo dño constituto, infirmabatur in Bethania Lazarus, qđ castellum

lum erat proximũ Jerosolymis. Maria autẽ erat, quę vnxit dñs vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabat. Miserunt ergo sorores eius ad eũ. Jam intelligimus quo miserũt, vbi erat dñs: qm̃ absens erat. Trans Jordanẽ scilicet miserũt ad dñm, nunciãtes quod ęgrotaret frater earũ, vt dignaretur venire, & eum ab ęgritudine liberare. Jlle distulit sanare, vt posset resuscitare. ℞. Jn mari vię. 169. Lectio ii.

Quid ergo annũciauerũt sorores eius? Dñe, ecce quẽ amas infirmat. Nõ dixerũt veni. Amanti enim tantũmodo nunciandũ fuit. Nõ ausę sunt dicere, veni, & sana. Non ausę sunt dicere, ibi iube, & hic fiet. Cur enim non & istę si fides illius cẽturionis inde laudat: Ait enĩ: Nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ, sed tãtũ dic verbo, & sanabit puer me⁹. Nihil hoꝝ istę, sed tantũmodo, Dñe, ecce quẽ amas infirmat. Sufficit enim vt noueris: nõ enĩ amas & deseris. ℞. Qui persequebant. 169. L. iii.

Sed dicet aliquis, quomodo per Lazarũ peccator significabat, & a dño sic amabat? Audiat eum dicentem: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Si enim peccatores Deus non amaret, de cęlo ad terrã non descenderet. Audiens autẽ Jesus dixit eis: Jnfirmitas hęc non est ad mortẽ, sed pro gloria Dei, vt glorificet filius Dei per eaꝫ. Talis glorificatio ipsius, non ipsuꝫ auxit, sed nobis ꝓfuit. Hoc est ergo quod ait: Nõ est ad mortẽ, qa & ipsa mors non erat ad mortẽ, sed potius ad miraculuꝫ: quo facto crederẽt hoies in Chrm, & vitarent verã morteꝫ. Sane videte quemadmodum tãquam ex obliquo dñs se Deum dixit: propter quosdam, qui negant filium, deũ esse. ℞. Moyses. 169.

Ad Benedictus. Antiphona.

Lazar⁹ amicus nr̃ dormit: eam⁹ & a somno excitemus euꝫ. Oro.

Deus, q ineffabilibus mũdũ renouas sacramentis: pręsta quęsumus: vt ecclesia tua & ęternis proficiat institutis, & tẽporalibus non destituatur auxilijs. Per do. Ad Magnif. An.

Dñe, si fuisses hic, Lazarus non esset mortuus: ecce iã fętet quatriduanus in monumẽto. Oro.

Da quęsumus ops Deus: vt qui ĩfirmitatis nostrę conscij de tua virtute cõfidim⁹, sub tua semper pietate gaudeamus. Per dominum nostrum.

SABBATHO.

Lcõ sci euã. sm Johãnẽ. Lec. j. 8. ca.

Jn illo tẽpore: Dicebat Jesus turbis Judęoꝛũ: Ego suꝫ lux mundi. Qui sequit me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę. Et reliqua. Homi-

Homilia sancti Augustini epi.

Quod ait dñs: Ego sum lux mundi, clarum puto esse eis, qui habēt oculos, vnde huius lucis participes fiāt: qui autem non habēt oculos nisi in sola carne, mirant, quod dictuȝ est a dño Jesu Chro, Ego sum lux mundi. Et forte non desit, qui dicat apud semetipsuȝ: Nunquid forte dñs Christ⁹ est sol iste, qui ortu, ꝛ occasu suo peragit dieȝ? Non enim defuerunt heretici, qui ista senserunt. Manichei solem istum oculis carnis visibilem expositum, ꝛ publicum, non tantū hominib⁹, sed etiā pecorib⁹ ad videndū, Chrm dñm esse putauerūt. ℟. Splendida. 169. Lec.

Sed catholice Ecclesie recta fides improbat tale cōmentuȝ, ꝛ diabolicā doctrinā esse cognoscit, nec solum agnoscit credendo, sed in quibus potest conuincit etiā disputando. Improbemus itaqȝ huiusmodi errorē, quē sancta ab initio anathematizauit Ecclesia. Non arbitremur dñm Jesum Chrm hunc esse solē, quē videmus oriri ab oriente, occidere in occidente: cuius cursui nox succedit: cui⁹ radij nube obūbrātur: qui certa de loco in locū motione cōmigrat: non est hic dñs Jesus Chrs. Nō est dñs Christus sol factus, sed per quē sol factus est: omnia enim per ipsum facta sunt, ꝛ sine ipso factū est nihil. ℟. Ecce mitto. Lec.iij.

Si ergo lux qui fecit hanc lucē. Hanc amemus, hanc intelligere cupiamus, ipsam sitiamus, vt ad ipsam luceȝ aliqñ veniamus, ꝛ in illa ita viuamus, vt nunquā omnino moriamur. Ista eniȝ lux est, de qua propheta olim pmissa ita in psalmo cecinit: Dñe apud te est fons vite, ꝛ in lumine tuo videbimus lumē. Aduertite qd de tali luce antiquus sanctorum omniuȝ Dei sermo premiserit. Homines, inquit, ꝛ iumēta saluos facies dñe: sicut multiplicata est misericordia tua deus. ℟. Attēdite. 170.

Ad Ben. Añ. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris: sed habebit lumē vite, dicit dñs. Oratio.

Jata dñe, qs, per gratiā tuā fructuosus nostre deuotionis affectus: quia tūc nobis proderūt suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati. Per dominum.

Ad vesperas. Capitulum.

Fratres: Chrs assistēs pōtifex futurorū bonorū. 9. Hebre.

per amplius, ꝛ pfectius tabernaculū non manu factū, id est nō huius creationis: neqȝ p sanguinē hircorū aut vitulorū, sed p propriū sanguinē introiuit semel in sancta, eterna redemptione inuēta. Hymnus.

Vexilla regis prodeunt,
Fulget crucis mysterium
Quo carne carnis conditor.

Suspen-

Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceę:
Ut nos lauaret crimine,
Manauit vnda sanguine.
Impleta sunt quę concinit,
Dauid fidelis carmine,
Dicens in nationibus,
Regnauit a ligno Deus.
Arbor decora & fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.
Beata, cuius brachijs
Sęcli pependit precium,
Statera facta corporis,
Prędamqȝ tulit tartari.
O crux aue spes vnica,
Hoc passionis tempore
Auge pijs iustitiam,
Reisqȝ dona veniam.
Te, summa Deus Trinitas
Collaudet omnis spiritus.
Quos per crucis mysterium
Saluas, rege per sęcula. Amē.
℣. Eripe me dñe ab hoie malo. ℟. A viro iniquo eripe me.
Ad Magnificat. Antiphona.
Ego sum q testimonium phibeo de me ipso: & testimoniū phibet de me, qui misit me pater. Oro.
Quęsumus ops Deꝰ, familiā tuā propitius respice: vt, te largiēte, regaſ in corpore, & te seruāte, custodiaſ i mēte. per.
Ab hoc sabbato vsqȝ ad fer. ij. post Oct. Pent. nō fiūt cōme. ɔsuetę de S. Ma. de Aplis, & de Pace.

DOMINICA
De Passione.
Ad Matutinū. Inuitatoriū.



Hodie si voce dñi audieritis, Nolite obdurare corda vestra qđ dr vsqȝ ad fer. v. in Cena dñi ēt in fer. offō. In psal. Hodie si voce. dr loco Inuit. deinde seqȝ sicut in exacerbatione. In fi. huius psal. non dr Glia pri: hoc tpe Pas. nisi i festis, sed eiꝰ loco rep. Inu. qđ ēt seruaſ i ℟. ad Mat. & i ℟. bř. hora. vbi fiūt rep. ℟. Hyꝰ.

Pange lingua gloriosi
Prelium, certaminis,
Et super crucis tropheum
Dic triumphum nobilem,
Qualiter redemptor orbis
Immolatus vicerit.
De parentis protoplasti
Fraude facta condolens,
Quando pomi noxialis
Morte morsu corruit,
Ipse lignum tunc notauit,
Damna ligni vt solueret.
Hoc opus nostrę salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hostis vnde lęserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce patris
Natus

Natus orbis conditor.
Atque ventre virginali
Caro factus prodijt.
Degit infans inter arcta
Conditus presepia,
Membra pannis inuoluta
Uirgo mater alligat,
Et manus pedesque, crura
Stricta cingit fascia.
Gloria et honor Deo
Usquequo altissimo,
Una patri, filioque,
Inclyto paraclito,
Cui laus est et potestas
Per immensa secula. Amen.
Ad noc. oia vt in Psal. ℣. Erue a framea. a. 23. Ibidē tpe Passio.
Incipit liber Jere. prophe. L. j.

Verba Jeremie, filij Helcie de sacerdotib⁹ q fuerūt in Anathoth in terra Beniamin. Quod factum est verbū dñi ad eū, in diebus Josie, filij Amō regis Juda in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Joachim, filij Josie regis Juda, vsqz ad consummationē vndecimi anni Sedechie filij Josie regis Juda, vsqz ad trāsmigrationē Jerusalez in mēse quinto. Et factū est verbum dñi ad me dicens. Priusquam te formarē in vtero, noui te: et antequam exires de vulua, sanctificaui te: et ꝓphetam in gentibus, dedi te. Et dixi, A, a, a, domine Deus, ecce nescio loqui: quia puer ego sū.

℟. Isti sunt dies, quos obseruare debetis tēporibus suis. Quartadecima die ad vesperū pascha dñi est: et in qntadecima solēnitatem celebrabitis altissimo dño. ℣. Locutus est dñs ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel, et dices ad eos. Quartadecima. Hoc ℟. nō dr infra hebdo. L. ij.

Et dixit dñs ad me: Noli dicere, puer sum: qm ad oia q mittā te ibis: et vniuersa quecunqz mādauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecū sum, vt eruam te dicit dñs. Et misit dñs manū suā, et tetigit os meū, et dixit ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gētes, et sup regna, vt euellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et edifices, et plantes. Et factum est verbū dñi ad me dicēs: Quid tu vides Jeremia? Et dixi: Uirgā vigilantē ego video. Et dixit dñs ad me: Bñ vidisti: qa vigilabo ego sup verbo meo, vt faciam illud. Et factū est verbū dñi scđo ad me dicēs: Quid tu vides? Et dixi: Ollā succensam ego video, et faciem eius a facie Aquilonis. ℟. Multiplicati sunt qui tribulāt me, et dicunt: non est salus illi in Deo eius. Exurge dñe, saluū me fac Deus meus. ℣. Ne quādo dicat inimic⁹ me⁹, ꝓualui aduersus eū. Exurge. L. iij.

Et dixit dñs ad me: Ab Aqlone

lone pandetur omne malum super oēs habitatores terrę. Quia ecce ego cōuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait dñs: ⁊ venient, ⁊ ponet vnusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalem, ⁊ super omnes muros eius in circuitu, ⁊ super vniuersas vrbes Juda: ⁊ loquar iudicia mea cum eis, super omnem malitiam eorum qui dereliquerūt me, ⁊ libauerūt dijs alienis, ⁊ adorauerunt opus manuū suarū. Tu ergo accinge lumbos tuos, ⁊ surge, ⁊ loquere ad eos omnia, quę ego pręcipio tibi. Ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, ⁊ in colūnam ferream: ⁊ in murum ęreum super omnem terram regibus Juda, ⁊ principibus eius, ⁊ sacerdotibus, ⁊ omni populo terrę: ⁊ bellabunt aduersum te: ⁊ nō pręualebunt, quia ego tecum sum, ait dñs, vt liberem te. ℟. Usquequo exaltabitur inimicus meus sup me? Respice, ⁊ exaudi me domine Deus meus. ℣. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua sperabo. Respice. Usquequo. In secundo nocturno. Sermo S. Leonis Papę. L. iiii.

Illa omnibus, dilectissimi, solennitatibus Christianis, non ignoramus paschale sacramētū esse pręcipuū: cui cōdigne, ⁊ cōgrue suscipiēdo, totius quidē nos tēporis instituta reformant: sed deuotionē nostrā pręsentes, vel maxime dies exigūt, quos illi in sublimissimo diuinę misericordię sacramēto scimus esse cōtiguos. In quibus merito a sanctis apostolis per doctrinā spūs sancti maiora sunt ordinata ieiunia, vt per cōmune cōsortiū crucis Christi: etiam nos aliquid in eo, quod propter nos gessit, ageremus, sicut Apostolus ait: Si compatimur, ⁊ cōglorificamur. Certa atque secura est expectatio pmissę beatitudinis, vbi est participatio dñicę passionis. ℟. Deus meus es tu, ne discedas a me. Quoniā tribulatio pxima est, ⁊ non est qui adiuuet. ℣. Tu autem domine ne elongaueris auxiliū tuum a me: ad defensionem meam aspice. Quoniam. Lec. v.

Nemo est dilectissimi, cui per conditionem temporis societas huius glorię denegetur, tanquam tranquillitas pacis vacua sit occasione virtutis. Apostolus enim prędicat dicens: Omnes qui volūt in Christo pie viuere, persecutionem patiētur: ⁊ ideo nunquam deest tribulatio persecutionis, si nunquam deest obseruātia pietatis: Dñs enim in exhortationibus suis, dicit: Qui non accipit crucem suam, ⁊ sequitur me, nō est me dignus. Nec dubitare

tare debemus, hanc vocē non solū ad discipulos Christi; sed ad cūctos fideles totiusq3 ecclesiā ptinere, q̄ salutare suum in iis, qui aderāt, vniuersaliter audiebat.

R. In te iactatus sum ex vtero, de vētre matris meę Deus me⁹ es tu, ne discedas a me. Quoniā tribulatio proxima est, & nō est q adiuuet. V. Salua me ex ore leonis: & a cornibus vnicornuū humilitatem meam. Quoniā. L. vj.

Sicut ergo totius est corporis pie viuere, ita totius est tēporis crucē ferre, quę merito ferri vnicuiq3 suadet, qa propriis modis atque mensuris ab vnoquoqu3 toleratur. Unū nomē est persecutionis, sed nō vna causa est certaminis: & plus plerūq3 periculi est in insidiatore occulto, quā in hoste manifesto. Beatus Iob alternātibus bonis ac malis mūdi huius eruditus, pie veraciterq3 dicebat: Nonne tentatio est vita hois super terram? Quoniam non solis doloribus corporis atq3 suppliciis anima fidelis impetitur, verū etiā, salua incolumitate mēbrorum, graui morbo vrgetur, si carnis voluptate mollitur. Sed cū caro cōcupiscit aduersus spiritū, spiritus autē aduersus carnem, presidio crucis Christi mens rationalis instruitur, nec cupiditatib⁹ noxiis illecta cōsentit: qm̄ cōtinētię clauis, & Dei timore trāsfigitur.

R. In proximo est tribulatio mea dñe, & non est qui adiuuet, vt fodiant manus meas & pedes meos: libera me de ore leonis. Ut enarrem nomen tuum fratribus meis. V. Erue a framea Deus aiam meam: & de manu canis vnicā meā. Ut enar. In

Lcō s. euāg. s̄m Iohannē. L. vij.

In illo tempore: Dicebat 8. ca.
Iesus turbis Iudeorum & principibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare nō creditis mihi? Et reliqua.

Omilia sancti Gregorii pape.

Pensate, fratres carissimi mansuetudinē Dei: relaxare peccata venerat, & dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Nō dedignatur ex ratione ostēdere se peccatorē nō esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde qđ subditur. Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, qa ex Deo nō estis. Si enim verba Dei audit, q ex Deo est, & audire verba eius non potest quisquis ex illo nō est: interroget se vnusquisq3 si verba Dei in aure cordis percipit, & itelliget vnde sit. Cęlestē patriam desiderare veritas iubet: carnis desideria cōterere, a mūdi gloria declinare re aliena non appetere, propria largiri. Tota die cōtristatus

ingre

ingrediebar dñe: qm aia mea cō pleta est illusionibus. Et vim fa ciebant, qui querebant animaʒ meā. ℣ Amici mei ꝛ ꝓximi mei aduersum me appropinquaue rūt ꝛ steterūt: ꝛ q iuxta me erāt, de longe steterunt. Et. Le. viii.

Censet ergo apud se vnus quisqʒ vestruʒ, si hec vox Dei in cordis eius aure conua luit, ꝛ qa iā ex Deo fit agnoscet. Nā sunt nonnulli: qui precepta Dei, nec aure corporis ꝑcipere dignantur. Et sunt nōnulli, qui hec quideʒ corporis aure perci piunt, sed nullo ea mētis desiderio cōplectuntur. Et sunt nōnul li qui libenter verba Dei susci piunt, ita vt etiam in fletibus cō pungantur, sed post lacrymarū tempus ad iniquitatē redeunt. Hi ꝑfecto verba Dei nō audiūt qui ea exercere opere cōtēnūt. Vitam ergo vestram, fratres ca rissimi, an te mētis oculos reuo cate, ꝛ alta consideratione perti mescite hoc quod ex ore verita tis sonat: Propterea vos nō au ditis, qa ex Deo nō estis. ℟. Ne auertas faciem tuā a puero tuo dñe: Qm̄ tribulor velociter ex audi me. ℣. Intēde animę meę, ꝛ libera eam: propter inimicos meos eripe me. Qm̄. Lectio ix.

Sed hoc qd de reprobis veritas loquitur, ipsi hoc de semetipsis reprobi, iniqs suis operibus ostēdunt: nam sequi tur. Respōderūt ergo Judei, ꝛ dixerūt ei: None bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, ꝛ demonium habes? Accepta au tem tanta contumelia quid dñs respondeat audiamus. Ego de moniū nō habeo, sed honorifico patrē meum, ꝛ vos inhonorastis me. Quia eniʒ Samaritanus in terpretatur custos, ꝛ ipse veraci ter custos est, de quo psalmista ait: Nisi dñs custodierit ciuita tē, in vanum vigilant qui custo diūt eā. Et cui p Jsaiā dicit: Cu stos, qd de nocte? custos qd de nocte? respōdere noluit dñs, Sa maritanus nō sum: sed, Ego de moniū nō habeo. Duo quippe ei illata fuerunt: vnum negauit, aliud tacēdo ꝯsensit. ℟. Quis dabit capiti meo aquā, ꝛ oculis meis fontem lacrymaꝝ? ꝛ plora bo die ac nocte, qa frater ꝓpin quus supplātauit me: Et omnis amicus fraudulenter incessit in me? ℣. Fiāt vię eoꝝ tenebrę, ꝛ lubricum: ꝛ angelus domini ꝑ sequens eos. Et. Quis dabit.

In Laudes. Antiphona.

Vide dñe afflictionem meā qm̄ erectus est inimicus me⁹. ps. Miserere. 23. An. In tribulatione inuocaui dñʒ: ꝛ ex audiuit me i latitudine. ps. Cō fitemini. 11. An. Judicasti dñe causaʒ animę meę: defensor vitę meę: dñe de⁹ me⁹. ps. De⁹ De⁹ me⁹. 8. cā. ref. An. Popule me⁹ quid

quid feci tibi: aut quid molestus fui: responde mihi. Añ. Nunquid redditur pro bono malum: quia foderunt foueã animę meę. Cap. Fratres Christus. 137. Hymn.

Lustris sex qui iã peractis
Tẽpus implens corporis
Se volente natus, ad hoc
Passioni deditus
Agnus in cruce leuatur,
Immolandus stipite.
Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, claui, lancea
Mite corpus perforatur,
Sanguis vnda profluit,
Terra, pontus, astrã, mundus:
Quo lauantur flumine.
Crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis:
Nulla sylua talem profert
Fronde, flore, germine,
Dulce lignum, dulces clauos,
Dulce pondus sustinet.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera:
Et rigor lente scat ille,
Quem dedit natiuitas:
Ut superni membra regis
Miti tendas stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre sęcli precium
Atq; portum pręparare
Nauta mundo naufrago,
Quem sacer cruor perunxit
Fusus agni corpore.
Gloria et honor Deo
Usquequo altissimo,
Una patri filioq;,
Inclito paraclito,
Cui laus est et potestas,
Per immensa sęcula. Amen.

℣. Eripe me de inimicis meis deus meus. ℟. Et ab insurgẽtibus in me libera me. Ad Bñs. Añ. Dicebat Jesus turbis Judęorũ et principibus sacerdotum. Qui ex Deo est, verba dei audit: propterea vos non auditis, quia ex deo nõ estis. Orõ. Quęsu. 174. Ad j. Añ. Ego demoniũ nõ habeo, sed honorifico patrem meũ, dicit dñs. Cap. Regi sclorũ. 12. ℟. br. Christe fili dei viui, Miserere nobis. Rep. Chri. ℣. Qui sedes ad dexterã patris. ℟. Miserere. ℟. br. Christe fili Dei viui. ℟. Miserere nobis. ℣. Exurge Christe. et rel. vt i Psalt. 12. Ad absolutionẽ capli Le. breuis Faciẽ meã. vt in ps. ad j. tpe pas. et di in dñicis et ferijs vsq; ad feriam v. in cęna Dñi exclusiue. Ad iij. Añ. Ego gloriã meã nõ quęro, est qui quęrat, et iudicet. Cap. Fratres, Christus. 173. ℟. br. Erue a framea Deus animã meã. ℣. Et de manu canis vnicaz meã. ℟. Deus. Erue. ℣. De ore leonis libera me domine. ℟. Et a cornibus vnicorniũ humilitatem meaz. Ad vj. Añ. Amẽ amen dico vobis: si qs sermonẽ meũ seruauerit, mortem non gustabit in ęternum. Cap.

Si enim sanguis hircoꝝ, et taurorũ, et cinis vitulę aspersus

sus inquinatos sanctificat ad emũdationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui p spiritũ sanctum, se ipsuz obtulit immaculatũ Deo, emundabit conscientiã nostrã ab operibus mortuis, ad seruiendũ Deo viuenti. ℟. bre. De ore leonis Libera me dñe. ℣. Et a cornib⁹ vnicorniũ humilitatẽ meã. ℟. Lib. De. ℣. Ne pdas cũ impiis De⁹ aiaz meã. ℟. Et cũ viris sanguinũ vitã meã.

Ad Nonam. Antiphona.

Tulerunt lapides Iudei: vt iacerent in eum: Iesus autem abscõdit se, & exiuit de templo. Cap.

Heb. 9. Et ideo noui testamẽti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum preuaricationum, que erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, eterne hereditatis. ℟. bre. Ne pdas cũ impiis Deus aiam meã. ℣. Et cum viris sanguinũ vitaz meam. ℟. Deus. Ne pdas. ℣. Eripe me dñe ab homine malo. ℟. A viro iniquo eripe me. Ad Vesp. Añа. Dixit dñs. 52. cũ rel. Cap. Fratres, Chris. 173. Hym. Vexilla. ℣. Eripe me. Ad Mag. Aña. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meuz: vidit, & gauisus est. Oro. Quesumus oipotẽs. 174. Hym. Xñ. & feria bre. ẽdicta dñr tam in Dñicis quaz in ferijs vsque ad iiij. ferias maioris hebd.

FERIA SECVNDA.

Hodie officium Defunctorum. Inuitato. Hodie si vocem. 174. ps. Venite. Hym. Pãge. 174. Añe & psal. eiusdẽ fer. ℣. Erue a framea. 23. vt ibid. tpe Passio. Lcõ j. euãg. sm Iohannem. L. j.

7. ca. In illo tpe: Miserũt Principes & pharisei ministros vt apprehẽderẽt Iesum. Et rel. Homilia sancti Augustini epi.

Quomodo apprehẽderẽt adhuc nolẽtez? Quia ergo non poterant apprehendere nolentez, missi sunt vt audirent docentẽ. Quid docẽtẽ? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicũ tẽpus vobiscum suz. Quod modo vultis facere, facturi estis, sed nõ modo, quia modo nolo. Quare adhuc modo nolo. Quia adhuc modicũ tempus vobiscũ sum: & tunc vado ad eũ q me misit. Implere debeo dispensationẽ meã; & sic puenire ad passionez meã. ℟. Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu contra legẽ agentis & iniqui: Qm̃ tu es patiẽtia mea. ℣. Deus meus ne elongeris a me: De⁹ me⁹ in auxilium meuz respice Qm̃. L. ij.

Queretis me, & non inuenietis: & vbi ego suz, vos nõ potestis venire. Hic iã resurrectionem suã predixit. Noluerunt enim eũ agnoscere presentẽ, & postea quesierũt, cum viderent in eum multitudinem iam

credentē: Magna enim signa facta sunt etiā cū dñs resurrexit, & ascendit in celū. Tunc p discipulos facta sunt signa magna, sed ille per illos, qui & p seipsū. Ipse quippe illis dixerat: Sine me nihil potestis facere. Quando claudus ille, qui sedebat ad portā, ad vocem Petri surrexit, & suis pedib⁹ ambulauit, vt hoies mirarentur, sic eos allocutus est Petrus: quia non in sua potestate ista fecit, sed in virtute illi⁹ quē ipsi occiderūt, multi copuncti dixerūt, Quid faciemus? ℟. Qui custodiebant aiam meā: consilium fecerunt in vnum dicētes: Deus dereliquit eū. Persequimini & comprehēdite eū: qa non est qui liberet eū: Deus meus ne elongeris a me. Deus meus in adiutorium meū intende. ℣. Oēs inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi: verbū iniquū mādauerunt aduersum me dicētes. Perf. ℟. iii.

Viderunt enim se ingēti crimine impietatis astrictos, quando illum occiderunt, quē venerari & adorare debuerunt: & hoc putabāt esse inexpiabile. Magnū enim facinus erat, cuius cōsideratio illos faceret desperare. Sed non debebant desperare, pro quibus in cruce pēdens dñs dignatus est orare. Dixerat enim: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Videbat quosdā suos inter multos alienos. Illis iaz petebat veniā, a quib⁹ adhuc accipiebat iniuriam. Non enim attendebat q ab ipsis moriebatur, sed quia pro ipsis moriebatur. ℟. Pacifice loquebant mihi inimici mei, & in ira molesti erāt mihi. Vidisti dñe, ne sileas, ne discedas a me. ℣. Ego autem, cū mihi molesti essent, induebaz me cilicio, & humiliabaz in ieiunio animaz meam. Vidisti dñe. Pacifice. Ad Laudes. Añ. Miserere. a. 3. cum rel. de Psalt. Capitulum.

Venite mittamus lignū in panem eius, & eradamus eū de terra viuentiū, & nomē ei⁹ nō memoret amplius. Hy. Lustris sex. 176. ℣. Eripe me de inimicis meis de⁹ meus. ℟. Et ab insurgentibus in me libera me. Ad Benedictus. Antiphona.

Jere. 11.

In die magno festiuitatis stabat Jesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Preces vt in Psalt. f. 25. Oro.

Sanctifica quesumus dñe nostra ieiunia: & cunctarū nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per dñm n. Ad primā. Añ. Libera me dñe & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cōtra me. Cap. Pacem & veritatem. 15. cū rel. Ad Absolutionem Capituli. Faciē meā nō auerti. vt i Psalt. Ad iij. Añ. Judicasti dñe cau-

fam aie mee, defensor vite mee, domine Deus meus. Capitulum.

tre. D Omine, oes, qui te dere
'. linquunt, confundent: recedentes a te, in terra scribent: qm dereliquerunt venã aquarum viuentium dnm. [illegible] Erue a fra. De ore. 176. [illegible] Preces vt in psalterio. fol. 25. [illegible] Popule meus quid feci tibi? aut qd molestus fui? responde mihi. Capitulum.

viß. C Onfundantur qui me persequuntur, et non confundar ego: paueant illi, et non paueam ego: induc super eos diem afflictionis: et duplici contritione contere eos, domine Deus noster. De ore. 177. Ne perdas. [illegible] Nunquid redditur pro bono malum, qa foderũt foueam anime mee? Capitulum.

lere. R Ecordare quod steteris in
18. cõspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum: et auerterẽ indignationem tuam ab eis. Ne perdas. 177. Eripe me dñe. [illegible] Capitulum.

ere. T U autẽ dñe Sabaoth, qui
11. iudicas iuste, et probas renes, et corda, videam vltionẽ tuã ex eis: tibi enim reuelaui causam meam dñe Deus meus. [illegible] Vexilla 173. Eripe me domine ab hoĩe malo. A viro iniquo eripe me. [illegible] Siquis sitit, veniat ad me, et bibat: et de ventre eius fluẽt aque viue: dicit dominus. Preces vt in Psalterio fol. 25. Oratio.

D A quesumus dñe populo tuo salutẽ mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo: tua semp mereatur protectione defendi. Per dominũ. Capitula [illegible] in ferialibus Officio vsque ad fer. iiij. in [illegible] hebdomade. [illegible] vero per [illegible] res, vsque ad [illegible] in psalmis.

FERIA TERTIA.

Lectio s. euangelii secundum Johannem. [illegible]

I N illo tempore: Ambulabat Jesus in Galileam: nõ 7.c.
enim volebat in Judeam ambulare, quia querebant eum Judei interficere. [illegible]

[illegible] sancti Augustini epi.

I N isto euangelij capitulo, fratres, dñs noster Jesus Christus secundum hominem se plurimum cõmendauit fidei nostre. Etenim semper hoc egit dictis et factis suis, vt Deus credatur et homo: deus q nos fecit: homo q nos quesiuit: Deus cũ patre semp: homo nobiscum ex tẽpore. Non enim quereret quod fecerat, nisi ipse quod fecerat, fieri voluisset. Verum hoc mementote, et de cordibus vestris nolite dimittere, sic esse Christũ hominem factum, vt non desisteret Deus esse. Manẽs Deus accepit hominẽ, qui fecit hominẽ. [illegible] diutor, et susceptor meus es tu dñe, et in verbum tuum spe

rani. Declinate a me maligni: et scrutabor mãdata Dei mei. ℣. Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi Declinate. Lectio ii.

Quando ergo latuit vt homo, non potẽtiam perdidisse putandus est, sed exẽplum nostre infirmitati prebuisse. Ille enim qñ voluit, detentus est: qñ voluit, occisus est. Sed qm̃ futura erãt mẽbra eius, idest fideles eius qui non haberẽt illã potestatem, quam habebat ipse dñs noster: quod latebat: quod se, tã quam ne occideretur, occultabat: hoc indicabat factura esse mem bra sua, in quibus vtiq; mẽbris suis ipse erat. ℟. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te cõuertentur. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis mee. ℣. Dñe labia mea aperies: et os meũ annũciabit laudẽ tuã. Libe. Le. iij.

Non eniz Christus in capite, et nõ i corpore: sed Christus totus in capite, et in corpore. Quod ergo mẽbra eius, hoc ipse: quod autem ipse, non cõtinuo membra eius. Nam si ipsi non essent membra eius, non diceret Saulo: Quid me psequeris? Non enim Saulus ipsum, sed membra eius, idest fideles eius in terra persequebatur. Noluit tamẽ dicere, sanctos meos, seruos meos, postremo honorabilius fratres meos, sed me, hoc est mẽbra mea, quibus ego suz caput. ℟. Ne perdas cum impijs Deus aiam meam, et cum viris sanguinum vitaz meam: Redime me domine. ℣. Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo libera me. Redime. Ne p.

Ad Bñs. Aña. Tempus meũ nondum aduenit: tempus autẽ vestrũ semper est paratũ. Ofo.

Nostra tibi dñe q̃s sint accepta ieiunia: q̃ nos expiando grã tua dignos efficiãt: et ad remedia pducãt eterna. Per do.

Ad Mag. Aña. Uos ascendite ad diem festum hunc: ego autez non ascendã, quia tempus meũ nondum aduenit. Oratio.

Da nobis q̃s dñe perseuerantem in tua voluntate famulatuz: vt in diebus nostris, et merito, et numero, populus tibi seruiens augeatur. Per do.

FERIA QVARTA.

Hodie Psalmi Graduales.

Lcõ scti euãg. fm Johannẽ. L. j.

In illo tpe: Facta sunt encenia i Jerosolymis, et hyems erat: et ambulabat Jesus i tẽplo in porticu Salomonis. Et rel. 10. ca.

Homilia S. Augustini episco.

Encenia festiuitas erat dedicationis tẽpli: grece eniz cenõ dicitur nouuz, quãdocũq; enim nouuz aliquid fuerit dedicatũ, encenia vocatur: iaz et vsus habet hoc verbum, siquis noua tunica induatur enceniare dicit. Illum ergo diem, quo templuz dedica-

predicatum est, Judei solenniter celebrabāt. Ipse dies festus agebatur, cū ea que lecta sunt locutus est dñs. ℞. Tota die. 175.
Feria iiij. noc. dominice prete. L. ij.
Hyems erat, et ambulabat Jesus in tēplo in porticu Salomonis. Circūdederunt ergo eū Judei et dicebāt ei: Quousq; aiam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam? Non veritatē desiderabant, sed calūniā pparabāt. Hyems erat, et ideo frigidi erāt. Ad illū enī diuinū ignē accedere pigri erāt: sed accedere, est credere, q credit, accedit: q negat, recedit. Nō mouet anima pedibus, sed affectibus. ℞. Ne auer. 176. L. iij.
Riguerant diligendi charitate, et ardebant nocendi cupiditate. Longe aberant, et ibi erant: non accedebant credēdo, et premebāt psequēdo. Querebant audire a dño: Ego sum Chrs: et fortasse de Christo secūdum hoiem sapiebāt. Predicauerunt enim pphete Chrm, sed diuinitatē Christi, et in prophetis, et in ipso euangelio, nec heretici intelligūt: quāto minus Judei quandiu velamen est super cor eorum? ℞. Quis dabit. 176
Ad Benedictus. Antiphona.
Oues mee vocem meā audiūt: et ego dñs agnosco eas. Oratio.
Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fideliū miserator illustra: et qbus deuotionis pstas affectum, prebe supplicātibus piū benignus auditū. P.
Ad Magnificat. Antiphona.
Multa bona opera operatus sum vobis: propter quod opus vultis me occidere? Oratio.
Presto supplicationib⁹ nostris ops Deus: et qbus fiduciam sperande pietatis indulges, cōsuete misericordie tribue benignus effectum. Per dñm.

FERIA QVINTA.

Lcō sci euāg. sm Lucam. Lec. j.
In illo tpe: Rogabat Jesum quidam Phariseus, vt manducaret cum illo: et ingressus domū Pharisei discubuit. Et reli. 7. Ca.
Homilia Sancti Gregorij pape.
Cogitanti mihi de Marie Magdalene penitētia, flere magis libet, quam aliquid dicere: Cuius enī vel saxeum pectus ille huius peccatricis lacryme ad exemplum penitendi nō emolliāt? Cōsiderauit nāq; qd fecit, et noluit moderari quid faceret. Sup conuiuantes ingressa est, non iussa venit, inter epulas lacrymas obtulit. Discite quo dolore ardet, q flere et inter epulas non erubescit. ℞. Deus meus. 177. vrs. in ij. feria. L. ij.
Hanc vero quā Lucas peccatricem mulierē, Johānes Mariam nominat: illā esse Mariā credimus, de qua Marcus septem demonia eiecta fuisse

se testatur. Et quid per septem demonia nisi vniuersa vitia desi gnantur? Quia enim omne tempus septem diebus comprehendit, recte septenario numero vniuersitas figuratur. Septem ergo demonia Maria habuit, que vniuersis vitiis plena fuit. ℟. Multiplicati. 174 vt in j. noct. dñice preterite. L. iii.

Sed et ecce quia turpitudinis sue maculas aspexit, lauanda ad fontem misericordie cucurrit, conuiuantes non erubuit: nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit quod verecundaretur foris. Quid igitur miramur fratres? Mariam venientem, an dominum suscipientem? suscipientem dicam an trahentem? sed melius dicam trahentem, et suscipientem: quia nimirum ipse eam per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris. ℟. Usquequo. 175. Ad B. añ. Magister dicit, tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Oro.

Presta quesumus omnipotens Deus: vt dignitas conditionis humane per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimonie studio reformetur. Per dominum. Ad M. añ. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Oro.

Esto quesumus domine propitius plebi tue: vt que tibi non placent respuentes, tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per dominum n.

FERIA SEXTA.

Hodie psalmi penitentiales.

Lectio sancti euangelii secundum Johannem. L. j.

In illo tempore: Collegerunt pontifices et Pharisei concilium: et dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Et reliqua. I. ca.

Homilia S. Augustini episco.

Pontifices et Pharisei sibi consulebant: nec tamen dicebant, credamus. Plus enim perditi homines cogitabant, quomodo nocerent, vt perderent, quam quomodo sibi consulerent, ne perirent. Et tamen timebant, et quasi consulebant: dicebant enim: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, et tollent locum nostrum, et gentem. Temporalia quidem perdere timuerunt, et vitam eternam non cogitauerunt, ac sic vtramque amiserunt. ℟. Deus meus es tu. 175.

Feria iiii. noc. de dominica. L. ij.

Nam et Romani post domini passionem et glorificationem tulerunt eis locum, et gentem expugnando et transferendo: et illud eos sequitur, quod alibi dictum est: Filii autem regni ibunt in tenebras exteriores. Hoc autem timuerunt: ne, si omnes in Christum crederent, nemo remaneret qui aduersus Romanos

manos ciuitatem Dei tēplumq; defenderet: qm̄ contra ipsum tē plū, ⁊ contra suas paternas leges doctrinā Christi esse sentiebāt. ℟. In te iactat⁹. 175. Lectio iij.

Vnus aūt ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pōtifex anni illius, dixit illis. Vos nesci tis quicquam, nec cogitatis: qa expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, ⁊ non tota gens pereat. Hoc autem a seipso non dixit, sed cū esset pontifex anni illius, prophetauit. Hic docemur, etiā homines malos prophetiç spiritu futura prçdicere. Quod tamen euangelista diuino tribuit sacramēto, quia pontifex fuit, idest summus sacerdos. ℟. In proximo est tri. Ad Bñs. Añ. Appropiquabat autem dies festus Iudçorum: ⁊ quçrebant principes sacerdotū, quomodo Iesum interficerent, sed timebant plebem. Oratio.

Cordibus nostris, q̄s dñe, gratiā tuā benignus infunde: vt peccata nostra castigatione volūtaria cohibētes, tēporaliter, poti⁹ maceremur, q̄ʒ supplicijs deputemur çternis. Per d. Ad Magnificat. Antiphona. Principes sacerdotū cōsiliū fecerūnt vt Iesum occiderēt, dicebant aūt: nō in die festo, ne forte tumult⁹ fieret in populo. Oro.

Concede, quçsumus omnipotens Deus: vt qui protectionis tuç gratiam quçrimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per.

SABBATHO

Lcō scī euā. scḋm Iohānē. Lec. j.

In illo tēpore: Cogitauerūt principes sacerdotum, vt ⁊ Lazarū interficerent: quia multi ꝓpter illū abibāt ex Iudçis, ⁊ credebant in Iesum. 12. c. Et re. Homilia S. Augustini episco.

Ipso Lazaro resuscitato, qa tantum miraculum domini, tanta erat euidentia diffamatū, tanta manifestatione declaratū, vt non possent vel occultare quod factū est, vel negare qḋ inuenerūt, Videte: Cogitauerūt autē principes sacerdotum vt ⁊ Lazarū interficerēt. O stulta cogitatio: ⁊ cçca sçuitia, Dñs Christus, qui suscitare potuit mortuum, nō possit occisum? Quando Lazaro inferebatis necem, nunquid auferebatis dño potestatē? Si aliud vobis videt mortuus, aliud occisus, ecce dominus vtrunque fecit, ⁊ Lazarum mortuum, ⁊ seipsum suscitauit occisum. ℟. Tota die con. 175. ℣. in iij. noctur. Dñicç. Lctō ij.

In crastinum autem turba multa quç venerat ad diē festum, cum audissent, qa venit Iesus Ierosolymam acceperūt ramos palmarū, ⁊ processerunt obuiam ei, ⁊ clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine

mine dñi rex Israel. Rami palmarum laudes sunt significãtes victoriã, qua erat dñs mortem moriẽdo superatur⁹, et trophęo crucis de diabolo mortis principe triũphaturus. Vox aũt obsecrãtis est, Hosanna, sicut nõnulli dicũt q Hebręã linguã noverunt, magis affectũ indicãs, quã rẽ aliquã significãs, sicut sunt in lingua Latina quas interiectiones vocãt: velut cũ dolẽtes dicimus, heu, vel, cũ delectamur, Vah, dicim⁹. ℟. Ne avertas. 176. L. iij.

Hęc ei laudes turba dicebat, Hosanna, benedictus qui venit in noie dñi rex Israel. Quam crucem mentis inviden tia principum Judęorũ perpeti poterat, quãdo regẽ suũ Christuz tanta multitudo clamabat? Sed quid fuit dño, regem esse Israel? Quid magnuz fuit regi seculorum, regẽ fieri hominuz? Non enim rex Israel Christus ad exigendũ tributũ, vel exercitũ ferro armandũ, hostesq3 visibiliter debellandos: sed rex Israel, qꝫ mẽtes regat, qꝫ in ęternũ cõsulat, qꝫ in regnuz cęloꝝ credẽtes, sperãtes, amãtesq3 pducat. ℟. Quis dabit. 176. Ad B. Añ. Clarifica me pater apud temet ipsum claritate, quam habui, priusquaz mundus fieret. Oro.

Proficiat, quęsumus dñe, plebs tibi dicata pię devotionis affectu: vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tuę sit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per eundem.

Ad Vesperas. Capitulum.



Fratres: Hoc eniz senti- Phil.
tite in vobis, quod et i- 2.
Christo Jesu: qui cuz
in forma Dei esset,
non rapinam arbitratus est esse se ęqualẽ Deo. Hym. Vexilla regis. 173. ℣. Eripe me dñe.

Ad Mag. Añ. Pater iuste, mũdus te non cognovit: ego autem novi te, quia tu me misisti. Oro.

Omnipotens sempiterne Deus: q humano generi ad imitanduz humilitatis exemplũz, Salvatorẽ nostruz carnẽ sumere, et crucẽ subire fecisti: concede ppiti⁹: vt et patiẽtię ipsius habere documẽta, et resurrectionis ꝯsortia mereamur. Per eũ.

D O M I N I C A
in Palmis.

Ad Mat. Invit. Hodie si vocẽ. Hym. Pange lin. et alia vsque ad lect. vt in Dñica pręcedenti. De Jeremia propheta. Lcõ. j.



Obstu- 2. ca.
pescite
cęli sup hoc,
et porte ei⁹ desolamini vehemẽter, dicit dñs. Duo eniz mala fecit ppls meus, me dereli-
querunt

querũt fõteaquę viuę, ꝛ foderũt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas q̃ ↄtinere nõ valẽt aquas. Nũqd ſeruꝰ eſt Iſrael, aut vernaculꝰ? quare ergo factus eſt in prędã? Sup eũ rugierũt leones, ꝛ dederũt vocẽ ſuã: poſuerũt terrã eius in ſolitudinẽ: ciuitates eius exuſtę ſunt, ꝛ nõ eſt, q habitet in eis. Filij quoq; Mẽpheos, ꝛ Taphneos conſtuprauerũt te vſq; ad verticẽ. Nũqd nõ iſtud factũ eſt tibi, q̃ dereliq̃ſti dñs Deũ tuũ, eo tẽpore quo ducebat te p viã? ℟. In die q̃ua inuocaui te dñe, dixiſti, noli timere: Iudicaſti cauſam meã, ꝛ liberaſti me dñe Deus meus. ℣. In die tribulationis meę clamaui ad te, quia exaudiſti me. Iudicaſti. Lec. ij.

Et nunc quid tibi vis ĩ via Aegypti, vt bibas aquã turbidam? Et qd tibi, cũ via Aſſyriorũ, vt bibas aquã fluminis? Arguet te malitia tua, ꝛ auerſio tua increpabit te. Scito, ꝛ vide q̃ malũ ꝛ amarũ eſt reliq̃ſſe te dñm Deũ tuũ, ꝛ nõ eſſe timorẽ eius apud te: dicit dñs Deus exercituũ. A ſeculo ↄfregiſti iugũ meũ: rupiſti vincula mea: ꝛ dixiſti. Nõ ſeruiã. In oĩ enĩ colle ſublimi, ꝛ ſub oĩ ligno frõdoſo: tu proſternaberis meretrix, Ego aũt plãtaui te vineã electã, omne ſemen verũ: quomodo ergo cõuerſa es mihi in prauũ vinea aliena? Si laueris te nitro, ꝛ multiplicaueris tibi herbã borith, maculata es in iniquitate tua corã me dicit dñs Deus. ℟. Fratres mei elongauerunt ſe a me: ꝛ noti mei, Quaſi alieni, receſſerunt a me. ℣. Dereliquerunt me proximi mei, ꝛ qui me nouerũt. Quaſi. Lectio tertia.

Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquiſtis me, dicit dñs. Fruſtra percuſſi filios veſtros, Diſciplinam non receperunt: deuorauit gladius veſter ꝓphetas veſtros, quaſi leo vaſtator generatio veſtra. Uidete verbũ dñi. Nunqd ſolitudo factus ſum Iſraeli, aut terra ſerotina? quare ergo dicit populus meus: Receſſimus, nõ veniemus vltra ad te? Nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſcię pectoralis ſui? populus vero meus oblitus eſt mei diebus innumeris. ℟. Attende dñe ad me, ꝛ audi voces aduerſarioꝝ meoꝝ. Nunqd redditur pro bono malũ? quia foderunt foueã animę meę? ℣. Recordare quod ſteterim in cõſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, ꝛ auerterem indignationẽ tuam ab eis. Nunqd. Attende.

Sermo S. Leonis Papę. L. iiij.

Deſiderata nobis dilectiſſimi, ꝛ vniuerſo optabilis mundo, adeſt feſtiuitas dñicę paſſionis, quę nos inter exultationes ſpiritualium gaudiorũ ſilere

silere non patitur. Quia etsi difficile est, de eadem solẽnitate sepius digne apteq; differere: nõ est tamen liberum sacerdoti in tanto diuinę misericordię sacramento fidelibus populis subtrahere sermonis officium: cum ipsa materia ex eo quod est ineffabilis, fandi tribuat facultatem, nec possit deficere quod dicat, dum non potest satis esse quod dicitur. Succũbat ergo humana infirmitas glorię Dei, & in explicãdis operibus misericordię eius imparez se semp inueniat. Laboremus sensu, hęreamus ingenio, deficiamus eloquio: bonuz est, vt nobis parum sit quod etiam recte de domini maiestate sentimus. ℟. Conclusit vias meas inimicus, insidiator fact⁹ est mihi sicut leo in abscondito, repleuit & inebriauit me amaritudine: deduxerunt in lacũ mortis vitam meam, & posuerunt lapidem cõtra me. Uide domine iniquitates illorũ: & iudica causaz aię meę, defensor vitę meę. ℣. Factus sum in derisum omni populo meo: canticum eorum tota die. Uide domine. Lectio v.

Dicente enim propheta, Quęrite dominũ, & cõfirmamini, quęrite faciẽ ei⁹ semp, nemini pręsumẽdum est, quod totuz quod quęrit, inuenerit, ne desinat propinquare, qui cessarit accedere. Quid aũt inter oĩa opera Dei, in quibus humanę admirationis fatigat intẽtio, ita contemplationem mẽtis nostrę oblectat, & superat, sicut passio saluatoris, qui vt humanum genus vinculis mortiferę pręuaricationis absolueret, & semẽti diabolo potẽtiam suę maiestatis occultauit, & infirmitatẽ nostrę humilitatis obiecit. Si enim crudelis & supbus inimicus cõsiliũ misericordię dei nosse potuisset, Iudęorũ animos mãsuetudine potius temperare, quaz iniustis odijs studuisset accẽdere, ne omnium captiuorum amitteret seruitutẽ, duz nihil sibi debentis persequitur libertatem. ℟. Saluũ me fac Deus, qm̃ intrauerunt aquę vsq; ad animam meam: ne auertas faciẽ tuã a me, qm̃ tribulor, exaudi me dñe De⁹ me⁹. ℣. Intẽde animę meę: & libera eam: propter inimicos meos eripe me. Quoniam. Lectio sexta.

Efellit ergo illuz malignitas sua: intulit suppliciũ filio Dei, qd̃ cũctis filijs hoĩum in remedium verteret. Fudit sanguinẽ iustum, qui recõciliando mũdo, & pręciũ esset, & poculuz. Suscepit dñs quod sm̃ propositum suę voluntatis elegit. Admisit in se impias manus furentiũ: quę dũ proprio incũbũt sceleri, famulatę sunt redemptori. Cuius etiam circa interfectores suos tanta erat pietatis affectio, vt de

ut de cruce supplicās patri, non se vindicari, sed illis postularet ignosci. ℟. Noli esse mihi dñe alienus, parce mihi in die mala: confundant̃ oēs, qui me psequũtur, Et nō cōfundar ego. ℣. Cōfundant̃ oēs inimici mei q̄ quęrunt animam meam. Et. Noli.

Lcō sci euā. sm Matthęũ. L. vij.

ca. 21. In illo tēpore: Cum appropinquasset Jesus Jerosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, tũc misit duos ex discipulis suis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosij epi.

Relictis Judęis, habitaturus in affectib⁹ sētiũ tēplũ dñs ascēdit. Hoc enim tēplũ est verũ, in quo non in litera, sed in spũ dñs adoratur. Hoc Dei tēpluz est, quod fidei series, non lapidũ structura fundauit. Deserunt̃ ergo, q oderũt: eligũtur, qui amaturi erāt: & ideo ad mōtē venit Oliueti: vt nouellas oliuas in sublimi virtutuz plantaret, quarũ mr̃ est illa, q̄ sursũ est, Jerusalez. In hoc monte est ille cęlestis agricola; vt plantati oēs in domo dñi: possint in veritate dicere: Ego sicut oliua, fructificaui in domo dñi. ℟. Dñs mecũ est tanq̃ bellator fortis: ꝓpterea persecut: sunt me, & intelligere non potuerũt; dñe, ꝓbas renes & corda. Tibi reuelaui causaz meã. ℣. Vidisti dñe iniquitates eorũ aduersum me, iudica in dicium meũ. Tibi. Lectio viij.

Et fortasse ipse mons est Christus. Quis eniz alius tales fructus ferret olearũ, non curuescentium vbertate baccaruz, sed spũs plenitudine gentiũ fęcundarum? Ipse est per quez ascendimus, & ad quem ascendimus, ipse est ianua, ipse est via, qui aperit, & qui aperit, q pulsat ab ingredientibus, & ab egredientibus adoratur. Ergo in castello erat, & ligatus erat pullus cum asina: nō poterat solui nisi iussu dñi, soluit eum manus apostolica: talis actus, talis vita, talis gratia. Esto talis & tu, vt possis ligatos soluere. ℟. Dixerunt impij apud se, non recte cogitātes: circumueniamus iustum, qm̃ cōtrarius est operibus nostris: promittit se scientiam Dei habere, filiuz Dei se nominat, & gloriat̃ patrem se habere Deũ. Videamus si sermones illi⁹ veri sunt: & si est vere fili⁹ Dei, liberet illũ de manibus nostris: morte turpissima cōdēnem⁹ eũ. ℣. Tanq̃ nugaces existimati sum⁹ ab illo: & abstinet se a vijs nr̃is, tanq̃ ab immundicijs: & pręfert nouissima iustorũ. Videamus. Lectio ix.

Hunc consideremus, q fuerint illi, q errore detecto, de paradiso eiecti, i castellũ sunt relegati: Et videbimus, quēadmodũ, quos mors expulerat, vita reuocauerit. Et ideo sm Matthęum,

theum, ⁊ asinā ⁊ pullū legimus: vt quia in duobus hoibus vtera que fuerat sexus expulsus, in duobus aialibus sexus vterqꝫ reuocetur. Ergo ille i asina matrē, quasi Euam figurauit erroris: hic autē in pullo generalitatē populi Gentilis expressit. Et ideo pull⁹ sedetur asinę, ⁊ bene, in quo nemo sedit, quia nullus ante q̄ Chris, nationuꝫ populos vocauit ad ecclesiā. Deniqꝫ sm Marcū sic habes: Queꝫ nemo adhuc sedit hoiuꝫ. ℟. Circūdederunt me viri mendaces: sine causa flagellis ceciderunt me: Sed tu dñe defēsor vindica me. ℣. Qm̄ tribulatio pxima est, ⁊ non est q adiuuet. Sed. Circū.

Ad Laudes. Antiphona.

Domine Deus auxiliator meus, ⁊ ideo nō sum cōfusus. ps. Miserere. 23. Añ. Circūdantes circūdederūt me: ⁊ in noie dñi vindicabor in eis. ps. Cōfitemini. 1 1. Añ. Judica causam meā: defende, qa potens es dñe. ps. Deus Deus meus. 8. cū rel. Añ. Cū angelis ⁊ pueris fideles inueniamur triūphatoꝛi mortis clamātes bosanna in excelsis. Añ. Confundant, qui me persequunt, ⁊ nō cōfundar ego Dñe, Deus meus. Cap. Fratres hoc enim. fol. 180. Hym. Lustris sex. 176. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgentibus in me libera me.

Ad B. Añ. Turba multa, quę cōuenerat ad diē festū, clamabat dño: bñdictus, qui venit in noie dñi, bosanna in excelsis. Oratio. Omnipotens sempiterne. 180.

Ad j. Añ. Pueri hebręorū tollentes ramos oliuarum, obuiauerunt domino, clamantes, ⁊ dicentes: bosanna in excelsis.

Ad iij. Añ. Pueri Hebręorum vestimēta prosternebant in via, ⁊ clamabant dicentes, bosanna filio Dauid, bñdictus, qui venit in nomine dñi. Cap. Fratres ꝫ hoc. 180. ℟. br. Erue a fra. 176. ⁊ De ore leo. de dñica pręterita.

Ad Sextā. Añ. Tibi reuelaui causam meaꝫ defensor vitę meę: domine Deus meus. Capitulū.

Humiliauit semetipsum factus obediēs vsqꝫ ad mortē, mortē aūt crucis: propter qd ⁊ Deus exaltauit illū, ⁊ donauit illi nomē, qd est sup oē nomen. ℟. De ore leonis. ⁊ Ne perdas. Phil. 2.

Ad Nonam. Añ. Innocabo nomen tuū dñe: ne auertas faciem tuam a clamore meo. Caplm.

In noie Jesu oē genu flectatur, cęlestium, terrestriuꝫ, ⁊ infernorum: ⁊ omnis lingua confiteatur, quia dñs noster Jesus Christ⁹ in gloria est Dei patris. ℟. Ne pdas. ⁊ Eripe me. Phil. 2.

Ad vesp. Añ. Dixit. 5 2. cū rel. de Dñica. Cap. Frēs, hoc. 180. Hy⁹. Vexilla. 273. ℣. Eripe me.

Ad M. Añ. Scriptū est enim: percu-

percutiam pastorem, et dispergentur oues gregis: postq̃ autem resurrexero, precedã vos in Galileã: ibi me videbitis, dicit dñs. Oro. Omnipotens sempi. 180. Ab hac die vsq; ad oct. Pasche si occurrat aliqd festũ nouẽ lect. trãsferi post oct. Triũ vero lect. a fer. iiij in Cena Dñi vsq; ad fer. iiij. Pasche nulla fit commemo.

FERIA SECVNDA.

Hodie nõ dr offĩciũ defunctor. Inuitatoriũ et alia vsq; ad lec. vt in precedenti hebdomada. Lcõ sctĩ euã. ſm Johannem. L. j.

ca. 12. In illo tẽpore: Ante sex dies Pasche venit Jesus Bethaniã, vbi fuerat Lazarus mortuus, quẽ suscitauit Jesus. Et reli. Homilia sancti Augustini epi. Ne putarent homines phãtasma esse factum, qa mortuus resurrexit, Lazarus vnus erat ex recumbẽtibus: viuebat, loquebatur, epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas Judeorũ confundebatur. Discumbebat ergo Jesus cũ Lazaro, et ceteris: ministrabat Martha vna ex sororib' Lazari. Maria vero altera soror Lazari accepit librã vnguenti nardi pistici preciosi, et vnxit pedes Jesu, et extersit capillis suis pedes eius, et domus impleta est ex odore vnguenti. Factũ audiuimus: requiramus mysterium. R. Viri impij dixerunt, opprimamus virũ iustum iniuste, et deglutiamus eũ tanq̃ infernus viuum: auferamus memoriam illius de terra: et de ipso lijs eius sortem mittamus inter nos: ipsi enim homicide thesaurizauerunt sibi mala. Insipientes et maligni oderunt sapientiã: et rei facti sunt in cogitationibus suis. V. Hec cogitauerũt, et errauerunt, et excecauit illos malitia eorũ. Insipientes. L. ij.

Quecunq; aia fidelis vis esse, cũ Maria, vnge pedes dñi precioso vnguento. Vnguentũ illud iustitia fuit, ideo libra fuit. Erat autẽ vnguẽtũ nardi pistici preciosi. Qd ait, pistici, locũ aliquẽ credere debemus, vnde hoc erat vnguentũ preciosũ. Nec tamẽ hoc vacat, et sacramento optime consonat: pistis grece, latine dicit fides. Querebas operari iustitiã, iustus ex fide viuit: Unge pedes Jesu bene viuendo, dñica sectare vestigia, capillis terge: si habes superflua, da pauperib', et dñi pedes tersisti: Capilli enĩ superflua corporis videntur. Habes qd agas de superfluis tuis, tibi superflua sunt, sed dñi pedibus necessaria sunt: fortè in terra dñi pedes indigent. V. Opprobriũ factus sum nimis inimicis meis, viderũt me: et mouerũt capita sua. Adiuua me dñe Deus meus. V. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: et sermonibus odij circumdederunt

derunt me. Adiuua me. Lcō iii.

O E quib⁹ eniꝫ nisi de mēbris suis in fine dicturus est: Qd̄ vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: superflua vestra impēdistis: sed pedib⁹ meis obsecuti estis. Domus auteꝫ repleta est odore: mūdus implet⁹ est fama bona: nā bonus odor, fama bona est. Qui male viuūt, ⁊ Christiani vocant, iniuriā Christo faciūt, de quibus dictū est, ꝙ per eos nomē Dei blasphemet. Si p tales nomē dei blasphematur, p bonos nomē Dei laudat. Audi apostoluꝫ: Christi, bonus odor sumus, inqt, in omni loco. ℟. I nsurrexerūt i me viri iniqui absqꝫ misericordia, q̄sierūt me interficere: ⁊ nō pepercerūt in faciē meā spuere, ⁊ lāceis suis vulnerauerūt me: ⁊ ꝯcussa sunt oia ossa mea. Ego autē existimabam me tanq̄ mortuuꝫ sup terram. ℣. Effuderūt furorē suum in me: fremuerunt cōtra me dētibus suis. Ego. I nsurrexerūt. Ad Laudes, ⁊ per horas. Añ.

F Aciē meā nō auerti ab increpantibus, ⁊ cōspuētibus in me. Psalmi de feria 23. Añ. Framea suscitare aduersus eos, qui dispergunt gregē meū. Añ. Appenderūt mercedem meaꝫ triginta argēteis, qbus appretiatus sum ab eis. Añ. Inundauerunt aquę sup caput meuꝫ: dixi, perij: inuocabo nomen tuū dn̄e deus. Añ. Labia insurgentiū, ⁊ cogitatiōes eoꝝ vide dn̄e. Cap. Venite mittamus. 177. Hymn. Lustris. 176. ℣. Eripe me de. Ad Bn̄s. Añ. Clarifica me pr̄ apud temetipsuꝫ claritate, quā habui, priusquā mundus fieret. deinde preces in psalt. fo. 25. Oro.

D A quęsumus omnipotēs deus: vt q in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, itercedēte vnigeniti filij tui passione respiremus. Per eundeꝫ. Ad vesp. Añ. Inclinauit. fo. 54. Dilexi. fol. 54. cū reli. Cap. Tu auteꝫ domine Sabaoth fo. 178. Hymn. Vexilla regis. fo. 173. ℣. Eripe me domine. Ad Mḡ. Añ. Nō haberes i me potestatē, nisi desuper tibi datuꝫ fuisset. Oro.

A Diuua nos deus salutaris nr̄: ⁊ ad beneficia recolēda qbus nos instaurare dignat⁹ es, tribue, venire gaudentes Per.

FERIA TERTIA.

De Ieremia propheta. Lcō. i.

Q Uid est ꝙ dilectus meus i domo mea fecit scelera multa? nūquid carnes sanctę auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Oliuā vberem, pulchram, fructiferā, speciosam vocauit dn̄s nomen tuuꝫ: ad vocē loquelę grandis exarsit ignis in ea, ⁊ cōbusta sunt fruteta ei⁹. Et dn̄s exercituū, qui plantauit te, locutus est super te: malum pro malis domus Israel, ⁊ do- 11. ca.

nius

mus: Juda, que fecerunt sibi ad irritandū me, libantes Baalim. Tu autē dñe demōstrasti mihi, et cognoui: tu ostendisti mihi stu dia eorū. Et ego quasi agnus mā suetus, q portatur ad victimā: et nō cognoui, qa cogitauerunt su per me consilia, dicētes: Mitta mus lignū in panē ejus, et era damus eum de terra viuentiū: et nomē eius nō memoretur am plius. Tu autem dñe Sabaoth, q iudicas iuste, et probas renes, et corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cām meam. ℟. Contumelias et terro res passus sum ab eis, qui erāt pacifici mei, et custodiētes latus meum, dicentes. Decipiamus eū, et preualeamus illi: sed tu do mine mecum es tanquam bella tor fortis. Cadant in opprobriū sempiternum, vt videam vindi ctam in eis, quia tibi reuelaui causam meam. ℣. Judica domi ne causam animę meę, defensor vitę meę. Cadāt. Lectio secūda.

Iustus quidem tu es dñe, si disputem tecum, verūta men iusta loquar ad te. Quarē via impiorū prosperat: bene est omnibus, qui preuaricant, et ini que agunt? Plantasti eos, et ra dicem miserūt, pficiūt, et faciunt fructum: prope es tu ori eorum, et longe a renibus eorū: et tu dñe nosti me, vidisti me, et probasti cor meum tecum. Cōgrega eos quasi gregē ad victimā, et sancti fica eos in die occisionis. Usque quo lugebit terra, et herba ois regionis siccabitur propter ma litiam habitantiū in ea? cōsum ptum est animal et volucre, quā dixerunt: Non videbit nouissi ma nostra. ℟. Mens Israel p pter te sustinui improperiū, ope ruit reuerentia faciē meā: extra neus factus sum fratribus meis: et hospes filijs matris meę. Quo niam zelus domus tuę comedit me. ℣. Intende animę meę, et li bera eā, propter inimicos meos eripe me. Quoniam. Lectio iij.

Reliqui domū meā, dimisi hereditatē meā, dedi dile ctam aiam meā in manus inimi corum eius. Facta est mihi herē ditas mea quasi leo in sylua: de dit ↄtra me vocē: ideo odiui eā. Nunquid auis discolor heredi tas mea mihi? Nunqd auis tin cta per totū? venite ↄgregamini oēs bestię terrę: properatē ad de uorandum. Pastores multi de moliti sunt vineā meā, conculca uerunt partē meā, dederūt por tionē meā desiderabilē in deser tū solitudinis: posuerunt eā in dissipationē, luxitq; super me. Desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est, q recōgitet corde. ℟. Synagoga populorū circumdederunt me: et non red didi retribuentibus mihi mala. Consumetur dñe nequitia pec

catorũ, ꝛ dirigẽs iuſtũ. ℣. Iudica me dñe ſm iuſtitiam meam, ꝛ ſecundum innocentiam meã ſup me. Cõſumetur. Synago. Ad Laudes. ꝛ per Horas. Aña.

Vide dñe, ꝛ conſidera, qm̃ tribulor, velociter exaudi me. Pſal. de fer. 29. Aña. Diſcerne cauſam meã dñe: ab homine iniquo ꝛ doloſo eripe me. Añ. Dũ tribularer, clamaui ad dñm de ventre inferi, ꝛ exaudiuit me. Aña. Dñe vim patior: reſponde pro me: qa neſcio qd dicã inimicis meis. Aña. Dixerũt impij, opprimamus virũ iuſtũ: quoniam contrarius eſt operibus noſtris. Ad Bñs Aña.

Ante diem feſtũ Paſchę ſciens Ieſus, qa venit hora eius, cũ dilexiſſet ſuos, i finẽ dilexit eos. Orõ.

Omnipotẽs ſempiterne Deus: da nobis ita dñicę paſſionis ſacramẽta peragere: vt indulgẽtiã pcipere mereamur. Per. Ad Veſp. Aña. In domũ dñi. ps Lętatus ſum. 55. cum reſ. Ad Mag. Aña. Poteſtatẽ habeo ponendi animam meam, ꝛ iterum ſumendi eam. Oratio.

Mũdet nos miſericordia, De⁹, ꝛ ab omni ſurreptione veuſtatis expurget: ꝛ capaces ſanctę nouitatis efficiat. Per dñm.

FERIA QVARTA.

Hodie nõ dñr pſalmi Gradual.

De Ieremia pphta. L. j.

17. Expectatio Iſrael dñe, omnes q te dereliquũt, confundentur, recedẽtes a te in terra deſcribẽtur: qm̃ dereliquerunt venã aquarum viuentium dñm. Sana me dñe, ꝛ ſanabor: ſaluũ me fac, ꝛ ſaluus ero, quoniam laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Vbi eſt verbũ dñi? veniat. Et ego non ſum turbatus te paſtorẽ, ſequens, ꝛ diẽ hominis nõ deſideraui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labijs meis, rectũ in cõſpectu tuo fuit. Nõ ſis tu mihi formidini: ſpes mea tu in die afflictionis: Cõfundantur, qui me perſequuntur, ꝛ nõ confundar ego: paueant illi, ꝛ non paueam ego: induc ſuper eos diem afflictionis, ꝛ duplici cõtritione contere eos. ℟. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, ꝛ ſermonibus odij circũdederunt me: pro eo vt me diligerẽt, detrahebant mihi: Ego autẽ orabam: ꝛ exaudiſti me dñe Deus meus. ℣. Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, ꝛ odium pro dilectione mea. Ego autem. L. ij.

Vis audiuit talia horribilia quę fecit nimis virgo Iſrael? nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli poſſunt aquę erũpentes frigidę ꝛ defluentes? Quia oblitus eſt mei populus meus, fruſtra libantes, ꝛ impingentes in viis ſuis, in ſemitis ſęculi, vt ambularent per eas in itinere nõ trito: vt fieret

vt fieret terra eorũ in desolatio-nẽ, ⁊ in sibilũ sempiternũ: ois q̄ pterierit p eã obstupescet, ⁊ mo-uebit caput suũ: Sicut ventus vrẽs dispergã eos: corã inimico dorsum, ⁊ nõ faciẽ ostendã eis in die perditionis eoꝝ. Et dixerũt: Venite, ⁊ cogitemus contra Je-remiã cogitationes; nõ enim pe-ribit lex a sacerdote, neq̄ ꝯsiliũ a sapiẽte, nec ſmo a ꝓpheta: Ve-nite, ⁊ pcutiamus eũ lingua: ⁊ nõ attendam⁹ ad vniuersos sermo-nes eius. ℟. Dixerũt im. 182. vt in io. noc pcedẽ. dñicę. ſiu.

Attende dñe ad me, ⁊ audi vocẽ aduersariorũ meorũ. Nunqd redditur ꝓ bono malũ, q2 foderũt foueã aiẹ meẹ? Recor-dare quod steterim in cõspectu tuo, vt loquerer pro eis bonũ, ⁊ auerterẽ indignationẽ tuam ab eis. Propterea da filios eorũ in famẽ, ⁊ deduc eos in manus gla-dij: fiãt vxores eorũ absq̄ libe-ris, ⁊ viduẹ, ⁊ viri earum interfi-ciant morte. Juuenes eorũ ꝯfo-diant gladio in prelio. Audiat clamor de domibus eorũ: addu-ces enim sup eos latronẽ repẽte, q2 foderũt foueã vt caperẽt me, ⁊ laqueos absconderũt pedibus meis. Tu autẽ dñe scis omne cõ-siliũ eorũ aduersum me in mor-tem: ne ꝓpitieris iniquitati eo-rum, ⁊ peccatum eorum a facie tua non deleatur: fiant corruen-tes in conspectu tuo, in tempo-re furoris tui abutere eis. ℟. Circundederunt me viri. 182. Ad laudes, ⁊ per horas. Aña.

Libera me de sanguinibus Deus Deus meus: ⁊ exul tabit lingua mea iustiam tuam. Psal. de fe. 3. Añ. Cõtume-lias, ⁊ terrores passus suꝫ ab eis: ⁊ dñs mecũ est tãq̄ bellator for-tis. Aña. Jpsi vero in vanũ q̄sie-rũt aiam meã, introibũt in infe-riora terrẹ. Aña. Omnes inimi ci mei audierũt malũ meũ: dñe lẹtati sunt qm̃ tu fecisti. Añ. Al liga domine in vinculis natio-nes gentium, ⁊ reges earum in compedibus. Ad Bñs. Aña. Simon dormis? nõ potuisti vna hora vigilare mecum? Oratio.

Presta q̄s oms Deus: vt q̄ nostris excessib⁹ incessan-ter affligimur: per vnigeniti filij tui passionẽ liberemur. Qui te. Ad vesp. Añ. Nõ ꝯfundet. ps. Misi dñs. 55. cũ rel. Ad M. Añ. Ancilla dixit Petro: vere tu ex illis es: nam ⁊ loquela tua ma-nifestum te facit. Deinde Pre-ces, vt in Psalte. fol. 25. Oro.

Respice q̄s dñe sup hãc familiã tuam: pro qua dñs noster Jesus Christus nõ dubitauit manibus tradi nocentium, ⁊ crucis subi-re tormentum. Qui tecum viu. Tribus seq. diebus dicto serre. Pater nr. Aue Maria. ⁊ ad Matut.

Matut. **Credo.** oibus aliis pretermissis, absolute incipit officiũ Ad Mat. ⁊ Vesp. ab An. prim psal. ⁊ Añe duplicant, sicut in festo duplici psal. dĩr sine **Glia p.** p oẽs horas, ⁊ in fine cuiuslibet psalmi ad Matutĩ. extinguitur vna ex quĩdecim cãdelis positis i cãdelabro triã zulari añ altare.

FERIA QVINTA
in Cena Domini.

Ad Matutĩ. In j. noctur. Aña.



Zelus dom⁹ tuę comedit me, ⁊ opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt sup me. Ps. Saluum me fac De⁹. 34. Añ. Auertant retrorsum, ⁊ erubescãt, qui cogitant mihi mala. Ps. Deus in adiutoriũ. 35. Aña. Deus meus eripe me de manu peccatoris. Ps. In te dñe. 35. ℣. Auertantur retrorsum, ⁊ erubescãt. ℟. Qui cogitãt mihi mala. Hoc triduo post ℣. noct. dr lect. Pr nr. nec pnunciat Et ne nos. nec dr Absolũ, neq3 dant Bñones ante lectiones. In fine lctõ. non dr Tu autem. sed j. tres lcõ. Jeremię terminantur. vt infra.

Incipit lamẽtatio Jeremię prophetę. Lectio j. Aleph.

Quomodo sedet sola ciuitas plena populor facta est quasi vidua domina gentiũ: princeps prouinciarũ facta est sub tributo. Beth. Plorãs plorauit i nocte, ⁊ lacrymę eius in maxillis eius. Non est qui cõsoletur eam ex oibus caris eius. Oẽs amici eius spreuerũt eã, ⁊ facti sunt ei inimici. Gimel. Migrauit Judas ꝓpter afflictionem, ⁊ multitudinẽ seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Oẽs persecutores eius apprehẽderũt eã iter angustias. Daleth. Vię Sion lugent, eo ꝙ nõ sint q veniãt ad solẽnitatẽ. Oẽs portę eius destructę, sacerdotes ei⁹ gemẽtes: virgines eius squallidę, ⁊ ipsa oppressa amaritudine. He. Facti sunt hostes ei⁹ in capite, inimici eius locupletati sunt: quia dominus locutus est super eã, propter multitudinem iniquitatum eius. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatẽ ante faciẽ tribulantis. Jerusalem, Jerusalem, conuertere ad dominũ Deũ tuum. Sic terminant lcõ. de lamentatione in hoc triduo.

℟. In mõte Oliueti orauit ad pr̃em: Pr̃ si fieri põt, trãseat a me calix iste. Spũs qdẽ prõptus est, caro aũt ifirma: fiat volũtas tua. ℣. Vigilate, ⁊ orate, vt nõ intretis in tẽtationẽ. Spũs. Lcõ. ij. Vau.

Et egressus est a filia Sion oẽs decor eius: facti sunt principes eius velut arietes, nõ inue-

inuenientes pascua, et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Zain Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suae, et praeuaricationis omnium desiderabilium suorum, quae habuerat a diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, et non esset auxiliator. Viderunt eam hostes, et deriserunt sabbatha eius. Heth. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius. Ipsa autem gemens, et conuersa est retrorsum. Teth Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer, non habens consolatorem. Vide domine afflictionem meam: quoniam erectus est inimicus. Ierusalem Ierusalem. ℟. Tristis est anima mea vsque ad mortem, sustinete hic et vigilate mecum, nunc videbitis turbam quae circundabit me. Vos fugam capietis, et ego vadam immolari pro vobis. ℣. Ecce appropinquat hora, et filius hominis tradetur in manus peccatorum. Vos. Lectio iii. Iod.

Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus praeceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. Caph. Omnis populus eius gemens, et quaerens panem: dederunt preciosa quaeque pro cibo ad refocillandam animam. Vide domine, et considera, quoniam facta sum vilis. Lamed. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte, si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt locutus est dominus in die irae furoris sui. Mem. De excelso misit ignem in ossibus meis, et erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: Posuit me desolatam, tota die moerore confectam. Nun. Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutae sunt, et impositae collo meo: Infirmata est virtus mea: dedit me dominus in manum, de qua non potero surgere. Ierusalem, Ierusalem. ℟. Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque decorem: aspectus eius in eo non est: hic peccata nostra portauit, et pro nobis dolet, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: cuius liuore sanati sumus. ℣. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portauit. Cuius. Ecce vidi. In ii. noct. Ant. Liberauit dominus pauperem a potente, et inopem, cui non erat adiutor. Ps. Deus iudicium. 36. Ant. Cogitauerunt impii, et locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. Ps. Quam bonus Israel. 36. Ant. Exurge domine, et iudica causam meam. Ps. Vt quid Deus. 36. ℣. Deus meus eripe me de ma

nu peccatoris. ℟. Et de manu contra legem agentis, et iniqui. Ex tractatu S. Augustini episcopi super psalmos. Lectio iiij.

3,54. Exaudi Deus orõne meã, et ne despexeris deprecatio nẽ meã: intende mihi, et exaudi me. Saragentis, soliciti, in tribulatione positi, verba sunt ista. Orat multa patiens, de malo liberari desiderans. Superest vt audiamus in quo malo sit: et cũ dicere ceperit, agnoscamus ibi nos esse, vt cõmunicata tribulatione, cõiũgamus orõnẽ. Cõtristatus sum, inquit, in exercitatione mea, et cõturbatus sum. Ubi cõtristat⁹? vbi cõturbatus? in exercitatione mea, inquit. Hoĩes malos, quos patitur, cõmemorat⁹ est: eãdẽq; passionẽ malorũ hominũ, exercitationẽ suã dixit. Ne putetis gratis malos esse in hoc mundo, et nihil boni de illis agere Deũ. Oĩs malus, aut ideo viuit, vt corrigatur: aut ideo viuit, vt p illũ bonus exerceatur. ℟. Amicus meus osculi me tradidit signo: quẽ osculat⁹ fuero, ipse est, tenete eũ: hoc malũ fecit signũ, q p osculũ adimpleuit homicidiũ. Infelix pretermisit pretiũ sanguinis, et in fine laqueo se suspẽdit. ℣. Bonũ erat ei, si natus nõ fuisset homo ille. Infelix. Lectio v.

Utinã ergo qui nos modo exercẽt cõuertantur, et nobiscum exerceantur: tamẽ quãdiu ita sunt, vt exerceant nos, nõ eos oderimus: qa in eo q malus est quis eorũ: vtrũ vsq; in finẽ perseueraturus sit, ignoramus. Et plerunque cũ tibi videris odisse inimicũ, fratrem odisti, et nescis. Diabolus, et angeli eius in scripturis sanctis manifestati sunt nobis, q ad ignẽ ęternũ sunt destinati: ipsorũ tãtum desperãda est correctio, contra quos habemus occultã luctam: ad quam luctam nos armat aplś, dicens: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ et sanguinẽ: idest, non aduersus hoĩes quos videtis, sed aduersus principes, et potestates, rectores mundi tenebrarũ harũ. Ne forte cum dixisset mũdi: intelligeres dęmones esse rectores cęli et terrę: mundi dixit tenebrarum harum: mundi dixit, amatorum mundi: mundi dixit impiorum et iniquorum: mũdi dixit, de quo in euangelio dicit: Et mundus eum non cognouit. ℟. Iudas mercator pessimus osculo petijt dñm: ille vt agnus innocens non negauit Iude osculum: Denariorũ numero Christum Iudeis tradidit. ℣. Melius illi erat, si natus non fuisset. Denariorum. Lectio vi.

Quoniã vidi iniquitatẽ, et cõtradictionẽ in ciuitate. Attẽde gloriã crucis ipsius. Iã in fronte regũ crux illa fixa est, cui inimici insultauerũt. Effect⁹ probauit

pbauit virtutē, Domuit orbē: nō ferro, sed ligno: lignū crucis ɔtumelijs dignū visum est inimicis, ⁊ ante ipsum lignū stātes caput agitabant, ⁊ dicebant. Si filius Dei est, descendat de cruce. Extendebat ille manus suas ad populū non credentē ⁊ contradicentē. Si enim iustus est, q ex fide viuit, iniquus est qui nō habet fidē. Quod ergo hic agit iniquitatem, perfidiam intellige. Uidebat ergo dn̄s in ciuitate iniquitatē, ⁊ contradictionē, ⁊ extendebat manus suas ad populum nō credentē, ⁊ ɔtradicētē, ⁊ tamen ipsos expectans dicebat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt. ℟. [illegible] nus ex discipulis meis tradet me hodie: Ue illi per quē tradar ego, Melius illi erat si nat⁹ nō fuisset. ℣. Qui intingit mecū manū in paropside, hic me traditur⁹ est i man⁹ pcōrum. Melius. ℟. [illegible] nus. In iij. noc. An. Dixi iniqs, nolite loq aduersus Deū iniqtatē. Ps. Cōfitebimur. 37. An. Terra tremuit ⁊ quieuit, dū exurgeret in iudicio De⁹. Ps. Notus in Iu. 37. An. In die tribulationis meę deū exqsiui manibus meis. Ps. Uoce mea. 37. ℣. Exurge domine. ℟. Et iudica causā meā.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. Ca. xij.

L.I I. Hoc autē pręcipio, non laudās, q nō in melius, sed in deterius ɔuenitis: Primū qdē ɔuenientibus vobis in ecclesiā, audio scissuras esse inter vos, ⁊ ex parte credo: nā oportet hęreses esse, vt qui pbati sunt manifesti fiāt in vobis. Cōuenientib⁹ ergo vobis in vnū: iā nō est dn̄icā cęnā mādūcare: Unusquisqȝ enim suā cęnā pręsumit ad manducādū: ⁊ alius qdē esurit, alius autē ebri⁹ est. Nunquid domos nō habetis ad mādūcādum ⁊ bibendū? aut ecclesiā Dei ɔtemnitis, ⁊ cōfunditis eos, q non habent? Quid dicā vobis? laudo vos, in hoc non laudo. ℟. [illegible] raȝ quasi agnus innocēs, ductus sū ad immolādum, ⁊ nesciebā: ɔsiliū fecerunt inimici mei aduersum me dicentes: Uenite, mittamus lignū in panē eius, ⁊ eradamus eū de terra viuentium. ℣. Oēs inimici mei aduersum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum mādauerūt aduersū me, dicētes. Uenite. Lectio vi.

Ego enim accepi a dn̄o, qd ⁊ tradidi vobis, qm̄ dn̄s Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panē, ⁊ grās agēs fregit, ⁊ dixit: Accipite ⁊ mādūcate: hoc est corpus meū, qd pro vobis tradetur: hoc facite in meā commemorationē. Similiter ⁊ calicem postq̄ cęnauit, dicens: Hic calix nouū testamētū est in meo sanguine: hoc facite, quotiescunqȝ bibetis, in meā cōmemorationē.

Quotiescūq3 enī3 mādūcabitis panē hunc, 7 calicē bibetis, mortem dñi annūciabitis donec veniat. ℟. Una hora nō potuistis vigilare mecū, q exhortabamini mori pro me? ℣. Uel Judā non videtis quomodo nō dormit, sed festinat tradere me iudęis? ℣. Quid dormitis? surgite, 7 orate, ne intretis i tētationē. ℣el. ℒ.ix.

Itaq3 quicūq3 māducaverit panē, 7 biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis, 7 sanguinis dñi. Probet autē seipsū homo, 7 sic de pane illo edat 7 de calice bibat. Qui enim māducat, 7 bibit indigne, iudiciū sibi māducat, 7 bibit, non dījudicās corpus dñi. Ideo inter vos multi ifirmi, 7 imbecilles, 7 dormiūt multi. Qd si nosmetipsos dījudicarem⁹, nō vtiq3 iudicaremur. Dū iudicamur autē a dño corripimur, vt nō cū hoc mūdo dānemur. Itaq3 fratres mei, cū ꝯuenitis ad māducādū, inuicē expectate: Siqs esurit, domi mā ducet, vt nō i iudiciū ꝯueniatis. Cetera autē cū venero disponā. ℟. Seniores populi ꝯsiliū fecerunt. Ut Jesū dolo tenerent, 7 occiderent: cū gladijs 7 fustibus exierūt tanq3 ad latronē. ℣. Collegerunt pontifices, 7 pharisęi conciliū. Ut. Seniores popu.

Ad Laudes. Antiphona.

Iustificeris dñe in sermonibus tuis, 7 vincas cū iudicaris. Ps. Miserere. 23. Añ. Dñs tanq3 ouis ad victimā duct⁹ est, 7 nō aperuit os suū. Ps. Dñe refugiū. 40. Añ. Cōtritum est cor meū i medio mei, contremuerūt oia ossa mea. Ps. Deus Deus meus. 8. Añ. Exaltat⁹ es in virtute tua, 7 in refectione sancta tua dñe. Ps. Cantemus dño. 40. Añ. Oblatus est qa ipse voluit 7 peccata nr̄a ipse portauit. Ps. Laudate dominum de cęlis. 9. Cap. 7 hym. non dr̄. ℣. Homo pacis meę in quo speraui. ℟. Qui edebat panes meos, ampliauit aduersum me supplantationē. Ad ℬ. Añ. Traditor autē dedit eis signum dicens: quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Interim dū dr̄ cāticū. Bñdict⁹. extinctis prius oibus cādelis in cādelabro triāgulari, pter vnā, q̄ posita est in summitate candelabri, extinguūtur paulatim sex cādelę supra altare, ita vt in vltimo versu extinguatur vltima candela: silr extinguūtur lāpades 7 luminaria p ecclesiā. Cū repetit̄ Añ. Traditor, ex cādelabro accipit̄ suprema cādela, 7 sub altarī abscōdit̄ in cornu epl̄ę: repetita Añ. post Bñs. dr̄ ℣. Chr̄s fact⁹ est p nobis obediēs vsq3 ad mortē. Scd̄a nocte addit̄ Mortē autē crucis. Tertia nocte addit̄ Propter qd̄ 7 de⁹ exaltauit illū, 7 dedit illi nomē, qd̄ est sup oē nomē. Et dicit̄ in Matu. ita ꝯ p horas diei.

olei. Cū incipit ℣. **Chrs fcūs est.** oēs genuflectunt ꝛ eo finito dī **Pr nr.** totū sub silētio, postea ps. **Misere.** aliquātulū altius: quo finito sine **Orem⁹.** dī ōro. **Respice qs.** sine Per: sed **Qui tecū.** dī sub silētio. Finita ōrone fit fragor ꝛ strepitus aliquātulū: mox appareat cādela accēsa, ꝛ oēs cū silētio discedūt. Prima, iij. vj. ꝛ ix. dicunt sic. **Pr nr. Aue Maria.** ꝛ ad primā **Credo.** absolute inchoant a psal. omissis q ad Primā sunt, vt in festiuitatibus finitis dī ℣. **Chrs fact⁹ est.** Deinde flexis genib⁹ dī sec. **Pr nr.** ps. **Miserere.24.** Ōro. **Respice qs.185.** sicut in Mat. Jn hoc triduo nō annunciatur aliqd de Martyrologio, nec dī **Preciosa.** Vespere, dicto sec. **Pr nr.** ꝛ **Aue Maria** incipiunt absolute a prima Añ.

OAlicē salutaris accipiam, ꝛ nomen dñi inuocabo. ps. **Credidi.54.** Añ. **Cū his q oderunt pacē, erā pacificus: dum loquebar illis, impugnabant me gratis.** ps. **Ad dñm cū trib.54.** Añ **Ab hoibus iniquis libera me dñe.** ps **Eripe me.58.** Añ. **Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi, ꝛ a scandalis operantium iniquitatem.** ps. **Dñe clamaui ad te.59.** Añ. **Considerabam ad dexteram, ꝛ videbā, ꝛ non erat q cognosceret me.** ps. **Voce mea.** ibidez. Cap. Hym. ꝛ ℣. non dicuntur in hoc triduo. Ad Mag. Añ. **Cenantibus autem illis accepit Jesus panez, ꝛ bñdixit ac fregit, deditque discipulis suis.** ℣. **Christus fact⁹ est,** cum resp. vt supra in Matutino. Ad Completorium non dicitur **Jube domne,** nec lcō bre. sed sucta Confessione, ꝛ Absolutione incipit a psal. **Cum inuocarē.** dictis psal. dicit **Nunc dimittis.** Deinde ℣. **Christus factus est,** cum resp. sup. ad alias horas. Sic terminant oēs Hore in hoc triduo vsq ad Vesp. Sabb. sci.

FERIA SEXTA in Parasceue.

Ad Matuti. Jn j. noctur. Añ.



AStiterūt reges terrę, ꝛ principes cōuenerunt in vnū, aduersus dñz, ꝛ aduersus Christuz eius. ps. **Quare fremue.2.** Añ **Diuiserūt sibi vestimēta mea, ꝛ sup vestē meā miserūt sortē.** ps. **Deus Deus meus re.14.** Añ. **Jnsurrexerūt in me testes iniq, ꝛ mētita est iniqtas sibi.** ps. **Dñs illumina.19.** ℣. **Diuiserunt sibi vestimēta mea.** ℟. **Et sup vestē meā miserūt sortē.** De lamen. Jere. pphe. Lectio j.

COgitauit dñs dissipare murū filię Sion: tetendit funi- 2.ca.

culum suum, et non auertit ma-
num suã a perditione: luxitq; an-
temurale, et murus pariter dissi-
patus est. Teth. Defixe sunt in
terra portę eius: perdidit et contri-
uit vectes eius, regem eius, et
principes eius in gentibus, Nõ
est lex, et prophetę eius nõ inue-
nerunt visionẽ a domino. Iod.
Sederunt in terra, conticuerũt
senes, filię Sion consperserunt
cinere capita sua, accincti sunt ci
licijs, abiecerunt in terra capita
sua virgines Iuda. Caph. De-
fecerunt pre lacrymis oculi mei:
conturbata sunt viscera mea: Effu
sum est in terra iecur meũ: sup
contritionẽ filię populi mei, cũ
deficeret paruulus, et lactens in
plateis oppidi. Ierusalem Ie-
rusalem. ℟. Omnes amici mei
dereliquerunt me, et preualue-
runt insidiantes mihi: tradidit
me quẽ diligebã. Et terribilibus
oculis, plaga crudeli pcutiẽtes,
aceto potabãt me. ℣. Inter ini-
quos piecerunt me, et nõ peper-
cerunt aię meę. Et. L. ii. Lamed.
Matribus suis dixerũt, vbi
est triticũ, et vinum? cum
deficerẽt quasi vulnerati in pla-
teis ciuitatis, cũ exhalarent ani
mas suas in sinu matrũ suarum.
Mem. Cui cõparabo te, vel cui
assimilabo te filia Ierusalẽ? cui
exęquabo te, et consolabor te virgo
filia Sion? Magna est enim ve-
lut mare contritio tua: quis me
debit tui? Nun. Prophetę tui
viderunt tibi falsa et stulta, nec
aperiebãt iniqtatẽ tuã, vt te ad
pnitẽtiã puocarent: viderunt
autẽ tibi assumptiones falsas, et
eiectiones. Samech. Plause-
runt sup te manibus oẽs trãseũ
tes p viã: sibilauerũt, et mouerũt
capita sua, sup filiã Ierusalem.
Hęccine est vrbs, dicentes, perfe-
cti decoris, gaudiũ vniuersę ter-
rę? Ierlm. ℟. Velum
templi scissum est: Et omnis ter
ra tremuit, latro de cruce clama
bat dicens, Memento mei dñe,
dum veneris in regnum tuum.
℣. Petrę scissę sunt, et monumẽ
ta aperta sunt, et multa corpora
sanctorũ q dormierant, surrexe-
runt. Et omnis. Lec iii. Aleph.
Ego vir videns paupertа-
tẽ meã, in virga indignatio
nis eius. Aleph. Me minauit et
adduxit in tenebras, et nõ in lu-
cem. Aleph. Tãtum in me ver-
tit, et conuertit manum suam to-
ta die. Beth. Vetustã fecit pel-
lem meam, et carnem meam: cõ-
triuit ossa mea. Beth. Ædifica-
uit in gyro meo, et circundedit
me felle, et labore. Beth. In tene
brosis collocauit me, quasi mor-
tuos sempiternos. Gimel. Cir-
cumędificauit aduersum me, vt
non egrediar, aggrauauit com-
pedem meũ. Gimel. Sed et cũ
clamauero, et rogauero, exclusit
orationem meam. Gimel. Con-
clusit

clusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. Ierlm Ierlm. ℟. Uinea mea electa: Ego te plātaui. Quomodo cōuersa es in amaritudinē, vt me crucifigeres, & Barabam dimitteres? ℣. Sepiui te, & lapides elegi ex te, & ędificaui turrim. Quō. Uinea mea. In iij. noc. aii. Uim faciebāt, qui quęrebāt animā meā. ps. Dñe ne in fu. ij. 23. Añs. Confundantur & reuereātur qui quęrunt animam meam, vt auferant eam. ps. Expectās expectaui. 25. Añ. Alieni insurrexerunt in me, & fortes quęsierunt animam meam. ps. Deus in nomine tuo saluū. 10. ℣. Insurrexerunt in me testes iniqui. ℟. Et mētita est iniquitas sibi. Ex tractatu S. Augustini episcopi super psalmos. Lectio iiij.

ps. 63. Protexisti me Deus a conuentu malignātiū, a multitudine operantiū iniquitatem. Iam ipsum caput nrm intueamur. Multi martyres talia passi sunt, sed nihil sic elucet, quomodo caput martyrum: ibi melius intuemur, quod illi experti sunt. Protect⁹ est a multitudine malignātiū, ꝓtegēte se Deo: ꝓtegente carnē suā in ipso filio & hoīe, quem gerebat: quia filius hominis est, & fili⁹ Dei est. Fili⁹ Dei propter formam Dei, filius hoīs, propter formā serui, habēs potestatē, ponere aiam suā, & recipere eā. Quid potuerunt facere inimici? Occiderunt corpus: aiam autē non occiderunt. Intēdite. Paruū ergo erat, dñm hortari martyres verbo, nisi firmaret exemplo. ℟. Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus, comprehendere me. Quotidie apud vos erā in templo, docens, & non me tenuistis: & ecce flagellatū ducitis ad crucifigendū. ℣. Cūque iniecissent manus in Iesum, & tenuissent eū dixit ad eos. Quotidie. Lcō. v.

Nostis qui conuentus erat malignātiū Iudęorum, & quę multitudo erat operantium iniquitatē? Quam iniquitatem? Quia voluerunt occidere dñm Iesum Christum. Tanta opera bona inquit, ostendi vobis, propter quod horū me vultis occidere? Pertulit oēs infirmos eorum: curauit oēs languidos eorum, pręedicauit regnum cęlorū, non tacuit vitia eorū, vt ipsa potius eis displicerent, non medicus, a quo sanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tanquam multa febre frenetici, insanientes in medicum, qui venerat curare eos, excogitauerunt consilium perdendi eum, tanquam ibi volentes probare vtrum vere homo sit, qui mori possit, an aliquid super homines sit, & mori se non permittat. Uerbū ipsorum agnoscimus in sapientia

sapiētia Salomonis. Morte tur pissima, inquiunt, condēnemus eū: interrogemus eū, erit enim respectus in sermonibus illius. Si enim vere filius Dei est, libe ret eum. R. Tenebre facte sunt, dū crucifixissent Jesum Judei, et circa horā nonā exclamauit Je sus voce magna: Deus meus vt quid me dereliquisti? Et inclinato capite emisit spiritum. V. Excla mans Jesus voce magna, ait: Pater in manus tuas commen do spiritum meū. Et incli. L. vj.

Exacuerunt tanq̄ʒ gladium linguas suas. Non dicant Judei: non occidimus Christū. Etenim ꝓpterea eū dederūt iu dici Pilato, vt quasi ipsi a mor te eius viderent immunes. Naʒ cū dixisset eis Pilatus. Vos eū occidite: responderunt: Nobis nō licet occidere quenquā. Ini quitatē facinoris sui, in iudicem hoiem refundere volebāt. Sed nunqd Deū iudicem fallebant? Quod fecit Pilatus, in eo ipso quod fecit aliquantulum parti ceps fuit: sed in cōparatione il lorū multo ipse innocētior: In stitit enim quātuʒ potuit, vt illū ex eorū manibus liberaret: Naʒ propterea flagellatum produxit ad eos. Non persequendo do minum flagellauit, sed eoruʒ fu rori satisfacere, volens, vt vel sic iam mitescerent, et desinerent velle occidere, cum flagellatum viderent. Fecit et hoc. At vbi ꝑ seuerauerūt, nostis illum lauis se manus, et dixisse, quod ipse non fecisset, mundum se esse a morte illius. Fecit tamen, sed si reus quia fecit vel inuitus, illi innocentes, qui coegerunt vt fa ceret? Nullo modo. Sed ille di xit in eum sententiam, et iussit eum crucifigi, et quasi ipse occi dit: et vos o Judei occidistis. Un de occidistis? gladio lingue. Acuī stis enim linguas vestras. Et quando percussistis, nisi quādo clamastis, Crucifige, crucifige? R. Animam meam dilectā tra didi in manus iniquorū, et facta est mihi hereditas mea sicut leo in sylua: dedit contra me voces aduersarius dicens. Congrega mini et properate ad deuorandū illum: posuerunt me in deserto solitudinis, et luxit super me om nis terra. Quia non est inuētus q me agnosceret, et faceret bene. V. Insurrexerūt in me viri abs que misericordia, et non peper cerunt aie mee. Quia. A nimā. In iij. nocturno. Aña. Ab insur gentibus in me libera me dn̄e, quia occupauerūt aiam meam. ps. Eripe me de. 31. Aña Lōge fecisti notos meos a me: tradit' sum, et non egrediebar. ps. Dn̄e de' sa. 42. An. Captabūt in aiaʒ iusti, et sanguinem innocentem condemnabunt. ps. Deus vltio num. 43. V. Locuti sunt aduer

sum me lingua dolosa. ℣. Et ser
monibus odii circundederunt
me, et expugnauerũt me gratis.
Secunda lectio beati pauli apostolo
li ad hebreos. Lectio prima.

ca.4. Festinemus ingredi in illam requiem, vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exẽplũ. Uiuus est enim sermo Dei, et effi cax, et penetrabilior oi gladio an cipiti, et pertingẽs vsque ad diuisionẽ anime et spiritus, compagũ quoque ac medullarum, et discretor co gitationum, et intentionum cor dis: et non est vlla creatura inui sibilis in conspectu eius. Oia aũ tem nuda, et aperta sunt oculis eius, ad quẽ nobis sermo. Habẽ tes ergo põtificẽ magnũ qui pe netrauit celos, Jesum filiũ Dei, teneamus spei nostre cõfessionẽ. Nõ enim habemus Pontificẽ q non possit cõpati infirmitatibus nostris, tentatũ autẽ per oia pro similitudine absque peccato. ℟. Tradiderunt me in manus im piorũ, et inter iniquos proiecerũt me, et nõ pepercerũt aie mee, cõ gregati sunt aduersum me for tes: Et sicut gigantes steterunt contra me. ℣. Alieni insurrexe runt aduersum me, et fortes que sierunt animam meã. Et. Lectio ij. Adeamus ergo cum fidu cia ad thronum gratie ei⁹, vt misericordiam cõsequamur, et gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Ois nanque Ponti fex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his que sunt ad Deum, vt offe rat dona et sacrificia pro pecca tis. Qui cõdolere possit his qui ignorant, et errant: quoniam et ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet quẽadmo dum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis. ℟. Jesum tradidit impius sum mis principibus sacerdotum et senioribus populi. Petrus au tem sequebatur eum a longe, vt videret finem. ℣. Adduxerunt autem eum ad Caipham princi pẽ sacerdotũ, vbi scribe et Pha risei cõuenerant. Petrus. Lectio iij. Nec quisquã sumit sibi ho norem, sed qui vocatur a Deo tanquã Aaron: sic et Chri stus non semetipsum clarifica uit vt Pontifex fieret, sed q lo cutus est ad eum. Filius meus es tu, ego hodie genui te: Quẽ admodũ et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in eternum secun dum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis sue preces, supplicationesque ad eum qui possit saluũ illũ facere a morte, cum clamore valido, et lacrymis offerens exauditus est pro sua re uerẽtia. Et quidem cũ esset filius Dei didicit ex his, q passus est: obedientiã: et consummatus fact⁹ est oibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne, appellatus a Deo

a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. ℟. O aligaue/ rũt oculi mei a fletu meo: qa elõ gat⁹ est a me, q ꝯsolabat me. Vi/ dete oẽs populi, Si est dolor si/ milis, sicut dolor me⁹. ℣. O vos oẽs q trãsitis p viam, attẽdite, ⁊ videte. Si est. O aligauerunt.

Ad Laudes Antiphona.

Proprio filio suo nõ peper cit Deus, sed ꝓ nobis oi/ bus tradidit illum. ps. Misere re. 23. Añ. Anxiatus est super me spũs meus, in me turbatum est cor meũ. ps. Dñe exaudi. 44. Añ. Ait latro ad latronẽ: Nos quidem digna factis recipimus: hic autem, quid fecit? memento mei dñe dum veneris in regnuꝫ tuum. ps. Deus Deus meus. 8. Añ. Cuꝫ conturbata fuerit ani/ ma mea dñe, misericordię me/ mor eris. ps. Dñe audiui. 45. Aña. Memento mei dñe dum veneris in regnum tuum. ps. Laudate dñm de cęl. 9. ℣. Col/ locauit me in obscuris. ℟. Si/ cut mortuos sęculi. Ad B. Añ. Posuerunt sup caput eius cau sam ipsius scriptaꝫ, Jesus, Naza renus rex Judęorꝫ. ℣. Christus factus est. ps. Misere. 23. ⁊ oño. vt s. Respice qs domine. 185. Ad vesper. Añ. ⁊ psal. pręteriti diei dñr sine cantu. Ad M. Añ. Cuꝫ accepisset acetũ dixit: Con summatũ est: ⁊ inclinato capite emisit spiritum. ℣. ⁊ aña vt sup.

SABBATHO SANCTO.

Ad Matut. in j. noctur. Aña.



In pace i idip/ suꝫ dormiã, ⁊ requiescã. ps. Cum in/ uocareꝫ. 61. Aña. Habi/ tabit i taber/ naculo tuo, requiescet i monte sancto tuo. ps. Dñe quis habitabit. 5. Añ. Caro mea re/ quiescet in spe. ps. Conserua me domine. 5. ℣. In pace i idipsuꝫ. ℟. Dormiam, ⁊ requiescam.

De lamentatione Jeremię pro/ phetę. Lectio prima. Heth.

Misericordię dñi, quia non sumus consumpti: qa non defecerunt miserationes eius. 3. cap Heth. Noui diluculo, multa est fides tua. Heth. Pars mea do/ minus, dixit anima mea: propte/ rea expectabo eum. Teth. Bo/ nus est dñs sperantibus in euꝫ, animę quęrenti illũ. Teth. Bo/ num est pręstolari cum silentio salutare Dei. Teth. Bonuꝫ est viro, cũ portauerit iuguꝫ ab ado lescẽtia sua. Jod. Sedebit solita rius, ⁊ tacebit, qa leuauit se sup se. Jod. Ponet in puluere os suum, si forte sit spes. Jod. Da/ bit percutienti se maxillã: satu/ rabitur opprobrijs. Jerusalem Jerusalem.

Jerusalem. ℟. Sicut ovis ad occisionem ductus est, et dum male tractaretur, non aperuit os suum: traditus est ad mortem. Ut vivificaret populum suum. ℣. Tradidit in mortem animam suam, et inter sceleratos reputatus est. Ut vi. Lectio ii. Aleph.

Ca. 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum? Beth. Filii Sion incliti, et amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? Gimel. Sed et lamie nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos, filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Daleth. Adhesit lingua lactentis ad palatum eius in siti: Parvuli petierunt panem, et non erat, qui frangeret eis. He. Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis: Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Vau. Et maior effecta est iniquitas filie populi mei peccato Sodomorum: que subversa est in momento, et non ceperunt in ea manus. Jerusalem Jerusalem. ℟. Jerusalem surge, et exue te vestibus iocunditatis: indue re cinere, et cilicio: Quia in te occisus est salvator Israel. ℣. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem et noctem, et non taceat pupilla oculi tui. Quia.

Incipit oratio Jere. prophete. L. iii.



Recordare, domine, quid acciderit nobis: intuere, et respice opprobrium nostrum. Hereditas nostra, versa est ad alienos, domus nostre ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostre quasi vidue. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra precio comparavimus. Cervicibus nostris minabamur: lassis non dabatur requies. Egypto dedimus manum, et Assyriis, ut saturaremur pane. Patres nostri peccaverunt, et non sunt, et nos iniquitates eorum portavimus. Servi dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis, a facie gladii in deserto. Pellis nostra, quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis. Mulieres in Sion humiliaverunt, et virgines in civitatibus Juda. Jerusalem. ℟. Plange quasi virgo plebs mea, ululate pastores in cinere et cilicio: Quia veniet dies domini magna, et amara valde. ℣. Accingite vos sacerdotes, et plangite ministri altaris, aspergite vos cinere. Qua. Plange.

In ii. noctur. Añ. Elevamini, porte eternales, et introibit rex glorie. Ps. Domini est terra. 13. Añ. Credo videre bona domini in terra viventium. Ps. Dominus illuminatio

minatio mea. 19. Añã. Sic ab straxisti ab inferis animam meã. ps Exaltabo. 19. ℣. Tu autem domine miserere mei. ℟. Et resuscita me, et retribuam eis.

Ex tractatu s. Augustini episcopi super psalmos. Lectio quarta.

ps. 63. Accedet homo ad cor altũ, et exaltabitur Deus. Illi dixerũt: qs nos videbit? Defecerũt scrutãtes scrutationes, et consilia mala. Accessit hõ ad ipsa cõsilia: passus est se teneri vt homo. Nõ enim teneretur nisi hõ, aut videretur nisi homo, aut cęderetur nisi homo, aut crucifigeretur, aut moreretur nisi homo. Accessit ergo homo ad illas oẽs passiones quę i illo nihil valerẽt, nisi esset homo. Sed si ille non esset hõ, non liberaretur homo. Accessit homo ad cor altũ, idest cor secretum, obijciens aspectib⁹ humanis hominẽ, seruans intus Deũ, celãs formã Dei, in qua ęqualis est patri, et offerens formam serui, qua minor est patre. ℟. Recessit pastor noster, fons aquę viuę, ad cuius trãsitũ sol obscuratus est. Nã et ille captus est, qui captiuum tenebat primum hominem: hodie portas mortis, et seras pariter saluator noster disrupit. ℣. Destruxit quidẽ claustra inferni, et subuertit potentias diaboli. Nam et ille. Lectio v.

Quo pduxerunt illas scrutationes suas, quas pscrutãtes defecerũt, vt etiã, mortuo dño, et sepulto, custodes ponerẽt ad sepulcrum? Dixerunt enim Pilato, Seductor ille, hoc appellabat noie dñs Jesus Chrs ad solatium seruorum suorum, qñ dicuntur seductores. Ergo illi Pilato, Seductor ille, inquiunt dixit adhuc viuẽs: post tres dies resurgam. Jube itaq; custodiri sepulcrum vsq; in diẽ tertiu;, ne forte veniant discipuli eius, et furentur eum, et dicant plebi, Surrexit a mortuis: et erit nouissim⁹ error peior priore. Ait illis Pilat⁹: Habetis custodiã, ite, custodite, sicut scitis. Illi autẽ abeuntes munierunt sepulcrũ, signantes lapidem eu; custodibus. ℟. O vos oẽs, qui transitis p viã, attendite et videte, Si est dolor similis sicut dolor me⁹. ℣. Attẽdite vniuersi populi, et videte dolorem meum. Si est do. Lectio vi.

Posuerũt custodes milites ad sepulcrũ: cõcussa terra dominus resurrexit: miracula facta sunt talia circa sepulcru;, vt ipsi milites, q custodes aduenerant, testes fierẽt, si vellent vera nunciare. Sed auaritia illa quę captiuauit discipulum comitem Christi, captiuauit et militem custodem sepulcri. Damus, inquiunt, vobis pecuniam, et dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius, et abstulerunt eu;. Uere defecerunt scrutantes

tantes scrutationes. Quid est quod dixistis? o infelix astutia: Tantum ne deseris lucem consilii, pietatis, et in profunda versutia demergeris, vt hoc dicas: dicite, quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius, et abstulerunt eum? Dormientes testes adhibes: vere tu ipse obdormisti, qui scrutando talia fecisti. R. Ecce quomodo moritur iustus, et nemo percipit corde: et viri iusti tolluntur: et nemo considerat: a facie iniquitatis sublatus est iustus: Et erit, in pace memoria eius. V. Tanquam agnus coram tondente se obmutuit, et non aperuit os suum: de angustia, et de iudicio sublatus est. Et. Ecce.

In iii. nocturno. Ant. Deus adiuuat me: et dominus susceptor est animę meę. Ps. Deus in noie tuo. 10. Ant. In pace factus est locus eius, et in Sion habitatio eius. Ps. Notus in Iudęa Deus. 37. Ant. Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Ps. Domine Deus salutis meę. 42. V. In pace factus est locus eius. R. Et in Sion habitatio eius.

De epistola beati Pauli apostoli ad Hebręos. Lectio septima.

ca. 9. Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manu factum, idest non huius creationis, Neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta ęterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum, et taurorum, et cinis vitulę aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? R. Astiterunt reges terrę, et principes conuenerunt in vnum, Aduersus dominum, et aduersus Christum eius. V. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Aduersus. Lectio viii.

Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptione earum pręuaricationum, quę erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt ęternę hęreditatis. Ubi enim est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris: Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est: vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. R. Aestimatus sum cum descendentibus in lacum. Factus sum sicut homo, sine adiutorio inter mortuos liber. V. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, et in vmbra mortis. Factus. Lectio ix.

Lecto enim omni mandato legis a Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum et hir-

⁊ hircoꝝ, cũ aqua, ⁊ lana coccinea, ⁊ hyssopo, ipsum quoq; librũ ⁊ oẽs populũ aspersit dicẽs: Hic sanguis testamenti, qđ mẽdauit ad vos De⁹. Etiã tabernaculum, ⁊ oia vasa ministerij sanguine similiter aspsit. Et omnia pene in sanguine mũdanĩ secũduz legẽ: ⁊ sine sanguinis effusione nõ fit remissio. ℟. Sepulto dño signatũ est monumẽtũ, voluentes lapidem ad ostium monumenti. Ponentes milites, q custodirent illũ. ℣. Accedẽtes principes sacerdotuz ad Pilatũ petierũt illũ. Ponẽtes. Sepul. Ad Laudes. Antiphona.

O Mors, ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Ps. Miserere. 23. Ana. Plangent euz quasi vnigenituz, qa innocẽs dñs occis⁹ est. Ps. Judica me. 29. Ana. Attendite vniuersi populi, ⁊ videte dolorem meum. Ps. Deus De⁹ meus ad te de luce. 8. Ana. A porta inferi erue domine animam meam. Ps. Ego dixi. 29. Ana. O vos omnes, qui transitis per viã, attendite, ⁊ videte, si est dolor sicut dolor me⁹. Ps. Laudate dominuz de cęlis. 9. ℣. Caro mea requiescet in spe. ℟. Et no dabis sctm̃ tuũ videre corruptionem. Ad Bñs. Ana. Mulieres sedẽtes ad monumẽtum lamentabantur flẽtes dñm. ℣. Christus factus. Ps. Miserere mei. 23. Oratio vt supra.

¶ [illegible] Missa, [illegible] cerdotis, [illegible] Añ. Hal. hal. hal. Ps. Laudate dñm oẽs. 44. Cũ Gloria p. Sicut erat. ⁊ repetit Ana. Haleluiah. Cap. [illegible] Ana.

Vespere autẽ sabbathi, quę lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene, ⁊ altera Maria videre sepulcrũ, hala h. [illegible] Magnificat. [illegible] Gloria pat. Sicut. ⁊ repetitur Ana. Vespere autẽ [illegible] Dñs vobiscum. Oratio.

Spiritũ nobis domine tuę charitatis isunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dñm. in vnitate eiusdem. [illegible] Dñs vobiscũ. [illegible] Diaconus dicit Ite, Missa est, hal. hal. ℟. Deo gras, hal. hal. Ad Completoriũ. Jube domne. Benedictio. Noctem quietam. Lec. bre. Fratres, sobrij esto. 61. ℣. Adiutoriũ nrm. [illegible] ℣. Cõuerte nos De⁹. ℣. Deus in adiutoriũ. Gloria pa. ⁊ amplius nõ dr Laus tibi dñe, rex ęternę glorię. sed eius loco deinceps dr Hal.

¶ Deinde sine Ana dñr psalmi [illegible] Cap. ℟. ⁊ hymn non dñr. [illegible] Ana. Vespere aũt sabbathi. [illegible] Oro. Visita q̃s domine. [illegible] Añ. Regina cęli lętare, vt in [illegible]

DOML

DOMINICA RESVRRECTIONIS.

Ad Matutinum.

℣. Domine labia mea aperies. Deus in adiutorium, &c.



Inuitatorium.

Surrexit Dominus vere, haleluiah. ps. Venite. i. Hym. & Cap. nõ dicuntur in aliquis horarũ vsque ad prosp. sabb. in Albis, nec versic. nisi in noc.

Ad nocturnum. Antiphona.

Ego sum, qui sum, & consilium meum non est cũ impiis, sed in lege domini voluntas mea est, halah. ps. Beatus vir qui non abijt. 2. Aña. Postulaui patrem meum, haleluiah, dedit mihi gentes, halah. in hereditatem, halah. ps. Quare fremuerũt. 2. Añ. Ego dormiui, & somnũ cepi, & exurrexi, quĩ dñs suscepit me, haleluiah, hal. ps. Domine quid multiplicati. f. 2. ℟. Surrexit dominus de sepulcro, haleluiah. ℣. Qui pro nobis pependit in ligno, haleluiah. Lectio Sancti Euãg. sm Marcũ. Le. ic

In illo tẽpore, Maria Magdalene & Maria Jacobi, & Salome abeuntes emerunt aromata: vt venientes vngerent Jesum. Et reliqua. 16. G

Homilia sancti Gregorii Papę.

Audistis, fratres carissimi, q sanctę mulieres, q̃ dñm fuerãt secutę, cũ aromatibus ad monumẽtũ venerunt, & ei quẽ viuẽtem dilexerãt, etiã mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliqd in sancta ecclesia signat gerendũ. Sic qppe necesse est vt audiamus, quę facta sunt, quatenus cogitemus etiã q̃ nobis sint ex eorũ imitatione faciẽda. Et nos ergo in eũ, q est mortuus, credentes si odore virtutũ referti cum opinione bonorũ operũ dñm querimus, ad monumẽtũ profecto illius cũ aromatibus venimus. Illę autẽ mulieres angelos vident, q̃ cum aromatib⁹ venerunt: quia vide licet illę mẽtes supernos ciues aspiciunt, quę cũ virtutũ odoribus ad dñm per sancta desideria pficiscuntur. Tu autem. ℟. Angelus dñi descendit de cęlo, & accedens reuoluit lapidem, & super eum sedit, & dixit mulieribus. Nolite timere: scio enim

quia crucifixum q̃ritis: iã surrexit: venite ⁊ videte locũ vbi positus erat dñs, halah. ℣. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, ⁊ obstupuerũt: qui dixit illis. Nolite. ℣. Gloria, ⁊ repet. ℟. Angelus dñi. vsq; ad ℣. Lectio ii.

Otandum vero nobis est, quid nã sit, q in dextris sedere angelus cernitur. Quid namque per sinistram, nisi vita presens. quid vero per dexterã, nisi perpetua vita designatur? Unde in Canticis canticorum scriptum est: Leua eius sub capite meo, ⁊ dextera illius amplexabitur me. Quia ergo redemptor noster iaʒ presentis vite corruptioné transierat, recte angelus, qa nũciare perẽnem eius vitã venerat, i dextera sedebat: q stola cãdida coopertus apparuit, qa festiuitatis nostre gaudia nũciauit. Candor etenim vestis, splendorẽ nostre denũciat solẽnitatis. Nostre dicamus, an sue? sed vt fateamur verius, ⁊ sue dicamus ⁊ nostre. Illa quippe redemptoris nři resurrectio, ⁊ nřa festiuitas fuit, qa nos ad imortalitatẽ reduxit: ⁊ angelorũ festiuitas extitit, qa nos reuocando ad celestia, eorũ numerũ impleuit. ℟. Cum trãsisset sabbathũ, Maria Magdalene, ⁊ Maria Iacobi, ⁊ Salome emerũt aromata. Ut veniẽtes vngerẽt Iesuʒ, halah, halelulah. ℣. Et valde mane vna sabbathorũ, veniunt ad monumentum orto iam sole. Ut veniẽtes. Gloria. Ut venientes. Lectio iii.

Deinde fit comemor. de Cruce, ut supra in Laudib. ij. ferie. 201.

DOMINICA II.

Post Pascha.

[illegible] ut in superiori [illegible] Officium no [illegible] Lect. Apostolorum. Lectio.

c. 13.



Cum a Papho nauigassent Paulus et qui cum eo erant, venerunt Perge Pamphilie. Johannes autem discedens ab eis reuersus est Jerosolymam. Illi vero pertranseuntes Pergen, venerunt Antiochiam Pisidie et ingressi synagogam die sabbathorum sederunt. Post lectionem autem legis, et prophetarum: miserunt principes synagoge ad eos dicentes. Viri fratres, siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite. Surgens autem Paulus, et manu silentium indicens, ait: Viri Israelite, et qui timetis Deum, audite: Deus plebis Israel elegit patres nros, et plebem exaltauit, cum essent incole in terra Egypti: et in brachio excelso eduxit eos ex ea, et per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum quasi post quadringentos et quinquaginta annos. Et post hec dedit Judices vsque ad Samuel prophetam. R. Virtute magna. 195. et alia Resp. vt signata sunt in precedenti hebd. dominicis per ordinem in hac dnica, et per hebd. seq. Lc. ij.

Et exinde postulauerunt regem, et dedit illis Saul filium Cis virum de tribu Beniamin, annis quadraginta. Et amoto illo suscitauit illis David regem, cui testimonium perhibens, dixit: Inueni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet oes voluntates meas. Huius deus ex semine secundum promissionem

sionem eduxit Israeli saluatorē Jesum, prędicante Johanne ante faciē aduentus eius baptisma pęnitentię omni populo Israel. Cum impleret autem Johānes cursum suum, dicebat: Quē me arbitramini esse, non sum ego: sed ecce venit post me, cuius nō sum dignus calciamenta pedū soluere. ℟. De ore. 195. Lec. iii.

Viri fratres filij generis Abraham, & qui in vobis timent deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Jerusalem, & principes eius, hunc ignorantes, & voces prophetarum, quę per omne sabbathum leguntur, iudicātes impleuerunt, & nullā causā mortis inuenientes in eo, petierunt a Pilato vt interficerēt eū: Cūq; cōsummassent omnia, quę de eo scripta erant, deponentes eū de ligno, posuerunt in monumento. Deus autem suscitauit eum a mortuis tertia die, qui visus est per dies multos ijs, qui simul ascenderant cum eo de Galilęa in Jerusalem, qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiamus eam, quę ad patres nostros repromissio facta est: quoniā hanc deus adimpleuit filijs vestris, resuscitans Jesum: sicut & in psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. ℟. Ecce vicit leo de tribu Juda. 195.

Sermo S. Leonis Papę. L. iiij.

Hi dies, dilectissimi, qui inter resurrectionē dn̄i, ascēsionemq; fluxerunt, non ocioso transiere decursu, sed magna in eis confirmata sacramenta, magna sunt reuelata mysteria. In ijs metus dirę mortis aufertur, & non solum animę, sed etiam carnis immortalitas declaratur. In ijs per insufflationem dn̄i infunditur apostolis omnibus spiritus sanctus, & beato apostolo Petro supra cęteros, post regni claues, ouilis Dn̄ici cura mandatur. ℟. Ego sum vitis. 295. Lectio v.

In ijs diebus, duobus discipulis tertius in via dn̄s iūgitur comes, & ad omnem nostrę ambiguitatis caliginē detergendam, pauentiū ac trepidātiū tarditas increpat. Flāmam fidei illuminata corda cōcipiunt, & quę erant tepida, reserante scripturas dn̄o, efficiuntur ardētia. In fractione quoq; panis, conuescentium aperiunt obtutus, multo felicius eorū oculis patefactis, quibus naturę suę manifestata est glorificatio, quam illorū generis nr̄i principium, quibus pręuaricationis suę est ingesta confusio. ℟. Surgēs Jesus 197. Lect. vj.

Inter hęc autem, aliaq; miracula, cum discipuli trepidis cogitationibus ambularēt, & apparuisset in medio eorū dominus dixissetq;. Pax vobis:

ne hoc remaneret in eorum opinionibus, qđ voluebatur in cordibus, (putabant enim se spiritum videre, non carnem) redarguit cogitationes a veritate discordes: ingerit dubitantiũ oculis manentia in manibus suis ⁊ pedib⁹ crucis signa, ⁊ vt diligentius pertractẽtur inuitat. Quia ad sananda infideliũ cordiũ vulnera clauorum ⁊ lãceę erant seruata vestigia, vt non dubia fide, sed constantissima scientia teneretur, eam naturaȝ in dei patris confessuraȝ throno, quę iacuerat in sepulcro. Expurgate. 197.

[illegible]

1.12. IN illo tẽpore: Dixit Jesus Pharisęis. Ego sum pastor bonus Bonus pastor ponit animã suam pro ouib⁹ suis. [illegible]

Homilia sancti Gregorij pape.

Audistis fratres carissimi, ex lectione euangelica eruditionem vestram, audistis ⁊ periculum nostrum. Ecce enim is, qui nõ ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: Ego sum pastor bonus, atq; eiusdem bonitatis formã: quam nos imitemur, adiunxit, dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis: fecit quod monuit: ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animaȝ suã posuit, vt in sacramento nostro corpus suum ⁊ sanguineȝ verteret, ⁊ oues, quas redemerat, carnis suę alimẽto satiaret. Christus resurgens. 197.

Ostensa nobis est igitur dẽ ptemptu mortis via, quam sequamur: apposita est forma, cui imprimamur. Primũ nobis est, exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere: postremum vero, si necesse est, etiaȝ vitã nostrã pro eisdẽ ouibus ministrare. A primo aũt hoc minimo, peruenif ad postremuȝ maius. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima qua viuimus, terrena substantia quaȝ exterius possidemus, qui nõ dat p ouibus substãtiam suam, quãdo pro his daturus est animaȝ suã? Surrexit pastor. 194.

Et sunt nonnulli, qui dum plus terrenam substantiaȝ quam oues diligunt, merito nomen pastoris pdunt: de quibus protinus subdit: Mercenarius autem, ⁊ qui nõ est pastor, cuius non sunt oues proprię, videt lupum veniẽtem, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit. Nõ pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues dominicas, sed ad tẽporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est, qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quęrit: terrenis commodis inbiat, honore prelationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reuerentia letatur.

Ad Laud. Añ. Haleluiah, vt in Psalterio tpe Paschali. Caplm. Carissimi, Chrus passus est. 204. Ad Bñs. Aña. Ego suz pastor. ctũ in vespe. Orõ. Deus, qui in filij tui. 204. Ad Tertiam. Cap. Carissimi, Christus 204. R. br. Surrexit dñs de sepulcro. 200. ℣. Sur. dñs ve. Ad Sextã. Cap.

j. pe. 2. Tradebat autẽ iudicanti se iniuste, q peccata nr̃a ipse ptulit in corpore suo sup lignuz: vt peccatis mortui, iustitię viuamus, cuius liuore sanati sumus. R. br. Sur. do. ve. 200. ℣. Gauisi. Ad Nonam. Capitulum.

vtĩ. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem, ⁊ episcopum animaruz vestrarum. R. breue. Gauisi sunt. ℣. Mane nobiscuz. Ad vesp. Cap. Carissimi, Chrus passus. 204. Ad Magnifi. Aña. Ego sum pastor bonus, qui pasco oues meas, ⁊ p ouibus meis pono animam meam, haleluiah.

FERIA SECVNDA.

De Act. Apostolorum. Lectio j.

ca. 15. Surrexerunt autẽ quidam de hęresi Phariseorum, q crediderũt dicẽtes: Quia oportet circũcidi eos, pręcipere quoque seruare legẽ Moysi. Conueneruntqz apostoli ⁊ seniores videre de verbo hoc. Cũ autẽ magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quoniaz ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum euangelij, ⁊ credere. Et qui nouit corda deus, testimoniũ perhibuit, dans illis spiritũ sanctuz, sicut ⁊ nobis, ⁊ nihil discreuit inter nos, ⁊ illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum imponere iuguz super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam domini Jesu Christi credimus saluari, quemadmodum ⁊ illi. Tacuit autem omnis multitudo, ⁊ audiebant Barnabam ⁊ Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa, ⁊ prodigia in gentibus per eos. R. Virtute magna. folio 195.

Ria pcedentis hebd. dñr in hac ⁊ seq ferijs per ordinem. Lcõ. ij.

Et postquam tacuerunt, respondit Jacobus dicens: Viri fratres audite me. Simon narrauit, quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex Gentibus populũ nomini suo. Et huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est: Post hęc reuertar, ⁊ rędificabo tabernaculum Dauid quod decidit, ⁊ diruta eius rędificabo: ⁊ erigam illud vt requirant cęteri hominuz dominum, ⁊ omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum: dicit dominus faciens hęc. Notum a

sęculo

seculo est domino opus suum. Propter quod ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, vt abstineāt se a contaminationibus simulacrorum, ꝛ fornicatione, ꝛ suffocatis, ꝛ sanguine. Moyses enim a tēporibꝰ antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum pdicent, in synagogis, vbi ꝑ omne sabbathū legit. [illegible] De ore pru. 195. [illegible]

[illegible] Unc placuit apostolis, ꝛ senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis, ꝛ mittere Antiochiā cum Paulo ꝛ Barnaba Judam, qui cognominabatur Barsabas, ꝛ Silā viros primos in fratribus scribentes per manus eoꝝ, Apostoli, ꝛ seniores fratres iis qui sunt Antiochię, ꝛ Syrię, ꝛ Cilicię fratribꝰ ex Gentibus salutem. Qm̄ audiuimus, quia quidam ex nobis exeuntes turbauerūt vos verbis, euertentes animas vestras, quibus non mandauimus, placuit nobis collectis in vnū eligere viros, ꝛ mittere ad vos, cum carissimis nr̄is Barnaba, ꝛ Paulo hominibus qui tradiderunt animas suas ꝑ nomine dn̄i nostri Jesu Christi. Misimus ergo Judam, ꝛ Silam, qui ꝛ ipsi vobis verbis referent eadem. Uisum est enim spiritui sancto ꝛ nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, q̄ꝫ hęc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacroꝝ, ꝛ sāguine, ꝛ suffocato, ꝛ fornicatiōe: a qbꝰ custodiētes vos, bn̄ agetis. Ualete. [illegible] Euntes in mūdū, halab, docete oēs gentes, halab. [illegible] Pastor bonꝰ animā suā ponit ꝑ ouibꝰ suis, Hal.

FERIA TERTIA.

[illegible]

Stans Paulꝰ in medio Areopagi, ait: Uiri Atheniēses, ꝑ omnia quasi superstitiosiores vos video. Pręteriens enim, ꝛ videns simulacra vestra inueni ꝛ aram, in qua scriptum erat: Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Deus, qui fecit mundū, ꝛ omnia, quę in eo sunt, hic cęli ꝛ terrę cum sit dn̄s, non in manufactis templis habitat, nec manibꝰ humanis colit, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, ꝛ inspirationem, ꝛ omnia: fecitqꝫ ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terrę, definiens statuta tempora, ꝛ terminos habitationis eorum, quęrere deum: si forte attrectent eum: aut inueniāt, quāuis non longe sit ab vnoquoque nr̄m. [illegible] Ecce vicit. 195. [illegible] 17. c

[illegible] In ipso enim viuimꝰ, ꝛ mouemur, ꝛ sumus, sicut ꝛ quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsius enim ꝛ genus sumus. Genus ergo cū simꝰ Dei, non debemus existimare, auro ꝛ argen-

& argēto, aut lapidi sculpturę artis & cogitationis hominis, diuinum esse simile. Et tempora quidem huius ignorantię despiciēs Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbiq; pęnitentiam agant: eo q statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in ęquitate, in viro in quo statuit fidem pręhens omnibus, suscitans eum a mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum quidam quidem irridebant, quidā vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorum. ℟. Ego sum vitis vera. fo. 196. Lectio iij.

Quidā vero viri adhęrentes ei, crediderūt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. Post hęc egressus ab Athenis venit Corinthum, & inueniens quendā Iudęum nomine Aquilā, Ponticum genere, q nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius (eo q pręcepisset Claudius discedere omnes Iudęos a Roma) accessit ad eos: & quia eiusdē erat artis, manebat apud eos, & opabat (erat autē scenofactorię artis) & disputabat in synagoga per oē sabbathum, interponēs nomē dñi Iesu, suadebatq; Iudęis, & Gręcis. Ad Benedictus. Antiphona. Euntes in mundum docete oēs gentes, baptizātes eos, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, halleluiah. Ad Magnifi. Ana. Mercenari⁹ autē cuius nō sunt oues proprię, videt lupū venientem, & dimittit oues, & fugit. & lupus rapit, & dispergit oues, halla.

FERIA QVARTA.

De Act. Apostolorum. Lectio j.

Mileto Paulus mittens 20.ca.
Ephesum, vocauit maiores natu Ecclesię: qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam: qualiter vobiscum per omne tēpus fuerim, seruiens dño cum omni humilitate & lacrymis, & tētationib⁹ quę mihi acciderunt ex insidijs Iudęorum: quomodo nihil subtraxerim vtilium, quo minus annunciarem vobis, & docerem vos publice, & p domos testificās Iudęis atq; Gentilibus in Deum pęnitentiam, & fidem in dominū nostrum Iesum Christum. ℟. Surgens Iesus. 197. Lectio ij.

Et nunc ecce alligatus ego spiritu vado in Ierusalem, quę in ea vētura sint mihi, ignorans, nisi quod spiritus sanctus per oēs ciuitates mihi protestat dicens: qm̄ vincula, & tribulationes Ierosolymis me manēt. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam preciosiorē quā me, dummodo consumniem cursum meum, & ministeriū verbi quod accepi a domino Iesu, testificari euan-

ri euangelii gratię Dei. Et nũc ecce ego scio, qa amplius non videbitis faciẽ meam vos omnes, p quos trãsiui prędicãs regnum Dei. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium: non enim subterfugi, quo minus annũciarem omne consiliũ Dei vobis. Expurgate. 197.

Attendite vobis, & vniuerso gregi in quo vos spũs sanctus posuit epos regere Ecclesiam dei, quã acquisiuit sanguine suo. Ego scio qm̃ intrabunt post discessionẽ meã lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquẽtes puersa vt abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinẽtes, qm̃ per trienniũ nocte & die nõ cessaui cum lacrymis, monens vnum quemq; vestrũ. Et nũc commendo vos Deo, & verbo gratię ipsius, qui potẽs est ędificare, & dare hęreditatẽ in sanctificatis omnibus. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis: quoniã ad ea, quę mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istę. Ite nunciate fratribus meis: halleluiah: vt eãt in Galilęam, hal. ibi me videbunt, hallel. hal. hal. Sicut nouit me pater, & ego cognosco patrem, & animam meã pono p ouibus meis, halleluiah.

FERIA QVINTA.

Respondit autem Paulus annuente sibi pręside dicere. Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satis faciam. Potes enim cognoscere quia non plus sunt mihi dies quam duodecim, ex quo ascendi adorare in Hierusalem, & neq; in templo inuenerunt me cũ aliquo disputantem, aut concursum facientem turbę, neq; in synagogis, neq; in ciuitate: neque probare possunt tibi de quib⁹ nunc me accusant. Cõfiteor autẽ hoc tibi quod secundũ sectam, quam dicũt hęresim, sic deseruio patri, & deo meo, credens omnibus, quę in lege & pphetis scripta sunt: spem habẽs in Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futurã iustorum & iniquorum. In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deũ & ad homines semper. Christus resurgens. 197.

Post annos autem plures eleemosynas facturus in gẽtem meã veni, & oblationes & vota: in qbus inuenerũt me purificatum in tẽplo, nõ cũ turba, neq; cum tumultu: & apprehenderunt me clamantes, & dicẽtes: Tolle inimicum nostrũ. Quidã autẽ ex Asia Iudęi, quos oporteba[t]

res ad apud te pręsto esse, ꝛ accusare siqd habent aduersum me, aut hi ipsi dicant siquid inuenerũt in me iniquitatis cum stez in concilio: nisi de vna hac solũmodo voce: qua clamaui inter eos stãs. Qm̃ de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis. ℟. Surrexit pa. 194. L. iij.

Distulit autez illos Felix: certissime sciẽs de via hac dicens: Cũ tribunus Lysias descenderit, audiam vos. Jussitqz centurioni custodire eum, ꝛ habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei. Post aliquot autẽ dies veniens Felix cũ Drusilla vxore sua, quę erat Judęa, vocauit Paulum, ꝛ audiuit ab eo fidẽ quę est i Christum Jesum. Disputãte autẽ illo de iustitia, ꝛ castitate, ꝛ de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit: Qđ nunc attinet, vade, tẽpore autem opportuno accersam te, simul ꝛ sperãs quod pecunia ei dareť a Paulo: ꝑpter qđ ꝛ frequenter accersens eum loquebatur cuz eo. Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festũ. Volens autem gratiam pręstare Judęis Felix reliquit Paulũ vinctum. Ad Bñs. Añ. Tu solus peregrinus es, ꝛ nõ audisti de Jesu: quo modo tradiderunt euz in dãnationẽ mortis? hal. Ad Ps. Aña. Alias oues habeo q̃ non sunt ex hoc ouili: ꝛ illas oportet me adducere, ꝛ vocẽ meam audient, ꝛ fiet vnũ ouile, ꝛ vnus pastor, hal.

FERIA SEXTA.

De Act. Apostolorum. Lectio j.

25. Festus ergo, cuz venisset in prouinciã post triduũ ascẽdit Jerosolymã a Cęsarea, adieruntqz eũ principes sacerdotuz, ꝛ primi Judęoꝝ aduersus Paulum, ꝛ rogabant eũ, postulantes gratiã aduersus eum, vt iuberet perduci eũ in Jerusalẽ, insidias tendentes vt interficerent eũ in via. Festus autez respondit, seruari quidem Paulum in Cęsarea, se autem maturius profecturum. Qui ergo in vobis, ait, potentes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eũ. ℟. Virtute. 195. Le. ij.

Demoratus autẽ inter eos dies non amplius quam octo, aut decẽ, descẽdit Cęsareã, ꝛ altera die sedit pro tribunali, ꝛ iussit Paulum adduci. Qui cuz perductus esset: circunsteterũt eum qui ab Jerosolymis descenderant Judęi, multas ꝛ graues causas obijcientes, quas non poterant probare. Paulo rationez reddente: Quoniam neqz in legem Judęoꝝ, neqz in templum, neqz in Cęsarem, quicquaz peccaui. ℟. De ore. 195. Lectio iij.

Festus autem volens gratiam pręstare Judęis, respondens Paulo dixit: Vis Jerosolymaz

rosolymam ascendere, ⁊ ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cęsaris sto: ibi me oportet iudicari. Judęis non nocui, sicut tu melius nosti, si enim nocui, aut dignũ morte aliqd feci, nõ recuso mori: si vero nihil est eorũ, quę hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cęsarem appello. Tũc Festus cũ concilio locutus, respondit: Cęsarẽ appellasti, ad Cęsarem ibis.

Nõne sic oportuit pati Christũ, ⁊ ita intrare in gloriã suã? alleluia.

SABBATHO.

28. CUm autẽ venissemus Romam, permissum est Paulo permanere sibimet cũ custodiẽte se milite. Post tertium autem diẽ conuocauit primos Judęorum: cumq; conuenissent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil aduersus plebẽ faciens, aut morem paternum, vinctus ab Jerosolymis traditus sum in manus Romanorũ: qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo ꝙ nulla esset causa mortis in me. Contradicentibus autẽ Judęis, coactus sum appellare Cęsarẽ, non quasi gentem meam habens aliquid accusare. Propter hãc igitur causam rogaui vos videre ⁊ alloqui: propter spẽ enim Jsrael, catena hac circundatus sum.

Ecce vicit. 195.

⁊ illi dixerunt ad eũ. Nos neq; literas accepimus de te a Judęa: neque aduenĩens aliquis fratrum nunciauit, aut locutus est quid de te malum. Rogamus autem a te audire quę sentis: nam de secta hac notũ est nobis, quia vbiq; ei cõtradicitur. Cum constituissent autẽ illi diẽ, venerunt ad eũ in hospitiũ plurimi, quibus exponebat testificãs regnũ Dei, suadensq; eis de Jesu ex lege Moysi ⁊ prophetis a mane vsq; ad vesperã. Et qdã credebant his quę dicebantur: quidam vero non credebant.

Ego sum vitis. 196.

Cumq; inuicẽ nõ essent cõsentiẽtes, discedebãt dicẽte Paulo vnũ verbũ: Quia bene spiritus sanctus locutus est per Jsaiã pphetã ad patres nostros dicens: Uade ad populũ istũ, ⁊ dic ad eos: Aure audietis ⁊ nõ intelligetis, ⁊ vidẽtes videbitis ⁊ non perspicietis: Jncrassatũ est enim cor populi huius ⁊ auribus grauiter audierũt, ⁊ oculos suos cõpresserũt: ne forte videãt oculis, ⁊ auribus audiãt, ⁊ corde intelligãt, ⁊ conuertãtur, ⁊ sanẽ eos. Notũ ergo sit vobis, qm̃ Gentibus missum est hoc salutare Dei, ⁊ ipsi audient. Et cũ hęc dixisset, exierũt ab eo Judęi, multã habẽtes inter se q̃stionem,

nem Mansit autē biennio toto in suo pducto, ⁊ suscipiebat om nes qui ingrediebātur ad eum pdicans regnū Dei, ⁊ docēs quę sunt d dño Jesu Chro cū omni fiducia, sine prohibitione.

Ad vesperas. Capitulum.

.pe. 2. Arissimi, Obsecro vos tanq̄ aduenas ⁊ pere grinos abstinere vos a carnalib⁹ desiderijs, quę militant aduersus animam. Hym. Ad cęnā. 198. ℣. Mane. Ad Mag. An. Modicū ⁊ nō vi debitis me, dicit dñs: ⁊ iterū mo dicum ⁊ videbitis me, qa vado ad patrem, hal'ah, hal'ah. Oro.

Deus qui errātibus vt in viam possint redire iusti tię, veritatis tuę lumē ostēdis: da cūctis qui Christiana professio ne cēsentur, ⁊ illa respuere, quę huic inimica sunt nomini, ⁊ ea, quę sunt apta sectari. Per dñs.

DOMINICA III. post Pascha.

Incipit liber Apocalypsis bea ti Johannis Apostoli. Lectio j.



Apoca lypsis Jesu Chri sti, quā dedit illi Deus, pa lā facere ser uis suis, quę oportet fieri cito, ⁊ signifi cauit, mittēs p angelum suū seruo suo Johā ni, q testimoniū perhibuit ver bo dei, ⁊ testimoniū Jesu Chri sti quęcūq; vidit. Beatus qui le git, ⁊ audit verba prophetię hu ius, ⁊ seruat ea, quę in ea scripta sunt. Tēpus enim prope est. Jo hannes septē ecclesijs q̄ sunt in Asia: gratia vobis, ⁊ pax ab eo, q est, ⁊ qui erat, ⁊ qui venturus est: ⁊ a septē spiritibus qui in cō spectu throni eius sunt: ⁊ a Jesu Christo, qui est testis fidelis pri mogenitus mortuorum, ⁊ prin ceps regū terrę: qui dilexit nos, ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: ⁊ fecit nos regnū ⁊ sacerdotes Deo ⁊ patri suo: ip si gloria ⁊ imperium in sęcula sę culorum. Amē. ℟. Dignus es domine accipere librum, ⁊ ape rire signacula eius, halleluiah: quoniam occisus es, ⁊ redemisti nos deo, In sanguine tuo, hal. ℣. Fecisti enim nos deo nostro re gnum ⁊ sacerdotium. In. Le. ij.

Ecce venit cum nubibus, ⁊ videbit eum ois oculus, ⁊ q eū pupugerunt: ⁊ plangent se super eū oēs tribus terrę, etiam, amen. Ego sū alpha ⁊ omega: principiū ⁊ finis, dicit dñs deus, qui est, ⁊ qui erat, ⁊ qui ventu rus est oipotens. Ego Johānes frater vester, ⁊ particeps in tri bulatione, ⁊ regno, ⁊ patientia in Christo Jesu, fui in insula, quę appellatur Pathmos, propter

verbū Dei ꝛ testimoniū Jesu: Fui in spiritu in dn̄ica die: ꝛ audiui post me vocem magnā tanquā tubę dicentis: Quod vides scribe in libro, ꝛ mitte septem ecclesijs q̄ sunt in asia, Ephęso, ꝛ Smyrnę, ꝛ Pergamo, ꝛ Thiatyrę, ꝛ Sardis, ꝛ Philadelphię, ꝛ Laodiceę. R. Ego sicut vitis fructificaui suauitatē odoris, halleluiah. Transite ad me oēs qui cōcupiscitis me, ꝛ a generationibus meis adimplemini, hal'ab, halleluiah. V. In me omnis gratia vię ꝛ veritatis: in me ois spes vitę ꝛ virtutis. Transite. Lect. iij.

Et cōuersus sum, vt viderē vocē, quę loquebatur mecum: ꝛ conuersus vidi septem candelabra aurea, ꝛ in medio septem candelabrorum aureorū similem filio hominis, vestitum podere: ꝛ pręcinctum ad mamillas zona aurea: caput autē eius, ꝛ capilli erant candidi, tanquam lana alba, ꝛ tanquam nix: ꝛ oculi eius, tanquam flamma ignis: ꝛ pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti: ꝛ vox illius tanquam vox aquarū multarum. Et habebat in dextera sua stellas septem, ꝛ de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat, ꝛ facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cū vidissē eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me dicens: Noli timere, ego sum primus, ꝛ nouissimus, ꝛ viuus, ꝛ fui mortuus, ꝛ ecce sum viuens in sęcula sęculorū, ꝛ habeo claues mortis ꝛ inferni: scribe ergo quę vidisti, ꝛ quę sunt, ꝛ quę oportet fieri post hęc. R. Audiui vocem de cęlo tanquā vocē tonitrui magni, halleluiah: regnabit Deus noster in ęternum, halleluiah. Quia facta est salꝰ, ꝛ virtus, ꝛ potestas. Christi eius, halleluiah, halleluiah. V. Et vox de throno exiuit dicens: Laudē dicite deo nostro omnes sancti eius, ꝛ qui timetis deū pusilli ꝛ magni. Quia. Gl. Quia.

Sermo s. Augustini epi. Lect. iiij.

Hebdꝰ his sanctis resurrectioni dn̄i dedicatis, quātum donante ipso possumus, de carnis resurrectione tractemus. Hęc enim fides est nostra: hoc donū in dn̄i nostri Jesu Christi nobis carne promissū est, ꝛ in ipso pręcessit exemplū. Voluit enim nobis, quod promisit in fine, nō solū prenunciare, sed etiā demōstrare. Illi quidē qui tūc fuerūt, cū illū viderēt ꝛ expauescerēt, ꝛ spiritū se videre crederēt, soliditatem corporis tenuerunt. Locutus est enim nō solum verbis ad aures eorum, sed etiam specie ad oculos eorum: parumque erat se prębere cernendum, nisi etiam offerret pertractandum atq; palpandū. R. Locutus est ad me vnus ex septē angelis dicens:

Ueni, ostendã tibi nouam i, sponsã agni: Et vidi Je : descẽdentẽ de celo ornatã lib⁹ suis, bal'ab, bal'. bal'. ℣. ustulit me in spiritu in mon magnum et altum. Et. Le. v. It enim: Quid turbati e, stis, et cogitationes ascen it in cor vestrũ? Putauerunt m se spiritũ videre. Quid tur i estis, inquit, et cogitationes endũt in cor vestrum? Uide manus meas, et pedes meos: lpate et videte, qa spiritus ossa carnẽ non habet sicut me vide s habere. Contra istam euidẽ ã disputabãt hoies. Quid eniz liud facerẽt hoies, qui ea q̃ sunt ominũ sapiũt, quaz sic disputa e de deo contra deũ? Ille enim eus est. isti homines sunt. Sed Deus nouit cogitationes homi num, quoniã vanq̃ sunt. ℟. A u dini vocẽ in celo angelorũ mul torũ dicentiũ: Timete dñm et da te claritatẽ illi, et adorate euz qui fecit celum et terram, mare et fon tes aquarum, bal'ab, bal'. ℣. Ui di angelũ dei fortẽ volantem per mediũ celi, voce magna, clamantem et dicentem. Timete. Le. vj.

In homine carnali, tota re gula intelligendi, est ꝯsue tudo cernendi. Qd solent videre credunt, quod nõ solent non cre dunt. Preter consuetudinem, fa cit Deus miracula, qa deus est. Maiora quidem miracula sunt tot quotidie homines nasci, qui nõ erant, q̃z paucos resurrexisse qui erant: et tamen ista miracula quia non consideratione cõpre hensa sunt, assiduitate viluerũt. Resurrexit Christus: absoluta est res: corpus erat, caro erat: pependit in cruce, emisit aiam, posita est caro in sepulcro, Exhi buit illaz viuam, q viuebat in il la: Quare miramur? Quare nõ credimus? De⁹ est qui fecit. ℟. U eniẽs a Libano quã pulchra facta est, bal'. Et odor vestimẽtorũ ei⁹ sup oia aromata, bal'ab, bal'a. ℣. Fau⁹ distillãs labia eius, mel, et lac sub lingua ei⁹. Et odor ve. Lcõ sctĩ euãg. sm Johãnẽ. L. vij.

In illo tempore: Dixit Je sus discipulis suis. Modi cum, et iã nõ videbitis, me: et ite rum modicum, et videbitis me, quia vado ad patrem. Et reliq. 16. ca.

Homilia sancti Augustini epi.

Modicum est, hoc totum spatium quod p̃sens per uolat seculum, vnde dicit idem ipse euangelista in epistola sua: Nouissima hora est, ideo nanq̃z addidit. Quia vado ad patrem, qd ad priorem sententiam refe rendum est, vbi ait, Modicum, et iam nõ videbitis me, non ad po steriorem, vbi ait, Et iterũ modi cũ, et videbitis me. Eundo quip pe ad patrem, facturus erat, vt euz non viderent: ac per hoc, nõ ideo dictuz est, qa fuerat moritu rus,

rus, ꝛ donec resurgeret, ab eorum conspectibus recessurus: sed ꝙ esset iturus ad patrem: quod fecit postea quam resurrexit; ꝛ cum eis per quadraginta dies conuersatus ascendit in celos. ℟. Decātabat ppl's Israel, half'h, ꝛ vniuersa multitudo Jacob canebat legitime. Et Dauid cū cantoribus citharā percutiebat in domo domini, ꝛ laudes deo canebat, halah, hal'. ℣. Sanctificati sunt ergo sacerdotes ꝛ leuitę: ꝛ vniuersus Israel deducebat arcam fęderis domini in iubilo. Et Dauid. Lc. viij.

Tlis ergo ait. Modicū, ꝛ iā nō videbitis me, q euȝ corporaliter tunc videbant, quādo iturus erat ad patrem, ꝛ euȝ deinceps mortalem visuri nō erāt, qualem, cum ista loqueretur, videbant. Quod vero addidit, Et iterum modicum, ꝛ videbitis me: vniuersę promisit Ecclesię: sicut vniuerse ꝓmisit, Ecce ego vobiscum suȝ vsque ad consummationeȝ sęculi. Non tardat dominus promissuȝ: Modicū ꝛ videbimus eum vbi iam nihil rogemus, nihil interrogemus, qa nihil desiderādū remanebit, nihil quęrēduȝ latebit. ℟. Tristitia vestra, half'h, Cōuertetur in gaudium: half'h, half'h. ℣. Mūdus autem gaudebit, vos vero contristabimini, sed tristitia vestra. Conuertetur. Lectio ix.

Hoc modicum, longuȝ nobis videt, quoniā adhuc agitur: cū finitum fuerit, tūc sentiemus, quā modicū fuerit. Non ergo sit gaudiuȝ nostrum quale habet mūdus, de quo dictuȝ est; Mund⁹ autē gaudebit. Nec tamen in huius desiderij parturitione sine gaudio tristes simus, sed, sicut ait Apostol⁹. Spe gaudētes, in tribulatione patientes: quia ꝛ ipsa parturiens, cui comparati sum⁹, pl⁹, gaudet de mox futura prole, quam tristis est de pręsenti labore. Sed huius sermonis iste sit finis: habent enim quęstionem molestissimā quę sequuntur, nec breuitate coarctāda sunt, vt possint commodius, si dominus voluerit, explicari. Ad Lau. Cap. Carissimi, obsecro 209. Ad Benedictus. An. Modicum ꝛ non. vtā. in vespe. Ad iij. Cap. Carissimi, ob. 109. ℟. Surre. do. ò se. 100. ꝛ Surrexit d. v. Ad Sextam. Capitulū.

Subiecti estote omni humanę creaturę ꝓpter deū: siue regi quasi pręcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis: ad vindictam malefactoruȝ, laudem vero bonoruȝ. ℟. Surrexit dñs vere. 200. ꝛ Bauisi sunt. j. pe.

Ad Nonam. Capitulum.

Serui subditi estote i oī timore dñis: non tantuȝ bonis ꝛ modestis, sed etiā discolis: hęc est eniȝ gratia, in Chr̄o Jesu

dñ̄o

ostro. ℟. Dauid sunt.200.
ane nobi. Ad Vespe. Cap.
ssimi, obsecro. 209 Hymn.
cenam. 198. ℣. Mane nob.
Mag. An. Amē dico vobis
lorabitis ꝛ flebitis vos: mū
autem gaudebit, vos vero
tristabimini, sed tristitia ve/
vertetur in gaudiuꝫ, halab.

ERIA SECVNDA.

e libro Apocalypsis beati Jo/
annis apostoli. Lectio prima.

IN angelo Ephesi ecclesię
scribe. Hęc dicit qui tenet
eptēꝫ stellas in dextera sua, qui
ambulat in medio septeꝫ cande/
labroꝝ aureoꝝ: Scio opera tua,
ꝛ laborem, ꝛ patientiā tuaꝫ: ꝛ qa
non potes sustinere malos: ꝛ tē/
tasti eos qui se dicunt aplos es/
se, ꝛ nō sunt: ꝛ inuenisti eos men
daces: ꝛ patientiā habes: ꝛ susti
nuisti propter nomen meū, ꝛ nō
defecisti. Sed habeo aduersum
te pauca, qa charitatē tuā primā
reliquisti. Memor esto itaqꝫ vn/
de excideris, ꝛ age pęnitentiā, ꝛ
prima opera fac. Sin aūt, veniā
tibi, ꝛ mouebo candelabrū tuū
de loco suo, nisi pęnitentiā ege/
ris. Sed hoc habes, qa odisti fa/
cta Nicolaitaruꝫ, quę ꝛ ego odi.
Qui habet aureꝫ, audiat, qd spi/
ritus dicat ecclesijs. Vincenti da
bo edere de ligno vitę, quod est
in paradiso Dei mei. ℟. Vidi
portam ciuitatis ad orientē posi
taꝫ, ꝛ apostoloꝝ nomina ꝛ agni,
super eam scripta. Et super mu
ros eius angeloꝝ custodiaꝫ, hal.
℣. Vidi cęlum nouum ꝛ terraꝫ
nouam, ꝛ ciuitatem nouam de/
scendentem de cęlo. Et. Lectio ij.

ET angelo Smyrnę ecclesię
scribe: Hęc dicit primus ꝛ
nouissimus, qui fuit mortuus ꝛ
viuit: Scio tribulationeꝫ tuam,
ꝛ paupertatem tuam sed diues
es, ꝛ blasphemaris ab ijs, qui se
dicunt Judęos esse, ꝛ non sunt,
sed sunt synagoga Satanę. Nihil
horum timeas, quę passurus
es. Ecce missurus est diabolus
aliquos ex vobis in carcerem,
vt tentemini: ꝛ habebitis tribu/
lationem diebus decem. Esto fi
delis vsque ad mortem, ꝛ dabo
tibi coronaꝫ vitę. Qui habet au
rem, audiat, quid spiritus dicat
ecclesijs. Qui vicerit, non lęde/
tur a morte secunda. ℟. Osten/
dit mihi angelus fontem aquę
viuę, ꝛ dixit ad me, hal. Hic Deū
adora, halab, halab, hal. ℣. Post
quam audissem, ꝛ vidissem, ceci
di, vt adorarem ante pedes an/
geli qui mihi hęc ostendebat, ꝛ
dixit mihi. Hic Deum. Lectio iij.

ET angelo Pergami eccle/
się scribe. Hęc dicit qui ha
bet rhomphęam ex vtraqꝫ par/
te acutaꝫ: Scio vbi habitas, vbi
sedes est Satanę, ꝛ tenes nomen
meum, ꝛ nō negasti fidem meaꝫ.
Et in diebus illis Antipas te/
stis meus fidelis, qui occisus est

apud vos, vbi Satanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel edere, & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter penitentiam age. Si quo minus, veniam tibi cito; & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculũ candidũ, & in calculo nomen nouũ scriptũ, q̃d nemo scit nisi qui accipit. Ad Bñe. Añ. Et incipiens a Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis scripturas, quę de ipso erant, alleluiah. Ad Mag. Añ. Tristitia vestra vertetur in gaudium, halah, & gaudium vestrũ nemo tollet a vobis, halah, hal.

FERIA TERTIA.

De libro Apocalypsis beati Johannis apostoli. Lectio prima.

4. Post hęc vidi, & ecce ostium apertum in cęlo, & vox prima quam audiui, tanq̃ tubę loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendã tibi quę oportet fieri cito. Post hęc statim fui ĩ spiritu: & ecce sedes posita erat in cęlo, & super sedem sedens. Et q̃ sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis: & iris erat ĩ circuitu sedis, similis visioni smaragdinę. Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & supra thronos viginti quatuor, seniores sedentes, circũamicti stolis albis, & in capitibus eorum coronę aureę. Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, & septẽ lãpades ardentes ante thronũ: quę sunt septẽ spiritus Dei. ℞. Vidi, Jerusalẽ descendentẽ de cęlo, ornatam auro mundo, ex lapidibus preciosis intextã, halah, hala. ℣. Et erat structura muri eius, ex lapide iaspide, ipsa vero auro mundo, simile vitro mundo. Halah. L. ij.

Et in conspectu sedis tanquam mare vitreũ, simile crystallo, & in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia: plena oculis ante & retro: & animal primum simile leoni, & secũdum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciẽ quasi hominis, & quartũ animal simile aquilę volãti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas, & in circuitu & intus plena sunt oculis. Et requiem non habebant die ac nocte, dicẽtia: Sãctus, Sãctus, Scũs, dñs Deus oĩps, qui erat, & q est, & qui venturus est. ℞. In diademate capitis Aaron lapides pretiosi fulgebãt. Dum perficeret opus Dei, halah, halah, halah. ℣. In veste enĩ poderis, quã habebat totus erat orbis terrarum, & parentum

rentium magnalia in quatuor or dinibus lapidum sculpta erant. Dum perficeretur. Lectio iij.
Et cum darent illa anima lia gloriam, et honorem, et benedictionē sedēti super thronum viuenti in secula seculorū: procidebant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, et adorabant viuentem in secula seculorum, et mittebant coronas suas ante thronum, dicentes, Dignus es dñe deus noster accipere gloriā, et honorē, et virtutē, qa tu creasti oia, et propter voluntatem tuam erant et creata sunt.
Ad Benedictus. Antiphona.
Et coegerunt illū dicentes: mane nobiscum domine, quoniā aduesperascit, hal. Ad Mag. Aña. Tristitia impleuit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis, haleluiah, haleluiah.

FERIA QVARTA.

De libro Apocalypsis beati Johannis apostoli. Lectio prima.
ca. 5. Et vidi in dextera sedentis super thronū librū scriptū intus et foris: signatū sigillis septem. Et vidi angelum fortem prędicātem voce magna: Quis est dignus aperire librum: et soluere signacula ei⁹? Et nemo poterat, neq; in cęlo, neq; in terra, neq; subtus terram, aperire librum, neq; respicere illum. Et ego flebam multum, qm̄ nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum. Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Juda, radix Dauid aperire librum, et soluere septem signacula eius. Et vidi, et ecce in medio throni et quatuor animaliū, et in medio seniorum agnum stantem, tanq; occisum, habentem cornua septē et oculos septem, q sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram, et venit et accepit de dextera sedentis in throno librum. ℟. Plateę tuę Jerusalem sternentur auro mundo, Haleluiah: et cantabitur in te cāticum lętitię, halah. Et per oēs vicos tuos ab vniuersis dicetur, halah, hal. ℣. Luce splendida fulgebis, et omnes fines terrę adorabūt te, haleluiah. Et per. Lectio secunda.
Et cū aperuisset librū, quatuor aialia et vigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas et phialas aureas, plenas odoramentorum, quę sunt orationes sanctorū, et cantabant canticum nouum dicentes: Dignus es domine aperire librū: et soluere signacula eius, qm̄ occisus es: et redemisti nos De⁹ in sanguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione. Et fecisti nos deo nostro regnum, et sacerdotes, et regnabimus super terrā. ℟. Decantabat populus. 210. vt in iij. nocturno Dñicę. Le. iij.

ET vidi ⁊ audivi vocem an-
gelorum multorum in cir-
cuitu throni, ⁊ aialiũ, ⁊ seniorũ,
⁊ erat numerus eorũ millia mil-
lium dicentium voce magna: Di-
gnus est agnus, qui occisus est,
accipere virtutẽ, ⁊ divinitatem, ⁊
sapientiã, ⁊ fortitudinem, ⁊ hono-
rẽ, ⁊ gloriã, ⁊ benedictionem. Et
oẽm creaturam que in celo est, ⁊
super terram, ⁊ sub terra, ⁊ que
sunt in mari, ⁊ que in eo omnes
audivi dicentes, sedenti in thro-
no, ⁊ agno, Bñdictio, ⁊ honor,
⁊ gloria, ⁊ potestas, in secula secu-
lorum: Et quatuor animalia di-
cebant, Amen. Et vigintiqua-
tuor seniores ceciderũt in facies
suas, ⁊ adoraverunt viventem
in secula seculoꝝ. Ad Benedictus añ.
Mane nobiscũ, qm̃ advespera-
scit, ⁊ inclinata est iam dies, hal.
Ad Mag. añ. Tristitia vr̃a, hal.
vertetur in gaudium, halleluiah.

FERIA QVINTA

De libro Apocalypsis beati Jo-
hannis apostoli. Lectio prima.

15. ET vidi aliud signum in celo
magnum ⁊ mirabile, ange-
los septem, habentes plagas se-
ptem novissimas, qm̃ in illis cõ-
summata est ira. Et vidi tanquã
mare vitreum mistum igne, et
eos, qui vicerunt bestiam ⁊ ima-
ginẽ ei9, ⁊ numerũ nominis ei9,
stantes sup mare vitreũ, haben-
tes citharas Dei, ⁊ cãtantes can-
ticũ Moysi servi Dei, ⁊ canticũ
agni dicentes: Magna ⁊ mira-
bilia sunt opera tua dñe Deus
op̃s: iuste ⁊ vere sunt vie tue dñe
rex sanctorũ. Quis non timebit
te dñe, ⁊ magnificabit nomẽ tu-
um? Quia solus pius es, qm̃ oẽs
gentes venient, ⁊ adorabũt in cõ-
spectu tuo, qm̃ iudicia tua mani-
festa sunt. R. Dign9 es do. 209.
Reliqua R̃. que repetuntur in hac ⁊
omnibus sequẽ. feriis. Lectio ij.

ET post hec vidi. Et ecce
apertũ est templum taber-
naculi testimonij in celo, ⁊ exie-
runt septẽ angeli habẽtes septẽ
plagas de templo, vestiti lapide
mũdo, ⁊ candido, ⁊ precincti cir-
ca pectora zonis aureis. Et unũ
de quatuor animalibus dedit se-
ptẽ angelis septẽ phialas aureas
plenas iracundie dei viventis in
secula seculoꝝ. Et impletum est
templum fumo a maiestate dei, ⁊
de virtute eius: ⁊ nemo poterat
introire in tẽplũ donec consum-
marentur septẽ plage septem an-
geloꝝ. R. Ego sicut. 209. L. iij.

ET audivi vocem magnã de
templo dicentẽ septem an-
gelis: Ite ⁊ effundite septẽ phia-
las ire dei in terra. Et abijt pri-
mus angelus ⁊ effudit phialam
suam in terrã: ⁊ factũ est vulnus
sevum ⁊ pessimum in homines,
qui habebãt characterem bestie,
⁊ in eos qui adoraverunt bestiã
⁊ imaginem eius. Et secundus
angelus effudit phialã suam in
mare: ⁊

mare: et factus est sanguis tanquam
mortui: et omnis anima vivens
mortua est in mari. Et tertius ef
fudit phialam suam super flumi
na et super fontes aquarum: et fa
ctus est sanguis. Et audivi ange
lum aquarum dicentem. Justus es
domine, qui es, et qui eras sanctus, qui
hoc iudicasti: quia sanguinem san
ctorum et prophetarum effuderunt:
et sanguinem dedisti eis bibere,
digni enim sunt. Alleluia.
Et intravit cum illis: et factum est,
dum recumberet cum illis, acce
pit panem, et benedixit, fregit, ac
porrigebat illis, haleluiah, hal.
Ad Magnificat. Antiphona.
Amen amen dico vobis, mun
dus autem gaudebit, et vos gau
debitis, et gaudium vestrum ne
mo tollet a vobis, haleluiah.

FERIA SEXTA.

De libro Apocalypsis beati Jo
hannis apostoli. Lectio prima.
.19. POst hec audivi quasi vo
cem magnam turbarum
multarum in celo dicentium, ha
leluiah. Laus, et gloria, et virtus
Deo nostro, quia vera et iusta iu
dicia eius, qui iudicavit de me
retrice magna, que corrupit ter
ram in prostitutione sua, et vindi
cavit sanguinem servorum suorum de
manibus eius. Et iterum dixe
runt, halah. Et fumus eius ascen
dit in secula seculorum. Et ceciderunt
viginti quatuor seniores, et
quatuor animalia, et adoraverunt
Deum sedentem super thronum dicen
tes, Amen, Haleluiah, et vox de
throno exivit dicens: Laudem di
cite Deo nostro omnes sancti eius,
et qui timetis Deum pusilli et ma
gni. Locutus est. 209.
ET audivi quasi vocem tu
rbe magne, et sicut vocem
aquarum multarum, et sicut vo
cem tonitruorum magnorum, dicen
tium Halah: quoniam regnavit dominus
Deus noster omnipotens. Gau
deamus, et exultemus, et demus glo
riam ei, quia venerunt Nuptie
agni, et uxor eius preparavit se.
Et datum est illi, ut cooperiat se
byssino splendenti, et candido. Bys
sinum enim iustificationes sunt san
ctorum. Et dixit mihi: Scribe:
Beati qui ad cenam nuptiarum agni
vocati sunt. Et dixit mihi: Hec
verba dei vera sunt: et cecidi an
te pedes eius, ut adorarem eum. Et
dixit mihi: Vide ne feceris: conser
vus tuus sum, et fratrum tuorum
habentium testimonium Jesu.
Deum adora. Testimonium enim
Jesu est spiritus prophetie. R.
Audivi vocem. 210.
ET vidi celum apertum, et
ecce equus albus: et qui se
debat super eum vocabatur Fi
delis, et Verax, et cum iustitia iu
dicat, et pugnat. Oculi autem eius
sicut flamma ignis: et in capite
eius diademata multa: habens
nomen scriptum, quod nemo no
vit nisi ipse. Et vestitus erat ve
ste

ste aspersa sanguine, et vocabatur nomen eius, Verbum Dei. Et exercitus, qui sunt in celo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, et mundo. Et de ore eius procedit gladius ex utraque parte acutus, ut in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea: et ipse calcat torcular vini furoris ire Dei omnipotentis. Et habet in vestimento, et in femore suo scriptum, Rex regum, et dominus dominantium. Ad Bns. Aña. Cognouerunt dominum Jesum, alleluia in fractione panis, alleluia. Ad M. Añ.
De s. Maria nisi occur. festum ix. lec.

SABBATHO.

De libro Apocalypsis beati Johannis apostoli. Lectio prima.

c.22. Et ostendit mihi fluuium aque viue, splendidum tanquam crystallum procedentem de sede dei et agni. In medio platee eius, et ex utraque parte fluminis lignum vite afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum: et folia ligni ad sanitatem gentium, et omne maledictum non erit amplius, sed sedes dei, et agni in illa erunt, et serui eius seruient illi, et videbunt faciem eius, et nomen eius in frontibus eorum. Et nox ultra non erit, et non egebunt lumine lucerne, neque lumine solis, quoniam dominus Deus illuminabit illos, et regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi. Hec verba fidelissima sunt et vera: et dominus

Deus spirituum prophetarum m
sit angelum suum ostendere seru
suis, que oportet fieri cito. Et ec
venio velociter. Beatus, qui
stodit verba prophetie libri h
ius. ℟. Decantabat &c. Lec
Et ego Johannes, qui a
diui, et vidi hec, et postqu
audissem et vidissem, cecidi ut ad
rarem ante pedes angeli, qui mi
hec ostendebat. Et dixit mihi: V
de ne feceris, conseruus enim tu
sum, et fratrum tuorum prophe
rum, et eorum, qui seruant verba pr
phetie libri huius. Deum ador
Et dixit mihi. Ne signaueris v
ba prophetie libri huius. Tem
pus enim prope est. Qui noce
noceat adhuc: et qui in sordib
est, sordescat adhuc: qui iust
est, iustificetur adhuc: et sanct
sanctificetur adhuc. Ecce ven
cito, et merces mea mecum e
reddere vnicuique secundu
opera sua. ℟. Tristitia vestr
halleluiah. &c. Lectio tert
Ego sum alpha et omeg
primus et nouissimus, pr
cipium et finis. Beati, qui lauant
las suas in sanguine agni, ut sit
testas eorum in ligno vite, et per p
tas intrent in ciuitatem. Foris a
tem canes, et venefici, et impu
ci, et homicide, et idolis seruient
et omnis qui amat, et facit me
dacium. Ego Jesus misi ange
meum testificari vobis hec in
clesiis: Ego sum radix et gen
Dau

Dauid, stella splēdida & matutina: & spiritus & sponsa dicunt, veni. Et qui audit, dicat, Ueni: & q sitit veniat: & qui vult accipiat aquā vite gratis. Cōtestor enim omni audiēti verba prophetie libri huius, Sigs apposuerit ad hec apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis libri pphetie huius, auferet De⁹ partem eius de libro vite, & de ciuitate sancta, & de his, que scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimoniuz perhibet istoꝝ: Etiam, venio cito. Amen. Ueni dñe Jesu. Gratia dñi nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Ad Uesperas. Capitulum.

Ia. I.



Charissimi, Omē datū optimū, & omē donū pfectū de sursuz est, descēdens a patre luminū: apud quē non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Hym. Ad cenā. 198. ℣. Mane nobiscum.

Ad Magnificat. Antiphona. Uado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? halab, halab. Oro.

Deus, qui fideliuz mētes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod precipis, id desiderare qd promittis: vt inter mūdanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per dñz.

DOMINICA IIII.

Post Pascha.

Incipit epistola canonica beati Jacobi apostoli. Lectio prima.



Jacobus, Dei & domini nostri Jesu Christi seruus duodecim tribub⁹, que sunt in dispersione, salutem: Omē gaudiuz existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes ꝙ probatio fidei vestre patiētiā operatur: patientia autem opus perfectum habeat, vt sitis perfecti, & integri, in nullo deficientes. Siquis autem vestrum indiget sapientia: postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & nō improperat, & dabitur ei: postulet autem in fide nihil hesitās. ℟. Si oblitus fuero tui, halab, obliuiscatur mei dextera mea. Adhereat lingua mea faucibus meis, si nō meminero tui, hal. hal. ℣. Sup flumina Babylonis illic sedim⁹ & fleuimus, dum recordaremur tui. Sion. Adhereat. Lectio ii.

Qui eniz hesitat, similis est fluctui maris, q a vento mouetur, & circunfertur. Nō ergo existimet homo ille, ꝙ accipiat aliquid a dño. Uir duplex animo

animo inconstans est in omnib⁹ vijs suis. Glorietur autē frater humilis ī exaltatione sua, diues autem in humilitate sua, qm̄ sicut flos feni trāsibit. Exortus est enī sol cū ardore, ⁊ arefecit fenū, ⁊ flos ei⁹ decidit, ⁊ decor vultus eius deperijt. Ita ⁊ diues in itinerib⁹ suis marcescet. ℟. Uiderunt te aque, deus, viderunt te aque, ⁊ timuerūt. Multitudo sonitus aquarū, vocem dederunt nubes, haleluiah, halłah, halłah. ℣. Illuxerūt corruscationes tue orbi terre, vidit ⁊ commota est terra. Multitudo. Lectio iii.

Beatus vir, qui suffert tētationē: qm̄, cum probatus fuerit, accipiet coronā vite, quā repromisit de⁹ diligētib⁹ se. Nemo cū tentatur, dicat qm̄ a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse enim neminē tentat. Unusquisqꝫ vero tentat a cōcupiscētia sua abstract⁹ ⁊ illectus: deinde cōcupiscentia, cū cōceperit, parit pctm̄: pctm̄ vero cū consummatū fuerit, generat mortem. Nolite itaqꝫ errare fratres mei dilectissimi. ℟. Narrabo nomen tuū fratrib⁹ meis. haleluiah. In medio ecclesie laudabo te, hal. hal. ℣. Confitebor tibi in populis dn̄e, ⁊ psalmū dicam tibi in gētibus. In medio.

Ex tractatu S. [illegible] [illegible]

DE patientia locutur⁹, fratres dilectissimi, ⁊ vtilitates ei⁹ ⁊ commoda predicaturus, vnde potius incipiam, quā q nunc quoque ad audiētiam vestrā patientiam video esse necessariā: vt nec hoc ipsū qd̄ auditis, ⁊ discitis, sine patientia facere possitis. Tunc enim demū sermo, ⁊ ratio salutaris efficaciter discit, si patienter quod dicit audiatur. Nec inuenio fratres dilectissimi, inter ceteras celestis discipline vias, quid magis sit vel vtilius ad vitā, vel maius ad gloriā, quā vt qui preceptis dominicis obsequio timoris ac deuotionis innitimur, patientiam maxime tota obseruatione tueamur. Hanc se sectari philosophi, quoqꝫ profitentur: sed tam illic patientia falsa est, quā ⁊ falsa sapientia est. Unde enim vel sapiens esse, vel patiens possit, q nec sapientiam, nec patientiam Dei nouit? ℟. In ecclesijs benedicite Deo, halah. Dn̄o de fontibus Israel, haleluiah, halłah. ℣. Psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Domino. Lectio vi.

Nos autem, fratres dilectissimi, q philosophi non verbis, sed factis sumus, nec vestitu sapientiā, sed virtute preferim⁹, qui virtutū conscientiā magis, quā iactantiā nouimus, qui nō loquimur magna, sed viuimus qm̄ serui, ⁊ cultores dei, patiētiā, quā magisterijs celestibus discimus,

tinus, obsequiis spiritualib⁹ prę/
beamus. Est enim nobis cū Deo
virtus ista cōmunis: inde patien
tia incipit, inde claritas eius ꝛ di
gnitas caput sumit. Origo ꝛ ma/
gnitudo patiētię de auctore pro/
cedit. Diligēda res homini, quę
Deo cara est. Bonum qđ amat
maiestas diuina commendat.
Si dn̄s nobis ꝛ pater ꝛ Deus
est, sectemur patiētiam dn̄i, pari
ter ꝛ patris: quia ꝛ seruos opor
tet esse obsequentes, ꝛ filios nō
decet esse degeneres. ℟. In to
to corde meo, halab: exquisiui te,
hal. Ne repellas me a mandatis
tuis, halab, halab. ℣. Benedi/
ctus es tu domine, doce me iusti/
ficationes tuas. Ne. Lectio vj.

Patiētia est, quę nos deo ꝛ
cōmēdat, ꝛ seruat: Ipsa est,
quę iram temperat, quę linguam
frenat, quę mentē gubernat, pa/
cē custodit, disciplinam regit li/
bidinis impetū frangit, timoris
violentiam comprimit: incēdium
simultatis extinguit, coercet po
tentiā diuitū, inopiam pauperū
refouet, tuetur in virginib⁹ bea/
tam integritatē, in viduis labo/
riosam castitatē, in coniunctis, ꝛ
maritatis indiuiduā charitatem,
facit humiles in prosperis, in ad
uersis fortes: contra iniurias, ꝛ
contumelias mites: docet delin/
quentibus cito ignoscere, si ipse
delinquas, diu ꝛ multum roga/
re: tentationes expugnat, psecu/
tiones tolerat, passiones ꝛ mar/
tyria cōsummat. Ipsa est, quę fi/
dei nostrę fundamenta firmiter
munit. ℟. Hymnum cantate no/
bis, hal. Quomodo cātabimus
canticū dn̄i in terra aliena? hal.
hal. ℣. Illic interrogauerūt nos
qui captiuos duxerūt nos, ver/
ba cantionū. Quo. Glo. Quo.
Lectio sci euāg. sm̄ Johānē. C. xvj.

In illo tēpore: Dixit Jesus 16.ca
discipulis suis. Vado ad eū
q misit me: ꝛ nemo ex vobis in/
terrogat me, quo vadis? Et rel.
Homilia sancti Augustini epi.

Cum dn̄s Jesus prędixisset
discipulis suis persecutio/
nes, quas passuri erāt post eius
abscessum, subiūxit, atq; ait: Hęc
autē vobis ab initio nō dixi, qa
vobiscū eram: nūc autē vado ad
eū, qui misit me. Ubi primū vi/
dendū est, vtrum eis futuras nū
prędixerit ante passiones. Sed
alij tres euāgelistę satis eū prę/
dixisse ista, demōstrāt, anteq; vē/
tum esset ad cęnā: qua peracta,
sm̄ Johannem: ista locutus est,
vbi ait: Hęc vobis ab initio non
dixi, qa vobiscum erā. ℟. Deus
canticū nouū cantabo tibi, hal.
In psalterio decem chordarum
psallā tibi, haleluiah, haleluiah.
℣. Deus meus es tu, ꝛ confite/
bor tibi: Deus meus es tu, ꝛ exal
tabo te. In psalterio. Lectio vij.

Hm forte hinc ista soluit quę
stio, quia illi eum narrant
passioni

pasśioni proximū fuiſſe, cuȝ hęc diceret? Nō ergo ab initio quādo cuȝ illis erat, quia iam diſceſſurus, iamqȝ ad patrē perrecturus, hęc dixit. Et ideo etiā ſecundum illos Euāgeliſtas, verū eſt, quod hic dictū eſt: Hęc antē vobis ab initio nō dixi. Sed quid agim⁹ de fide euāgelij ſm Math̄eum: qui, hęc eis a dn̄o non ſolum cū iam eſſet in Paſcha cuȝ diſcipulis cęnaturus imminēte paſsione, verū etiam ab initio denunciata eſſe commemorat? vbi primum nominatim duodecim apoſtoli exprimunt, ⁊ ad opera diuina mittunt. ℟. Bonum eſt ꝯfiteri dn̄o, hal. Et pſallere, hal. ℣. In decachordo pſalterio cuȝ cātico, ⁊ cithara, Et pſal. Le.ix.

Quid ſibi ergo vult, quod hic ait: Hęc autem vobis ab initio non dixi. quia vobiſcū erā: niſi ea, quę Ieſus hic dixit de ſpiritu ſancto, q̄ ſit venturus ad eos, ⁊ teſtimoniū perhibiturus, quādo illi mala illa paſſuri ſunt? Hoc eniȝ ab initio non dixit, q̄a cū ipſis erat. Cōſolator ergo ille, vel aduocatus (vtrunque eniȝ interpretaṫ, quod eſt grece paraclitus) Chriſto abſcedente neceſſarius fuerat. Et ideo de illo nō dixerat ab initio, q̄n cū illis erat, q̄a eius p̄ſentia ꝯſolabanṫ. Ad Laudes. Cap. Chariſsimi, Omne datū. 214. Ad Bñ. Añ. Uado ad eū, qui miſit me: ⁊ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? hal. hal. Ad iij. Capl'm. Chariſsimi, Oē datum. 214. ℟. Surrexit dn̄s de ſepulcro. 200. ℣. Surrexit dn̄s ve. Ad vj. Cap.

i. Iac. Citis fratres mei dilectiſſimi, ſit autē oīs homo velox ad audiendū tardus autem ad loquendū, ⁊ tard⁹ ad irā: Ira enim viri iuſtitiā dei nō operaṫ. ℟. Surrexit dn̄s ve. ℣. Gauiſi.

Ad Nonam. Capitulum.

Propter qđ abijciētes omnem immunditiā, ⁊ abundantiam malitię, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, qđ poteſt ſaluare animas veſtras. vt ſ. ℟. Gauiſi. 214. ℣. Mane nobiſ.

Ad Ueſperas. Capitulum

Cariſsimi, Omne datum. 214. Hym. Ad cęnā. 198. ℣. Mane. Ad Magnificat. Antiphona Uado ad euȝ, qui miſit me: ſed quia hęc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum, halleluiah. Oratio vt ſupra. 214.

FERIA SECUNDA.

De epiſtola canonica beati Iacobi apoſtoli. Lectio prima.

i. ca. Omne datum optimum, ⁊ oē donum perfectū de ſurſum eſt deſcēdens a patre luminuȝ, apud quem nō eſt traſmutatio, nec viciſsitudinis obūbratio. Uoluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initiuȝ aliquod creaturę ei⁹. Scitis fratres mei dilectiſsimi. Sit autem

omnis

omnis homo velox ad audiēdū, tardus autē ad loquendū, ꝛ tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam dei nō operaſ. ℟. Dicant nunc q redēpti sunt, hal. A dño halab, hal. ℣. Quos redemit de manu inimici, ꝛ de regionibus cōgregauit eos. A dño. Lec. ij.

Propter qd abijciētes omnem immunditiā, ꝛ abundantiā malitię, in māsuetudine suscipite insitū verbum, qd potest saluare animas vestras. Esto te autē factores verbi, ꝛ non auditores tm̄, fallentes vosmetipsos. Quia siquis auditor est verbi, ꝛ non factor, hic cōparabitur viro cōsideranti vultū natiuitatis suę in speculo: Considerauit enim se, ꝛ abijt: ꝛ statim oblitus est q̄lis fuerit. ℟. Cantate dño, halā. Psalmum dicite ei, halab. ℣. Afferte dño gloriam, ꝛ honorem: afferte domino gloriam nomini eius. Psalmum. Lec. iij.

Qui aūt perspexerit in lege pfectę libertatis, ꝛ permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beat' in facto suo erit. Siqs aūt putat se religiosū esse, non refrenans linguā suā, sed seducēs cor suum, huius vana est religio. Religio munda ꝛ immaculata apud deum, ꝛ patrē, hęc est; visitare pupillos, ꝛ viduas, in tribulatione eorum, ꝛ immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Ad Benedictus Antiphona.
Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in via, haleluiah?

Ad Magnificat. Antiphona.
Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, paraclitus nō veniet ad vos, haleluiah.

FERIA TERTIA.

De epistola canonica beati Iacobi apostoli. Lectio prima.

Fratres mei, nolite i perso narū acceptione habere fi- 2.ca.
dez domini nostri Iesu Christi glorię. Etenim si introierit in cōuentum vestrum vir aureum annulum habens, in veste candida: introierit autē ꝛ pauper in sordido habitu, ꝛ intendatis in eum, qui indutus est veste prę clara, ꝛ dixeritis ei: Tu sede hic bene: pauperi autē dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne indicatis apud vosmetipsos, ꝛ facti estis iudices cogitationū iniquarū? ℟. In ecclesijs. 214. Reia dñice dñr in hac ꝛ seq. feria. Lectio. ij.

Audite fratres mei dilectissimi: Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, ꝛ heredes regni, qd repromisit deus diligentibus se? Uos autem exhonorastis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, ꝛ ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphe-

sphemant bonum nomen, quod inuocatum est super vos: Si tamen legem perficitis regalē secundū scripturas: Diliges proximum tuum sicut te ipsum: bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti a lege, quasi trāsgressores. ℟. In toto cor. 215. Lectio iij.

Quicunque autem totam legē seruauerit, offendat autem in vno, factus est omniū reus. Qui enim dixit, Non mechaberis: dixit, ⁊ Non occides. Quod si non mechaberis, occides autem, factus es transgressor legis Sic loquimini, ⁊ sic facite, sicut per legē libertatis incipientes iudicari. Iudiciū eniȝ sine misericordia illi, qui non facit misericordiam: Superexaltat autē misericordia iudicium. Ad Bñs. Aña. Pax vobis ego sum, halab, nolite timere, halab. Ad magn. aña. Cum venerit paraclitus spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, ⁊ de iustitia, ⁊ de iudicio, haleluiah.

FERIA QVARTA

De epistola canonica beati Iacobi apostoli. Lectio prima.

ca. 2. Quid pderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides saluare eum? Si autem frater aut soror nudi sint, ⁊ indigeāt victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini, ⁊ saturamini: non dederitis autē eis, quę necessaria sunt corpori: quid proderit? Sic ⁊ fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. ℟. Deus canticum. 215. Lectio secunda.

Sed dicet quis: tu fidē habes, ⁊ ego opera habeo: ostende mihi fidē tuam sine operibus, ⁊ ego ostendā tibi ex operibus fidem meā. Tu credis qm̄ vnus est deus: bene facis: ⁊ demones credunt, ⁊ contremiscūt. Vis autem scire o homo inanis, qm̄ fides sine operibus mortua est? Abrahā pater noster, nonnē ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suuȝ super altare? Vides qm̄ fides cooperabatur operibus illius: ⁊ ex operibus fides cōsummata est? ℟. Bonum est cōfiteri. 215. L. iij.

Et suppleta est Scriptura, dicens: Credidit Abrahā deo, ⁊ reputatum est illi ad iustitiā, ⁊ amicus dei appellatus est. Videtis qm̄ ex operibus iustificatur homo, ⁊ non ex fide tantum? Similiter autem ⁊ Raab meretrix, nonne ex operibus iustificata est suscipiēs nuncios, ⁊ alia via eijciēs? Sicut enim corpus sine spiritu mortuū est: ita ⁊ fides sine operib⁹ mortua est. Ad Bñs. Aña. Spiritus carnē ⁊ ossa non habet: sicut me videtis habere: iam credite, halah.

Ad Magni. Añ. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: cũ autẽ venerit ille spũs veritatis, docebit vos omnem veritatem. haleluiah.

FERIA QVINTA.

De epistola canonica beati Jacobi apostoli. Lectio prima.

ca. 3. Nolite plures magistri fieri, fratres mei, sciẽtes qñ maius iudiciũ sumitis. In multis enim offendimus oẽs. Siquis in verbo nõ offendit, hic perfectus est vir, potens etiã freno circunducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, etiam oẽ corpus illorum circunferimus. ℟. Si oblitus. 214. Lectio ij.

Et ecce, naues cum magnę sint, & a vẽtis validis minẽtur, circunferuntur tñ a modico gubernaculo, vbi impetus dirigẽtis voluerit. Ita & lingua modicum quidẽ membrũ est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quã magnam syluã incendit: & lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. ℟. Viderũt te. 214. L. iij.

Lingua constituitur in mẽbris nrĩs, quę maculat totũ corpus, & inflãmat rotam natiuitatis nostrę, inflãmata a gehẽna. Omnis enim natura bestiarũ, & volucrũ, & serpentiũ, & cętorũ domant, & domita sunt a natura humana; linguã aũt null9 hoiũ domare potest: ingetũ malũ, plena veneno mortifero. In ipsa bñdicim9 deũ & patrẽ, & in ipsa maledicim9 hoies, q ad imaginẽ & similitudinẽ dei facti sũt. Ex ipso ore procedit bñdictio, & maledictio.

Ad Bñs. Añ. Obtulerunt discipuli dño partem piscis assi & fauum mellis, haleluiah, haleluiah.

Ad Mag. Añ. Nõ enim loquet a semetipso: sed q̃cunq; audiet, loquetur: & quę ventura sunt, annunciabit vobis, haleluiah.

FERIA SEXTA.

De epistola canonica beati Jacobi apostoli. Lectio prima.

Unde bella & lites in vobis? 4. ca. nõne ex cõcupiscentijs vestris, quę militãt in membris vestris? Cõcupiscitis, & nõ habetis: occiditis, & zelatis, & nõ potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propterea q non postulatis. Petitis, & nõ accipitis, eo q male petatis, vt in concupiscentijs vestris insumatis. Adulteri, nescitis, quia amicitia hui9 mũdi inimica est dei? Qui cũq; ergo voluerit amic9 esse sęculi huius, inimicus Dei cõstituitur. ℟. In ecclesijs. 214. Lec. ij.

An putatis, q inaniter Scriptura dicat? Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis? maiorẽ aũt dat gratiã: propter qđ dicit: Deus supbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet

a vobis. Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis. Emũdate manus peccatores, et purificate corda, duplices animo. Miseri estote, et lugete, ac plorate: Risus vester in luctũ cõuertatur, et gaudiũ in merorem. Humiliamini in conspectu dñi, et exaltabit vos. R. In toto cor. 215. Le. iii.

Nolite detrahere alterutrũ, fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suũ, detrahit legi, et iudicat legẽ. Si autẽ iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Unus est enim legislator, et iudex, q. potest pdere, et liberare. Tu autẽ qs es, qui iudicás proximũ tuũ? Ecce nunc qui dicitis. Hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrũ faciemus: (qui ignoratis, qd erit in crastino: Que est enim vita vestra? vapor est, ad modicũ parẽs, et deinceps exterminabitur) pro eo vt dicatis: Si dñs voluerit, et si vixerimus, faciemus hoc aut illud.

Ad Bñs. Añ. Isti sunt sermones, quos dicebam vobis, cum essem vobiscum, ballab, ballab.

Ad vesperas nisi occurrat festũ nouẽ lcõ. a caplo fit de s. Maria.

SABBATHO.

De epla cano. b. Iacobi apli. I. j.

15. Age nunc diuites, plorate, vlulãtes in miserijs, vestris, que aduenient vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt, et vestimẽta vrã a tineis comesta sunt: aurum et argentum vestrũ eruginauit: et erugo eorum in testimonium vobis erit, et mãducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, q̃ fraudata est a vobis, clamat: et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati estis super terram, et in luxurijs enutristis corda vestra in die occisionis. Addixistis, et occidistis iustum, et non restitit vobis. R. Deus canticum. 215. Lectio ij.

Patientes igitur estote, fratres, vsque ad aduentũ dñi. Ecce agricola expectat ptiosum fructũ terre patienter ferens donec accipiat tẽporaneũ, et serotinum. Patientes estote et vos, et confirmate corda vestra, qm aduẽtus dñi appropinquauit. Nolite ingemiscere fratres, in alterutrũ, vt nõ iudicemini. Ecce iudex ante ianuã assistit. Exẽplum accipite, fratres, exit⁹ mali, et longanimitatis, et laboris: et patiẽtie, prophetas, q locuti sunt in noie dñi. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, et finem dñi vidistis, qm misericors dñs est et miserator. R. Bonum est confi. 215. L. iij.

Ante oia autem fratres mei, nolite iurare, neque p celum neque

neq; p terrã, neq; aliud qđcũq; iuramentũ. Sit autẽ sermo ve ster, est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis. Tristat autem aliquis vestrum? oret. Æquo aio est? psallat. Infirmat quis in vobis? inducat pṡbyteros ecclesię, ⁊ orent super eũ vngentes eum oleo i noie dñi: ⁊ oratio fidei saluabit infirmum, ⁊ alleuiabit eũ dñs: ⁊ si in peccatis sit remittent ei. Cõfitemini ergo alterutrum pctã vr̃a: ⁊ orate pro inuicẽ vt saluemini: multũ enĩ valet ðpzecatio iusti assidua. Ad vesp. Cap.

Cl. 

Charissimi, estote factores verbi, ⁊ non auditores tantum, fallẽtes vosmetipsos: q̃r siquis auditor est verbi ⁊ non factor, hic cõparabit viro ↄsiderãti vultũ natiuitatis suę in speculo: Cõsiderauit enim se, ⁊ abijt, ⁊ statiz obliť est, q̃lis fuerit. Hy. Ad cęnã. 198. ℣. Mane. Ad Mag. Añ. Usq; mndo non petistis quicquam in noie meo: petite, ⁊ accipietis, halł'h. Oro.

Deus, a quo bona cũcta p cedunt: largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante quę recta sunt, ⁊ te gubernante eadẽ faciamus. Per dñm.

DOMINICA QVINTA post Pascha.

Incipit Epl'a prima canonica beati Petri apostoli. Lectio j.

Petrus Apostolus Jesu Chri electis aduenis dispersionis Põti, Galatię, Cappadocię, Asię ⁊ Bithynię ẜm pręscientiã Dei patris, in sanctificationem spiritus: in obediẽtiam ⁊ aspersionez sanguinis Jesu Christi: gratia vobis ⁊ pax multiplicetur. Benedictus Deus, ⁊ pater dñi nr̃i Jesu Chri, qui ẜm misericordiã suã magnam regenerauit nos in spem viuã: p resurrectionẽ Jesu Chri ex mortuis, in hęreditatem incorruptibilẽ, ⁊ incõtaminatã, ⁊ immarcescibilẽ conseruatam in cęlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini p fidem, in salutem paratã reuelari in tempore nouissimo. ℟. Si oblitus. 214.

Lcia dñr de pręcedẽti dñica L. ij.

In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio vestrę fidei, multo pręciosior auro, quod per ignẽ probatur, inueniatur in laudem, ⁊ gloriam, ⁊ honorez, in reuelationem Jesu Christi: quem cũ non videritis diligitis: in quem nũc quoq; non videntes, creditis: credentes autẽ exultabitis lętitia inenarrabili, ⁊ glorificata, re-

portantes finem fidei vestre salutem aiarum vestrar. De qua salute exquisierunt atqz scrutati sunt pphete;q de futura i vobis gratia pphetauerunt, scrutátes in quod,vel quale tépus significaret in eis spiritus Chri, prenúcians eas,q in Chro sunt passiones,z posteriores glorias: qbus reuelatú est, qa nó sibimetipsis. vobis autem ministrabant ea, que nunc nunciata sunt vobis, per eos qui euágelizauerunt vobis spiritu sancto misso de celo, in quem desiderant angeli prospicere. ℞. Uiderút 214. L.iij.

Propter qd succincti lumbos mentis vestre, sobrij, perfecti sperate in eá,que offert vobis gratiá,in reuelationez Jesu Chri, quasi filij obedietie, nó cofigurati priorib⁹ ignorantie vestre desiderijs, sed secundú eú q vocauit vos sanctuz: vt z ipsi in omni conuersatione sancti sitis: qm scriptú est:Sácti eritis, qm ego sanctus sum. Et si patré inuocatis eum, qui sine acceptione personaruz iudicat, secundú vniuscuiusqz opus:in timore incolatus vestri tépore cóuersami ni: scientes qꝫ non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis, sed pretioso sanguine,quasi agni immaculati Christi, z incontaminati, precogniti quidé ante mundi cóstitutioné,manifestati aút nouissimis temporibus propter vos, qui p ipsum fideles estis in deo, qui suscitauit eú a mortuis,z dedit ei gloriá,vt fides vestra,z spes esset in Deo. ℞. Narrabo.214.

Ex libro S. Ambrosij episcopi de fide resurrectionis. Lcó iiij.

Quoniaz Dei mori nó poterat sapientia,resurgere auté nó poterat qd mortuú non erat,assumit caro,que mori posset:vt dum moritur qd solet, qd mortuú fuerat, hoc resurgeret. Neqz enim poterat esse, nisi per hoiez resurrectio: qm sicut per hoiem mors,ita per hoiez resurrectio mortuor. Ergo resurrexit homo,qm homo mortuus:z resuscitat⁹ homo, sed resuscitás Deus: tunc fm carnem homo, nunc per oia Deus. Nunc enim fm carnem iam non nouimus Christum, sed carnem per gratiam tenemus, vt ipsum primitias quiescentium, ipsuz primogenituz ex mortuis nouerimus. ℞. In ecclesijs.214. Lectio v.

Primitie vtiqz eiusdé sunt generis, atqz nature cuius reliqui fructus: quor pro letiore prouétu primitiua Deo munera deferunt:sacrum munus p oibus,z quasi reparate quedam liba nature. Primitie ergo quiescentium Christus:sed vtrú suoruz quiescétiú, qui quasi mortis exortes dulci quodá sopore tenétur,

tur, an omnium mortuorum? Sed si/
cut in Adam oēs moriuntur, ita
in Chřo oēs vivificabuntur. Itaqz
sicut primitie mortis in Adā, ita
etiam primitie resurrectionis in
Christo. Oēs resurgunt: sed ne/
mo desperet, neqz iustus doleat
cōmune cōsortium resurgendi,
cuz pcipuū fructum virtutis ex/
pectet. Omnes quidem resur/
gent, sed vnusquisqz, vt ait Apo
stolus, in suo ordine. Commu/
nis est divine fructus clementie,
sed distinctus ordo meritorum.
℟. In toto corde. 215. Lectō vi.
Advertimus, quā grave sit
sacrilegiū, resurrectionem
non credere. Si enim non resur
gemus, ergo Chřs gratis mor/
tuus est, ergo Christus non sur
rexit. Si enim nobis nō resurre/
xit, vtiqz non surrexit, qui sibi
cur resurgeret, rationē nō habe/
bat. Resurrexit in eo mundus,
resurrexit in eo celuz, resurrexit
i eo terra. Erit enīz celū nouū, z
terra noua. Sibi aūt nō erat ne/
cessaria resurrectio, quez mortis
vincula non tenebant. Nam etsi
secundū hominē mortuus, in ip/
sis tamē erat liber infernis. Uis
scire quā liber? Factus suz sicut
homo sine adiutorio inter mor/
tuos liber. Et bene liber, qui se
poterat suscitare, iuxta qđ scri/
ptuz est: Soluite templū hoc, z
i triduo resuscitabo illud. Et be
ne liber, qui alios descendebat
redēptur⁹. ℟. Hymnū can. 215.
Lcō sci euāg. sm Iohānē. L. vij.
In illo tpe: Dixit Iesus di/ 16. ca.
scipulis suis: Amē amen di/
co vobis, siqd petieritis patrem
in noīe meo, dabit vobis. Et rel.
Homilia sancti Augustini epi.
Domini verba nūc ista tra
ctanda sunt. Amen dico
vobis: siquid petieritis patrē in
noīe meo, dabit vobis. Iā dictuz
est i superiorib⁹ huius dñici ser/
monis partib⁹, ꝑpter eos, q non
nulla petunt a pře in Chři noīe,
nec accipiunt. Non petit in noīe
Saluatoris, quicquid petit con/
tra rationem salutis. Non enim
sonum literarū ac syllabarū, sed
quod ipse sonus significat, z qđ
eo sono recte ac veraciter intelli
gitur, hoc accipienduz est dice/
re, cū dicit: In nomine meo. ℟.
Deus canticū. 215. Lectio viij.
Uide, q hoc sentit de Chri/
sto, quod non est de vnico
Dei filio sentiendum, non petit
in eius nomine, etiam si non ta/
ceat literis ac syllabis Christuz:
quoniā in eius nomine non pe/
tit. Qui vero, qđ est d illo sentiē/
dum, sentit: ipse in eius noīe pe/
tit, z accipit qđ petit, si non ꝯtra
suā salutē sempiternam petit, ac
cipit autem, qñ debet accipere.
Quedam autem nō negantur,
sed, vt congruo dentur tempo/
re, differūtur. Ita sane intelligē/
dum est quod ait. Dabit vobis,

otra beneficia significata sciat his verbis, quę proprie ad eos pertinent, q petunt. Exaudiuntur quippe oēs sancti ꝓ se ipsis, non autē pro oibus exaudiunt vel amicis, vel inimicis suis, vel quibuslibet alijs: qa nō vtcunqꝫ dictū est, dabit, sed dabit vobis. ℟. Bonum est confi. 215. L. ix.

Usqꝫ modo, inquit, nō petistis quicq̄ꝫ in noīe meo: petite, ⁊ accipietis, vt gaudium vestruꝫ sit plenū. Hoc qđ dicit, gaudiuꝫ plenū, nō profecto carnale, sed spirituale gaudium est: ⁊ qñ tātum erit, vt aliquid ei iam nō sit addendum, ꝓculdubio tunc erit plenū. Quicquid ergo petitur qđ pertineat ad hoc gaudiū cōsequenduꝫ: hoc est in nomine Christi petēdū, si diuinā intelligim⁹ gratiā, si vere beatā poscimus vitā: quicquid autē aliud petitur, nihil petitur: non quia nulla omnino res est, sed quia in tantę rei comparatione, quicquid aliud concupiscit, nihil est. Ad Lau. Ca. Carissimi, esto. 218 Ad Bñs. Añ. Usqꝫ modo non petistis quicq̄ꝫ in nomine meo: petite, ⁊ accipietis, haleluiah. Ad iij. cap. Carissimi, esto. 218. ℟. Sur. do. d̄ se. 200. ℣. Sur. d. v.

Ad Sextam. Capitulum.

Jac. 1. Qui autē perspexerit in lege perfectę libertatis, ⁊ ꝑmanserit in ea, nō auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. ℟. Sur. dñs ve. 200. ℣. Gauisi sunt.

Ad Nonam. Capitulum.

Religio mūda ⁊ immaculata apud deū ⁊ p̄reꝫ hęc est, visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝝ, ⁊ immaculatum se custodire ab hoc sęculo. ℟. Gauisi sunt disci. 200. ℣. Mane.

Ad Vesperas. Capitulum.

Carissimi, estote fa. 218. Hym. Ad cęnam agni. 198. ℣. Mane.

Ad Magnificat. Antiphona.

Petite ⁊ accipietis, vt gaudiuꝫ vestrum sit plenum: ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, ⁊ credidistis, haleluiah.

FERIA SECVNDA in Rogationibus.

Si hodie occur. festū ix. lec. fit đ eo cū ix. lcō. de seq. Hom. ⁊ cōm. de fer. ad Lau. tm̄ vt infra. De festo autē iij. lcōnuꝫ fit tm̄ cōme. Lcō sci Euang. sm̄ Lucam. L. j.

In illo tp̄e: Dixit Jes⁹ discipulis suis. Quis vestruꝫ habebit amicum, ⁊ ibit ad illū media nocte, ⁊ dicet illi: Amice accōmoda mihi tres panes: ⁊ rel. Luc. 11.

Homilia S. Ambrosij episcopi.

Alius pręcepti locus est, vt omnibus momentis, non solum diebus, sed etiā noctibus oratio deferatur. Vides enim, quod iste, qui media nocte perrexit, tres panes ab amico suo postulans, ⁊ in ipsa petendi intentione

tentione persistens, non defraudetur orans? Qui sunt isti tres panes, nisi mysterij celestis alimentum? Quia si diliges dñm Deũ tuũ, nõ solũ tibi, sed etiam alijs poteris emereri. Quis autem amicior nobis, quam qui pro nobis corpus suũ tradidit? Dñr tria R. a hac nocte j. 7 ij. et in ij. feria precedẽtis hebdomadæ. tertium quod est primum dñic. R. Dicant nũc qui. 216. Lectio ij.

Petijt ab hoc media nocte panes David, 7 petijt, 7 accepit: petijt enim, quãdo dicebat, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ideo meruit hos panes, quos apposuit nobis edendos. Petijt, cum dicit: Lavabo per singulas noctes lectũ meũ. Neqz enim timuit, ne excitaret dormientẽ, quẽ scit semper vibrare vigilantez. Et ideo scriptorum memores, noctibus ac diebus orationi instãtes: peccatis nostris veniam postulemus. R. Cantate dño. Lectio tertia.

Nam si ille tam sanctus, 7 q regni erat necessitatib⁹ occupatus, septies in die laudem dño dicebat, matutinis 7 vespertinis sacrificijs semper intẽtus quid nos facere oportet? qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mẽtis fragilitate delinquimus, vt de via lassis, 7 istius vitæ cursu, ac vitę huius anfractu graviter fatigatis, panis refectionis deesse nõ possit, qui hominis cor confirmet. Nec soluz media nocte dñs, sed omnib⁹ prope docet vigilandũ esse momẽtis. Venit enim in vespertina, 7 secunda, 7 tertia vigilia: 7 pulsare consuevit. Beati itaqz servi illi, quos cũ venerit dñs, invenerit vigilantes. R. Si oblitus. 214. Hac nocte nõ di[citur] e deũ. sed tertium R. In duabus sequentibus ferijs dicitur. Ad Bñs. Añ. Petite 7 accipietis: querite, 7 invenietis: pulsate, 7 aperietur vobis, hal. Oro.

Præsta qs ops deus: vt qui in afflictione nostra d tua pietate confidimus, contra adversa omnia, tua semper protectione muniamur. Per dñm.

Hęc Oro di ad Laudes: 7 p horas hodie tantum. Hoc triduo q nõ intersunt, pcessionib⁹ Rogationũ, privatiz post mat. dicãt Litanias cũ suis precib⁹ 7 Orõnibus sine psal. penitentialibus. Ad horas oia dñr vt i feriali officio tpe Paschali. Ad M. Añ. Ipse eniz pr amat vos, quia vos me amastis, 7 credidistis, hal'ab. Oratio Dñicę v. post Pascha. Deus, a quo bona. 218. quę di etiam in duabus sequentib. fer.

FERIA TERTIA in Rogationibus.

De epla j. beati Petri apli. L. j.

Christo igitur passo in carne, 7 vos eadẽ cogitatione 4. ca.

 erma/

armamini: quia qui passus est in carne, desijt a peccatis: vt iã non desiderijs hominũ, sed volunta ti Dei qđ reliquũ est in carne vi uat temporis. Sufficit enim pre teritũ tempus ad voluntatẽ gen tiũ consummãdam, ijs, q ambula uerunt in luxurijs, desiderijs, vi nolentijs, comessationibus, po tationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorũ cultibus, In quo admirã tur non cõcurrentibus vobis in eandẽ luxurię confusionẽ, blasphe mãtes: q reddent rationẽ ei, qui paratus est iudicare viuos & mor tuos. Propter hoc enim & mor tuis euãgelizatũ est, vt iudicentur quidem scđm hoies in carne, vi uãt autem secũdum Deũ in spũ. Omniũ aũt finis appropinqua uit. R. ij. noc. dñice iiij. post Pa scha. R. In Ecclesijs. 214. L. ij. Estote itaq; prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vo bismetipsis charitatem cõtinuã habẽtes, qa charitas operit mul titudinem peccatorum. Hospi tales inuicem sine murmuratio ne, Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam ad ministrantes: sicut boni dispen satores multiformis gratię Dei: Siqs loquitur, quasi sermones dei: siquis ministrat tãq; ex vir tute, quam administrat Deus: vt in oibus honorificetur Deus p Jesum Christũ, cui est gloria, & imperium, in sęcula sęculorum Amẽ. R. In toto. 215. Lec. iij.

Charissimi, nolite peregri nari in feruore, qui ad ten tationem vobis fit: quasi noui aliquid vobis contingat: sed cõ municãtes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione glo rię eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in noie Chri sti, beati eritis: qm quod est ho noris, glorię virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requi escet. Nemo autem vestrum pa tiat, quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appeti tor. Si autem vt Christianus, non erubescat, glorificet aũt Deũ in isto nomine, quoniã tempus est, vt incipiat iudiciũ a domo Dei. Te Deum. 8. Ad Bñs. Añs. Oportebat pati Christum, & re surgere a mortuis, halleluiah. Ad Mag. Añ. Exiui a patre, & veni i mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem, hal.

FERIA QVARTA Rogationum.

In vigilia Ascensionis. Si ho die occurrat festũ nouẽ lec. fit de eo, cum ix. lec. de Homi. vigilię, & Oratione Dñicę, vt infra: de fe sto autem triũ lect. fit tm̃ com. Lcõ sci euãg. sm Johãnẽ. Lec. j.

In illo tempore: Subleua tis Jesus oculis in cęlum, dixit: Pater, venit hora, clarifi ca filium tuum. Et reliqua. 17. c.

Homilia

Homilia s. Augustini episcopi.

Poterat dñs noster vnigenitus, & coeternus pñi, in forma serui, & ex forma serui, si hoc opus esset, orare silētio: sed ita se patri exhibere voluit precatorē, vt meminisset nřm se esse doctorē. Proinde eam, quā fecit orōnem ꝓ nobis, notā fecit & nobis, qm̄ tanti magistri nō solum apud ipsos sermocinatio, sed et ipsius ꝓ ipsis ad patrē oratio, discipulorum est ędificatio: & si illorū, q hęc dicta aderāt audituri, profecto & nřa, q fueramus ɔscripta lecturi. ℟. in noc. dñicę iiij. post Pascha. ℟. Deꝰ cāticū. 21. L. ij.

Quapropter hoc qđ ait: Pater venit hora, clarifica filiū tuū: ostēdit omne tēpus, & qd, & qñ faceret, vel fieri fineret, ab illo esse dispositum, qui tēpori, subditus nō est: qm̄ quę futura erāt p singula tēpora, in dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Nō ergo credatur hęc hora fato vigente venisse, sed Deo potius ordināte: nec siderea necessitas Christi cōtexuit passionem: absit eni vt sidera mori cogerēt fidem ɔditorē. ℟. Bonū est. 215. L. iij.

Clarificatum a patre filium nonnulli accipiunt in hoc quod ei non pepcit, sed ꝓ nobis oibus tradidit eum: sed si passione clarificatus dicit, quāto magis resurrectione? nā in passione magis eius humilitas quam claritas cōmendat, Apostolo attestante, q dicit: Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Deinde sequit, & de eius clarificatione iam dicit: Propter qđ & deus illū exaltauit, & donauit ei nomen, quod est sup omne nomen: vt in noie Jesu omne genu flectat, cęlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dñs Jesus Christus in gloria est Dei patris. Hęc est glorificatio dñi nři Jesu Chri, q̄ ab eiꝰ resurrectione sūpsit exordium. Te deum. 8. Ad B. Añ. Pater, venit hora, clarifica filiū tuū, claritate quā habui priusq̄; mundus esset apud te, halab. Orō dž de dñica pterita vt̃s. 218

IN ASCENSIONE DOMINI. Duplex.

Ad vesperas, Añ. Viri Galilęi. cum reli. de laud. ps. Dixit d. 52. cum reli. de dñica. & loco vlt. ps. Laudate dñm oēs gen. 54. Cap. Act. 1



Primum qdem sermonem feci de omnibus o Theophile, q̄ cepit Jesus facere, & docere, vsq; in diem qua pręci-

pręcipiēs aplis,p spiritū sanctuz quos elegit,assumpt⁹ est. hy⁹.

Iesu nostra redēptio
Amor,⁊ desiderium,
Deus creator omniū,
Homo in fine tēpoꝝ,
Que te vicit clementia,
Ut ferres nostra crimina,
Crudelem mortem patiens,
Ut nos a morte tolleres?
Inferni claustra penetrans,
Tuos captivos redimens,
Victor triumpho nobili,
Ad dexteram patris residēs.
Ipsa te cogat pietas,
Ut mala nostra superes
Parcendo,⁊ voti compotes
Nos tuo vultu saties.
Tu esto nostro gaudium,
Qui es futurus pręmium,
Sit nostra in te gloria,
Per cūcta semp sęcula.Amē.

℣. Ascēdit deus in iubilatione, hal. ℟. Et dñs in voce tubę,hal. Ad Magnificat. Antiphona. Pater manifestavi nomen tuū hominibus, quos dedisti mihi: nunc autē pro eis rogo, nō pro mūdo,qa ad te venio,hal. Oro.

Concede q̄sumus oipotēs deus:vt qui hodierna die vnigenitum tuū redemptorem nostrū ad cęlos ascendisse credimus:ipsi quoq; mente in cęlestibus habitemus.Per eundem. Ad Matut. Invit. Halab.Chrm dñm ascendentē in cęlū,Venite adore.halab. ps. Venite. Hym.

Aeterne rex altissime,
Redemptor ⁊ fidelium,
Quo mors soluta deperit,
Datur triumphus gratię.
Scandens tribunal dexterę
Patris potestas omnium,
Collata Iesu cęlitus,
Quę non erat humanitus.
Ut trina rerum machina
Cęlestium terrestrium,
Et infernorum co idita,
Flectat genu iam subdita.
Tremunt videntes angeli
Versa vice mortalium,
Culpat caro,purgat caro,
Regnat Deus,Dei caro,
Tu esto nostrum gaudium,
Manens olympo prędìtum:
Mundi regis qui fabricam,
Mundana vincens gaudia.
Hinc te precantes quęsumus,
Ignosce culpis omnibus,
Et corda sursum subleva
Ad te superna gratia.
Ut cum repente cęperis,
Clarere nube iudicis,
Pęnas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.
Gloria tibi domine,
Qui scandis super sydera,
Cum patre ⁊ sancto spiritu,
In sempiterna sęcula.Amen.

Sic terminant hym.eiusdē metri vsq; ad Pētec.excepto hym no ad vesp.In j.nocturno.Aña. Elevata est magnificētia tua sup cęlos Deus,halab. ps.Dñe dñs nr.3. Aña.Dñs in templo san-

cto suo, dñs in cęlo, hal'a. Ps. In dño confi. 4. Ai. A summo cęlo egressio ei⁹, ꝛ occursus eius, hal'. Ps. Celi enarrāt. 7. ℣. Ascendit Deus in iubilatione, halelu iah. ℟. Et dñs in voce tube, hal'ah. Incipit liber Act. Aplo. Le. i.

Primū quidem sermonē feci de omnibus, o Theophile, quę cępit Jesus facere ꝛ docere, vsq₃ in diem, qua pręcipiens apostolis, per spiritum sanctum quos elegit, assumptus est: quibus ꝛ prębuit seipsum viuū₃ post passionem suā in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, ꝛ loquēs de regno dei. Et conuescens, pręcepit eis, ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent ꝑmissionē₃ patris, quā audistis, inquit p os meū₃, qa Johannes quidē baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto, non post multos hos dies. ℟. Post passionē suā per dies quadraginta apparens eis, ꝛ loquens de regno Dei, halelu iah, Et videntibus illis eleuatus est, hal'ah: Et nubes suscepit eum ab oculis eorū₃, hal'ah. ℣. Et conuescens pręcepit eis, ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissionē patris. Et videntibus. Lectio ij.

Igitur, q̄ cōuenerant interrogabant eū dicētes. Dñe si in tēpore hoc restitues regnū Jsrael? Dixit autē eis. Nō est vestrū₃ nosse tpa, vel momēta, quę pā posuit in sua potestate, sed accipietis virtutē superuenientis spiritus sancti in vos, ꝛ eritis mihi testes in Jerusalē, ꝛ in omni Judęa, ꝛ Samaria, ꝛ vsque ad vltimū terrę. Et cū hoc dixisset, vidētibus illis eleuat⁹ est, ꝛ nubes suscepit eū ab oculis eorū. ℟. Ois pulchritudo dñi exaltata est sup sidera. Species eius in nubib⁹ cęli, ꝛ nomē eius in ęternū permanet, hal'ah. ℣. A summo cęlo egressio eius, ꝛ occursus ei⁹ vsq₃ ad summū eius. Species. L. iij.

Cumq₃ intuerentur in cęlum euntem illū, ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestibus albis, qui ꝛ dixerunt: Viri Galilęi, quid statis aspicientes in cęlum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cęlum: sic veniet, quemadmodū₃ vidistis eū euntem in cęlum. Tunc reuersi sunt Jerosolymam, a monte qui vocat Oliueti, qui est iuxta Jerusalem, sabbathi habens iter. Et cum introissent, in cęnaculū ascenderunt, vbi manebāt Petrus, ꝛ Johannes, Jacobus ꝛ Andreas, Philipp⁹ ꝛ Thomas Bartholomę⁹ ꝛ Matthę⁹, Jacobus Alphęi, ꝛ Simō Zelotes, ꝛ Judas Jacobi. Hi omnes erant pseuerantes vnanimiter in oratione, cū₃ mulieribus, ꝛ Maria matre

matre Jesu, et fratribus eius. ℟. Exaltare dñe, ball'a. In virtute tua, bal'. ℣. Eleuata ẽ magnificẽtia tua sup cęlos de⁹. In. Gl. In. In ij. noct. An̄. Exaltare dñe in virtute tua, cātabimus, et psallemus, bal'. ps. Dñe in virtute. 7. An̄. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me, bal'. ps idẽ. 20. An̄. Ascẽdit deus in iubilatione, et dñs in voce tube. bal'. ps. Omnes gentes. 27. ℣. Ascendens Christus in altuȝ, baleluiab. ℟. Captiuā duxit captiuitatem, baleluiab.

Sermo S. Leonis Pape. L. iiii.

Post beatā, et gloriosam resurrectioneȝ dñi nr̄i Jesu Christi, qua verum dei templū, Judaica impietate resolutuȝ diuina se in triduo potētia suscitauit, quadragenarius hodie dilectissimi, sanctoꝝ dierū expletus est numer⁹, sanctissima ordinatione dispofit⁹, et ad vtilitatẽ nostrę eruditionis impensus: vt dū a dño in boc spatio mora pręsentię corporalis extendit, fides resurrectionis documētis necessarijs muniret. Mors enim Christi multoruȝ discipuloruȝ corda turbauerat: et de supplicio crucis: de emissione spiritus, de exanimati corporis sepultura, grauatis męstitudine mentib⁹ quidā diffidẽtie torpor obrepserat. ℟. Tēpus est vt reuertar ad eū qui me misit, dicit dñs: nolite contristari, nec turbetur cor vestrum. Rogo pro vobis patrem vt ipse vos custodiat, bal'ab, bal'. ℣. Nisi ego abiero, paraclitus nō veniet: duȝ assumptus fuero, mittam vobis eum. Rogo. L. v.

Vnde beatissimi apostoli, omnesqȝ discipuli, qui et de exitu crucis fuerant trepidi, et de fide resurrectionis ambigui, ita sunt veritate perspicua roborati, vt, dño in cęlorū euntem sublimia: non solum nulla afficerentur tristitia, sed etiaȝ magno gaudio replerentur. Et re vera magna erat, et ineffabilis causa gaudendi, cum in conspectu sanctę multitudinis super omniuȝ creaturarum cęlestium dignitatem, bumani generis natura cōscenderet, supergressura angelicos ordines, et vltra archangelorum altitudines eleuanda, nec vllis sublimitatibus moduȝ suę prouectionis habitura, nisi ęterni patris recepta consessu: illius glorię sociaretur in throno, cui⁹ natura copulabatur in filio. ℟. Nō turbetur cor vestrū: ego vado ad patrem, et duȝ assumptus fuero a vobis, mittā vobis, bal. Spiritum veritatis, et gaudebit cor vestruȝ, bal'ab. ℣. Ego rogabo patrem, et alium paraclitum dabit vobis. Spiritum. Lcō vj.

Quia igitur Christi ascensio nostra est prouectio: et quo pręcessit gloria capitis, eo spes vocatur et corporis: dignis dile

dilectissimi, exultemus gaudijs, & pia gratiarum actione letemur, Hodie enim nō solū paradisi possessores firmati sumus, sed etiā celorum in Christo supna penetrauimus: ampliora adepti p ineffabilem Christi gratiā, quā per diaboli amiseramus inuidiam. Nam quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit, eos sibi cōcorporatos Dei filius ad dexteram patris collocauit: cū quo viuit & regnat in vnitate spūs sancti Deus, p oia secula seculoꝝ. Amen. ℟. Ascēdens Chris in altū, hal. captiuā duxit captiuitatē. Dedit dona hominibus, hal. ab, hal. hal. ℣. Ascendit deus in iubilatione, & dñs in voce tube. Dedit. Gloria. Dedit. In iij. noct. Añ Nimis exaltatus est, hal. sup oēs deos, hal. ps. Dñs reg. exul. 44. Añ. Dñs in Sion, hal. magnus & excelsus, hal. ps. Dñs reg. irasc. 46. Añ. Dñs in celo, hal. ab, parauit sedem suā, hal. ab. ps. Bñdic aia. j. 47. ℣. Ascendo ad patrem meū, & patrem vestrum, hal. ab. ℟. Deum meum, & Deum vestrū, hal. ab. Lcō sci. euā. sm Marcū. Le. vij.

ca. 16 In illo tempore: Recumbētibus vndecim discipulis, apparuit illis Jesus, & exprobrauit incredulitatem illoꝝ, & duritiam cordis: quia ijs, qui viderant eum resurrexisse a mortuis non crediderant. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij pape.

Quod resurrectionem dñicam discipuli tarde crediderunt nō tam illorum infirmitas, quam nostra (vt ita dicā) futura firmitas fuit. Ipsa nāq resurrectio illis dubitantibus per multa argumēta monstrata est: que dū nos legētes agnoscim⁹, quid aliud quā de illoꝝ dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria: Magdalene prestitit: que citius credidit, quā Thomas, qui diu dubitauit. Ille etenim dubitādo vulnerū cicatrices tetigit, & de nostro pectore dubitationis vulnus amputauit ℟. Ego rogabo patrē, & alium paraclitum dabit vobis. Ut maneat vobiscum in eternum spiritum veritatis, hal. ab. ℣. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Ut ma. L. viij.

Ad insinuandam quoq veritatem dñice resurrectionis notādū nobis est, quid Lucas referat, dicens: Conuescens precepit eis, ab Jerosolymis ne discederent. Et post pauca: Videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eoꝝ. Notate verba signate mysteria. Cōuescens eleuatus est. Comedit, & ascendit: vt videlicet per effectum comestionis, veritas, patesceret carnis. Marcus vero, priusq̄ celum dñs ascendat,

eum de cordis atq; infidelitatis duritia icrepasse discipulos memorat. Qua in re qd considerandum est: nisi q iccirco dñs tunc discipulos increpauit, cum eos corporaliter reliquit: vt verba quę discedēs diceret, in cordib⁹ audiētium, arctius impressa remanerēt. ℟. P onis nubē ascēsum tuū dñe. Qui ambulas super pennas ventorū, haleluiah. ℣. Confessionem & decorem induisti, amict⁹ lumen sicut vestimentū. Qui. Glo. Qui. Lc. lr.

I Ncrepata igitur eorū duritia quid admonēdo dicat audiamus. Eūtes in mundū vniuersum, prędicate euāgeliū omni creaturę. Nunqd fratres mei, sanctū euangeliū vel insensatis rebus, vel brutis aialibus fuerat prędicandū: vt de eo discipulis dicatur: Prędicate euangeliū omni creaturę? Sed omnis creaturę nomine signat homo. Omnis autē creaturę aliquid habet homo. Habet nāq; cōmune esse cum lapidibus, vigere cū arboribus, sentire cū aialibus, intelligere cū angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creatura homo: iuxta aliqd ois creatura est homo. Omni ergo creaturę prędicat euangeliū, cū soli homini pdicat. Te Deū. &.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

V Iri Galilei, quid aspicitis in cęlum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cęlū, sic veniet, halab. ps. Dñs regn. &. cum rel. Añ. Cumq; intuerent in cęlum euntem illum dixerūt, halab. Añ. Eleuatis manibus benedixit eis, & ferebatur in cęlum, halab. Añ. Exaltate regē regum, & hymnū dicite deo, hal. Añ. Videtib⁹ illis eleuat⁹ est, & nubes suscepit eū in cęlo, hal. Cap. Primum quidem. ꝛꝛ. Hym. Jesu nostra redē. ꝛꝛ. ℣. Dominus in cęlo, haleluiah. ℟. Parauit sedē suam, haleluiah.

Ad Benedictus. Antiphona.

Ascendo ad patrē meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum, halab. Oratio. Concede, qs ops. ꝛꝛ. vt supra.

Ad Primā. ℟. bre. Christe fili dei viui miserere nobis. Hal. hal. ℣. Qui scādis super sidera. Haleluiah, halab. ℣. Exurge Christe. ℟. Et libera nos. sic dr quotidie vsq; ad Pēte. Ad iii. Cap. Primum quidem. ꝛꝛ. ℟. bre. Ascendit Deus in iubilatione, Halab, hal. ℣. Et dñs in voce tubę. Hal. hal. Gloria. ℣. Ascendens Chrs in altū, hal. ℟. Captiuam duxit captiuitatem, hal.

Ad Sextam. Capitulum.

C Onuescēs pręcepit eis, ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quā audistis, inquit, per os meū: quia Johānes quidem baptizauit aqua, vos autē bapti- I. Act.

baptizabimini spiritu sācto, nō post multos hos dies. ℟. Ascēdens Christus in altum, halla, hal. ℣. Captiuā duxit captiuitatem. halla. Glo. ℣. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, halleluiah. ℟. Deū meū, & Deū vestrū, hal. Ad ix. Cap.

Act. 1. Uiri Galilei, qd statis aspiciētes in cęlū? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cęlū, sic veniet, quēadmodū vidistis eum euntem in cęlum. ℟. Ascendo ad patrem meū, & patrē vestrū, halla, hal. ℣. Deū meum, & Deum vestrū, halla. Gloria. ℣. Dñs in cęlo, halla. ℟. Parauit sedem suā, halla. Ad Vesperas, Añę, ps. Cap. & hym. vt sup. in primis Vesp. ℣. Dñs in cęlo, halla. ℟. Parauit sedem suā, hal. Ad Mag. Añ. O rex glīę, dñe vtutū, q triūphator hodie sup oēs cęlos ascēdisti, ne derelinquas nos orphanos, sed mitte pmissum prīs in nos, spm̄ veritatis, hal. Oro vt ß. 221. Infra Oct. Ascē. & vsq; ad Pēt. quotidie fit offiñ de Ascēsione, nisi festū occurrat nouē lcō. de festis iij. lcōnū; fit tm̄ cōmemo.

FERIA SEXTA.

Incipit epistola scđa beati Petri apostoli. Lcō j.



Imō Petr⁹, seru⁹ & apls Jesu Chri, iis, qui coęqualem nobiscū sortiti sūt fidē, in iustitia Dei nri, & saluatoris Jesu Chri: Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione dei, & Christi Jesu dñi nostri: quomodo omnia nobis diuinę virtutis suę, quę ad vitā & pietatē ptinēt donata sunt, p cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute, per quem maxima, & pretiosa nobis, promissa donauit: vt per hęc efficiamini diuinę consortes naturę, fugientes eius, quę in mundo est, concupiscentię corruptionē. ℟. Post pa. 222. Lectio secunda.

Uos autē curam oēm subinferentes, ministrate in fide vestra virtutē, in virtute autē scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autē patientiā, in patientia autē pietatem, in pietate autem amorē fraternitatis, in amore autē fraternitatis charitatem. Hęc enim si vobiscū adsint, & superēt, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in dñi nostri Jesu Christi, cognitione: Cui enim nō pręsto sunt hęc, cęcus est & manu tētans: obliuionē accipiens purgationis veterum suorum delictorū. ℟. Omnis pulc. 222. L. iij.

Quapropter, fratres magis satagite, vt per bona opera certā vestrā vocationem, & electionē faciatis. Hęc enim facientes nō peccabitis aliquando: sic enim abundanter ministra-

strabitur vobis introitus in ęternuz regnuz dñi nostri, ⁊ saluatoris Iesu Christi. Propter qđ incipiam vos semper commonere de his, ⁊ quidem scientes, ⁊ confirmatos vos in pręsenti veritate. Iustum autē arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in cōmonitione, certus quod velox est depositio tabernaculi mei: secūdū qđ ⁊ dñs Iesus Christ⁹ significauit mihi. Dabo autem operam, ⁊ frequēter habere vos post obitū meū, vt horum memoriam faciatis.

℟. Exaltare Domine, hal' 222.

Sermo S. Leonis Papę. L. iiij.

Sacramentum, dilectissimi salutis nostrę, quaz pretio sanguinis sui vniuersitatis cōditor ęstimauit a die corporalis ortus vsq; ad exituz passionis per dispensationē humilitatis impletum est. Et licet, multa, etiam in forma serui diuinitatis signa, radiauerint, proprie tñ illius tēporis actio ad demonstrandam suscepti hominis ptinuit veritatē. Post passionē vero ruptis mortis vinculis, quę vim suā in euz, qui peccati erat nescius, incedēdo perdiderat, infirmitas in virtutē, mortalitas in immortalitatem, contumelia transiuit in gloriam: quā dñs Iesus Christ⁹ in multis manifestisq; documētis, multorum declarauit aspectibus donec triumphum victorię, quē reportarat a mortuis, inferret ⁊ cęlis. ℟. Tēpus est. 222. Lcō v.

Sicut ergo in solēnitate paschali resurrectio dñi fuit nobis causa lętandi: ita ascensio eius in cęlos, pręsentium nobis est materia gaudiorū, recolentibus illā diez, ⁊ rite venerātibus qua naturę nostrę humilitas in Christo, super oēm cęli militiaz, super oēs ordines angelor, ⁊ vltra oium altitudinū potestatez, ad Dei patris est prouecta cōsessuz. Quo ordine operū diuinor nos fundati, nos ędificati sum⁹: vt mirabilis fieret gr̄a Dei, cuz remotis a conspectu hoiuz, quę merito reuerentiā sui sentiebantur indicere, fides nō deficeret, spes nō fluctuaret, charitas nō tepesceret. ℟. Nō turbet. 222. L. vj.

Magnarū hic vigor est mētium, ⁊ valde fideliū hoc lumen animarū incunctāter credere, quę corporeo non vidētur intuitu, ⁊ ibi figere desiderium, quo nequeas inferre conspectū. Hęc autē pietas vnde in nostris cordibus nasceret, aut quomodo quisq; iustificaret per fidem, si in iis tñ salus nostra consisteret, quę obtutibus subiacerent? vnde ⁊ illi viro, qui de resurrectione Chri videbat ambigere, nisi in ipsius carne vestigia passionis ⁊ visu explorasset, ⁊ tactu. Quia vidisti me, inquit dñs, credidisti: beati q nō viderūt, ⁊ crediderunt.

diderũt. R. Ascẽdẽs Chrs. 223.
De homilia S. Greg. pp. L. vij.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabit. Fortasse vnusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi: saluus ero. Verũ dicit si fidem operibus teneat. Vera etenim fides est, quę in hoc qđ verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim, q de quibusdã falsis fidelib⁹ Paul⁹ dicit: Qui confitentur se nosse Deũ, factis autem negant. Hinc Johannes ita: qui dicit se nosse deũ, & mandata eius non custodit, mendax est. R. Ego rogabo. 223. L. viij.

Quod cum ita sit: fidei nostrę veritatẽ in vitę nostrę consideratione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus, operibus cõplemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis abrenũciare promisimus, itaque vnusquisque vestrum ad consideratione suam mentis oculos reducat: & si seruat post baptismũ, quod ante baptismum spopondit, certus iam: quia fidelis est gaudeat. R. Ponis nubẽ. 223. L. ix.

Sed ecce, si, quod promisit minime seruauit, si ad exercenda praua opera, ad concupiscẽdas mũdi põpas dilapsus est, videamus si iam scit plãgere, qđ errauit. Apud misericordẽ nãq; iudicem, nec ille fallax habebitur, qui ad veritatẽ reuertitur: etiã postq mentitur. Quia omnipotẽs Deus, dum libenter nostram pęnitentiam suscipit, ipse suo iudicio hoc, qđ errauimus, abscõdit.

SABBATHO.

De epla ij. beati Petri apli. L. j.

Hanc ecce vobis, carissimi, secũdam scribo epistolã, in quibus vestram excito in cõmonitione sinceraz mentem: vt memores sitis eorum, quę pręd ixi, verborũ, a sanctis prophetis, & apostolorum vestrorum, pręceptorum dñi, & saluatoris: hoc primum scientes: quod venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Ubi est promissio, aut aduẽtus eius? Ex quo enim pr̃es dormierunt, oĩa sic perseuerant ab initio creaturę. Latet enim eos hoc volẽtes, q cęli erant prius, & terra de aqua, & per aquam cõsistens Dei verbo, per quę ille tunc mũd⁹ aqua inundat⁹ periijt. Cęli autem, qui nunc sunt, & terra eodẽ verbo repositi sunt igni reseruati in diez Judicij, & perditionis impiorũ hominũ. R. Post passionem. 222. L. ij.

Unum vero hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud dñm, sicut mille anni,

B. R. B. ff & mille

⁊ mille anni sicut dies vnus. Nō
tardat dn̄s promissionem suaꝫ,
sicut quidā existimāt: sed patiē
ter agit propter vos, nolens ali
quos perire, sed oēs ad peniten
tiaꝫ reuerti. Adueniet aūt dies
dn̄i vt fur, in quo celi magno im
petu transiēt, elemēta vero calo
re soluentur, terra autē, ⁊ que in
ipsa sunt opera exurent. Cū igi
tur hec oīa dissoluēda sint; qua
les oportet vos esse in sanctis cō
uersationibus ⁊ pietatib⁹, expe
ctantes, ⁊ properantes in aduen
tum diei dn̄i, per quē celi arden
tes soluentur, ⁊ elementa ignis
ardore tabescēt? Nouos vero ce
los, ⁊ nouam terram secunduꝫ
promissa ipsius expectamus, in
quib⁹ iustitia habitat. ℟ Om
nis pulchri. 222. Lectio tertia.

PRopter qd̄, carissimi, hec
expectātes satagite, imma
culati, ⁊ inuiolati ei inueniri in
pace: ⁊ dn̄i nostri lōganimitatē,
salutē arbitramini: sicut ⁊ caris
simus frater noster Paulus sm̄
datam sibi sapientiā scripsit vo
bis, sicut ⁊ in omnib⁹ epistolis,
loquens in eis de ijs: in quibus
sunt quedaꝫ difficilia intellectu,
que indocti ⁊ instabiles depra
uant, sicut ⁊ ceteras scripturas,
ad suam ipsorum perditionem.
Uos igitur fratres presciētes
custodite, ne insipientium erro
re traducti, excidatis a propria
firmitate: crescite vero i gratia,
⁊ in cognitione domini nostri, ⁊
Saluatoris Jesu Christi: ipsi glo
ria ⁊ nunc in diem eternitatis.
Amen. ℟ Exaltare dn̄e. 222.
Sermo Sc̄i Leonis Pape. Lc̄tio iiij.

QUod itaqꝫ redēptoris no
stri conspicuum fuit, in sa
cramēta trāsiuit: ⁊ vt fides excel
lentior esset, ac firmior, visioni do
ctrina successit, cuius auctorita
tem supernis illuminata radijs
credentiuꝫ corda sequerentur.
Hanc fidē ascensione dn̄i auctā,
⁊ spiritus sancti munere robora
tam, non vincula, non carceres,
non exilia, non fames, non ignis,
non laniatus ferarū, nec exquisi
ta psequētiū crudelitatibus sup
plicia terruerūt. Pro hac fide p
vniuersuꝫ munduꝫ nō solū viri,
sed etiā femine, nec tātū impubes
pueri, sed etiam tenere virgines
vsqꝫ ad effusioneꝫ sanguinis de
certarūt. Hec fides demonia eie
cit, egritudines depulit: mortuos
suscitauit. ℟ Tēpus. 222. Lc̄tio v.

UIde ⁊ ipsi beati apostoli
qui tot miraculis cōfirma
ti, tot sermonibus eruditi; atro
citatem tn̄ dn̄ice passionis expa
uerant, ⁊ veritatem resurrectio
nis eius non sine hesitatione su
sceperant, tantum de ascensione
dn̄i pfecerunt, vt quicquid illis
prius intulerat metū; verteretur
in gaudiū. Totam enim contem
platione animi in diuinitatē ad
patris dexteram consedētis ere
xerant:

xerant: nec iaʒ corporeę visionis laudabātur obiectu, quo min⁹ in id acieʒ mentis intenderent, ꝙ nec a patre descēdēdo absue/rat, nec a discipulis ascēdēdo di/scesserat. Tunc igitur, dilectissi/mi, fili⁹ hominis, dei filius excel/lētius sacratiusq; innotuit, cū i paternę maiestatis gloriā se re/cepit: ⁊ ineffabili modo cępit es/se diuinitate pręsentior, q factus est humanitate longinquior. ℟. Non turbetur. 222. Lectio vij.

Nunc ad equalē patri filiuʒ eruditior fides gressu cępit mentis accedere, ⁊ contrectatio ne i Christo corporeę substātię, qua pater minor est, non egere: qm̄, glorificati corporis manēte natura, eo fides credentium vo cabatur, vbi non carnali manu, sed spirituali itellectu par geni tori vnigenitus tāgeretur. Hinc illud est, quod post resurrectio/nem in suam dn̄s Marię Magda lenę personam Ecclesię gerenti, cuʒ ad contactum ipsius prope raret accedere, dicit: Noli me tā gere: Nondum enim ascendi ad patrem meum: hoc est: Nolo, vt ad me corporaliter venias, nec vt me sensu carnis agnoscas: ad sublimiora te differo, maiora ti bi pręparo. Cum ad patreʒ ascē dero, tūc me perfecti⁹ veriusq; palpabis: apprehensura quod non tangis, ⁊ creditura quod non cernis. ℟. Ascendens. 221.

De Homilia S. Greg. pp. l. vij.

Signa auteʒ eos, q credituri sunt, hęc sequentur: In nomine meo demonia eijciēt, lin guis loquentur nouis, serpētes tollēt: ⁊, si mortiferū quid bibe/rint, non eis nocebit. Sup ęgros manus imponent, ⁊ bene habe bunt. Nunqd nam, fratres mei, qa ista signa nō facitis, minime creditis? Sed hęc necessaria in exordio Ecclesię fuerūt. Ut eniʒ ad fidē cresceret multitudo cre dentiū, miraculis fuerat nutriē da. Quia ⁊ nos, cū arbusta plāta mus, tam diu eis aqueʒ infundi mus, quousq; ea in terra iaʒ con luisse videamus: At si semel ra/diceʒ fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus di cit: Linguę in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. ℟. Ego rogabo. 223. Lectio viij.

Habemus de his signis, at/que virtutib⁹, quę adhuc subtilius cōsiderare debeamus. Sācta quippe Ecclesia quotidie spiritualiter facit, qđ tunc p apo stolos corporaliter faciebat. Nā sacerdotes eius cum per exorcis mi gratiam manum credētibus imponunt, ⁊ habitare malignos spiritus in eorum mente contra dicunt, quid aliud faciunt, nisi demonia eijciūt? Et fideles quę que, qui iam vitę veteris secula ria verba derelinquunt, sancta autē mysteria insonant, cōditoris

sui laudes & potentiã, quantum preualet, narrãt: qd aliud faciũt nisi nouis linguis loquuntur? Qui dum bonis suis exhortatio nibus malitias de alienis cordibus auferunt, serpentes tollũt. ℟. Ponis nubẽ. 223. Lcõ ix.

Et dũ pestiferas suasiones audiunt, sed tamen ad operationem prauam minime pertrahuntur, mortiferum quidem est qd bibunt, sed non eis nocebit. Qui quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciũt, dum eis tota virtute cõcurrunt, & exemplo sue operationis illorum vitam roborant, qui in propria actione titubant, quid aliud faciũt, nisi super egros manus imponũt, vt bene habeant? Que nimirũ miracula tãto maiora sunt, quãto spiritualia, tanto maiora sunt, quãto p hec non corpora, sed anime suscitantur.

Ad Vesperas. Capitulum.

pe.4. Charissimi, Estote prudẽtes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autẽ mutuã in vobismetipsis charitatẽ continuã habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hymn. Iesu nra red. 221. ℣. Dñs in celo, ba℟. ℟. Parauit sedẽ suã, ba℟. Ad Magnificat. Antiphona. Cũ venerit paraclitus, quẽ ego mittam vobis spm̃ veritatis, qui a patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me, ba℟ab. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne de⁹, fac nos tibi semper & deuotã gerere volũtatẽ, & maiestati tue sincero corde seruire. Per dñz. Et fit cõmemoratio Ascẽsionis. Añ. O rex glorie. 224. ℣. Ascendit Deus in iubilatione, ba℟. ℟. Et dominus in voce tube, ba℟ab. Oratio Concede quesum⁹. 221.

DOMINICA INFRA octauam Ascensionis

totum officiuz fit de Ascẽsione, exceptis his, q̃ hic habent ppria. Incipit Epistola prima Beati Iohannis apostoli. Lectio. j.



Quod fuit ab initio, qd audiuim⁹ qd vidimus oculis nostris, quod pspeximus, & manus nostre cõtrectauerunt de verbo vite, & vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis vitã eternã, que erat apud patrẽ, & apparuit nobis, Quod vidim⁹, & audiuimus, annunciamus vobis, vt & vos societatez habeatis nobiscũ, & societas nostra sit cum patre, & cuz filio eius Iesu Christo. Et hec scribimus vobis, vt gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum. Et hec annũciatio, quam audiuimus ab eo, & annũciamus vobis: Quoniam Deus lux est, & tenebre, in eo non sunt vlle. ℟. Post pass. 222. Lcõ ij.

Si dixerimus quõ societatẽ habeamus cum eo, et in tenebris ambulamus, mentimur et veritatẽ non facim⁹. Si autẽ in luce ambulamus, sicut et ipse est in luce, societatẽ habem⁹ ad inuicē, et sanguis Jesu Chri filij ei⁹ emundat nos ab oi pcõ: Si dixerimus qm̃ peccatũ nõ habem⁹: ipsi nos seducimus: et veritas in nobis nõ est: Si cõfiteamur peccata nr̃a: fidelis est, et iust⁹, vt remittat nobis pctã nr̃a: et emũdet nos ab oi iniqtate: Si dixerim⁹ qm̃ non peccauimus: mendacẽ facim⁹ eũ, et verbũ eius nõ est in nobis. ℟. Ois pulcr. 222. ℒ iij.

Filioli mei, hęc scribo vobis vt non peccetis: sed et siqs peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem Jesuz Christũ iustũ: et ipse est ppitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tm̃, sed etiã pro totius mundi. Et in hoc scim⁹ qm̃ cognouimus eum, si mãdata eius obseruamus. Qui dicit se nosse deuz, et mandata eius nõ custodit, mẽdax est, et in hoc veritas non est. Qui autez seruat verbũ eius, vere i hoc charitas dei pfecta est: et in hoc scimus qm̃ in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. ℟. Exaltare dñe. 222

Sermo S. Augustini epi. ℒ iiij.

Saluator noster, dilectissimi fratres, ascẽdit in cęlũ: nõ ergo turbemur in terra. Ibi sit mens, et hic erit requies. Ascẽdamus cũ Christo interim corde, vt cũ dies eius promissus aduenerit, sequamur et corpe. Scire tñ debemus, fratres, quia cuz Christo non ascendit superbia, nõ auaritia, non luxuria, nullum vitium nr̃m ascendit cum medico nostro. Et ideo, si post medicum desideramus ascendere, debemus vitia, et peccata deponere. Oẽs enim quasi qbusdã compedibus nos premũt, et peccatorũ nos retibus ligare contendunt: et ideo cum dei adiutorio, sm id qd ait psalmista: Dirũpam⁹ vincula eorũ: vt securi possimus dicere dño. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. ℟. Tempus est. 222. Lectio v.

Resurrectio dñi, spes nostra est: ascensio dñi, glorificatio nostra est. Ascensionis hodie solẽnia celebramus, Si ergo recte, si fideliter, si deuote, si sancte, si pie ascensionem dñi celebramus, ascendamus cum illo, et sursuz corda habeamus. Ascẽdentes autem non extollamur: nec de nostris, quasi de proprijs meritis pręsumamus. Sursum autẽ corda habere debemus ad dñm. Sursum enim cor ad dñz non superbia vocatur. Sursum autem cor ad dñm, refugium vocatur. Uidete, fratres, miraculum magnum. Altus est Deus

erigis te, ⁊ fugit a te: humilias te, ⁊ descēdit ad te. Quare hoc? Quia excelsus est, ⁊ humilia respicit, ⁊ alta de longe cognoscit. Humilia de proximo respicit, vt attollat: alta, id est superba de longe cognoscit, vt deprimat. ℞. Non turbetur. 222. Lectio vj.

Resurrexit enim Christus vt spem nobis daret, quia surgit homo q̄ moritur: ne moriendo desperaremus, ⁊ vitam nostram in morte finitā putaremus, securos nos fecit. Soliciti enim eramus de ipsa anima: ⁊ ille nobis resurgendo, de carnis resurrectiōe fiduciā dedit. Crede ergo, vt munderis. Prius te oportet credere, vt postea per fidem Deum merearis aspicere. Deum enim videre vis, audi ipsum. Beati mundo corde, quoniam ipsi deū videbunt. Prius ergo cogita de corde mūdādo: ⁊ quicquid ibi vides q̄d displicet deo, tolle. ℞. Ascendens. 223.

Lcō sci euā. sm̄ Johannē. L. vij.

L15. In illo tpe. Dixit Jesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus, quem ego mittā vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre pcedit, ille testimoniū perhibebit de me. Et rel.

Homilia sancti Augustini epi.

Dominus Jesus in sermone, quem locutus est discipulis suis post cenā, proximus passioni, tanquam iturus, ⁊ relicturus eos presentia corporali, cum oibus autē suis vsq; ad consummationē seculi futurus presentia spūali, exhortatus est eos ad perferendas psecutiones impiorū, quos mundi nomine nuncupauit: ex quo tñ mundo etiā ipsos discipulos se elegisse dixit: vt scirent se Dei gratia esse q̄d sunt: suis autē vitijs fuisse, q̄d fuerāt. ℞. Ego rogabo. 223. Lcō viij.

Deinde psecutores ⁊ suos ⁊ ipsorū, Judeos euidenter expressit: vt oino appareret etiam ipsos mundi damnabilis appellatione conclusos, qui psequūtur sanctos. Cumq; de illis diceret, q̄ ignorarent eū, a quo missus est: ⁊ tñ odissent ⁊ filium ⁊ patrē, hoc est, ⁊ eū, qui missus est, ⁊ eū a quo missus est: (de quibus oibus, in alijs sermonibus iam disseruimus) ad hoc peruenit, vbi ait: Ut adimpleatur sermo qui in lege eorū script⁹ est: Quia odio habuerūt me gratis. ℞. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eū ad vos. Cum aūt venerit ille, docebit vos oēm veritatem, hal. ℣. Non enim loquetur semetipso, sed quecunq; audiet loquetur: ⁊ q̄ ventura sunt, annunciabit vobis. Cum. L. ix.

Deinde tanq̄ consequenter adiūxit, vnde nunc disputare cepimus. Cū autē venerit paraclitus, quem ego mittam vobis

vobis a patre, spiritus veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis; quia ab initio mecum estis. Quid hoc per tinet ad illud quod dixerat: Nunc autem et viderunt, et oderunt, et me, et patrem meum: sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis: An quia paraclitus, quando venit spiritus veritatis, eos, qui viderunt et oderunt testimonio manifestiore conuicit: immo vero etiam aliquos ex illis qui viderunt, et adhuc oderant, ad fidem, que per dilectionem operatur, sui manifestatione conuertit. Hec omnia, ... Cum venerit. 226. vesp. in sabbato a ... ibidem. Et fit com. de Ascensione cum An. Ascendo ad patrem. ... Ascendit deus in iubilatione hal. ... Et dominus in voce tube, halah. ... Oratio vesp. Ad iij. cap. Carissimi, esto. 226. ... br. Ascendit Deus in iu. 223. ... Ascendens Christus.

Ad Sextam. Capitulum.

j. pe. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione; vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratie Dei. ... bre. Ascendens Christus. 224. ... Ascendo ad patrem.

Ad Nonam. Capitulum.

Si quis loquitur quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, dominum nostrum. ... Ascendo ad pa. 224. ... Dominus in celo. ... Hec locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum, reminiscamini: quia ego dixi vobis, hala. ... O rex glorie. 244. ... Ascendit Deus in iubilatione, halah. Et dominus in voce tube, haleluiah. ... Concede quesumus. 21.

FERIA SECVNDA.

...

3. ca. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, et simus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum. Carissimi, nunc filij Dei sumus: et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Omnis, qui habet hanc spem in eo: sanctificat se, sicut et ille sanctus est. Omnis, qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas: Et scitis, quia ille apparuit, vt peccata nostra tolleret, et peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat: et omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum. ... Post passionem. 222. ...

Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est: qm̃ ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, qm̃ semen ipsius in eo manet: et non potest peccare, qm̃ ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, et filij diaboli. Omnis, q nõ est iustus, nõ est ex deo, et qui non diligit fratrẽ suum: qm̃ hec est annunciatio quã audistis ab initio, vt diligatis alterutrũ: non sicut Cain, qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? quoniã opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta. ℟. Omnis pulchri. 222. Lectio tertia.

Nolite mirari, fratres si odit vos mundus. Nos scimus, qm̃ translati sumus de morte ad vitam qm̃ diligim⁹ fratres. Qui non diligit manet in morte. Oĩs, qui odit fratrem suuz, homicida est. Et scitis, qm̃ omnis homicida non habet vitam eternam in semetipso manẽtem. In hoc cognouimus charitatem Dei, qm̃ ille aiam suaz pro nobis posuit, et nos debemuz pro fratrib⁹ aĩas ponere. Qui habuerit substãtiã huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatẽ habere: et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, et veritate. ℟. Exaltare. 222.

Sermo s. Iohan. Chrysost. Liiij.

Christus ascendens in celũ, nostre nature primitias obtulit patri, et oblatum donũ miratus est pater, qd̃ et tanta dignitas offerebat, et qd̃ offerebatur, nulla macula fedabatur. Nam et suis manibus suscepit oblatum, et sue sedis fecit esse participẽ, et quod plus, ad partem sue dextere collocauit. Cognoscamus qs est ille, q audiuit. Sede ad dexteram meam. Que natura est, cui Deus dixit: Esto mee particeps sedis. Illa natura est, que audiuit, terra es, et in terram ibis. ℟. Tempus est. 222. Lectio v.

Non enim ad oẽm gloriã celos transisse suffecerat, nõ cum angelis stare, sed celos transiuit: supra Cherubim ascendit, vltra Seraphim, eleuatur, nec ante stetit nisi sedez dñicam meruisset. Vide, quo spatio celũ separatur a terra, immo terra quãto ab inferis abest, et ipsum celuz quãto ab altiore celo separatur, et de altiore celo ad angelos quãtum spatij est, ad superiores etiã potestates: ad ipsam quoqz dñicam sedẽ. Super hec oĩa natura nostra eleuata est, vt homo, qui loco tã humili tenebatur, vt descendere non posset vlterius, ad tam-

tam excelsam sedẽ eleuaretur, vt altius non posset ascendere. ℟. Non turbetur. 222. Lcõ. vj.

Et hęc ostendens Paulus dicebat: Qui descendit, ipse est qui ascendit. Et iterũ: Descendit ad inferiora terrę, ⁊ ascẽdit super oẽs cęlos. Discite igit, quisnam ascendit, ⁊ quę natura eleuata est. In hoc eniꝫ cupio remorari sermonẽ, vt humani generis cõmemoratione, diuinam clementiam cũ omni admiratione discamus, quę summũ honorem: magnamqꝫ gloriam nostrę naturę largita est, quę oĩbus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli atqꝫ archãgeli naturã nostrã in sede dominica immortali gloria fulgenteꝫ viderunt. ℟. Ascendens. 223.

De homilia s. Greg. pape. Lvij.

Et dñs Jesus, postꝗ̃ locutus est eis, assumptus est in cęlum, ⁊ sedet a dextris Dei. In veteri testamento cognouimus, ꝙ Elias sit raptus in cęluꝫ. Sed aliud est cęluꝫ ętherẽum, aliud aereum. Cęlum quippe aereum terrę est proximũ: vnde ⁊ aues cęli dicimus, quas eas volitare in aere videmus. In cęlum itaque aereum Elias sublevatus est, vt in secretam quandã terrę regionẽ repẽte duceretur: vbi in magna iam carnis, ⁊ spiritus quiete viueret, quousqꝫ ad finem mũdi redeat, ⁊ mortis debitum soluat: Ille etenim mortem distulit, non euasit: redemptor auteꝫ noster, quia nõ distulit, superauit, eamqꝫ resurgendo consumpsit, ⁊ resurrectionis suę gloriã ascendendo declarauit. ℟. Ego rogabo. fol. 223. Lectio octaua.

Notãdũ quoqꝫ est ꝙ Elias in curru legitur ascẽdisse, vt videlicet aperte demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Per angelos quippe facta illa ⁊ ostensa sunt adiumẽta: quia nec ad cęlũ quidem aereum per se ascẽdere poterat, quẽ naturę suę infirmitas grauabat. Redemptor autẽ noster non curru, non angelis subleuatus legitur: quia is qui fecerat oĩa, nimirũ super oĩa sua virtute ferebatur. Illo eteniꝫ reuertebat, vbi erat: ⁊ inde redibat, vbi remanebat: quia cum per humanitatem ascenderet in cęlum, per diuinitateꝫ suam ⁊ terram pariter cõtinebat, ⁊ cęlum. ℟. Omnis nubem. 223. Lcõ. ix.

Sicut autem Joseph a fratribus venditus, vẽditionẽ redẽptoris nostri figurauit: sic Enoch translatus: atqꝫ ad cęlũ aereũ Elias subleuatus: ascẽsionẽ dñicam vterqꝫ designauit. Ascensionis ergo suę dñs pręnũcios ⁊ testes habuit, vnum ante legem, alium sub lege: vt quandoqꝫ veniret ipse, qui veraciter cęlos penetrare potuisset. Unde

de ꝛ ipse ordo in eorum quoqꝫ vtroꝛūqꝫ subleuatione, p quedā incrementa distinguit. Nā, Enoch translatus, Elias vero ad celum subuectus esse memoratur, vt veniret postmodū, qui nec trāslatus, nec subuectus, celum ethereum sua virtute penetraret.

FERIA TERTIA.

De epla j. btī Johānis apli. Ca. iiij.

ca. 4. Charissimi nolite omni spiritui credere, sed pbate spūs si ex Deo sint: qm̄ multi pseudo prophete exierunt in mūdum. In hoc cognoscit spiritus Dei. Omnis spūs, qui confitetur Jesum Christū in carne venisse, ex Deo est, ꝛ omnis spūs, qui soluit Jesum, ex Deo non est: ꝛ hic est antichristus: de quo audistis, qm̄ venit, ꝛ nunc iam in mundo est: Vos ex Deo estis filioli, ꝛ vicistis eum: quoniam maior est, qui in vobis est, quam qui in mundo. Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, ꝛ mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum, audit nos: q non est ex Deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, ꝛ spiritum erroꝛis. ℟. Post passionem. ꝛc. Lectio ij.

Charissimi: diligamꝰ nos inuicē, quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, ꝛ cognoscit Deū. Qui non diligit, non nouit Deū, qm̄ Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, qm̄ filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: nō quasi nos dilexerimus Deū, sed qm̄ ipse prioꝛ dilexit nos, ꝛ misit filium suum propitiationē pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos, ꝛ nos debemꝰ alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquā. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, ꝛ charitas eiꝰ in nobis perfecta est. In hoc cognoscimꝰ q in eo manemus, ꝛ ipse in nobis, quoniaꝫ de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, ꝛ testificamur, quoniaꝫ pater misit filium suū saluatoꝛem mundi. ℟. Omnis pulchritu. ꝛc. Lectio tertia.

Quisquis confessus fuerit qm̄ Jesus est filius Dei, Deus in eo manet, ꝛ ipse in deo. Et nos cognouimus, ꝛ credidimus charitati, quā habet Deus in nobis. Deus charitas est: ꝛ q manet in charitate, in Deo manet, ꝛ Deꝰ in eo. In hoc pfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciā habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, ꝛ nos sumꝰ in hoc mūdo. Timoꝛ nō est in charitate, sed pfecta charitas foras mittit timorem, qm̄ timoꝛ penā habet: qui autem timet, non est pfectus in charitate. Nos ergo diligamꝰ Deū, qm̄ Deus prioꝛ dilexit nos. Si quis dixerit, qm̄ diligo

diligo Deum, & fratrē suū oderit, mendax est. Qui enim nō diligit fratrem suum, quē videt, Deum quem nō videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. ℟. Exaltare dn̄e. 222.

Sermo sancti Maximi epi. L. iiij.

Meminit sanctitas vestra, quod aquilę illi de psalterio, cuius innouatā iuuentutē legimus, comparauerim saluatorē: est enim similitudo non parua. Sicut enī aquila humilia deserit, alta petit, celorū vicina cōscendit: ita & saluator humilia inferni deseruit, paradisi altiora petijt, celorum fastigia penetrauit. Et sicut aquila, relictis terrenis sordibus, sublime volans, purioris aeris salubritate pfruitur: ita & dn̄s: terrenorū fęcem deserēs peccatorum, in sanctis suis volitās, purioris vitę simplicitate lętatur. ℟. Tempus est. 222. L. v.

Et omnia igitur aquilę comparatio cōuenit saluatori. Sed quid facimus, quod aquila prędam frequēter diripit, & tollit frequenter alienum? Nec in hoc tamē dissimilis est saluator: prędam enim quodā modo sustulit, cum hominē, quem suscepit, inferni raptū faucibus, portauit ad celum: & alienę dominationis, idest diabolicę potestatis seruum, de captiuitate, erutum, duxit ad altiora captiuum, sicut scriptum est in propheta: Ascēdens in altum, captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. ℟. Non turbetur. 222. L. vj.

Ascendit, inquit, in altum, captiuā duxit captiuitatē. Quā bene triumphū dn̄i propheta describit? Solebat, sicut dicunt, regum triumphantium currus captiuorum pompa precedere. Ecce dominum euntem ad celos non precedit, sed comitatur gloriosa captiuitas, non ante vehiculum ducitur, sed ipsa euehit saluatorem. Quodā enī mysterio, dum filius Dei filium hominis sustulit ad celum, ipsa captiuitas portatur, & portat. ℟. Ascendens Christus. 223.

Homilia sancti Greg. papę. L. vij.

Considerādū nobis est, qd est, qd Marcus ait: Sedet a dextris Dei: & Stephanus dicit: Video celos apertos, & filiū hominis stātem a dextris Dei. Quid est, quod hūc Marcus sedentē, Stephanus vero stantē se videre testatur? Sed scitis fratres, quia sedere iudicantis est, stare vero pugnantis vel adiuuantis. ℟. Ego rog. 223. L. viij.

Quia ergo redemptor noster assumptus in celum & nūc omnia iudicat, & ad extremū iudex omniū veniet, hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post ascēsionis

nis sue gloriam iudex in fine videbitur. Stephanus vero hunc, in labore certaminis positus, stātem videt, quem adiutorem habuit: qa vt iste in terra persecutorū infidelitatē vinceret, pro illo de celo illius gratia pugnauit. ℟. Ponis nubem. 223. Lcō ix.

SEquitur. Illi aūt profecti predicauerūt vbiqȝ, dn̄o cooperante, ⁊ sermonem confirmante sequētibus signis. Quid in his considerandum est? quid memorie commendandum? nisi quod preceptum obediētia, obediētiam vero signa secuta sunt? Sed quia auctore Deo breuiter lectionem euangelicam exponēdo transcurrimus, restat, vt aliquid de ipsa tante consideratione solennitatis dicamus.

FERIA QVARTA.

Incipit Epistola secunda beati Iohannis appostoli. Lectio, j.



SEnior, Electe dn̄e, ⁊ natis eius, quos ego diligo in veritate, ⁊ nō ego solus, sed ⁊ omnes qui cognouerunt veritatē que permanet in nobis, ⁊ nobiscum erit in eternuȝ: sit vobiscum gratia, misericordia, pax a deo pr̄e, ⁊ Christo Iesu, filio patris in veritate, ⁊ charitate. Gauisus sum valde qm̄ inueni de filijs tuis ambulātes in veritate, sicut mandatum accepimus a patre. Et nunc rogo te dn̄a, non tanquam mandatum nouum scribēs tibi, sed qđ habuimus ab initio: vt diligamus alterutrum. ℟. Post passionem 222. Lectio secunda.

ET hec est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodū audistis ab initio, in eo ambuletis: qm̄ multi seductores exierūt in mūdum: qui non cōfitentur Iesum Christum venisse in carne, hic est seductor, ⁊ antichristus. Uidete vosmetipsos, ne perdatis que operati estis: sed vt mercedē plenam accipiatis. Omnis qui recedit, ⁊ non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui pmanet in doctrina: hic patrē ⁊ filiū habet. ℟. Oīs pul. 222. L. iij.

SI quis venit ad vos, ⁊ hāc doctrinā non affert, nolite recipere eum in domum; nec, Aue, ei dixeritis. Qui eniȝ dicit illi, Aue, communicat operibuȝ eius malignis. Ecce predixi vobis, vt in die dn̄i non confundamini. Plura habens vobis scrībere, nolui per chartam, ⁊ atramentum: spero enim me futurū apud vos, ⁊ os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit. Salutant te filij sororis tue Electe. ℟. Exaltare domine. 222. Sermo s. Grego. Nisseni. L. iiij.

HOdiernam celebritatē sanctis per se magnam prophe

ta

ta Dauid maiorē efficit, dum illi gaudiū e psalmis adiungit. Hic enim excelsus propheta supra se ipsum egrediens, tanq̄ corporis onere nihil prematur, ifert se cę lestibus potestatib⁹, ⁊ voces earum nobis exponit, cum in cęlū redeuntem dn̄m ipsę comitantes, angelis, qui versant in terris, quibusq̧ in humanam vitā ingressus commissus est, imperāt ad hunc modum, Tollite portas principes, vestras, ⁊ eleuamini portę ęternales, ⁊ introibit rex glorię. ℟. Tempus est. 222. L. v.

Et qm̄ vbicunq̧ fuerit ille, qui in se ipso oia continet pro suscipientium captu seipsū dimetitur, (neq̧ enim solū inter homines homo fit, verū etiam, dum inter angelos versatur, ad illorū vocem sese demittit) idcirco ianitores interrogant: Quis est iste rex glię, Respondet ipsis demonstratq̧ fortem, ⁊ potentē in prelio, qui pugnatur⁹ erat cōtra illum, qui naturam humanā in seruitute captiuā detinebat, ⁊ euersurus eū, q mortis habebat imperiū, vt grauissimo hoste superato, genus hominū in libertatem, ⁊ pacem vendicaret. ℟. Non turbetur. 222. Lectio vj.

Occurrūt ei custodes, ⁊ portas iubent recludi: vt in ipsis rursum gloriam assequatur. Uerum nō agnoscunt eum qui sordidam vitę nostrę stolam indutus est: cuius rubra sunt vestimenta, ex humanorum malorū torculari. Itaq̧ rursus comites eius vocibus illis interrogant. Quis est iste rex glorię? Respōdetur aūt non amplius, fortis, ⁊ potens in prelo, sed, dn̄s virtutum, qui mundi principatū obtinuit, qui summatim omnia in se collegit, qui pristinum in statū cuncta restituit: ipse est rex glorię. ℟. Ascendens Christ⁹. 223.

De hom. scti Greg. papę. L. vij.

Hoc autem nobis primum quęrendum est: quidnam fit, quod nato dn̄o apparuerunt angeli, ⁊ tamen non leguntur in albis vestib⁹ apparuisse: ascendēte autē dn̄o missi angeli in albis leguntur vestib⁹ apparuisse, sic etenim scriptum est. Uidentib⁹ illis eleuatus est, ⁊ nubes suscepit eum ab oculis eorū. Cumq̧ intuerentur in cęlum euntem illum, ecce duo viri steterunt iuxta illos in vestibus albis. In albis autē vestibus gaudiū, ⁊ solēnitas mentis ostenditur: Quid est ergo, quod nato domino, non in albis vestibus, ascendente autem domino in albis vestib⁹ angeli apparent? nisi quod tūc magna solennitas angelis facta est, cum cęlū Deus homo penetrauit: quia nascēte dn̄o videbatur diuinitas humiliata, ascendente vero dn̄o est humanitas exaltata. Albę etenim vestes exaltationi

ni magis pgruunt quam humiliationi. Ego ro.223. L.viij.

In ascēsione ergo eius angeli in albis vestib⁹ videri debuerunt: quia q in natiuitate sua apparuit Deus humilis, in ascensione e sua ostēsus est homo sublimis. Sed hoc nobis magnopere, frēs carissimi, in hac solennitate pensandū est: quia deletus est hodierna die chirograp hum damnationis nostrę, mutata est sentētia corruptiōis nostrę. Illa enim natura cui dictum est: Terra es, ꝛ in terram ibis: hodie i cęlū iuit. Pro hac ipsa nāqz carnis nostrę subleuatione, per figuram beatus Job dn̄s, auē, vocat. Quia enim ascēsionis eius mysterium Judęam non intelligere pspexit, de infidelitate eius per figuram beatus Job sententiā ptulit dicēs: Semitam ignorauit auis. R. Ponis nubem.223. Lectio ix.

Auis enim recte appellat⁹ est dn̄s, quia corp⁹ carneū ad ęthera librauit. Cuius auis semitā ignorauit, quisquis eum ad cęlum ascēdisse nō credidit. De hac solēnitate p psalmistaꝫ dr̄. Eleuata est magnificētia tua super cęlos. De hac rursus ait: Ascēdit Deus in iubilatione, ꝛ dn̄s in voce tubę. De hac iterū dicit: Ascēdens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hoibus. Ascendens qppe in altum captiuā duxit captiuitatem, quia corruptionem nostrā virtute incorruptionis absorbuit. Dedit vero dona hominib⁹, quia, misso desuper spiritu, alijs sermonem sapientię, alijs sermonem scientię, alij gratiam virtutū: alijs gratiam curationū, alijs genera linguarū, alijs interpretationē tribuit sermonum.

In Octaua Ascēsionis, ommia sicut in die, pręter lectiones, De epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios. Lectio j.

Obsecro itaqz vos ego vinctus i dn̄o, vt digne ambuletis vocatiōe, qua vocati estis, cū omni humilitate ꝛ māsuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatē spūs in vinculo pacis. Vnū corpus ꝛ vn⁹ spūs, sicuti vocati estis in vna spe vocationis vrę. Vnus dn̄s, vna fides, vnū baptisma. Vnus De⁹ ꝛ pater omnium, qui est super oēs, ꝛ sup omnia, ꝛ in omnibus nobis. Vniçuiqz autem nostrū data est gratia secundum mensurā donationis Christi: Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. 4.c.

R. Post passio. 222. Lectio ij.

Quod autem ascendit, qd est, nisi qa ꝛ descēdit primuꝫ in inferiores partes terrę? Qui descēdit, ipse est, ꝛ q ascendit

dit supra omnes celos, vt impleret oia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdā autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum, in op⁹ ministerij, in edificationem corporis Christi, donec occurram⁹ omnes in vnitatem fidei, et agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli, fluctuātes, et circumferamur omni vento doctrine, in nequitia hominum, in astutia, ad circumuentionem erroris. ℟. Omnis pulchritudo. etc. Lectio tertia.

Veritatem autem faciētes in charitate, crescamus in illo per omnia: q est caput Christus. Ex quo totū corpus compactum et connexum per omnē iuncturam subministrationis, secundum operationem, in mēsuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate. Hoc igitur dico, et testificor in dño, vt iam non ambuletis, sicut et Gētes ambulāt in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita dei per ignorantiā, que est in illis propter cecitatem cordis ipsorum, qui desperātes semetipsos tradiderunt impudicitie, in operationem immunditie, omnis, in auaritiā. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamē illum audistis, et in ipso edocti estis. ℟. Exaltare domine. etc.

Sermo S. Augusti. epi. Lectio iiij.

Omnia, carissimi, que dñs Jesus Chrs in hoc mundo sub fragilitate nostra miracula edidit, nobis pficiunt: qui dum humanam cōditionem siderib⁹ importauit, credentib⁹ celum patere posse mōstrauit: et dum victorem mortis in celestia eleuauit, victoribus, quo sequantur, ostendit. Ascensio ergo dñi, catholice fidei confirmatio fuit, vt securi in posterū crederemus miraculi illius donū. cuius iam in presenti percepissem⁹ effectum: et fidelis quisque cum iam tāta perceperit, p ea, q cognoscit prestita, discat sperare promissa, ac dei sui preteritam presentemque bonitatē, quasi futurorum teneat cautionem. ℟. Tempus est. etc. Lectio v.

Sup excelsa ergo celi terrenū corpus imponit. ossa intra sepulcri angustias paulo ante conclusa, angelorum cetibus inferuntur: in gremium immortalitatis mortalis natura transfunditur: et ideo sacra apostolice lectionis testat historia. Cum hec dixisset, inquit, videntibus illis eleuatus est. Dū audis eleuatū, agnosce militie celestis obsequium: vnde hodierna

na festiuitas: hominis nobis, & Dei sacramenta manifestauit. Sub vna eademque persona, in eo, qui eleuat, diuinam potentiam: in eo autem, qui eleuatur, humanam agnosce substantiam. ℟. Non turbetur. 223. Lectio vj.

Neque omnibus modis detestanda sunt venena orientalis erroris, qui impia nouitate præsumit asserere, filium Dei ac filiũ hominis vnius esse naturæ. In alterutra enim parte, vel qui solũ hominẽ fuisse dixerit, negabit conditoris gloriã, vel qui solum Deũ, negabit misericordiã redemptoris. Quo in genere nõ facile Arianus euangelicã poterit habere veritatẽ, vbi filiũ Dei nunc æqualem legimus, nũc minorem: Qui enim vnius naturæ saluatorẽ nostrum mortifera persuasione crediderit, solũ hominem, aut solum Deũ cogetur dicere crucifixum. Sed non ita est. Mortem enim nec solus Deus sentire, nec solus homo superare potuisset. ℟. Ascendẽs. 223.

De homil. s. Gregorij papæ. l. rij.

De hac Ascẽsionis eius gloria etiam Habacuch ait: Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. Quis enim solis nomine: nisi domin9, & quæ lunæ nomine, nisi Ecclesia, designatur? Quousque enim dñs ascendit ad cælos, sancta eius Ecclesia aduersa mundi omni modo formidauit, at postquam eius ascensione roborata est, aperte prædicauit, quõ occulte credidit: Eleuatus est ergo sol, & luna stetit in ordine suo quia cum dominus cælum petijt, sancta eius Ecclesia in auctoritate prædicationis excreuit. ℟. Ego rogabo. 223. Lectio viij.

Hinc eiusdem Ecclesiæ voce p Salomonẽ dicitur, Ecce iste venit saliẽs in montib9, transiliens colles. Cõsiderauit nãque tantorum operũ culmina, & ait: Ecce iste venit saliens in montibus. Veniendo quippe ad redẽptionem nostram, quosdam, vt ita dicã, saltus dedit. Vultis, fratres carissimi, ipsos eius saltus agnoscere? De cælo venit i vterũ, de vtero venit in præsepe, de præsepe venit in crucẽ, de cruce venit in sepulcrum, de sepulcro redijt in cælum. Ecce, vt nos post se currere faceret, quosdam pro nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit. Quia exultauit vt gigas ad currendã viam; vt nos ei diceremus ex corde: Trahe nos post te: curremus in odorem vnguentorum tuorum. ℟. Ponis nubem. 223. Lectio ix.

Vnde fratres carissimi, oportet, vt illuc sequamur corde, vbi eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus: nihil nos iam delectet in infimis, qui patrem habemus in cælis. Et hoc nobis est magnopere

pere perpendendum: quia is, qui placidus ascendit, terribilis redibit: et quicquid nobis cum mansuetudine precipit, hoc a nobis cum districtione exiget. Nemo ergo indulta penitentie tempora parvipendat: nemo curam sui, dum valet, agere negligat. Quia redemptor noster tanto tunc in iudicium districtior veniet, quanto nobis ante iudiciũ magnam patientiam prerogavit. Duobus seq. diebus officium fit sicut infra oct. Ascẽsio, exceptis lec. et viij. ℟. Cap. Añis ad Bñs. et Mag. et oratione, que dicũtur de Dñica infra octa. Ascẽsionis.

FERIA SEXTA.

Incipit epistola tertia canonica beati Johannis apostoli. L.j.

Senior Caio carissimo quem ego diligo, in veritate. Carissime, de omnib' orationem facio prospere te ingredi, et valere, sicut prospere agit anima tua. Gavisus sum valde venientibus fratribus, et testimonium perhibentibus veritati tue, sicut tu in veritate ambulas. Maiorem horum nõ habeo gratiam, quã ut audiam filios meos in veritate ambulare. ℟. Post passionem. 222. Lcõ. ij.

Carissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, et hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tue in cõspectu ecclesie: quos benefacies deducens digne Deo: pro noie enim eius profecti sunt nihil accipiẽtes a Gẽtilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi ut cooperatores simus veritatis. Scripsissem forsitã ecclesie: sed is qui amat primatũ gerere in eis Diotrephes, nõ recipit nos. Propter hoc si venero, cõmonebo ei' opera q̃ facit, verbis malignis garriens in nos: et quasi nõ ei ista sufficiãt, neque ipse suscipit fratres, et eos, qui suscipiunt, prohibet, et de ecclesia ejicit. ℟. Omnis pulchri. 222. L. iij.

Carissime, noli imitari malum, sed qd bonũ est. Qui bene facit, ex Deo est: qui male facit, non videt Deum. Demetrio testimoniũ reddit ab oi b', et ab ipsa veritate. Sed et nos testimonium perhibemus, et nosti qm testimonium nostrũ verum est. Multa habui tibi scribere, sed nolui per atramẽtum et calamum scribere tibi. Spero autẽ protinus te videre, et os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos nominatim. ℟. Exaltare dñe. 222.

De sermo. S. August. epi. L. iiij.

Salvator noster carissimi si non in nostra carne diabolum triumphavit, se exercuit, non nobis vicit: si nõ in nostro corpore resurrexit, cõditioni nostre resurgendo nihil cõtu-

lit

lit. Hec q dicit suscepte & assum pte carnis nō intelligit rationē, ɔfundit ordinē, euacuat vtilitatē, si non in nostra carne peregit medicinā, solā ergo ex hoie nascendo elegit iniuriā. Recedat a sensib⁹ nris tā periculosa psuasio. De nro est quod apprehēdit, de suo est quod donauit: Meū testor esse quod cecidit, vt meū sit qđ resurrexit. Meū testor esse quod iacuit intra tumulū, vt meū sit quod ascēdit in cęlum. ℟. Tempus. 222. Le. v.

In illo itaq; nostri generis corpore, nos Christi mors viuificauit, nos resurrectio erexit, nos ascensio consecrauit. In illo nostrę originis corpore cęlestibus regnis arram nostrę conditionis imposuit. Elaboremus ergo carissimi, vt quemadmoduꝫ dñs in hac die, nostro cum corpore ad superna conscendit, ita nos post illū, quomodo possumus, spe ascendamus, & corde sequamur. Ipso affectu pariter & profectu ascēdamus post illū: & iam per vitia, ac passiones nostras, si vtiq; vnusquisq; nostrū subdere eas sibi studeat, ac sup eas stare consuescat, ex ipsis sibi gradum construat, quo possit superiora cōscēdere. Eleuabunt nos, si fuerint infra nos. ℟. Non turbetur. 222. Lc. vj.

De vitijs nris scalā nobis facimus, si vitia ipsa calcamus. Nam cum bonitatis auctore non ascendit malitia, nec cuꝫ filio virginis libido atq; luxuria. Non, inquam, ascendunt vitia post virtutum parentem, peccata post iustuꝫ, nec infirmitates, ac morbi possunt ire post medicū. Igitur si intrare ipsius medici regnum volumus, prius vulnera nostra curemus. Ordinemus, & custodiamus in nobis statū vtriusq; substantię, ne animam, nobilioreꝫ vtiq; hominis portionē, tartaro pars deuoluat inferior: sed secum potius cęlo sanctificatū corpus acquirat natura gloriosior, ipso adiuuāte, q viuit, & regnat in secula seculorum, Amen. ℟. Ascendēs. 223. Lcō scti euāg. sm Iohānē. L. vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cū venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre. Et reliqua. 15. ca

De Homilia S. Augustini epi.

Venit die Pētecostes spiritus sanctus in centū viginti homines ɔgregatos, in qbus & apostoli oēs erant, qui illo adimpleti, cum linguis oium gentiū loquerent, plures ex ħs qui aderant, tanto miraculo stupefacti (qñqdeꝫ viderunt loquente Petro magnū, atq; diuinuꝫ testimoniū perhiberi de Christo, vt ille, qui occisus ab eis inter mortuos deputabat, resurrexisse: & viuere ꝓbaret) compuncti

puncti corde cõuersi sunt, et tanti sanguinis tã impie, atqȝ immaniter fusi, indulgẽtiã pceperũt, ipso redẽpti sanguine, quẽ fuderũt. ℞. Ego roga.223. Le.viii.

Christi enim sanguis sic in remissionẽ peccatorum omnium fusus est, vt ipsum etiam peccatũ posset delere, quo fusus est. Hoc ergo intuens dñs dicebat: Odio me habuerũt gratis: cũ autẽ venerit paraclit⁹, ille testimoniũ phibebit de me. Tãqȝ diceret: Odio me habuerunt, et occiderunt vidẽtes: sed tale de me paraclit⁹ testimoniũ phibebit, vt eos faciat in me credere nõ vidẽtes. Et vos inqt, testimoniũ perhibebitis quia ab initio mecum estis. Perhibebit spũs sanctus, phibebitis et vos: Qui enim ab initio mecũ estis, potestis pdicare, qđ nostis: quod vt modo nõ faciatis: illius spiritus plenitudo nõdum adest vobis. ℞. Si enim nõ.227. Lectio ix.

Ille ergo testimoniũ phibebit de me, et vos testimonium perhibebitis: dabit enim vobis fiduciaȝ testimoniũ perhibendi charitas dei diffusa in cordib⁹ vestris per spm̃ sctm̃, q dabit vobis. Quę vtiqȝ Petro adhuc defuit, qñ mulieris ancillę interrogatiõe pterrit⁹, nõ potuit verũ testimoniuȝ phibere, sed cõtra suã pollicitationẽ, timore magno cõpulsus est negare. Timor aũt iste nõ est in charitate, sed pfecta charitas foras mittit timorẽ. Deniqȝ ante passionẽ dñi seruilis timor eius interrogatus est a fęmina seruitutis: post resurrectionẽ vero dñi, liberalis eius amor ab ipso principe libertatis: et ideo ibi turbabat, hic tranquillabat: ibi queȝ dilexerat, negabat: hic queȝ negauerat, diligebat. Sed adhuc etiam tunc amor ipse infirmus fuerat, et angustus, donec eũ roboraret, et dilataret spũs sanct⁹.

IN VIGILIA Pentecostes.

Ab hac die vsqȝ ad festũ Trinitatis, si occurrat festum nouem lcõ. trãsfertur post Trinitatem. Incipit epl'a B. Iudę apli. L.i.



Iudas, Iesu Chri seruus, frater autẽ Iacobi, his q sunt in Deo patre, dilectis, et Chrõ Iesu cõseruatis et vocatis. Misericordia vobis, et pax, et charitas adimpleat. Carissimi, oẽȝ solicitudinẽ faciẽs scribendi vobis de cõi vr̃a salute, necesse habui scribere vobis, deprecans supcertari semel traditę scis fidei: Subintroierũt enim qdã hoies, q oliȝ pscripti sunt in hoc iudiciũ, impij: Dei nr̃i gratiaȝ trãsferentes in luxuriam, et solũ dñatorem, et dñm nr̃m Iesum Chrm̃ negantes. ℞. Post passio. 222. L.ii.

COmmonere autē vos volo, scientes semel oia: qm̄ Iesus populum de terra Ægypti saluans, secundo eos qui nō crediderunt, perdidit: angelos vero, qui non seruauerunt suūz principatum, sed dereliquerūt suum domicilium, in iudicium magni dei vinculis ęternis sub caligine reseruauit: sicut Sodoma, ⁊ Gomorrha, ⁊ finitimę ciuitates simili modo exfornicatę: ⁊ abeūtes post carnē alterā, factę sunt exēplum, ignis ęterni pęnam sustinentes. Similiter ⁊ hi carnem quidem maculant, dn̄ationes autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. ℟. Omnis pulchrit. ⁊c. L. iij.

CUm Michael archāgel⁹ cū diabolo disputās altercaret de Moysi corpore, nō est ausus iudiciū inferre blasphemię, sed dixit: Imperet tibi dn̄s. Hi autē, quęcūqz qdē ignorant, blasphemant: quęcunqz autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpūtur. Vę illis, qui in via Cain abierūt, ⁊ errore Balaam, mercede effusi sunt, ⁊ in contradictione Core perierunt. Hi sunt in epulis suis maculę, conuiuantes sine timore, semetipsos pascētes, nubes sine aqua q̄ a ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuosę, bis mortuę, eradicatę, fluct⁹ feri maris, despumantes suas cōfusiones, sidera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in ęternuz. ℟. Exaltare domine. ⁊c.

Ex tractatu S. Aug. epi de symbolo ad Catechumenos. L. iiij.

DUm per sacratissimum crucis signum vos suscipit in vtero sancta mater Ecclesia, q̄ sicut ⁊ fratres vestros cuz summa lętitia spūaliter pariet, noua ꝓles futura tātę matris, quousqz per lauacrum sanctuz regeneratos verę luci restituat, congruis alimentis, eos, quos portat, pascat in vtero: ⁊ ad diē partus sui lętos lęta ꝑducat: qm̄ nō tenet hac̄ sentētia: Vę quę in tristitia ⁊ gemitu parit filios, nec ipsos gaudētes, sed potius flentes, hęc soluit, qd̄ illa ligauerat: vt ꝓlē, quā ꝑ inobediētiaz sui morte dānauit, hęc ꝑ obediētiā restituat vitę. Oia sacramenta, q̄ acta sunt, ⁊ agunt in vobis ꝑ ministeriū seruoꝝ dei exorcismis, orationibus, canticis spiritualibus, insufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicū, humilitate pedū, pauor ipse omni securitate appetēdus: hęc oia, vt dixi, escę sunt, q̄ vos reficiunt in vtero, vt renatos ex baptismo hilares vos exhibeat mr̄ Christo. ℟. Tempus est. ⁊c. L. v.

ACcepistis ⁊ symbolum ꝓtectionē parturientis contra venena serpentis. In Apocalypsi

calypsi Johannis apostoli scriptū est hoc, q̄ staret draco in cōspectu mulieris, quę paritura erat: vt, cū peperisset, natū eius comederet. Draconē diabolum esse nullus vestrum ignorat, mulierem illā virginem Mariam significasse, quę caput nostrum integra integrū peperit: q̄ etiā ipsa figuram in se sanctę Ecclesię demonstrauit, vt quomodo filiū pariens, virgo pmansit, ita ⁊ hęc omni tempore mēbra eius pariat, ⁊ virginitatē non amittat. Ipsas sentētias sacratissimi symboli adiuuante dn̄o exponēdas suscepimus, vt qd singulę ↄtineant, vestris sensibus intimemus. Parata sunt corda vr̄a, qa exclusus est inimic⁹ de cordib⁹ vestris. ℟. Nō turb. 222. L. vj.

Hic vos renunciare pfessi estis: in qua professione nō hominibus, sed Deo ⁊ angelis eius conscribentibus dixistis. Renuncio. Renunciate nō solū vocibus, sed etiā moribus, nō tantū sono linguę, sed ⁊ actu vitę, nec tantū labijs sonātibus, sed operibus pronunciantibus. Scitote vos cū callido, antiquo, ⁊ veternoso inimico suscepisse certamen, non in vobis post renūciationē inueniat opera sua, non iure vos attrahat in seruitutem suā. Deprehenderis enim ⁊ dētegeris Christiane: qn̄ aliud agis, ⁊ aliud profiteris: fidelis in noie, aliud demonstrans in opere, non tenens pmissionis tuę fidem: modo ingrediens ecclesiā orationes fundere, post modicū in spectaculis, cum histrionib⁹ impudice clamare. Quid tibi cum pompis diaboli, quibus renunciasti? ℟. Ascendens. 223.

Lcō scti euāg. sm Johānē. L. vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Si diligitis me mandata mea seruate: ⁊ ego rogabo patrem: ⁊ alium paraclitū dabit vobis. Et rel. 14. ca.

Homilia sancti Augustini epi.

Quod ait rogabo patrē, ⁊ alium paraclitum dabit vobis: ostēdit ⁊ seipsum esse paraclitum. Paraclitus enim latine dicit aduocatus: ⁊ dictum est de Chro: Aduocatum habem⁹ apud prē Jesum Chrm iustū. Sic autē mundum dixit nō posse accipere spūm sanctum, sicut etiam dictū est: Prudentia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest: velut si dicamus, iniustitia, iustitia esse nō potest. Mundū quippe ait hoc loco, mūdi significās dilectores, q̄ dilectio nō est a prē. Et ideo dilectioni huiusmodi, de qua satagimus, vt minuat, ⁊ ↄsumatur in nobis, ↄtraria est dilectio Dei: quę diffunditur in cordib⁹ nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. ℟. Ego rog. 223. L. viij.

 Mun-

Mundus ergo eũ accipere non potest, quia nõ videt eũ, neq; scit eum. Nõ enim habet inuisibiles oculos mundana dilectio, p quos videri spiritus sanctus potest, qui videri nisi inuisibiliter nõ potest. Uos autẽ, inquit, cognoscetis eum: quia apud vos manebit, ⁊ in vobis erit. Erit in eis, vt maneat: nõ manebit, vt sit: prius est enim esse alicubi, q̃ manere. Sed ne putarent qđ dictum est. Apud vos manebit, ita dictũ, quemadmoduz apud hoiem hospes, visibiliter manere cõsueuit, exposuit qđ dixerat. Apud vos manebit, cũ adiunxit, ⁊ dixit. In vobis erit. ℟. Si enim. 227. L. ix.

Ergo inuisibiliter videt: nec, si non sit in nobis, potest esse in nobis eius sciẽtia. Sic enim a nobis videt in nobis ⁊ nostra ↄsciẽtia: nã faciẽ videmus alterius, nostrã videre non possumus: conscientiã vero nostrã videmus, alterius nõ videmus. Sed consciẽtia nunq̃ est nisi in nobis: spiritus autẽ sanctus potest esse etiaz sine nobis. Datur quippe vt sit ⁊ in nobis: sed videri ⁊ sciri, quemadmodũ videndus ⁊ sciendus est, non potest a nobis, si non sit in nobis. Post promissionez spiritus sancti, ne quisquam putaret, q̀ ita eũ dominus daturus fuerit velut pro se ipso, vt non ipse cum eis esset futurus, adiecit: Non relinquã vos orphanos, veniam ad vos. Quamuis ergo nos filius Dei suo patri adoptauerit filios, ⁊ eundem patrẽ nos voluerit habere per gratiaz, qui eius pater est per naturam: tamẽ etiã ipse circa nos paternũ affectũ quodãmodo demonstrat, cum dicit: Non relinquam vos orphanos.

IN FESTO PENTECOSTES. DVPLEX.

Ad Uesp. Aña. Dum complerentur. vt in Laudib. Psalmi. Dixit dñs. 52. cum rel. de Dominica. loco vltimo dicitur ps. Laudate dñm oẽs gẽ. 54. Cap.



Cum cõplerentur dies Pẽtecostes, erãt omnes discipuli pariter in eodem loco, ⁊ factus est repente de cęlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, ⁊ repleuit totam domum, vbi erant sedentes. Hymnus.

Ueni creator spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia
Quę tu creasti pectora.
Qui paraclitus diceris,

Donum

Donum Dei altissimi,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,
Dextre Dei tu digitus,
Tu rite promissum patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus;
Ductore sic te preuio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da patrem,
Noscamus atque filium,
Te vtriusque spiritum
Credamus omni tempore.
Gloria patri domino,
Natoque, qui a mortuis
Surrexit, ac paraclito,
In seculorum secula. Amen.
℣. Repleti sunt omnes spiritu sancto, halleluiah. ℟. Et ceperunt loqui. Hal. Ad Mag. An. Non vos relinquam orphanos, halleluiah: vado et venio ad vos halleluiah: et gaudebit cor vestrum, halleluiah. Oratio.



Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per dnm. in vnitate eiusdem.

DOMINICA Pentecostes.

Ad Matutinum. Inuitatorium.

Halleluiah, Spiritus domini repleuit orbem terrarum, Venite adoremus. Halleluiah.
Ps. Venite exultemus. Hymn.

Iam Christus astra ascenderat,
Reuersus vnde venerat:
Promissum patris munere
Sanctum daturus spiritum.
Solennis vrgebat dies,
Quo mystico septemplici
Orbis volutus septies,
Signat beata tempora.
Cum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat,
Orantibus apostolis
Deum venisse nunciat.
De patris ergo lumine
Decorus ignis almus est,
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleat;
Impleta gaudent viscera,
Afflata sancto spiritu,
Voces diuersas intonant,
Fantur Dei magnalia.
Ex omni gente cogniti,
Grecis, Latinis, Barbaris,
Cunctisque admirantibus,
Linguis loquuntur omnium.
Iudea tunc incredula,
Vesana toruo spiritu,
Ructare musti crapulam
Alumnos Christi concrepat.
Sed signis, et virtutibus
Occurrit, et docet Petrus
Falsa profari perfidos,

Johele teste comprobans.
Gloria patri domino:
Natoque, qui a mortuis
Surrexit, ac paraclito.
In seculorum secula. Amen.
Sic terminantur hymni per totam oct.
Ad noct. An. Factus est repente de celo sonus advenientis spiritus vehementis halla, hal. Ps. Magnus dns. 28. An. Confirma hoc de⁹, qd operatus es in nobis: a teplo sancto tuo, qd est in Jerlm, hal. halla. Ps. Exurgat deus. 33. An. Emitte spm tuu, et creabunt, et renovabis faciem terre, hal. hal. Ps. Benedic anima. y. 47. V. Spiritus dni replevit orbez terrarum, hal. R. Et hoc, quod continet omnia, scientiā habet vocis, Halleluiah.
Lco sancti evang. sm Johanne. L. j.

ca. 14. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Siquis diligit me, sermonem meuz servabit: et pater meus diliget eu: et ad eum veniemus: et mansione apud eum faciemus. Et reliq.
Homilia sancti Gregorij pape.

Libet, fres carissimi, evangelice verba lectionis sub brevitate transcurrere: ut post diutius liceat in contemplatione tante solemnitatis immorari. Hodie nanqz spus sanctus repentino sonitu sup discipulos venit, mentesqz carnalium in sui amorem permutavit, et foris apparentib⁹ linguis igneis, intus facta sunt corda flāmantia. Qui dū Deuz in ignis visione susceperūt, per amorem suaviter arserunt. Ipse nanqz spus sanctus amor est: unde et Johanes dicit: De⁹ charitas est. Qui ergo mente integra deū desiderat, profecto iam habet, quem amat. Neqz enim quisquam posset deū diligere, si eum, quem diligit, non haberet. R. Dum complerent dies Pentecostes: erant omnes pariter in eodē loco, haleluiah, et subito factus est sonus de celo, haleluiah. Tanquam spiritus vehementis: et replevit totā domum, haleluiah, hala. V. Dum ergo essent in unuz discipuli cōgregati propter metuz Judeorum, sonus repēte de celo venit super eos. Tanquam. Lec. ij.

Sed ecce, si unusquisqz vestruz requirat, an diligat Deū: tota fiducia, et secura mente rūdet, Diligo. In ipso autez lectionis exordio audistis, quid veritas dixit: Siqs diligit me, sermonē meum servabit. Probatio ergo dilectionis exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idē Johanes dicit: Qui dicit, diligo deum, et mādata eius non custodit, mendax est. Vere etenim deum diligimus, si mandata eius custodimus, si nos a nostris voluptatib⁹ coarctam⁹. Nā qui adhuc per illicita desideria diffluit, profecto deū non amat:

amat: quia ei in ſua volũtate ꝯtradicit. ℞. Repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto, ⁊ cęperunt loqui, put ſpiritus ſanct⁹ dabat eloq illis. Et ꝯuenit multitudo dicẽtium. Halab. ℣. Loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia Dei. Et. Gloria. Et. Lc. ij.

Et pater meus diliget eũ, ⁊ ad eum veniemus, ⁊ mãſionẽ apud eũ faciemus. Pͣdenſate, fratres cariſsimi, quanta ſit iſta dignitas, habere in cordis hoſpitio aduẽtum Dei. Certe ſi domum noſtram quiſquã diues, aut prępotens amicus intraret, omni feſtinantia domus tota mundaret, nequid fortaſſe eſſet, qđ oculos amici intrantis offenderet: Tergat ergo ſordes praui operis, q Deo ꝑparat domũ mẽtis, Sed videte, qd veritas dicat: Veniemus: ⁊ mãſionẽ apud eũ faciemus. In quorũdam etenim corda venit, ⁊ manſionem non facit, quia per compunctionem quidem dei reſpectum percipiunt, ſed tẽtationis tpe hoc ipſum, quod compuncti fuerant obliuiſcuntur, ſicq; ad perpetrãda peccata redeũt, ac ſi hęc minime planxiſſent.

Ad Laudes, ⁊ per horas. Añã.

Dum cõplerenť dies Pentecoſtes, erãt oẽs pariter in eodem loco, halab. ps. Dñs reg. 8. cum rel. Añã. Spiritus dñi repleuit orbem terrarum, halab. Añã. Repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto, ⁊ cęperũt loqui, hal. Añ. Fontes, ⁊ omnia, quę mouentur in aquis, hymnum dicite deo, halab. Añ. Loquebantur varijs linguis Apoſtoli magnalia Dei, halab, hal. Cap. Dum cõplerentur. 235. Hym.

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cum ſpiritus paraclitus
Effulſit in diſcipulos.
Ignis vibrante lumine
Linguę figuram detulit,
Verbis vt eſſent profluí,
Et charitate feruidi,
Linguis loquuntur omnium,
Turbę pauent gentilium,
Muſto madere deputant,
Quos ſpiritus repleuerat,
Patrata ſunt hęc myſtice,
Paſchę peracto tempore,
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remiſsio.
Te nunc Deus pijſsime
Vultu precamur cernuo:
Illapſa nobis cęlitus
Largire dona ſpiritus,
Dudum ſacrata pectora
Tua repleſti gratia:
Dimitte noſtra crimina,
Et da quieta tempora.
Gloria patri domino.

℣. Repleti ſunt oẽs ſpũ ſancto, hal. ℞. Et cęperunt loqui, hal. Ad Bñs. Añ. Accipite ſpm̃ ſanctũ: quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis, hal. Dño vrã.

Ad

Ad Primã. R. bre. Christe fili Dei viui, miserere nobis, Hala. hal. V. Qui sedes ad dexteram patris, halab. Gloria pat. Hala. V. Exurge Christe adiuua nos. R. Et libera nos pp nomẽ tuũ. Ad iii. Hy. Ueni creator. 23 vt in Uesp. q dĩ ad iii. per totam oct. loco Hym. Nũc sancte. Añ. Spũs dñi. Cap. Dũ cõple. 235. R. Spũs dñi repleuit orbẽ terrap. Hala. hal. V. Et hoc qd cõtinet oia, sciẽtiã habet vocis, Hal. halab. V. Spiritus paraclitus, hal. R. Docebit vos oia, halab. Ad vi. Añ. Repleti sunt. Cap.

Act. c. 12. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est: qm̃ audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. R. Spũs paraclitus, Hala. halab. V. Docebit vos omnia, Halab, halab. V. Repleti sunt omnes spiritu sancto, haleluia. R. Et cœperũt loqui, halelujab. Ad ix. Añ. Loquebãtur. Cap. Udęi quoque, & proselyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquẽtes nr̃is linguis magnalia dei. R. Repleti sunt oẽs spũ sctõ, Hal. hal. V. Et cœperunt loqui, Hala. hal. V. Loquebantur varijs linguis Apl̃i, hala. R. Magnalia Dei, halab. Ad Uesp. Añi. Dum cõple. 237. vt in Laudib. ps. Dixit dñs. 52. cũ reli. oẽ Añ. ca. in fi. In exitu, qm̃ dr̃ quotidie per oct. Cap. Dum cõplerentur. 235. Hymn. Ueni creator. V. Loquebãtur varijs linguis Apostoli, halab. R. Magnalia Dei, haleluiab. Ad Magnificat. Antiphona. Hodie cõpleti sunt dies Pentecostes, hal. hodie spũs sanct9 in igne discipulis apparuit, & tribuit eis charismatũ dona, misit eos in vniuersũ mundũ pdicare, & testificari, q crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, hal. Infra oct. Pẽt. fit offm̃ sicut in die, exceptis versic. ad noct. lect. Resp. Añis, Ad Magnifi. & ad Benedictus, & Orationibus.

Si infra oct occur. festum ix. lec. transferẽ post oct. De simp. aũt in hoc triduo nulla fit cõm.

FERIA SECVNDA.

V. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrap, hal. R. Et hoc qd cõtinet omnia, scientiã habet vocis, hal. Lcõ scti euãg. scd̃m Johãnẽ. Ca. 3.

3. ca. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Sic de9 dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam ęternam. Et reli. Homilia sancti Augustini epi.

Qantum in medico est, sanare venit ęgrotũ. Ipse se interimit, q pcepta medici obseruare non vult. Uenit saluator in mundũ. Quare saluator dictus est mundi, nisi vt saluet mundũ, nõ vt iudicet mundum &

dum? Saluari nō vis ab ipso? ex te ipso iudicaberis. Et quid dicam iudicaberis? vide quid sit. Qui credit in eū nō iudicat: qui autē non credit, quid dictu rū sperabas, nisi, iudicat? Quod addit, Iā (inquit) iudicatus est: nōdum apparuit iudicium, sed iam factū est iudicium. ℟. Iam non dicā vos seruos, sed amicos meos: quia oia cognouistis, quę operatus sum in medio vestri, hal'a. Accipite spm̄ sanctum in vobis paraclitum: ille est, quem pater mittet vobis, hal'. ℣. Vos amici mei estis, si feceritis q̄ ego pręcepi vobis. Accipite. Le.ii.

Nouit enim dn̄s, q sunt ei⁹: nouit qui permaneant ad coronam, q permaneant ad flā mam: nouit in area sua triticū, nouit & paleā, nouit & segetē, nouit & zizania. Iā iudicatus est, q non credit: quare iudicatus est? quia nō credit in noie vnigeniti filij Dei, Hoc est autē iudiciū quia lux venit in mūdum, & dilexerunt hoies magis tenebras, quam lucem. Erant enim mala opera eorum. Fratres mei, quorū opa bona inuenit dn̄s? Nullorum: oia enim opera mala inuenit. Quomodo ergo quidaȝ fecerunt veritatem, & venerūt ad luceȝ? Et hoc enim sequit: Qui auteȝ facit veritatē, venit ad lucem. ℟. Spiritus sanctus, procedens a throno apostolorū pectora inuisibilr penetrauit nouo sanctificationis signo: Ut in ore eorum oium genera nascerent linguarum, hal'. ℣. Aduenit ignis diuinus, nō ꝯburens, sed illuminās, & tribuit eis charismatum dona. Ut. Gloria. Ut. Lectio iii.

Sed dilexerunt, inquit tenebras magis quā luceȝ: ibi posuit vim. Multi enim dilexerunt peccata sua, & multi ꝯfessi sunt peccata sua: quia q cōfitet peccata sua, & accusat peccata sua, iaȝ cū Deo facit. Accusat Deus peccata tua: & si tu accuses, coniungeris Deo. Quasi duę res sunt homo, & peccator. Quod audis, homo, deus fecit. Quod audis, peccator: ipse homo fecit. Dele, quod fecisti: vt Deus saluet quod fecit: Oportet, vt oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cū auteȝ cęperit tibi displicere, qd̄ fecisti, inde incipiunt bona opa tua, qa accusas mala opera tua. Initiuȝ operum bonorum, ꝯfessio est operum malorum. Ad Bn̄s. aña. Sic Deus dilexit mūdū, vt filiū suuȝ vnigenitū daret: vt omnis, q credit in ipsum, nō pereat, sed habeat vitam ęternā, hal'. Oro.



Deus, q Apostolis tuis sanctuȝ dedisti spiritum: cōcede plebi tuę pię petitionis effectū: vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem.

ꝛ pacem. Per. in vnita. eiusdē.
Ad Mag. Aña. Siquis diligit me, sermonem meū seruabit: ꝛ pater meus diliget eū, ꝛ ad eū veniemus, ꝛ mansionē apud eū faciemus, halleluiah. Oro vt s.

FERIA TERTIA.

℣. Spiritus paraclitus, hal'ab.
℟. Docebit vos omnia, hal'ab.
Lectō scti euāg. sm Johānē. L. j.

ca. 10. In illo tēpore: Dixit Jesus Phariseis. Amen amen dico vobis, q nō intrat p ostium in ouile ouiū, sed ascēdit aliūde, ille fur est, ꝛ latro: q autē intrat p ostiū, pastor est ouiū. Et rel.
Homilia sancti Augustini epi.

Dominus de grege suo, ꝛ de ostio, quo intratur ad ouile, similitudinem proposuit in hodierna lectione. Dicāt ergo Pagani: Bene viuimus. Si per ostium non intrant, qd eis prodest, vnde gloriant? Ad hoc enim debet vnicuiqꝫ prodesse bene viuere, vt det illi semp viuere, nam cui nō daf semp viuere, qd pdest bene viuere? Quia nec bene viuere dicendi sunt, q finem bene viuēdi vel p cęcitatē nesciunt, vel per inflationem cōtemnunt. Nō est autē cuiquam spes vera, ꝛ certa semper viuendi, nisi agnoscat vitam, quę est Christus, ꝛ per ianuam intret in ouile. ℟. Apparuerunt apostolis dispertitę linguę tanquā ignis, hal'ab. Seditqꝫ supra singulos eorum spūs sanctus, hal. hal. ℣. Et cęperūt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Sedit. L. ij.

Querunt ergo plerunqꝫ tales hoies etiā persuadere hoibus, vt bene viuant, ꝛ Christiani nō sint: p aliam partem volunt ascendere, rapere, ꝛ occidere, non vt bonus pastor cōseruare atqꝫ saluare. Fuerūt ergo quidā philosophi de virtutibus, ꝛ vitijs subtilia multa tractantes, diuidētes, definientes, ratiocinātes, accutissime cōcludentes, libros implētes, suā sapientiam buccis cōcrepantibus ventilantes: qui etiā dicere auderent hominib9. Nos sequimini: sectam nostram, tenete, si vultis bene viuere. Sed nō intrabant per ostium, pdere volebant, mactare, ꝛ occidere. ℟. Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia Dei. Prout spirit9 sanctus dabat eloqui illis, hal'. ℣. Repleti sunt omnes spiritu sancto, ꝛ cęperūt loqui. Prout. Glo. Prout. Lcō iij.

Quid de istis dicā? Ecce ipsi Pharisęi legebant, ꝛ in eo quod legebāt, Chrm sonabant: venturum sperabant, ꝛ pręsentem nō agnoscebant. Jactabant etiā ipsi se inter videntes, hoc est inter sapientes, ꝛ negabant Christum, ꝛ non intrabant per ostium. Ergo ꝛ ipsi si

quos

quos forte seducerent, mactan/
dos, occidendos, ⁊ non liberan/
dos, ⁊ hos dimittamus: videa/
mus illos, si forte ipsi intrãt per
ostium in ouile, qui ipsius Chri
sti noie gloriantur. Innumera/
biles enim sunt, qui se videntes
non solum iactant, sed a Chro
illuminatos videri volũt, Sunt
autem heretici. Ad Bñs. Aña.
Ego sum ostium, dicit dñs: per
me siquis introierit, saluabitur,
⁊ pascua inueniet, halab. Oro.



Adsit nobis, qs dñe,
virtus spiritus san
cti: que ⁊ corda no
stra clementer ex/
purget, ⁊ ab omni
bus tueatur aduersis. Per do.
in vnitate eiusdẽ. Ad Mag. Aña.
Pacem relinquo vobis, pacem
meam do vobis: non quomodo
mundus dat ego do vobis, hal.

FERIA QVARTA

Quatuor temporum.

℣. Repleti sunt oẽs spũ scõ, hal.
℟. Et ceperunt loqui, halab.
Lectõ sctĩ euãg. sm Johãnẽ. L.j.
ca.6. In illo tempore: Dixit Je/
sus turbis Judeorum: Ne/
mo potest venire ad me, nisi pr̃
q misit me, traxerit eum. Et rel.
Homilia sancti Augustini epi.
Noli cogitare te inuitũ tra/
hi: trahit animus, ⁊ amo/
re. Nec timere debemus, ne ab
hominibus, qui verba perpen/
dunt, ⁊ a rebus maxime diuinis
intelligẽdis longe remoti sunt,
in hoc scripturarum sanctarum
euangelico verbo forsitã repre/
hẽdamur, ⁊ dicat nobis: Quo/
modo volũtate credo, si trahor?
Ego dico: Parum est volunta/
te, etiam voluptate traheris.
Quid est, trahi voluptate? De/
lectare in dño, ⁊ dabit tibi peti/
tiones cordis tui. Est quedam
voluptas cordis, cui panis dul/
cis est ille celestis. Porro si poe
te dicere licuit: Trahit sua quẽ/
que voluptas, nõ necessitas, sed
voluptas, nõ obligatio, sed dele/
ctatio: quãto fortius nos dicere
debemus trahi hoiem ad Chri
stũ, q delectat veritate, delectat
beatitudine, delectatur iustitia,
delectatur sempiterna vita, qđ
totũ Christus est? An vero ha/
bet corporis sensus voluptates
suas, ⁊ anim⁹ deserit a volupta/
tibus suis? Si animus non ha/
bet voluptates suas, vnde dicit:
Filij autẽ hominum sub tegmi
ne alarum tuarum sperabũt? Ine/
briabuntur ab vbertate domus
tue, ⁊ torrente voluptatis deli/
ciarũ tuarũ potabis eos? Quo/
niam apud te est fons vite: ⁊ in
lumine tuo videbim⁹ lumẽ. ℟.
Disciplinã, ⁊ sapientiã docuit
eos dñs, halab, firmauit in illis
gratiã spũs sui. Et intellectu im
pleuit corda eorum, hal. ℣. Repẽ/
tino namq; sonitu spiritus san/
ctus super eos venit. Et. Le.ij.
Os

O amantē, et sentit quod dico: da desiderātem, da esurientē, da in ista solitudine peregrinantē, atq3 sitientē, et fontē eterne patrie suspirātem: da talem, et scit quid dicā: si autem frigido loquor, nescit qd loquor. Tales erant isti, qui inuicē murmurabant: Pater: inqt, quē traxerit, venit ad me. Quid est autem, Pater quē traxerit, cū ipse Chrs trahat? Quare voluit dicere: Pater quē traxerit? Si trahēdi sum⁹, ab illo trahamur, cui dicit q̄dā que diligit: Post odores vnguentoꝝ tuoꝝ curremus. Sed quid intelligi voluit aduertamus fratres, et quantum possumus capiamus. Trahit pr ad filiū eos, qui propterea credunt in filium: quia eū cogitāt prē3 habere deum. Deus enim pr equalē sibi genuit filium: et qui cogitat, atq3 in fide sua sentit, et ruminat, equalē esse patri eum quē credidit, ipsum trahit pr ad filiū. R. Ite in vniuersum orbem, et predicate euāgelium, hal. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit, hala. hal. V. In nomine meo demonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Qui credide. Gloria. Qui crediderit. L. iij.

Rius credidit creaturam, nō eum traxit pater: quia nō considerat patrem, qui filium nō credit equalem. Quid dicis o Arri? quid dicis heretice? quid loqueris? Quid est Christus? Nō, inqt, Deus verus, sed quē fecit Deus verus: Non te traxit pr: non intellexisti prem: cuius filiū negas. Aliud cogitas, non est ipse filius, nec a pre traheris, nec ad filium traheris, aliud est enim filius, aliud quod tu dicis. Photinus dicit: Homo sol⁹ est Christus, non est et Deus. Qui sic credit, nō pr eum trahit. Quē trahit pr? illum qui dicit: Tu es Christus, filius dei viui. Ramū viridem ostendis oui, et trahis illam, nuces puero demonstrantur, et trahitur: et quo currit, trahitur, amando trahit, sine lesione corporis trahit, cordis vinculo trahit. Si ergo ista q̄ inter delicias et voluptates terrenas reuelant amātib⁹ trahunt: qm̄ verum est, trahit sua quemq3 voluptas non trahit reuelatus Christus a patre? Quid enim fortius desiderat anima, quā veritatem? Ad Bñs. Añ. Ego sum panis viuus dicit dñs, qui de celo descendi, haleluiah, hal. hal. Or.

Mentes nostras, q̄s dñe, paraclitus qui a te pcedit, illuminet: et inducat in omnem, sicut tuus promisit filius veritatem. Qui te. in vnit. eiusdem. Ad Magnificat. Antiphona. Ego sum panis viuus, q de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum: et panis,

panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, haleluiah.
FERIA QVINTA.
℣. Spiritus dñi repleuit orbem terrarum, hal. ℟. Et hoc qd ptinet omnia scientiã habet vocis, hal. Lcõ sctí euãg. scdm Lucam. Le. j.
IN illo tempore: Conuocatis Jesus duodecim discipulis, dedit illis virtutem, et potestatem super omnia demonia, et vt languores curarent. Et rel. Homilia sancti Ambrosij epi.
QValis debeat esse q euãgelizat regnũ dei, preceptis euãgelicis designat: Ut sine virga, sine pera, sine calciamẽto, sine pane: sine pecunia, hoc est subsidij secularis adminicula non requirens: fideq; tutus putet sibi, quo min⁹ ea requirat, magis posse suppetere, que possunt, qui volunt, ad eum derivare tractatum, vt spiritualem tantummodo locus iste formare videatur affectũ, qui velut indumẽtum quoddam videat corporis exuisse, non solum potestate reiecta, contemptisq; diuitijs, sed etiã carnis ipsius illecebris abdicatis. Quib⁹, primo oium dat pacis, atq; cõstãtie generale mãdatũ, vt pacẽ ferant, cõstãtiam seruent, hospitalis necessitudinis iura custodiãt, alienũ a predicatore regni celestis asserens, cursitare per domos, et inuiolabilis hospitij iura mutare. ℟. Ad venit ignis diuin⁹, nõ cõburẽs, sed illuminãs: nõ cõsumens, sed lucens, et inuenit corda discipulorum receptacula munda. Et tribuit eis charismatum dona, hal. hal. ℣. Jnuenit eos concordes charitate: et collustrauit eos inũdans gratia deitatis. Et. Le. ij.
SEd vt hospitij gratia deferenda censetur: ita etiã si non recipiantur, excutiẽdum puluerẽ, et egrediendum de ciuitate mandatur. Quo mãdato nõ mediocris boni remuneratio docetur hospitij, vt non solũ pacem tribuamus hospitibus, verũ etiã, si qua eos terrene obũbrant delicta leuitatis, receptis apostolice pdicationis, vestigijs auferãtur. Nec ociose secũdum Matthẽũ domus, quam ingrediantur, apostoli, eligẽda decernitur, vt mutãdi hospitij, necessitudinisq; violande causa non suppetat. Non tñ eadem cautio recepturi mãdatur hospitij, ne, dum hospes eligit, hospitalitas ipsa minuatur. ℟. Spiritus sctũs repleuit totã domum vbi erant apostoli: et apparuerunt illis dispertite lingue tanquam ignis, seditq; super singulos eorum. Et repleti sunt oẽs spiritu sancto: et ceperunt loqui varijs linguis, prout spirit⁹ sctũs dabat eloqui illis, hal. hal. hal. ℣. Dũ ergo essent in vnũ discipuli cõgregati propter metum Judeorum,

rum, sonus repēte de cęlo venit super eos. Et. G lor. Et. L.iij.

SEd vt hęc fm literā de hospitij religione venerabilis est forma pceptū: ita etiam de mysterio sententię cęlestis arridet. Etenim cū domus eligitur, dignus hospes inquirit. Videamus, ne forte Ecclesia pferenda designet & Chris. Quę enim dignior domus apostolicę predicationis ingressu, quam sancta ecclesia? Aut qs pferendus magis oibus videt esse, qȝ Chris? q pedes suis lauare psueuit hospitibus, & quoscunqȝ sua recepe rit domo, pollutis non patiatur habitare vestigijs: sed maculosos licet vitę prioris, in reliquū tn̄ dignetur mutare processus? Hic est igit solus, quē nemo deserere debet, nemo mutare: cui bene dicitur: Dn̄e ad quē ibimus? verba vitę ęternę habes. Ad Bñs. An. Conuocatis Jesus duodecim discipulis suis, dedit illis virtutē, & potestatē sup omnia dęmonia, & vt languores curarēt: & misit illos predicare regnū dei, & sanare infirmos, hal. Dio. De⁹, q hodierna die. 236. vt in die Pente. Ad Mag. An. Spiritus q a patre pcedit, hal. ille me clarificabit, halab, hala.

FERIA SEXTA

Quatuor temporum.

℣. Spiritus paraclitus, halab. ℟. Docebit vos omnia, halab.

Lc. sci euang: fm Lucam. L. 5.

IN illo tpe: Factū est in vna diez, & ipse Jesus sedebat docens, & erant Pharisęi sedentes, & legis doctores: q venerant ex omni castello Galilęę, & Judęę, & Jerusalem: & virtus dn̄i erat ad sanandum eos. Et rel. 5. ca.

Homilia sancti Ambrosij epi.

NOn ociosa huius paralytici, nec angusta medicina est, qñ dn̄s & orasse pmittitur: non vtiqȝ propter suffragium, sed propter exemplum. Imitandi enim speciē dedit, non precādi ambitum requisiuit. Et pueniētib⁹ ex omni Galilęa, & Judęa, & Jerl'm legis doctoribus, inter cęterorum remedia debilium, paralytici istius medicina describitur. Primū oim, quod ante diximus, vnusquisqȝ ęger petēdę precatores salutis debet adhibere, per quos vitę nostrę compago resoluta, actuūqȝ nostroꝝ clauda vestigia, verbi cęlestis remedio reformenſ. ℟. Nō vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, Ut eatis, & fructū afferatis, & fruct⁹ vester maneat, hal. hal. ℣. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Ut. L.ij.

SUnt igitur aliqui monitores mentis, qui aium hominis quāuis exterioris corporis debilitate torpētē, ad supiora erigāt, quorū rursus adminiculis, & attollere, & humiliare se

se possit, vt facilius ante Jesum locetur, oñico videri dign⁹ aspectu. Humilitatem enim respicit dñs, quia respexit humilitatem ancillę suę. Quorum fidē, iquit, vt vidit, dixit: Homo, remittūt tibi peccata tua. Magnus dñs, qui aliorū merito ignoscit aliis: & duz alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te o homo collega non valeat, cuz apud Deū seruus & interueniendi meritū, & ius habeat impetrandi? R. Spiritus dñi repleuit orbē terrarum. Et hoc quod ptinet omnia sciētiam habet vocis, halłh, halłh. V. Omniū est enim artifex, oēm habens virtutē, omnia prospiciens. Et. G lo. Et. L.iii.

Disce qui iudicas, ignoscere: disce q ęger es, impetrare. Si grauium peccatoꝝ diffidis veniaz, adhibe precatores, adhibe ecclesiā, quę p te precetur, cuius contēplatiōe, quod tibi dñs negare posset, ignoscat. Et quamuis historię fidē debeamus non omittere, vt vere paralytici illius corp⁹ credam⁹ esse sanatuz, cognosce tamē interioris hominis sanitatez, cui peccata donantꝰ: quę cū Judęi asserūt a solo Deo posse concedi. Deū vtiqz confitentur, suoqz iudicio perfidiam suā produnt, vt opus astruant, personam negent.

Ad Benedictus. Antiphona. Dixit Jesus: Ut sciatis autem, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, halełuiah. Oro.

Da q̄s ecclesię tuę misericors Deus: vt sancto spiritu cōgregata, hostili nullatenus incursione turbet. Per. eiusdē. Ad Magnificat. Antiphona. Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: & suggeret vobis oia, quęcunqz dixero vobis, halełuiah.

S A B B A T H O

Quatuor temporum.

V. Repleti sunt oēs spū sancto, hał. R. Et ceperunt loqui, hał. Lcō sci euang. sm Lucam. L.i.

In illo tempore: Surgens Jesus de synagoga intrauit in domum Simonis: socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et reliqua. 4.ca.

Ho milia S. Ambrosii episcopi.

Vide clementiā dñi Saluatoris. Nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus, Judęaz deserit: quin etiam immemor iniurie, memor clementię, nunc docēdo, nunc liberando, nunc sanādo, infidę plebis corda demulcet. Et bene sanctus Lucas virū a spiritu nequitię liberatum ante pręmisit, & subdit fęmine sanitatem, vtrumqz enim sexuz dñs curatu-

curaturus aduenerat: et prior sanari debuit, qui prior creatus est, nec permitti illa debuit, quam mobilitate magis animi quam prauitate peccauerat. R. Repleti sunt omnes spiritu sancto, et ceperunt loqui, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et conuenit multitudo dicentium halab. V. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia Dei. Et conuenit. Lectio ii.

Sabbatho dominice medicine opera cepta significant, vt inde noua creatura ceperit, vbi vetus creatura ante desierat: nec sub lege esse Dei filium: sed supra legem in ipso principio designaret: nec solui legem, sed impleri. Neque enim per legem, sed verbo factus est mundus: sicut legimus: Verbo domini celi firmati sunt. Non soluitur ergo lex, sed impletur vt fiat renouatio hominis iam labentis: vnde et Apostolus ait: Expoliantes vos veterem hominem, induite nouum, qui secundum Deum creatus est. R. Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos: quia omnia cognouistis, que operatus sum in medio vestri, halleluiah. Accipite spiritum sanctum in vobis paraclitum: ille est quem pater mittet vobis, halleluiah. V. Vos amici mei estis, si feceritis que ego precipio vobis. Accipite spiritum. Gloria. Accipite spiritum. Lectio tertia.

Et bene sabbatho cepit, vt ipse se ostenderet creatorem, qui opera operibus intexeret, et prosequeretur opus quod ipse iam ceperat: vt si faber domum renouare disponat, non a fundamentis, sed a culminibus incipiat soluere vetustatem. Itaque ibi prius manum admouet, vbi ante desierat: deinde a minoribus incipit vt ad maiora perueniat. Liberari a demone et homines, sed in verbo Dei possunt: resurrectionem mortuis imperare, diuine solius est potestatis. Fortassis etiam in typo mulieris illius socrus Simonis et Andree: variis criminum febribus caro nostra languebat, et diuersarum cupiditatum immodicis estuabat illecebris. Nec minorem febre amoris esse dixerim, quam caloris: itaque illa animum febris, hec corpus inflammat. Febris enim nostra, auaritia est: febris nostra, libido est: febris nostra, luxuria est, febris nostra, ambitio est: febris nostra, iracundia est.

Ad Benedictus. Antiphona. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per inhabitantem spiritum eius in nobis, hal. Oratio.

Mentibus nostris, quesumus domine, spiritum sanctum benignus infunde: cuius et sapientia conditi sumus, et prouidentia gubernamur. Per dominum, in vnitate eiusdem spi

IN FESTO S. TRINITATIS.

Ad Vesp. An. Gloria tibi Trinitas. cũ rel. de Laud. ps. Dixit dñs. ca. cũ rel. d dñica. loco vlt. ps. Laudate dñm omnes gẽt. Cap. O Altitudo diuitiarum sapientię, et scientię Dei: quã incomprehensibilia sunt iudicia ei⁹, et inuestigabiles vię ei⁹. Hy⁹.



O Lux beata Trinitas
Et principalis vnitas,
Iam sol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine
Te deprecemur vespere,
Te nostra supplex gloria,
Per cuncta laudet secula.
Deo patri sit gloria,
Eiusq; soli filio,
Cum spiritu paraclito,
Et nunc, et in perpetuũ. Amẽ.

℣. Benedicamus patrẽ, et filiũ cũ sancto spiritu. ℟. Laudem⁹, et superexaltemus eũ in secula. Ad Magnif. An. Gratias tibi Deus: Gratias tibi vera, et vna Trinitas, Vna, et summa deitas: Sancta, et vna vnitas. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis, in cõfessione verę fidei, ęternę Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maiestatis adorare vnitatem: q̃s, vt eiusdẽ fidei firmitate, ab omnibus semp muniamur aduersis. Per dominũ. Et fit cõmemo. primę dñicę post Pente. vt sequit. An. Loquere dñe, quia audit seruus tuus. ℣. Vespertina oratio ascẽdat ad te domine. ℟. Et descendat super nos misericordia tua. Oratio.

Deus in te sperantiũ fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: et quia sine te nihil potest mortalis infirmitas: pręsta auxiliũ gratię tuę, vt in exequẽdis mandatis tuis, et volũtate tibi, et actione placeamus. Per dominum nostrum. Ad Matutinum. Inuitatorium. Deũ verũ, vnum in Trinitate, et Trinitatẽ i vnitate, Venite adoremus. ps. Venite. Hymnus.

Summe Deus clementię,
Mũdiq; factor machinę,
Vnus potentialiter,
Trinusq; personaliter.
[illegible] a dexteram surgentibus
Exurgat vt mens sobria,
Flagrans et in laudem Dei,
Grates rependat debitas.
Gloria patri domino,
Gloria vnigenito,
Vna cum sancto spiritu,
In sempiterna secula. Amen.

In j nocturn. An. Adesto vnus Deus omnipotẽs, pater, filius, et

 spiri-

spirit' sanctus. ps. Dñe dñs noster. 3. Añ. Te vnum in substantia Trinitatem in personis confitemur. ps. Celi enarrât. 7. Añ. Te semper idem esse, viuere, & intelligere, profitemur. ps. Domini est terra. 12. ℣. Benedicamus patrem, & filium cum sancto spiritu. ℞. Laudemus, & superexaltemus eum in secula.

De Ysaia propheta. Lectio j.

ca. 6. In anno, quo mortuus est Rex Ozias, vidi dñm sedêtem super solium excelsuz & eleuatuz, & plena erat domus a maiestate eius, & ea q̃ sub ipso erât replebât têplum. Seraphim stabât super illud: sex alę vni, & sex alę alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velebât pedes eius, & duabus volabant: & clamabat alter ad alterum, & dicebat: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus exercituũ, plena est omnis terra gloria eius. Et cômota sunt superliminaria cardinum a voce clamâtis, & domus repleta est fumo. ℞. Vidi dñm sedentem super soliũ excelsum, & eleuatũ, & plena erat oĩs terra maiestate eius. Et ea, quę sub ipso erant, replebant têplũ. ℣. Seraphi stabât sup illud, sex alę vni, & sex alę alteri. Et. Lec. ij.

Et dixi: Vę mihi, quia tacui, quia vir pollut' labijs ego sum, & in medio populi pollutta labia habentis ego habito, & regem dñm exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vnus de Seraphim. & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit. Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Et audiui vocem dñi dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi; Ecce ego, mitte me. ℞. Benedictus dñs Deus Israel, qui facit mirabilia magna solus: Et benedictum nomê maiestatis eius in ęternum. ℣. Replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat. Et. Lectio iij.

Et dixit: Vade, & dices populo huic. Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visiones, & nolite cognoscere. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanê eum. Et dixi: Vsquequo dñe. Et dixit: Donec desolêtur ciuitates absq; habitatore, & domus sine homine: & terra relinquet deserta: & longe faciet dñs homines: & multiplicabitur quę derelicta fuerat in medio terrę. ℞. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: Et metuant eum oẽs fines terrę. ℣. Deus misereatur nostri, & benedicat nos Deus. Et. Gloria. Et.

In secūdo nocturno. Antiphona. Te inuocamus, te laudamus, te adoram⁹, o beata Trinitas. ps. Deus gēti tes. 27. Aña. Spes nostra, salus nostra, honor noster, o beata Trinitas. ps. Magnus dñs. 28. Aña. Libera nos, salua nos, viuifica nos, o beata Trinitas. ps. Deus iudicium. 36. Ⅴ. Verbo dñi cęli firmati sunt. Ⅹ. Et spū oris eius, ois virtus eorū.

Ex tractatu S. Augustini episcopi de fide ad Petrum. L. iiij.

Fidem, quam sancti patriarchę, atq₃ prophetę ante incarnationem filij Dei diuinitus acceperunt, quā etiā sancti apostoli ab ipso dño in carne posito audierunt, ⁊ spūs sancti magisterio instructi, nō solum sermone prędicauerunt, verum etiam ad instructionē saluberrimā posterorum, scriptis suis inditā reliquerunt, vnum Deum pdicat, Trinitatem, idest patrē, ⁊ filium, ⁊ spiritū sanctū. Sed Trinitas vera non esset, si vna eademque persona diceretur pater, ⁊ filius, ⁊ spiritus sanctus. Ⅹ. Quis deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus qui facis mirabilia. Ⅴ. Notam fecisti in populis virtutem tuam, redemisti in brachio tuo populum tuum. Tu. L. e. v.

Si enim, sicut est patris, ⁊ filij, ⁊ spiritus sancti vna substantia, sic esset vna persona, nihil omnino esset, in quo veraciter Trinitas diceretur. Rursus quidē Trinitas esset vera, sed vnus Deus Trinitas ipsa nō esset, si, quēadmodum pater, ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus personarū sunt ab inuicem proprietate distincti, sic fuissent naturarum quoq₃ diuersitate discreti. Sed quia in illo vno vero Deo Trinitate, nō solū quod vnus Deus est, sed etiam quod Trinitas est, naturaliter verum est: ppterea ipse verus Deus in psonis Trinitas est, ⁊ in vna natura vn⁹ est. Ⅹ. Tibi la⁹, tibi gloria, tibi gratiarū actio in sęcula sempiterna, O beata Trinitas. Ⅴ. Et benedictum nomen glorię tuę, sanctum, ⁊ laudabile, ⁊ superexaltatum in sęcula. O beata. Lectio vi.

Per hanc vnitatem naturalem totus pater in filio, ⁊ spiritu sancto est, totus filius in patre, ⁊ spiritu sancto est, totus quoque spiritus sanctus in patre, ⁊ filio. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est: quia nemo alium aut pręcedit ęternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec filio nec spiritu sancto, quantum ad naturę diuinę vnitatē ptinet, aut interior aut maior pater est: nec filij ęternitas atque immensitas, velut anterior, aut maior, spiritus sancti immensitatē ęternitatemq₃ aut pcedere, aut excedere naturaliter potest. Ⅹ. Magnus

gnus dñs, et laudabilis nimis: Et sapientię eius non est numerus. ℟. Magnus dominus, et magna virtus eius: et sapientię eius non est finis. Et. Glo. Et.
In iii. noc. Añ. Charitas pater est, gratia filius, communicatio spiritus sanctus, o beata Trinitas. ps. Cantate. 44. Añ. Verax est pater, veritas filius, veritas spūs sanctus, o beata Trinitas. ps. Dñs reg. exul. 44. Añ. Pater, et filius, et spiritus sanctus vna substantia est, o beata Trinitas. ps. Cantate. 46. ℣. Bñdictus es dñe in firmamēto cęli. ℟. Et laudabilis et gloriosus, et superexaltatus in sęcula.
Lcō s. euāg. scd'm Mattheū. xxviij.
ca. 8. In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Data est mihi ois potestas in cęlo, et in terra: Eūtes ergo docete oēs gētes baptizantes eos in noie patris, et filij, et spiritus sancti. Et reliqua.
Homilia s. Gregorij Nazianzē.
Omis catholicorū ignorat patrem vere esse patrē, filium vere filiū, et spūm sanctū vere esse spūm sanctū: sicut ipse dñs ad apostolos suos dicit: Eūtes baptizate oēs gentes in nomine patris, et filij, et spūs sancti. Hęc est perfecta trinitas i vnitate cōsistens, quam scilicet vnius substantię profitemur. Nō enim nos secundū corporum cōditionem, diuisionē in Deo facimus; sed secundū diuinę naturę potētiam, quę in materia non est, et nominum personas vere constare credimus, et vnitatem diuinitatis, esse testamur. ℟. Benedicamus patrem, et filium cū sancto spiritu: Laudemus et superexaltemus eū in secula. ℣. Benedictus es dñe in firmamento cęli, et laudabilis, et gloriosus in sęcula. Laudemus. Lectio viij.
Nec extēsionē patris alicuius ex parte, vt quidā putauerūt, Dei filiū dicimus: nec verbum sine re, velut sonum vocis accipimus: sed tria nomina, et tres psonas, vnius esse essentię vnius maiestatis, atq; potentię credimus. Et ideo vnū Deum ɔfitemur, qa vnitas maiestatis, pluriū vocabulo, Deos phibet appellari: deniq; patrē, et filium catholice nominamus: duos autē Deos dicere, nec possumus, nec debemus: non q filius Dei, Deus non sit: immo verus Deus de Deo vero: sed qa nō aliunde quam de ipso vno patre, Dei filiū nouimus, pinde vnū Deum dicimus. Hoc enim pphetę, hoc apli tradiderunt: hoc ipse dñs docuit, cū dicit: Ego et pr̄ vnum sumus. Vnū ad vnitatē diuinitatis: vt dixi, refert: sumus autē psonis assignat. ℟. Duo seraphi clamabant alter ad alterū: Sanctus, sanctus, sanctus, dñs Deus Sabaoth: Plena est ois terra gloria

gloria ei⁹. ℣. Tres sunt, qui testimonium dant in celo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Plena. G lo. Ple.

Lcō sctī euāg. scdm Lucam. L. ix.

ca. 6. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Estote misericordes; sicut & pater vester misericors est. Et reliqua. Homilia sancti Augustini epi.

Duo sunt opera misericordię, quę nos liberāt, quę breuiter ipse dn̄s posuit in euāgelio: Dimittite & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Dimittite & dimittetur vobis, ad ignoscendum pertinet, Date & dabitur vobis, ad pręstandū beneficium pertinet. Quod ait de ignoscendo, & De⁹ tibi ignoscit quod peccas, & habes aliū cui tu possis ignoscere. Rursus quod pertinet ad tribuendum beneficium, petit te mendicus, & tu es Dei mendicus. Oēs enim, quādo oramus, mēdici Dei sumus, ante ianuam magni patrisfamilias, stamus, immo etiā psternimus, supplices ingemiscim⁹ aliquid volentes accipere: & ipsuz aliquid ipse De⁹ est. Quid a te petit mēdicus? Panē. Et tu qd petis a Deo, nisi Christum, qui dicit: Ego sum panis, viuus, qui de celo descendi? Tu e Deum.

Ad Laudes, & per horas. Añ. Gloria tibi Trinitas, ęqualis vna deitas, & ante omnia secula, & nūc, & in perpetuuz.

℣. Dñs regnauit. cum reliq. Añ. Laus, & perēnis gloria Deo patri & filio: sancto simul paraclito in seculorum secula. Añ. Gloria laudis resonet in ore omnium, patri, genitęqz proli, spiritui sancto pariter resultet laude perenni. Añ. Laus Deo patri parilique proli, & tibi sancte studio perenni, spirit⁹ nostro resonet ab ore, omne per euum. Añ. Ex quo omnia, per quez omnia, in quo omnia: ipsi gloria in secula. Cap. O altitudo. 242. Hymn⁹.

Trinitatis vnitas,
Orbē potenter qui regis,
Attende laudum cantica,
Quę excubantes psallimus.
Ortus refulget lucifer,
Sparsamqz lucem nunciat,
Cadit caligo noctium,
Lux sancta nos illuminet.
Deo patri sit gloria,
Eiusqz soli filio,
Cum spiritu paraclito,
Et nunc, & in perpetuū. Amē.

℣. Benedicamus patrē, & filiuz cū sancto spiritu. ℟. Laudem⁹ & superexaltemus euz in secula. Ad Bñs. Añ. Benedicta sit sancta creatrix, & gubernatrix omniuz sancta & indiuidua Trinitas, nūc, & semper, & p infinita secula seculorum. Oro vt supra. Deinde fiō cōmme. dñice. Añ. Estote ergo misericordes, sicut & pr̄ vester misericors est, dicit

 dn̄s.

dñs. ℣. Dominus regnauit, decorē induit. ℟. Induit dñs fortitudinē, & præcinxit se virtute. Oro vt supra in primis vesper. Ad Primam ps. vt in festo duplici, cum symbolo Athanasij. Ad Tertiam. Capitulum. O altitudo, 242. ℟. Benedicamus patrē, & filiū, Cū sctō spū. ℣. Laudemus & superexaltem9 eum in sæcula. ℣. Bñdictus es dñe in firmamento cæli. ℟. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula. Ad Sextam. Capitulum.

2 Cor. 13. Gratia dñi nři Jesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus, sit cū omnibus vobis. Amen. ℟. Benedictus es dñe In firmamēto cæli. ℣. Et laudabilis, & gloriosus in scla. In firma. ℣. Verbo dñi cæli firmati sunt. ℟. Et spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Ad Nonam. Capitulum.

1. Ioh. 5 Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnū sunt. ℟. Verbo dñi Cæli firmati sunt. ℣. Et spiritu oris eius, omnis virtus eorū. Cæli. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc, nunc, & vsq; in sæculum. Ad vesperas. Antiphona. Gloria tibi Trinitas. f. 244. ps. Dixit do. 52. cū reliquis. In exitu. fo. 53. Cap. O altitudo. 242. Hymn. O lux beata. ℣. Bñdict9 es dñe in firmamēto cæli. ℟. Et laudabilis, & gloriosus in sæcula. Ad Magnificat. Antiphona. Te Deū patrē ingenitū, te filium vnigenitum, te spm̄ sanctum paraclitū, sanctā, & indiuiduā Trinitatem, toto corde, & ore cōfitemur, laudam9, atq; bñdicimus: tibi glia in sæcula. Oro vt s. 242. Pro cōmme. Dominicæ. Aña. Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, dicit dominus. ℣. Dirigatur dñe oratio mea. ℟. Sicut incensum in conspectu tuo. Oratio, vt supra.

¶ Si tribus seq. diebus non occurrat dies, in quo fieri possit officium de feria, fiat de ea primo die sequentis tridui, nō impedito festo nouem lectionum, cum commem. festi trium lectionum.

FERIA SECVNDA.

Hac nocte ponunt libri Regū, de quib9 legit vsq; ad j. Dñicam Augu. si qd vero supsit, omittit. Incipit Liber i. Regum. Lcō j.



Fuit vir vn9 de Ramathaim Sophim, de mōte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Jeroham, filij Eliu, filij Thau, filij Suph, Ephratheus: & habuit duas vxores, nomē vni Anna, & nomen secūdæ Phenena. Fueruntq; Phenennæ filij: Annæ autem non erant liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis

nulis diebus, vt adoraret, & sacri
ficaret dño exercituum in Silo.
Erant autem ibi duo filij Heli,
Ophni, & Phinees, sacerdotes
dñi. R. Præparate corda. 259.
Reliqua sumuntur ex j. noct. dñicę iij.
post Penteco. vt infra: & in seq.
fer. idem seruat ordine in rubri.
generalib⁹ descripto. Lectio ij.

Venit ergo dies, & immola-
uit Elcana, deditqꝫ Phe-
nennę vxori suę, & cunctis filijs
eius, & filiab⁹ partes: Annę aũt
dedit partem vnam tristis, quia
Annam diligebat. Dñs autem
concluserat vuluam eius. Affli-
gebat quoqꝫ eam ęmula eius, &
vehementer angebat, in tantum
vt exprobaret, quod dñs conclu-
sisset vuluã eius: sicqꝫ faciebat p
singulos annos, cũ redeũte tpe
ascenderẽt ad tẽplũ dñi: & sic p-
uocabat eã. Porro illa flebat, &
nõ capiebat cibũ. Dixit ergo ei
Elcana vir suus: Anna cur fles?
& quare non comedis? & quam-
obrem affligit cor tuũ? nunqd nõ
ego melior tibi sum quam decẽ
filij? R. Deus omniũ. 259. L. iij.

Surrexit aũt Anna postqꝫ
comederat, & biberat i Si
lo. Et Heli sacerdote sedente su
per sellam ante postes domus
dñi, cum esset Anna amaro aio,
orauit ad dñm flens largiter, &
votũ vouit, dicens: Dñe exerci-
tuum, si respiciens videris affli-
ctionẽ famulę tuę, & recordatus
mei fueris, nec oblit⁹ ancillę tuę,
dederisqꝫ seruę tuę sexũ virilem,
dabo eũ dño oĩbus diebus vitę
eius, & nouacula nõ ascendet su
per caput eius. R. Dñs q. 259.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum. Lcõ j.



Actũ est autẽ, cum 1.ca.
illa multiplicaret
preces corã dño, vt
Heli obseruaret os
eius. Porro Anna
loquebatur in corde suo, tãtũqꝫ la
bia illius mouebantur, & vox peni-
t⁹ nõ audiebatur. Æstimauit ergo
eã Heli temulẽtam, dixitqꝫ ei. Vs
quequo ebria eris? digere paulis
per vinũ, quo mades. Respõdẽs
Anna, Nequaqꝫ, inquit, dñe mi:
nã mulier infelix nimis ego sum:
vinũqꝫ & oẽ qd inebriare potest,
nõ bibi, sed effudi aiam meã in
conspectu dñi. Ne reputes ancil
lã tuã, quasi vnã de filiabus Be
lial: qa ex multitudine doloris,
& mœroris mei locuta sum vsqꝫ in
psens. Tũc Heli ait ei: Vade i pa
ce: & Deus Israel det tibi peti-
tionem tuam, quã rogasti eum.
At illa dixit: Vtinam inueniat
ancilla tua gratiã in oculis tuis.
R. Percussit Saul. 260. Lc. ij.

Et abijt mulier in viã sua,
& comedit, vultusqꝫ illius
nõ sunt amplius in diuersa mu-
tati. Et surrexerũt mane, & ado-
rauerunt coram dño: reuersiqꝫ
sunt, & venerunt in domum suam
in

in Ramatha. Cognouit autem Elcana Annā vxorē suā, ⁊ recordatus est eius dñs. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, ⁊ peperit filium, vocauitq; nomen eius Samuel, eo q͏̄ a domino postulasset eum. Ascendit autē vir eius Elcana, ⁊ oīs domus eius, vt immolaret dño hostiā solennem, ⁊ votum suum: ⁊ Anna non ascendit: dixit enim viro suo: Non vadā donec ablactet infans: ⁊ ducam eū vt appareat ante conspectū domini, ⁊ maneat ibi iugiter. ℟. Montes Gelboe. 260. Lcō iij.

Et ait ei Elcana vir suus: Fac quod bonum tibi videtur, ⁊ mane donec ablactes eum, precorque, vt impleat dñs verbum suum. Mansit ergo mulier, ⁊ lactauit filium suū, donec amoueret eum a lacte. Et adduxit eum secum postq̄ ablactauerat, in vitulis tribus, ⁊ tribus modijs farinę, ⁊ amphora vini, ⁊ adduxit eum ad domum dñi in Silo. Puer autē erat adhuc infantulus, ⁊ immolauerūt vitulum, ⁊ obtulerunt puerum Heli. Et ait Anna: Obsecro mi dñe: viuit aia tua dñe, ego sū illa mulier, quę steti coram te hic orans dñm. Pro puero isto oraui, ⁊ dedit mihi dñs petitionē meā quā postulaui eum: idcirco, ⁊ ego cō modaui eū dño cunctis dieb⁹, quibus fuerit accommodatus domino. Et adorauerunt ibi dominum. ℟. Ego te tuli. 260.

FERIA QVARTA,

De libro primo Regum. Lcō i.



Porro filij Heli, filij Belial, nescientes dñm, neq; officium sacerdotum ad populum: sed quicunque immolasset victimā, veniebat puer sacerdotis dū coquerētur carnes, ⁊ habebat fuscinulā tridentem in manu sua, ⁊ mittebat eā in lebetē, vel in caldariā, aut in ollā, siue in cacabum: ⁊ oē qd̄ leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Sic faciebāt vniuerso Israeli venientium in Silo. 2. ca

℟. Peccaui. 260. Lectio ij.

Etiā anteq̄ adolerent adipē, veniebat puer sacerdotis, ⁊ dicebat immolāti. Da mihi carnē, vt coquā sacerdoti: nō enim accipiā a te carnē coctam, sed crudā. Dicebatq; illi immolans: Incendat primū iuxta morē hodie adeps, ⁊ tolle tibi quātuncūq; desiderat aia tua. Qui respondens aiebat ei. Nequaq̄: nūc enim dabis, alioquin tollam vi. Erat ergo peccatū puerorum grande nimis coram dño: qa detrahebant homines a sacrificio domini. ℟. Exaudisti. 260. Lcō iij.

Samuel autē ministrabat ante faciē dñi, puer accinct⁹ Ephod lineo. Et tunicā paruā faciebat ei mr̄ sua, quā afferebat

bat statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solennem. Et benedixit Heli Elcane, et vxori eius, dixitque ei: Reddat tibi dominus semen de muliere hac, pro fenore quod commodasti domino. Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo dominus Annam, et concepit et peperit tres filios, et duas filias: et magnificatus est puer Samuel apud dominum. ℟ Audi 261.

FERIA QVINTA.

Celebratur F[illegible] Corporis Christi, cuius [illegible] populis publicandus.

Si ea die occurrat [illegible] duplex; transfertur in seq. diem, [illegible] oct. si simpl. nulla fit [illegible] com. Infra oct. non fit de festo nisi fuerit dup. Semid. transferuntur post oct. De simpl. fit tantum com. [illegible] oct. non fit nisi de Nati. S. Iohannis, et de festo sanctorum apostolorum Petri et Pauli, cum comme. [illegible]

IN FESTO CORPORIS Christi. duplex.

Ad Vesperas. Antiphona.



Sacerdos in aeternum Christus dominus secundum ordinem Melchisedech, panem et vinum obtulit. ps. Dixit d. 52. Ant. Miserator dominus escam dedit timentibus se: in memoriam suorum mirabilium. ps. Confitebor. 52. Ant. Calicem salutaris accipiam, et sacrificabo hostiam laudis. ps. Credidi. 54. Ant. Sicut nouellae oliuarum ecclesiae filij sint in circuitu mensae domini. ps. Beati oes. 55. Ant. Qui pacem ponit fines ecclesiae frumenti adipe satiat nos dominus. ps. Lauda Jerusalem 60. Capitulum.

Fratres, ego enim accepi a domino, quod et tradidi vobis: quoniam dominus Iesus, in qua nocte tradebatur: accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit: Accipite, et manducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. j. Cor. 11 Hym.

Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi,
Rex effudit gentium.
Nobis datus, nobis natus
Ex intacta virgine,
Et in mundo conuersatus
Sparso verbi semine:
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.
In supremae nocte caenae
Recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbae duodenae

Se

Se dat suis manibus.
Verbum caro, panem verum,
Verbo carnem efficit,
Fitq3 sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit:
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.
Tantum ergo sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Prestet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, genitoq3
Laus, 7 iubilatio:
Salus, honor, virtus quoque
Sit, 7 benedictio:
Procedenti ab vtroq3
Compar sit laudatio. Amen.
℣. Panē de celo pstitisti eis, hal.
℟. Om̄e delectamētū in se habentem, hal'ab. Ad Magnifi. Añа.
O quam suauis est domine spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suauissimo de celo pstito, esurientes reples bonis, fastidiosos diuites dimittens inanes. Oro.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili, passionis tue memoriā reliqsti tribue qs, ita nos corporis 7 sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui viu.
Ad Matutinu. Christuʒ regeʒ adoremus dominantē gētibus: Qui se manducātibus dat spūs pinguedinē. ps. Venite. Hymni
Sacris solēnijs iuncta sint gaudia,
Et ex precordijs sonēt preconia,
Recedant vetera, noua sint oia,
Corda, voces, 7 opera.
Noctis recolit cena nouissima,
Qua Christus creditur agnum 7 azyma
Dedisse fratrib⁹, iuxta legitima
Priscis indulta patribus.
Post agnum typicum expletis epulis,
Corpus dn̄icū datū discipulis,
Sic totū oibus, q totū singulis
Eius fatemur manibus.
Dedit fragilib⁹ corpis ferculū,
Dedit 7 tristibus sanguinis poculum.
Dicēs accipite qd trado vasculū
Omnes ex eo bibite.
Sic sacrificium istud instituit,
Cuius officium cōmitti voluit
Solis psbyteris, qb⁹ sic cōgruit
Vt sumant, 7 dent ceteris.
Panis angelic⁹ fit panis hoīuʒ,
Dat panis celicus figuris terminum.
O res mirabilis, māducat dn̄m
Pauper, seruus, 7 humilis.
Te trina deitas vnaq3 poscim⁹:
Sic nos tu visita, sicut te colim⁹:
Per tuas semitas duc nos quo tendimus,
Ad lucē quā inhabitas. Amen.
In i. noctur. Añа. Fructū salutiferū gustandū dedit dn̄s mortis sue tēpore. ps. Beatus vir. 2 Añа.

Añs. A fructu frumēti, ⁊ vini multiplicati fideles i pace Christi requiescūt. ps. Cū inu. 61. An. Cōmunione calicis, quo de⁹ ipse sumit, nō vitulo℞ sanguine ꝯgregauit nos dñs. ps. Cōserua me dñe. 5. ℣. Panē celi dedit eis, halab. ℟. Panem angelo℞ manducauit homo, halleluiah.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. Lec. j.

lII. 

Onuenientibus, ergo vobis in vnum, iam non est dñicā cenam māducare. Unusquisq; enim suā cenā presumit ad māducandū. Et alius quidē esurit, alius autē ebrius est. Nūquid domos non habetis ad manducandū, ⁊ bibēdū? aut ecclesiā Dei ꝯtēnitis, ⁊ ꝯfunditis eos, qui non habent? Quid dicā vobis? Laudo vos, in hoc non laudo. ℟. Immolabit hedū multitudo filio℞ Israel ad vesperam Pasche: Et edēt carnes, ⁊ azymos panes. ℣. Pascha nostrū immolatus est Christus: itaq; epulemur in azymis sinceritatis, ⁊ veritatis. Et. Lc. ij.

Ego enim accepi a dño, qd ⁊ tradidi vobis: qm dñs Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panē: ⁊ gratias agēs fregit, ⁊ dixit: Accipite: ⁊ māducate: Hoc est corpus meū, qd pro vobis tradet: hoc facite in meā cōmemorationem. Similiter ⁊ calicē postq̄ cenauit dicēs: Hic calix nouū testamētū est in meo sanguine: hoc facite quotiescunque bibetis, in meam cōmemorationē. Quotiescūq; enim māducabitis panē hunc, ⁊ calicē bibetis, mortē dñi annunciabitis, donec veniat. ℟. Comedetis carnes, ⁊ saturabimini panibus. Iste est panis, quē dedit vobis dñs ad vescendū. ℣. Nō Moyses dedit vobis panem de celo, sed pater meus dat vobis panē de celo verum. Iste. Lectio iij.

Itaq; quicūq; māducauerit panē, ⁊ biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis ⁊ sanguinis dñi. Probet autē se ipsum homo, ⁊ sic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim māducat, ⁊ bibit indigne, iudicium sibi manducat, ⁊ bibit, nō dijudicans corpus dñi. Ideo inter vos multi infirmi, ⁊ imbecilles, ⁊ dormiunt multi. Qd, si nos metipsos dijudicaremus, nō vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem, a dño corripimur, vt nō cū hoc mundo dānemur. ℟. Respexit Elias ad caput suū subcinericium panem: qui surgēs comedit, ⁊ bibit: Et ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad montē Dei. ℣. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum. Et. Gloria Et.

In ij. noct. An. Memor sit dñs sacrificij nostri: ⁊ holocaustū nostrum

strũz pingue fiat. Ps. Exaudiat te. 7. An. Paratur nobis mẽsa dñi, aduersus omnes, qui tribulant nos. Ps. Dñs regit me. 14. An. In voce exultationis resonent epulantes in mensa domini. Ps. Quemadmodum. 26. V. Cibauit illos ex adipe frumenti, halleluiah. R. Et de petra, melle saturauit eos, halleluiah. Ser. S. Thomę Aquinatis. L. iiij.

Immensa diuinę largitatis beneficia, exhibita populo Christiano, inęstimabilẽ ei cõferunt dignitatem. Neqꝫ enim est aut fuit aliquando tam grandis natio q̃ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Unigenitus siquidem Dei filius, suę diuinitatis volẽs nos esse participes, nostrã naturam assumpsit, vt homines Deos faceret factus homo. Et hoc insup, quod de nostro assumpsit, totum nobis contulit ad salutem. Corpus nanqꝫ suum pro nostra recõciliatione in ara crucis hostiam obtulit Deo patri: sanguinem suũ fudit in pretiũ simul & lauacrũ: vt redempti a miserabili seruitute, a peccatis oĩbus mundaremur. Et vt tãti beneficij iugis i nobis maneret memoria, corpus suũ in cibũ, & sanguinẽ suum in potũ, sub specie panis, & vini sumendũ, fidelibus dereliquit. R. Cœnantib⁹ illis accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditqꝫ discipulis suis, & Ait: Accipite, & comedite: hoc est corpus meũ. V. Dixerũt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt saturemur? Accipite. Lectio v.

O Pretiosum & admirandũ conuiuium salutiferum, & omni suauitate repletũ? Quid enim hoc cõuiuio pretiosius esse potest, in quo nõ carnes vitulorum, & hircorum, vt olim in lege, sed nobis Christus sumẽdus proponitur verus Deus? Quid hoc sacramento mirabilius? In ipso nanqꝫ panis & vinũ in corpus & sanguinẽ Christi substantialiter conuertuntur: ideoqꝫ Christus Deus, & homo pfectus sub modici panis specie continetur. Manducatur itaqꝫ a fidelibus, sed minime laceratur. Quinimmo, diuiso sacramento, sub qualibet diuisionis particula integer pseuerat. Accidentia etiã sine subiecto in eodem existunt vt fides locum habeat, dum inuisibile visibiliter sumitur, sub aliena specie occultatum, & sensus a deceptione immunes reddãtur, qui de accidẽtib⁹ iudicãt sibi notis. R. Accepit Jesus calicem postq̃ cęnauit dicens. Hic calix nouum testamẽtum est in meo sanguine: Hoc facite i meã commemorationẽ. V. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Hoc facite. V. Cœni

Nullum etiam sacramentū est isto salubrius: quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium spiritualiū charismatum abūdantia impinguatur. Offertur in ecclesia pro viuis, & mortuis, vt oibus prosit quod est pro salute omnium institutum. Suauitatem denique huius sacramenti nullus digne exprimere sufficit, p quod spiritualis dulcedo i suo fonte gustatur; & recolitur memoria illius: quam in sua passione Christus monstrauit, excellentissime charitatis. Unde vt arcti⁹ hui⁹ charitatis immensitas fidelium cordibus infigeretur, in vltima cęna quādo Pascha cum discipulis celebrato, transiturus erat de hoc mūdo ad patrem, hoc sacramentum instituit, tāquā passionis suę memoriale perenne, figurarū veterū impletiuū, miraculorū ab ipso factorū maximū, & de sua contristatis absentia solatiū singulare. ℟. Ego sum panis vitę: patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sūt: Hic est panis de cęlo descendens, vt siquis ex ipso manducet, nō moriat. ℣. Ego suz panis viuus, q de cęlo descēdi: siqs māducauerit ex hoc pane, viuet in ęternū. Hic est. Gloria. Hic.

In tertio nocturno Antiphona.

Introibo ad altare Dei: sumaz Christū, qui renouat iuuentutē meā. ps. Judica me Deus. 29. Ant. Cibauit nos dñs, ex adipe frumēti: & d petra, melle saturauit nos. ps. Exultate Deo. 41. An. Ex altari tuo dñe, Christuz sumimus: in quē cor & caro nr̄a exultāt. ps. Quā dilecta. 41. ℣. Educas panē de terra, halā. ℟. Et vinum lętificet cor hois, hal.

[illegible]

In illo tēpore: Dixit Jesus turbis Judęorū, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. [illegible] 6.ca.

[illegible]

Quum cibo & potu id appetant homines, vt non esuriant, neqz sitiant, hoc vere non pręstat nisi iste cibus & potus, qui eos, a quibus sumitur, immortales, & incorruptibiles facit, idest societas ipsa sanctorum: vbi pax erit, & vnitas plena, atqz perfecta. Propterea quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, dominus noster Jesus Christus corpus, & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quę ad vnum aliquid rediguntur. Ex multis nāque granis vnus panis efficitur: & ex multis racemis vinum confluit. Deniqz iam exponit quomodo id fiat, quod loquitur: & quid sit māducare corpus eius, & sanguinem bibere. Qui manducat meaz carnem, & bibit meuz sanguinez, In me manet,

⁊ ego in eo. ℣. Nõ est alia natio tam grandis, quę habeat deos appropinquãtes sibi, sicut Deꝰ noster adest nobis. In. Lectõ viij.

Qui manducat meã carnẽ, ⁊ bibit meũ sanguinem, in me manet, ⁊ ego i eo. Hoc est enim manducare illam escam, ⁊ illum bibere potum, in Christo manere, ⁊ illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, ⁊ in quo non manet Christus, proculdubio non manducat spiritualiter eius carnem, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter, ⁊ visibiliter premat dentibus sacramenta corporis, ⁊ sanguinis Christi. Sed magis tantę rei sacramentuȝ ad iudiciuȝ sibi mãducat ⁊ bibit, qui immundus pręsumit ad Christi sacramenta accedere, quę alius non digne sumit, nisi qui mundus est: de quibus dicitur: Beati mundo corde: quoniam ipsi Deũ videbunt. ℟. Misit me viuens pater, ⁊ ego viuo propter patreȝ Et qui manducat me, viuet propter me. ℣. Cibauit illũ dominꝰ pane vitę, ⁊ intellectus. Et qui. Gloria. Et qui. Lectõ ix.

Sicut misit me, inqt, viuẽs pater, ⁊ ego viuo propter patrẽ: ⁊ qui mãducat me, ⁊ ipse viuet ꝓpter me, ac si diceret: Ut ego viuã propter patrẽ, idest, vt ad illũ tanq̃ ad maiorẽ referam vitaȝ meaȝ, exinanitio mea fecit, in qua me misit. Ut autẽ quisq̃ viuat ꝓpter me, participatio facit qua mãducat me. Ego itaq̃ humiliatus viuo propter patrẽ: ille erectꝰ viuit propter me. Si autem ita dictuȝ est: Uiuo ꝓpter patrẽ, quia ipse de illo: nõ ille de ipso est, sine detrimẽto ęqualitatis dictum est. Nec tamẽ dicẽdo, Et qui manducat me ipse viuet propter me, eandem suam, ⁊ nostram ęqualitatem significauit, sed gratiam mediatoris ostẽdit. Ad Laudes, ⁊ per Horas. Aña.

Sapiẽtia ędificauit sibi domum: miscuit vinum, ⁊ posuit mẽsam, all'. Ps. Dñs reg. &. cum rel'. Añ. Angelorũ esca nutriuisti populuȝ tuum, ⁊ panem de cęlo pręstitisti eis, all'ab. Añ. Pinguis est panis Christi, ⁊ pręhebit delicias regibus, all'ab. Aña. Sacerdotes sancti incensum, ⁊ panes offerunt Deo, all'. Añ. Uincenti dabo manna absconditum ⁊ nomẽ nouũ, all'ab. Cap. Fratres, ego. 247. Hymn.

Uerbũ supernum ꝓdiens,
Nec pr̃is linquẽs dexterã,
Ad opus suum exiens,
Uenit ad vitę vesperam.
In mortem a discipulo,
Suis tradendus ęmulis,
Priũs in vitę ferculo
Se tradidit discipulis.
Quibus sub bina specie
Carnem dedit, ⁊ sanguinem:
Ut duplicis substantię:

Totum

Totum cibaret hominem.
Se nascens dedit socium,
Conuescens in edulium,
Se moriens in precium,
Se regnans dat in premium.
O salutaris hostia:
Quę cęli pandis ostium:
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.
Uni trinoq; domino
Sit sempiterna gloria:
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. Amē.

℣. Posuit fines tuos pacē, hal. ℟. Et adipe frumēti satiat te, hal. Ad Bñs. Añs. Ego sum panis viuus, q de cęlo descendi: si quis mādūcauerit ex hoc pane, viuet in ęternum, hala. Oro vt supra.

Ad horas in fine hym. dicit ℣.
Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu.

Ad j. ℟.br. Christe fili. ℣. Qui natus es de Maria virgine. Sic dicit per oct. In ℣. primę et Completorij nō additur Halleluiah, sed in aliis Horis.

Ad iij. Cap. Fratres, ego. 247. ℟.bre. Panē cęli dedit eis. Hal. hal. ℣. Panē angelorū manducauit homo, Halleluiah, halah. ℣. Cibauit eos ex adipe frumēti, halleluiah, ℟. Et de petra, melle saturauit eos, halleluiah.

Ad sextam. Capitulum.

1. Co. 11 Quotiescunq; manducabitis panē hūc, et calicē bibetis, mortē dñi annunciabitis donec veniat. ℟. Cibauit illos ex adipe frumenti, Halah, hal. ℣. Et de petra, melle saturauit eos, Halah, hal. ℣. Educas panē de terra, hal. ℟. Et vinum lętificet cor hominis, halleluiah.

Ad Nonam. Capitulum.

Quicunq; manducauerit panem, vel biberit calicē dñi indigne, reus erit corporis, et sanguinis dñi. ℟. Educas panem de terra, Halah, hal. ℣. Et vinū lętificet cor hois. Halah. ℣. Posuit fines tuos pacē, hal. ℟. Et adipe frumenti satiat te, hal.

In ii. Vespe. oia dnr sicut in primis Vespe. preter Añ. ad Mag.

O sacrū cōuiuium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis eius: mēs impletur gratia, et futurę glorię nobis pignus datur, halleluiah. Oro vt sup. 246.

FERIA SEXTA.

De libro j. Regum. j. Lectio j.

Venit autē vir Dei ad Heli, et ait ad eū: Hęc dicit dñs: Nunquid nō aperte reuelatus sum domui patris tui cū esset in Ægypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnib9 tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, et adoleret mihi incensum, et portaret ephod corā me, et dedi domui patris tui oia de sacrificiis 2.c

filiorum Israel? Quare calce abiecistis victimam meam, et munera mea, que precepi vt offerrentur in templo: et magis honorasti filios tuos, quam me, vt comederetis primitias omnes sacrificij Israel populi mei? ℟. Immolabit. 247. Lectio ij.

Propterea ait dñs Deus Israel, Loquens locutus sum, vt domus tua, et domus patris tui ministraret in cõspectu meo vsq; in sempiternum. Nunc autem dicit dñs: Absit hoc a me, sed Quicunq; honorificauerit me glorificabo eũ: qui autem cõtemnunt me: erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, et precidam brachiũ tuũ, et brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. Et videbis emulũ tuũ in tẽplo i vniuersis prosperis Israel: et nõ erit senex in domo tua omnibus diebus. Verũtamẽ nõ auferã penitus virũ ex te ab altari meo: sed vt deficiant oculi tui, et tabescat aĩa tua: et pars magna domus tue morietur cũ ad virilẽ etatem venerit. ℟. Comedetis. 247. Lectio iij.

Hoc autem erit tibi signũ, quod venturum est duobus filijs tuis Ophni, et Phinees. In die vno morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotẽ fidelem, qui iuxta cor meũ et animam meam faciet: et edificabo ei domũ fidelem, et ambulabit corã Christo meo cunctis diebus. Futurũ est autẽ, vt quicunque remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, et offerat nummum argenteum, et tortam panis, dicatq;: Dimitte me, obsecro, ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis. ℟. Respexit Elias. 247.

De sermo. S. Tho. Lectio iiij.

Conuenit itaq; deuotioni fidelium, solenniter recolere institutionem tam salutiferi, tamq; mirabilis sacramenti, vt ineffabilẽ modum diuine presentie in sacramento visibili veneremur: et laudetur Dei potẽtia, que in sacramento eodem tot mirabilia operatur: nec nõ et de tam salubri, tamque suaui beneficio exoluantur deo debite gratiarum actiones. Verum, etsi in die Cene qñ sacramentum predictum noscitur institutum, inter Missarum solennia de institutione ipsius specialis mẽtio habeatur, totum tamen residuum eiusdem diei officium ad Christi passionem pertinet, circa cuius venerationẽ Ecclesia illo tpe occupatur. ℟. Cenãtibus. 247. Lectio v.

Ut autem integro celebritatis officio institutionẽ tãti sacramenti recoleret plebs fidelis, Romanus Pontifex Urbanus quartus, huius sacramẽti deuotione affectus, pie statuit prefate institutionis memoriã prima quinta feria post octauã Pentecostes

costes a cunctis fidelib⁹ celebrari: vt q per totum anni circulū hoc sacramento vtimur ad salutem, eius institutionē illo tēpore specialiter recolamus, quo spiritus sanctus corda discipulorum edocuit ad plene cognoscenda huius mysteria sacramenti: nā in eodē tempore cepit hoc sacramentum a fidelibus frequētari. ℟. Accepit. 247. Lcō. vi.

Ut autē predicta quinta feria, ⁊ per octauas sequentes eiusdē salutaris institutionis honorificētius agaf memoria, ⁊ solennitas de hoc celebrior habeatur: loco distributionū materialium, que in ecclesijs cathedralibus largiuntur, existentibus canonicis horis nocturnis pariterq; diurnis: prefatus Romanus Pōtifex eis, q huiusmo di horis in hac solennitate personaliter in ecclesijs interessent, stipendia spiritualia, apostolica largitione concessit, quatenus p hec fideles, ad tanti festi celebritatem auidius ⁊ copiosius cōuenirent. ℟. Ego sum panis. 248.

De Hom. s. Augustini epi. L. vii.

Uerba dñi ex euāgelio, que sermonem pristinū consequantur audiuim⁹, hinc sermo debetur aurib⁹ ⁊ mentibus vestris, ⁊ hodierna die non importunus est. Est enim de corpore domini quo dicebat se dare ad manducādum propter eternam vitam. Exposuit autē modum attributionis huius, ⁊ doni sui, quomodo daret carnem suam manducare, dicēs: Qui manducat carnē meam, ⁊ bibit sanguinem meum, in me manet, ⁊ ego in illo. Signum quia manducauit, ⁊ bibit hoc est: Si manet, ⁊ manetur: si habitat, ⁊ inhabitatur: si heret, vt nō deseratur. ℟. Qui mādūcat. 248. Lectio viii.

Hoc ergo nos docuit, ⁊ admonuit mysticis verbis, vt simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnē eius, non relinquētes vnitatē eius. Sed qui aderant, plures nō intelligendo scandalizati sunt: nō enī cogitabant hec audiēdo, nisi carnē, quod ipsi erāt. Apostolus autem dicit, ⁊ verū dicit: Sapere sm carnem: mors est. Carnem dat nobis suā dñs manducare: ⁊ sapere sm carnē, mors est. Cū de carne sua dicat quia ibi est vita eterna: ergo nec carnē debem⁹ sapere sm carnē sicut in his verbis: Multi itaq; audientes, nō ex inimicis, sed ex discipulis suis, dixerūt: Durus est hic sermo, ⁊ qs potest eū audire? ℟. Misit me. 248. L. ix.

Si discipuli durū habuerūt istū sermonē, qd inimici? ⁊ tamē sic oportebat vt diceref, quod non ab oībus intelligeretur. Secretū Dei intētos debet facere, non aduersos: illi

aũt cito defecerũt. Talia loquẽte dño Jesu Chr̃o non crediderũt aliqd magnũ dicentẽ, ⁊ verbis illis aliquã gratiã cooperientem, sed prout voluerunt, ita intellexerunt, ⁊ more hominum: quia poterat Jesus, aut hoc disponebat Jesus, carnem, qua indutum erat verbuʒ, veluti concisam distribuere credentibus in se. Durus est, inquiũt, hic sermo: ⁊ quis potest eum audire?

SABBATHO.

De libro primo Regum. Lcõ. j.

ca. 3. 

Puer autẽ Samuel ministrabat domino corã Heli, ⁊ sermo dñi erat precio sus. In diebus illis non erat visio manifesta. Factũ est ergo in die quadam, Heli iacebat in loco suo, ⁊ oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernaʒ Dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo domini, vbi erat arca dei. Et vocauit dñs Samuel, qui respondens ait: Ecce ego: ⁊ cucurrit ad Heli: ⁊ dixit: Ecce ego: vocasti eniʒ me. Qui dixit: Non vocaui: reuertere, ⁊ dormi. Et abijt, ⁊ dormiuit. Et adiecit dominus rursum vocare Samuelem: Consurgensqʒ Samuel abijt ad Heli: ⁊ dixit: Ecce ego, quia vocasti me: qui respondit: Non vocaui te fili mi, reuertere, ⁊ dormi. Porro Samuel necdum sciebat dominum, neque reuelat⁹ fuerat ei sermo domini. ℟. Immolabit. 247. L. ij.

Et adiecit dominus, ⁊ vocauit adhuc Samuelem tertio: qui consurgens abijt ad Heli, ⁊ ait: Ecce ego, qa vocasti me, Intellexit ergo Heli, qa dñs vocaret puerum: ⁊ ait ad Samuelem, Uade, ⁊ dormi: ⁊ si deinceps vocauerit te, dices: Loquere domine, quia audit seruus tuus. Abijt ergo Samuel, ⁊ dormiuit in loco suo: ⁊ venit dñs, ⁊ stetit, ⁊ vocauit sicut vocauerat secundo, Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere dñe, quia audit seruus tuus. Et dixit dominus ad Samuelẽ: Ecce ego facio verbuʒ in Israel, quod quicunque audierit, tinnient ambę aures eius. In die illa suscitabo aduersuʒ Heli oĩa quę locutus sum super domũ eius, incipiam, ⁊ complebo. ℟. Comedetis. 247. L. iij.

Dormiuit autẽ Samuel vsqʒ mane, aperuitque ostia domus domini: ⁊ Samuel timebat indicare visioneʒ Heli. Uocauit ergo Heli Samueleʒ, ⁊ dixit. Samuel fili mi, Qui respondẽs ait: Presto sum. Et interrogauit eum: Quis est sermo quem locutus est dñs ad te? oro te ne celaueris me. Hęc faciat tibi Deus, ⁊ hęc addat: si absconderis a me sermonem ex omnibus verbis quę dicta sunt tibi.

Indicauit

Indicauit itaqꝫ ei Samuel vniuersos sermones, ⁊ non abscondit ab eo. Et ille respondit, Dñs est: qđ bonum est in oculis suis faciat. Creuit autem Samuel, ⁊ dominus erat cum eo: ⁊ non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuersus Israel a Dan vsqꝫ Bersabee, ꝙ fidelis Samuel propheta esset dñi. ℟. Respexit Elias ad. 246.

Sermo S. Johan. Chrys. L. iiij.

Necessariuꝫ est, dilectissimi mysterioꝝ discere miraculum, qđ tandeꝫ fit, ⁊ quare fit datum, ⁊ que rei vtilitas. Unũ corpus sumus, ⁊ membra, ex carne eius, ⁊ ex ossibꝰ eius, sequamur autẽ initiati, que dicũtur. Ut itaque non tantum per charitateꝫ hoc fiamus, verum ⁊ ipsa re in illam misceamur carnem, hoc ꝑ escã efficitur, quã largitus est nobis, volens ostendere desideriũ, quod erga nos habet. Propterea semetipsum nobis imiscuit, ⁊ corpus suum in nos contemperauit, vt vnum qd efficiamur tanqꝫ corpus capiti coaptatum: ardenter enim amantiũ hoc est. ℟. Cenantibus. 247. Lectio v.

Tanqꝫ leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, ⁊ caput nostrũ mente reuoluentes, ⁊ charitatem quã nobis exhibuit. Nam parentes quidẽ alijs sepe filios tradũt alendos: ego autem, inquit, nõ ita, sed carnibus meis alo, ⁊ me ipsum vobis appono, vos omnes generosos esse volens, ⁊ bonas vobis pretendens de futuris expectationes, quippe qui vobis hic me ipsum trado, multo magis in futuro. Uolui frater esse vester, carnem propter vos, ⁊ sanguinẽ assumpsi. Uobis vicissim ipsam carnem, ⁊ sanguinem, ꝑ que cognatus vester factus sum, trado. ℟. Accepit Jesus. 247. L. vi.

Attendamus itaque nobis ipsis, dilectissimi, talibus fruẽtes bonis, ⁊ cũ aliquod turpe dicere voluerimus, vel nos ab ira corripi viderimꝰ, vel alio quoqꝫ huiusmodi vitio, cogitemus quibus facti sumus digni: ⁊ fit irrationaliũ nobis motuuꝫ correctio talis cogitatio. Quotquot igiṫ huiꝰ participes corporis efficimur, quotquot sãguinẽ degustamꝰ, cogitemus ꝙ illũ sursum sedentem, qui ab angelis adoratur incorruptibili vicinus virtuti, hũc degustamꝰ. Hei mihi quot ad salutẽ nobis vie. Nos corpus suũ effecit, nobis suũ cõmunicauit corpus, ⁊ hoꝝ nos nihil a malis auertit. ℟. Ego. 248

De homi. s. Augustini epi. L. vij.

Diximus, fratres, hoc dñm commendasse in manducatione carnis sue ⁊ potione sanguinis sui, vt in illo maneamus, ⁊ ipse in nobis. Manemus au-

tem in illo, cum sumus membra eius: manet autem ipse in nobis, cum sumus templũ eius. Ut autem simus membra eius, vnitas nos compaginat: vt cõpaginet vnitas, quid facit nisi charitas? Et charitas Dei vnde? Aplm interroga. Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris p spiritũ sanctũ, qui datus est nobis. ℟. Qui mãdu. 248. Lc. viii.

Ergo spiritus est qui viuificat: spiritus enim facit viua membra: nec viua membra spirit⁹ facit, nisi quę in corpore, quod vegetat ipse spiritus, inuenerit. Nã spiritus qui est in te o homo, quo constas vt homo sis, nũquid viuificat mẽbrũ qđ separatũ inuenerit a carne tua? Spiritum tuũ dico aiam tuam. Anima tua nõ viuificat nisi mẽbra, quę sunt in carne tua: vnũ si tollas, iam non viuificatur ex aia tua, quia vnitati corporis tui nõ copulat. ℟. Misit me. 248. Lc. ix.

Hæc dicuntur, vt amemus vnitatem, et timeamus separationem: nihil enim sic debet formidare Christianus, qz separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, nõ est membrũ eius: si nõ est membrũ ei⁹, nõ vegetatur spũ ei⁹. Qui autem, inquit aplus, spiritũ Christi non habet, hic nõ est eius. Spũs ergo est qui viuificat, caro autẽ nõ prodest quicquã. Uerba quę ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Quid est spiritus et vita sunt, spiritaliter intelligenda sũt. Intellexisti spiritaliter? spiritus et vita sunt: intellexisti carnaliter? etiam sic illa, spiritus et vita sunt, sed tibi nõ sunt. Ad vesp. Añ. Sacerdos in eternũ re. l. añ. et psal. vt supra. Cap.

Charissimi, Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus qm̃ trãslati sumus de morte ad vitam, qm̃ diligimus fratres. Hym. Pange ling. 246. j. Ioh. 3.

Cibauit illos ex adipe frumẽti, halle. ℟. Et de petra, melle saturauit eos, halle. Aña. Puer Samuel ministrabat ante Deũ coram Heli, et sermo domini erat pretiosus cum eo. Oratio.

Sancti nominis tui dñe timorẽ pariter et amorem fac nos habere perpetũ: quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuę dilectionis instituis. Per dominũ. Deinde fit cõ. d oc. Añ. O sacrũ. ℣. Panẽ de cęlo. Orõ vt supra.

DOMINICA INFRA oct. Corporis Christi.

que est ij. post Pentec. oia dñr d Octa. preter lcõ. Cap. Añas, ad Bñs, et Magnifi. et Orationem. De libro primo Regum. Lcõ. j.

Et factum est in diebus illis, cõuenerũt Philistijm i pugnã. Egressus est nanque Israel obuiam 4 Re.

obuiam Philisthijm in prœliũ, et castrametatus est iuxta Lapidem Adiutorij. Porro Philisthijm venerunt in Aphec: et instruxerunt aciem contra Israel. Inito autẽ certamine terga vertit Israel Philistęis, et cęsa sunt in illo certamine passim p agros quasi quatuor millia virorum, et reuersus est populus ad castra, dixerũtq; maiores natu de Israel: Quare percussit nos dñs hodie coram Philisthijm? Afferamus ad nos de Silo, arcam fœderis domini, et veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. ℟. Immolabit. 247. Lectio ii.

Misit ergo populus in Silo, et tulerunt inde arcam fœderis dñi exercituum sedentis super Cherubim: erãtq; duo filij Heli cũ arca fœderis dñi, Ophni, et Phinees. Cũque venisset arca fœderis dñi in castra, vociferatus est oĩs Israel clamore grãdi, et personuit terra, et audierũt Philisthijm vocem clamoris: dixeruntque: Quęnam est hęc vox clamoris magni in castris Hebręorum? Et cognouerunt q arca domini venisset in castra. ℟. Comedetis. 257. Lectio iii.

Timueruntq; Philisthijm dicentes: Venit Deus in castra. Et ingemuerunt dicentes: Vę nobis, non enim fuit tanta exultatio heri, et nudius tertius: vę nobis. Quis nos saluabit de manu deorũ sublimiũ istorum? hi sunt dij q percusserunt Ægyptũ oi plaga in deserto. Cõfortamini, et estote viri Philisthijm, ne seruiatis Hebręis, sicut et illi seruierũt nobis: cõfortamini, et bellate. Pugnauerunt ergo Philisthijm, et cęsus est Israel, et fugit vnusquisq; in tabernaculũ suũ, et facta est plaga magna nimis: et ceciderũt d' Israel trigita millia peditũ, et arca dei capta est: duo quoq; filij Heli mortui sũt Ophni, et Phinees. ℟. Respe. 247.

Sermo S. Iohan. Chrys. [illegible]

Quoniã Verbũ dicit: Hoc est corpus meum, et pareamus, et credamus, et intellectualibus ipsũ oculis intueamur. Nihil enĩ sensibile nobis Chrũs tradidit, sed res quidem sensibiles, oẽs autẽ intelligibiles. Itidẽ et in baptismate: per rẽ nẽpe sensibilem aquam, donũ cõfertur: intelligibile vero quod perficitur, generatio et renouatio. Si enim incorporeus esses, nuda et incorporea tibi dedisset ipsa dona: sed quoniam anima corpori cõserta est, in sensibilibus intelligibilia tibi prębet. Quod nũc dicũt: Vellem ipsius formã aspicere, figuram, vestimenta, calciamenta: ecce eum vides, ipsum tangis, ipsum manducas: et tu quidem vestimenta videre cupis: ipse vero tibi concedit, non tan-

tum videre, verum ꝛ manduca-re, ꝛ tangere, ꝛ intra te sumere. ℟. Cenantibus. 247. Lectio v.

Igitur accedat nemo cum nausea, nemo resolut⁹, oēs accensi, oēs feruētes, ꝛ excitati. Nā si Judęi stantes, ꝛ calciamenta in pedibus habentes, ꝛ baculos manibus gestantes, agnū cū festinatione comedebāt: te multo magis oportet esse solertem. Nā illi quidē in Palestinā erāt proditurі, ꝛ propterea viatorū figurā habebant: tu vero debes in cęlū migrare. Qua ppter in omnib⁹ oportet te vigilare: nec enim parua pęna proponit indigne sumētibus. Cōsidera quantū aduersum proditorē indignaris, contra eos, qui illum crucifixerunt: itaque considera, ne tu quoque sis reus corporis ꝛ sanguinis Christi. Illi sanctissimū corpus occiderunt, tu vero polluta suscipis anima post tot beneficia. Nec enim satis fuit, hominem fieri colaphis cędi: ꝛ crucifigi: verū ꝛ semetipsū nobis commiscet, ꝛ non fide tātum, verum ꝛ ipsa re nos suum efficit corpus. ℟. Accepit. Lectio vi.

Quo nō oportet igitur esse puriorem: tali fruentē sacrificio? quo solari radio non splendidiorem manum, carnem hanc diuidentem, os quod igne spūali repletur, linguā quę tremēdo nimis sanguine rubescit? cogita quali sis insignitus honore, quali mensa fruaris: qđ angeli vidētes horrescūt, neqꝫ libere audent intueri ppter emicātē inde splendorē, hoc nos pascimur: huic nos vnimur, ꝛ facti sumus vnū Christi corpus, ꝛ vna caro. Quis loquet potētias dñi auditas faciet oēs laudes eius? Quis pastor, oues proprio pascit cruore? Et quid dico pastor? Matres multę sunt, q̄ post partus dolores, filios aliis tradunt nutricibus. Hoc autē ipse non est passus, sed ipse nos proprio sanguine pascit, ꝛ omnia nos sibi coagmētat. ℟. Ego sum. 248.

Lcō S. euāg. fm Lucam. L. vij.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā fecit cęnā magnam, ꝛ vocauit multos. Et reli. 14. ca.

Homilia S. Gregorij Papę.

Hoc distare, fratres charissimi, inter delicias corporis ꝛ cordis solet: ꝙ corporales delicię, cum non habentur, graue desideriū in se accendunt, cū vero habitę, edūtur, comedentē protinus in fastidium p satietatem vertunt. At cōtra, spirituales delicię, cuꝫ non habentur, in fastidio sunt: cum vero habētur in desiderio: tantoqꝫ a comedēte amplius esuriuntur, quāto ꝛ ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet: in istis appe-

titus vilis est, & experientia magis placet. In illis appetitus saturitatẽ, saturitas fastidiũ generat: in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. ℟. Qui mãd. 248. L. viij.

Augẽt enim spirituales delicię desiderium in mente, dũ satiant: quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod auidi⁹ amet: & idcirco non habitę amari non possunt: quia earũ sapor ignorat. Quis enim amare valeat qđ ignorat? Proinde Psalmista nos admonet dicẽs: Gustate, & videte quõ suauis est dñs, ac si aperte dicat: Suauitatẽ ei⁹ non agnoscitis, si hanc minime gustatis: sed cibũ vitę ex palato cordis tangite, vt ꝓbantes eius dulcedinẽ, amare valeatis. Has autẽ homo delicias tunc amisit, cum a paradiso peccauit: extra exijt, cum os a cibo internę dulcedinis clausit. ℟. Homo quidam fecit cęnam magnam, & misit seruũ suum hora cęnę dicere inuitatis, vt venirẽt: Quia parata sunt oĩa. ℣. Venite, comedite panem meũ, & bibite vinum qđ miscui vobis. Quia. Lectio ix.

Unde nos quoqꝫ nati in huius peregrinationis ęrumna, huc fastidiosi iam venimus, nescim⁹ quid desiderare debeamus. Tantoqꝫ se amplius fastidij nr̃i morbus exaggerat, quanto se magis ab esu illius dulcedinis animus elongat: Et eo iam internas delicias non appetit, quo eas comedere, diu longeqꝫ dissueuit. Fastidio ergo nostro tabescimus, & longa inedię peste fatigamur. Et quia gustare int⁹ nolumus paratam dulcedinem, amam⁹ foris miseri famẽ nr̃am.

Ad Laudes, & per Horas. Aña. Sapientia. 248. cum rel' Añis, & psalmis vt ŝ. Cap. Carissimi, nolite. 251. Hymnus. Uerbum supernum. 148. ℣. Panem cęli dedit eis, hal. ℟. Panẽ angelorum manducauit homo, halah.

Ad Bñs. Añ. Homo quidã fecit cęnã magnã, & vocauit multos: & misit seruũ suũ hora cęnę dicere inuitatis, vt venirent: qa omnia parata sunt, halęluiah. Oratio. Sancti nominis tui. Deinde fit cõme. de octa. f. 249. Ad iij. Cap. Carissimi, nol. 250. Feria hec de octaua. Ad vj. Cap.

In hoc cognouimus charitatẽ Dei, qm̃ ille pro nobis animam suã posuit, & nos debemus ꝓ fratrib⁹ animas ponere. j. Job. 3.

Ad Nonam. Capitulum.

Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Ad vesp. Añ. Sacerdos in ęternũ. 246. cũ rel'. Añis & psal' de oct. Cap. Carissimi, Nolite. 251. Hy⁹. Pãge lingua. 236. ℣. Cibauit illos ex adipe frumẽti, hal. ℟. Et de petra melle

melle saturauit eos, haleluiah.
Ad Mag. Ana. Exi cito in pla
teas, et vicos ciuitatis: et paupe
res, ac debiles, cęcos et claudos
compelle intrare, vt impleatur
domus mea, haleluiah, haleluia.
Oratio de dñica vt supra. 251.
Deinde fit comemo. de oct. Ana.
O sacrũ. ℣. Panem. Oro vt s.

FERIA SECVNDA.
Infra octauam.

De libro primo Regum. Lcõ j.

Ca. 5.



hilisthijm autem tu
lerunt arcam Dei,
et asportauerunt eã
a lapide Adiutorij
in Azotum. Tule
runtque Philisthijm arcã Dei,
et intulerunt eam in templũ Da
gon, et statuerũt eam iuxta Da
gon. Cumque surrexissent diilu
culo Azotij altera die, ecce Da
gon iacebat pronus in terra ante
arcam dñi: et tulerunt Dagon, et
restituerũt eũ in locũ suũ. Rur
sumque mane die altera consurgen
tes, inuenerunt Dagon iacentẽ
super faciem suã in terra corã ar
ca dñi: caput aũt Dagon, et duę
palme manuũ eius abscissę erãt
super limẽ: porro Dagon solus
truncus remanserat in loco suo.
℟. Immolabit. 247. Lectio ij.
Ggrauata est autem ma
nus dñi super Azotios et
demolitus est eos, et percussit in
secretiori parte natium Azotum
et fines eius, et ebullierunt, vil
lę, et agri in medio regionis il
lius, et nati sunt mures, et facta
est confusio mortis magnę in ci
uitate. Videntes autẽ viri Azo
tij huiusmodi plagam, dixerũt:
Non maneat arca Dei Israel
apud nos: qm̃ dura est manus eius
super nos, et super Dagon Deũ
nostrum. Et mittentes cõgrega
uerunt omnes satrapas Philis
thinorum ad se, et dixerunt: Quid
faciemus de arca Dei Israel? Re
sponderuntque Bethsi: Cir
cũducatur arca Dei Israel. ℟.
Comedetis. 247. Lectio tertia.
ET circũduxerũt arcã Dei
Israel. Illis autem circun
ducentibus eam fiebat manus
dñi Dei per singulas ciuitates
interfectionis magnę nimis, et per
cutiebat viros vniuscuiusque vr
bis a paruo vsque ad maiorem, et
computrescebant pręminentes
extales eorum: inieruntque Be
thsi consilium, et fecerunt sibi
sedes pelliceas. Miserunt ergo
arcam Dei in Accaron. Cumque
venisset arca Dei in Accaron,
exclamauerunt Accaronitę di
centes: Adduxerunt ad nos ar
cã Dei Israel, vt interficiat nos,
et populũ nostrum. Miserũt itaque
et congregauerunt oẽs satrapas
Philisthinorum, qui dixerũt: Dimit
tite arcã Dei Israel, et reuerta
tur in locũ suum, et nõ interficiat
nos cum populo nostro. Fiebat
enim pauor mortis in singulis
vrbibus

vrbibus, et grauissima valde manus Dei. ℟. Respexit. 247.

De serm. S. Joha. Chriso. liiij.

Vtcunque fidelium Christus semetipsum per mysterium commiscet, et quos genuit, per semetipsum enutrit, nec alteri tradit: hoc tibi rursum persuadens, quod carnem tuam assumpsit. Ne torpeamus igitur tanta digni charitate, et honore putari. Nonne videtis quanta promptitudine paruuli papillas capiunt, et quanto impetu labia vberibus infigunt? accedamus cum tanta nos quoque alacritate ad hanc mensam, quinimmo cum longe maiori trahamus, tanquam infantes lactanei, spiritus gratiam, et vnus sit nobis dolor hac esca priuari. Non sunt humanae virtutis opera proposita: qui tunc ipsa fecit in illa caena, idem ea nunc quoque facit. Nos ministrorum tenemus locum: quero sctificat ea, et immutat ipse est. Nullus itaque Iudas assistat, nullus auarus: siquis est discipulus, adsit: Nam tales mensa non suscipit: ait enim: Cum discipulis meis facio pascha. Haec est illa mensa, et minus nihil habet. Non enim illam quidem Christus, hanc autem homo perficit, verum et hanc ipse quoque. ℟. Caenantibus. 247. Lectio v.

Inhumanus accedat nemo, nemo crudelis, et immisericors: nemo prorsus immundus: haec ad communicantes dico, et ad vos ministrantes. Nam et ad vos sermonem conuertere necessarium est, vt multo cum studio haec dona distribuatis. Non parua vobis imminet vltio: siquidem cum suspiam conscium nequitiae huius mensae participem esse concedatis, sanguis eius de manibus vestris exquiretur: siue quis dux militiae sit, siue praefectus, siue princeps diademate coronatus, indigne autem accedat: prohibe: maiorem illo potestatem habes. Propterea vos Deus hoc insigniuit honore, vt talia discernatis. Hoc vestra dignitas est: hoc securitas, hoc omnis corona, non vt albam et splendentem tunicam circumeatis induti. Verum et tu laice cum sacerdotem videris offerentem, ne vt sacerdotem esse putes hoc facientem, sed Christi manum inuisibiliter extensam. ℟. Accepit. 247. L. vj.

Audiamus igitur et sacerdotes et subditi, quali esca facti sumus digni: audiamus et horreamus sanctis carnibus suis nos dedit impleri, semetipsum apposuit immolatum. Quaenam erit igitur nobis excusatio, cum talibus pasti, alia peccemus, cum lupi fiamus agnum comedentes, cum tanquam oues pasti, more leonum diripiamus? Hoc enim mysterium non rapina tantum, verum et ab omni vel tenui inimicitia purum esse penitus iubet: est enim pacis mysterium. Iudaeis quidem annuatim pro priorum monumenta beneficiorum solemnitates Deus alligauit, tibi vero per

ro per singulos dies per hęc my
steria. Nullus itaqꝫ Judas hanc
mensam petat, nullus Simon.
Hi namque duo propter auari-
tiā perierūt: hoc igitur baratrū
fugiamus. ℟. Ego sum pa. 248.

De sermone S. Augusti. epi. L. vii.

Hęc est panis, q de cęlo de-
scendit. Hunc panē signifi
cauit manna, hunc panem signi
ficauit altare Dei. Sacramenta
illa fuerūt, i signis diuersa sunt,
sed i re, q̄ significaṫ, paria sunt.
Apostolū audi. Nolo enim vos,
inquit, ignorare fratres, quia pa
tres nostri oēs sub nube fuerūt,
⁊ oēs mare transierunt, ⁊ oēs p
Moysen baptizati sunt i nube,
⁊ in mari: ⁊ oēs eādē escā spūalē
manducauerūt: spiritualē vtiqꝫ
eandem: nā corporalem alteraꝫ:
qa illi māna, nos aliud: spiritua-
lem vero quam nos, sed patres
nostri, non patres illorum, qui-
bus nos similes sumus: non qui
bus illi similes fuerūt. Et adiun
git: Et omnes eundem potum
spiritualem biberūt. Aliud illi,
aliud nos, sed specie visibili, qui
dem, tamē hoc idem significan-
te virtute spirituali. Quomodo
enim eundem potū? Bibebant
inquit, de spirituali sequēte pe-
tra: petra autem erat Christus.
Unde panis, inde potus. Petra
Christus in signo, verus Chrs
in verbo, ⁊ in carne. Et quomo-
do biberūt? Percussa est petra
de virga bis. Gemina percussio
duo ligna crucis significat. ℟.
Qui manducat. 248. Lectio viii.

Norint fideles corpꝰ Chri
sti, si corpꝰ Chri nō negli-
gant esse. Fiāt corpus Christi, si
volunt viuere de spū Chri. De
spiritu Christi nō viuit, nisi cor-
pus Christi. Intelligite fratres
mei qd dixeriꝫ. Homo es, ⁊ spm̄
habes, ⁊ corpus habes. Spiritū
dico qui anima vocaṫ, qua con-
stas q͏ homo es: constas enim ex
anima, ⁊ corpore. Habes enim
spm̄ inuisibilem, corpꝰ visibile.
Dic mihi, qd ex quo viuat? spūs
tuꝰ viuit ex corpore tuo, an cor-
pus tuū ex spū tuo? Respondet
ois qui viuit: q autē hoc non po
test respondere, nescio si viuit.
Quid respondet ois qui viuit?
Corpus vtiqꝫ meū viuit de spi-
ritu meo, vis ergo ⁊ tu viuere
de spiritu Christi? i corpore esto
Christi. ℟. Misit. 248. Lectio ix.

Nunquid eniꝫ corpus meū
viuit de spū tuo? Meum
viuit de spiritu meo, ⁊ tuum de
spiritu tuo: nō potest viuere cor
pus Christi, nisi de spiritu Chri
sti. Unde est quod exponēs no-
bis apostolus Paulus hunc pa
nem. Unus panis, inquit, ⁊ vnū
corpus multi sumus. O sacramē
tū pietatis, o signum vnitatis, o
vinculū charitatis. Qui vult vi-
uere, habet vbi viuat: habet vn-
de viuat, accedat, credat, incor-
poretur,

potest, vt viuificet, nõ abhorreat a compage membrorũ: & non sit putre membrũ qđ resecari mereatur: non sit distortum de quo erubescatur; sit pulcrũ, sit aptũ, sit sanum: hęreat corpori, viuat Deo de Deo, nũc laboret in terra, vt postea regnet in cęlo.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum. Lcõ j.

ca 6. 

Fuit ergo arca dñi in regione Philistinorũ septẽ mensibus, & vocauerũt Philisthijm sacerdotes & diuinos dicẽtes: Quid faciemus de arca dñi? indicate nobis, quõ remittamus eam in locum suũ. Qui dixerunt. Si remittitis arcã dei Israel, nolite dimittere eam, vacuaꝫ, sed qđ debetis ei reddite pro peccato, & tũc curabimini: & scietis quare non recedat manꝰ eius a vobis. Qui dixerunt. Quid est qđ pro delicto reddere debeamus ei? Respõderũtqꝫ illi: Iuxta numerum prouinciarum Philistinorũ quinqꝫ anos aureos facietis, & quinqꝫ mures aureos: qa plaga vna fuit oĩbus vobis, & satrapis vestris. Facietisqꝫ similitudines anorũ vestrorũ, & similitudines muriũ qui demoliti sunt terrã, & dabitis Deo Israel gloriam: si forte releuet manum suam a vobis, & a dijs vestris, & a terra vestra. R. Immolabit. 247. L. ij.

Quare aggrauatis corda vestra sicut aggrauauit Ægyptus & Pharao cor suum? Nõne, postqꝫ percussus est, tunc dimisit eos, & abierũt? Nũc ergo arripite, & facite plaustrũ nouũ vnũ: & duas vaccas fętas, quibus nõ est impositũ iugũ, iungite in plaustro: & recludite vitulos earũ domi. Tolletisqꝫ arcã dñi, & ponetis i plaustro: & vasa aurea quę exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellã ad latus eius: & dimittite eã, vt vadat. Et aspicietis, siquidem per viam finiũ suorũ ascẽderit ↄtra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malũ grande: sin autem minime, sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo. R. Comedetis panem. 247. L. iij.

Ibãt autẽ in directũ vaccę per viã, quę ducit Bethsames, & itinere vno gradiebãtur pergẽtes, & mugiẽtes, & non declinabant, neqꝫ ad dexteram, neque ad sinistram: sed & satrape Philistinorum sequebantur vsque ad terminos Bethsames. Porro Bethsamitę metebãt triticũ in valle: & eleuãtes oculos suos viderunt arcam, & gauisi sunt, cum vidissent. Et plaustrum venit in agrũ Iosuę Bethsamitę, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & ↄciderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super

per ea holocaustu3 domino. Le
uitę autem deposuerunt arcam
Dei. ℟ Respexit Elias. 247.
Ex epistola beati Cypriani epi. et
martyris ad Cecilium Lectio iij.

IN sacerdote melchisedec
sacrificij dñici sacramentũ
prefiguratũ videm⁹, ẜm qd̃ scri-
ptura diuina testatur: et dicit. Et
Melchisedech rex Salē ptulit
panem et vinu3. Fuit autē sacer-
dos dei summi, et bñdixit Abra-
ham. Quod autem Melchise-
dech typũ Christi portaret: de-
clarat in psalmis Spiritus san-
ctus, ex persona patris ad filiu3
dicens: Ante luciferũ genui te:
Jurauit dñs, et nō pęnitębit eu3
tu es sacerdos in ęternu3 ẜm or-
dine3 Melchisedech. Qui ordo
vtique hic est de sacrificio illo
veniens, et inde descendens, q̃
Melchisedec sacerdos dei sum-
mi fuit, quod panem et vinum
obtulit, quod Abraham bene-
dixit. ℟ Cenātibus. 247. ℣.

IAm quid magis sacerdos
Dei summi, quam dñs no-
ster Jesus Christus, qui sacrifi-
ciu3 Deo patri obtulit? Et ob-
tulit hoc idem, quod Melchise-
dech obtulerat, idest panē, et vi-
num, suum scilicet corpus, et san-
guinem. Et circa Abraham be-
nedictio illa pręcedens, ad nr̃m
populum ptinebat. Nā si Abra-
hā Deo credidit, et deputatũ est
ei ad iustitiā, vtiq3 quisquis deo
credidit, et fide viuit, iustus inue-
nit, et iam pride3 in Abrahā fide-
li benedictus, et iustificatus ostē-
dit, sicut beatus apostolus Pau-
lus pbat dicēs: Credidit Abra-
ham deo, et reputatum est ei ad
iustitiam. Cognoscitis ergo, qa,
q ex fide sunt, hi sunt filij Abra-
hę. Prouidens autem scriptu-
ra quia ex fide iustificat gentes
Deus pręnunciauit Abrahę, qa
benedicent in illo omnes gētes.
℟ Accepit Jesus. 247. Lcō. vi.

UT ergo in Genesi p Mel-
chisedech sacerdotē bñdi-
ctio circa Abrahā posset rite ce-
lebrari, pręcedit ante imago sa-
crificij, in pane et vino scilicet cō-
stituta. Quam rem perficiens
et adimplens dominus, panem,
et calicem mistum vino obtulit,
et qui est plenitudo, veritatem
pręfiguratę imaginis adimple-
uit. Sed et per Salomonem spũ
ritus sanctus typum dominici
sacrificij ante pręmonstrat im-
molatę hostię, et panis, et vini.
Sed et altaris, et apostolorum fa-
ciens mentionē: Sapiētia, inqt,
ędificauit sibi domũ, et subdidit
columnas septē. Mactauit suas
hostias, miscuit in cratere vinũ
suũ: et parauit mensam suā. Et
misit seruos suos conuocans cũ
excelsa pędicatione ad crate-
rem dicens: Qui est insipiens,
declinet ad me. Et egētibus sen-
su dixit; Uenite, edite de meis
panibus,

panibus, & bibite vinum, quod miscui vobis. ℟. Ego sum. 248.

De homi. s. Augusti. epi. L. vii.

NOn sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Quare mãducauerũt, & mortui sunt? Quia qđ videbãt credebãt: qđ non videbant, non intelligebant: ideo patres vestri, quia similes estis illorũ. Nam quãtum pertinet, fratres mei, & ad mortẽ istam visibilem & corporalẽ, nunqd nos non morimur, qui manducamus panẽ de cęlo descendentem? Sic sunt mortui & illi, quemadmodum & nos sumus morituri, quantũ attinet, vt dixi, ad mortem huius corporis visibilem, atque carnalẽ. ℟. Qui mãdu. 248. L. viii.

QUantũ autẽ pertinet ad illã mortẽ, de qua terret dñs, qa mortui sunt patres istorũ, manducauit manna & Moyses, mãducauit mãna & Aarõ, mãducauit mãna & Phinees, mãducauerunt ibi multi q dño placuerunt, & mortui nõ sunt. Quare? Quia visibilẽ cibũ spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierũt, spiritualiter gustauerũt, vt spiritualiter satiarentur. Nam & nos hodie accipimus visibilem cibum: sed aliud est sacramẽtũ, aliud est virtus sacramẽti. ℟. Misit me. 248. L. ix.

QUã multi de altari accipiũt, & moriuntur, & accipiẽdo moriunt? vnde dicit Apostolus: Judicium sibi manducat, & bibit. Nonne buccella dñica venenũ fuit Judę: & tamen accepit: & cum accepit, in eum inimicus intrauit: nõ qa malũ accepit, sed quia bonũ male malus accepit. Uidete ergo fratres, panem cęlestẽ spiritualiter manducate, innocẽtiã ad altare apportate. Peccata, etsi sunt quotidiana, vel non sunt mortifera, antequã ad altare accedatis, attẽdite qđ dicatis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: secur⁹ accede, panis est non venenũ.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regum. Lcõ i.



PErcussit autem dominus ꝺ viris Bethsamitibus, eo ꝙ vidissent arcam dñi: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitq; populus, eo ꝙ dñs percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamitę: Quis poterit stare i cõspectu dñi Dei sancti huius? & ad quem ascendet a nobis? Miseruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim dicẽtes: Reduxerunt Philisthijm arcã dñi, descendite, & reducite eã ad vos. Uenerũt ergo viri Cariathiarim, & reduxerũt arcam 6. ca.

arcam dñi, et intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa: Eleazarum autē filium eius sanctificauerunt: vt custodiret arcā domini. ℟. Immola. 247. L. ij.

Ex factū est, ex qua die mā sit arca dñi in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus vicesimus: et requieuit omnis dom⁹ Israel post dñm. Ait autē Samuel ad vniuersam domum Israel dicēs: Si in toto corde vestro reuertimini ad dñm, auferte deos alienos de medio vestri, Baalim et Astaroth: et preparate corda vestra dño, et seruite ei soli, et eruet vos de manu Philisthijm. Abstulerunt ergo filij Israel Baalim, et Astaroth, et seruierunt domino soli. ℟. Come. 247. L. iij.

Dixit autē Samuel: Congregate vniuersū Israel in Maspbath, vt orem pro vobis dominū: Et conuenerunt in Masphath hauseruntqꝫ aquā, et effuderunt in conspectu dñi, et ieiunauerūt in die illa, atqꝫ dixerunt ibi: Peccauimus dño. Iudicauitqꝫ Samuel filios Israel i Masphath. Et audierūt Philistim, quod congregati essent filij Israel in Masphath, et ascenderunt Satrapę Philistinorū ad Israel. Quod cū audissent filij Israel, timuerūt a facie Philistinorū, dixerūtqꝫ ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad dominū Deum nostrum, vt saluet nos de manu Philistinorum. ℟. Respexit Elias. 247.

Ex libro S. Ambrosij episcopi de sacramentis. Lectio quarta.

Auctor sacramentorū quis est nisi dñs Iesus? de celo ista sacramenta venerunt: consiliū enim omne de celo est. Uere aūt magnū est et diuinū miraculum: quod populo pluit Deus manna de celo: et non laborabat populus, et manducabat. Tu forte dicis. Meus panis est vsitat⁹. Sed panis iste, panis est ante verba sacramentorū: vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus, quomodo potest, qui panis est corpus esse Christi? consecratione. Consecratio igit̄ quibus verbis est, et cuius sermonib⁹? Dñi Iesu. Nā reliqua oīa que dicuntur laus Deo referr: oratione petit̄ pro populo, pro regibus, pro ceteris: vbi venitur vt conficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. ℟. Cenantibus. 247. Lectio v.

Ergo sermo Christi hoc cōficit sacramentum. Quis sermo Christi: Nempe is, quo facta sunt oīa. Iussit dñs, et factū est celū, Iussit dñs, et facta est terra. Iussit dñs, et facta sunt maria. Iussit dñs, et omnis creatura generata est. Uides ergo: quā operato/

operatorius sit sermo Christi? Si ergo tanta vis est in sermone dñi Iesu, vt inciperent esse q̃ non erãt, quanto magis operatorius est, vt sint quę erant, ⁊ in aliud commutentur? Cęlum nõ erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem: Ipse dixit, ⁊ facta sunt: ipse mãdauit ⁊ creata sunt. Ergo tibi vt respõdeã, nõ erat corpus Chri ante cõsecrationẽ: sed post cõsecrationẽ dico tibi, q̃ iam corpus est Chri. Ipse dixit, ⁊ factũ est: ipse mãdauit, ⁊ creatũ est. ℟. Accepit. l. vj.

247 Iã redi mecũ ad ppositionem meã. Magnũ qdem ⁊ venerabile q̃ manna Iudęis pluit e cęlo: sed itellige quod est amplius: Mãna de cęlo an corpus Christi? Corpus Christi vtiq̃, q auctor est cęli. Deinde mãna q mãducauit mortuus est: qui mãducauerit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorũ, ⁊ nõ morietur in ęternum. Ergo non ociose tu dicis: Amen, iam in spiritu cõfitens, q̃ accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos: Corpus Christi. Et tu dicis, Amen: hoc est verũ: q̃d confitetur lingua, teneat affectus. ℟. Ego sum. 248. Homilia S. Hilarij epi. Lcõ vij.

Non est humano, aut sęculi sensu in dei rebus loquendũ: quę scripta sunt, legamus: ⁊ quę legerimus intelligamus, ⁊ tũc perfectę fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi vnitate quę dicimus, nisi ab eo didicim9, stulte atq̃ impie dicim9. Ipse eniz ait: Caro mea vere est esca, ⁊ sanguis me9 vere est pot9. Qui edit carnẽ meaz, ⁊ bibit sanguinẽ meũ, i me manet, ⁊ ego i eo. De veritate carnis, ⁊ sãguinis, nõ relict9 est ambigẽdi loc9. ℟. Qui mãduc. 248. l. viij.

Nunc eniz ⁊ ipsius dñi professione, ⁊ fide nostra vere caro est, ⁊ vere sanguis est. Et hęc accepta, atq̃ hausta, id efficiũt, vt ⁊ nos in Christo, ⁊ Christus in nobis sit. An ne hoc veritas nõ est? Cõtingat plane his verũ nõ esse, qui Christũ Iesum verũ esse Deũ negant. Est ergo in nobis ipse per carnez, ⁊ sum9 in eo, dum hoc, q̃d nos sumus, in Deo est. Quod autez in eo per sacramẽtũ cõmunicatę carnis ⁊ sanguinis sim9, ipse testat dicẽs: Et hic mũdus iam me nõ videt, vos autẽ me videbitis: qm̃ ego viuo, ⁊ vos viuetis: quoniã ego in patre meo, ⁊ vos in me, ⁊ ego in vobis. ℟. Misit. 248. Le. ix.

Quod autem in nobis naturalis hęc vnitas sit, ipse ita testatus est. Qui edit carnez meam, ⁊ bibit sanguinem meũ, in me manet, ⁊ ego in eo. Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit. Perfectę autez huius

bulus vnitati sacramentum superius iam docuerat dicens: Sicut me misit viuēs pater, & ego viuo propter patrē: & qui manducat meam carnem, & ipse viuet propter me. Uiuit ergo per patrem, & quo modo per patrem viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus.

FERIA QVINTA.

In octaua Corporis Christi lectiones primi noc. leguntur de epla bti Pauli apli ad Corinth. vt in die festi. Cō uenientibus. 274.

Sermo beati Cyrilli Episcopi Jerosolymitani. Lectio quarta.



Psa Beati Pauli Doctrina abunde sufficere videt, vt certas vobis de diuinis mysterijs fidē faciat, quibus digni redditi, concorporei, vt ita dicam, & consanguinei Christi facti estis. Ipse enim modo clamabat, quod in nocte, qua tradebatur dñs noster Jesus Chrūs, accipiens panem, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, dicens: Accipite, & mādúcate: hoc est córpus meū. Et accipiens, calicem, & gratias agens, dixit: Accipite: & bibite: hic est sanguis meus. Cū igitur ipse de pane pronunciauerit, ac dixerit: hoc est corpus meum, quis audebit deinceps ambigere? Et cū idem ipse tā asseueranter dixerit: Hic est sanguis meꝰ, quis vnquam dubitauerit, vt dicat non esse eius sanguinem? R. Cenantibus. 247. Lectio v.

Quam olim in vinum conuertit in Chana Galilęę: quod habet quandam cum sanguine propinquitatem: & eum parum dignū existimabimus, cui credamus, quod vinū in sanguinē transmutarit? Ad eas nuptias, quibus corpora copulantur, vocatus pręter opinionem omnium hoc fecit miraculum: & non multo magis sic eum corpus & sanguinem suum fruēda nobis donasse persuasum firmiter habebimus, vt ea cum omni certitudine tanquam corpus ipsius, & sanguinem sumamus? Nam in specie panis dat nobis corpus, & i specie vini dat nobis sanguinem: vt, cum sumpseris, gustes corpus, & sanguinē Christi, factus eiusdem corporis, & sanguinis particeps. Sic enim efficimur Christiferi, hoc est, Christum in corporibus nostris ferētes, cū corpus eius, & sanguinem in membra nostra recipimꝰ: sic secundum Beatū Petrum diuinę naturę cōsortes reddimur. R. Accepit. 247 Lectio sexta.

Lim cū Judęis Christus disserens: Nisi manducaueritis, inquit, carnem meam, & biberitis meū sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Cum autem illi, quę dicta fuerant, nō

spiri

spiritualiter accepissent, offensi abierunt retro: putabant enim, quod eos ad manducandas carnes hortaretur. Erant & in veteri testamento panes propositionis. Verum, illi cum fuerint veteris testamenti, finem iam acceperunt: in nouo vero testamento, panis est cęlestis, & calix salutaris, qui & animam, & corpus sanctificant. Quamobrem nō sic hęc attēdas velim, tanquam sint nudus, & simplex panis: nudū, & simplex vinum: corpus enim sunt & sanguis Christi. Nam etiam si sensus illud tibi renunciat, fides tamen te confirmet. Ne iudices rem ex gustu: sed te citra vllam dubitationem fides certum reddat, quod sis dignus factus, qui corporis, & sanguinis Christi particeps fieres. ℟. Ego sum panis. 248.

Homilia sancti Cyrilli episcopi Alexandrini. Lectio septima.

Qui manducat, inquit, carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in illo. Sicuti enim siquis liquefactę cerę aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum cōmisceat necesse est: sic qui carnē & sanguinem domini recipit, cū ipso ita coniungitur vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur. Simile quodammodo apud Matthęum comperies: Simile est, inquit regnum cęlorum fermento: quod acceptum abscondit mulier in farinę satis tribus. Sicut parum (vt Paulus ait) fermenti totam massam fermentat, sic paruula benedictio, totum hominem in seipsam attrahit, & sua gratia replet: & hoc modo in nobis Christus manet, & nos in Christo. ℟. Qui manducat. 248. Lectio octaua.

Nos vero, si vitam ęternam consequi volumus, si largitorem immortalitatis habere in nobis desideramus, ad recipiēdum benedictionem libēter cōcurramus: caueamusque ne loco laquei damnosam religionē diabolus, nobis pretendat. Recte (inquit) dicis. Scriptum tamen esse non ignoramus: Iudicium sibi comedere, atque bibere illū, qui de pane comedit, & de calice bibit indigne. Ego igitur probo meipsum, & indignum inuenio. Quando igitur, quicunque tu es, qui ista dicis, dignus eris, quando Christo te ipsum offeres? Nam si peccando indignus es, & peccare non desinis (quis enim delicta intelligit? secundū Psalmistā) expers omnino eris viuificę huius sanctificationis. ℟. Misit me. 248. Lectio ix.

Quare pias queso cogitationes suscipias, studiose sancteque viuas, & benedictionē participes: quę (mihi crede) nō mortē solum, verū etiā morbos omnes depellit. Sedat enim, cū in nobis

in nobis maneat Chrīs sequentē mēbrorū nostrorū legē: pietatem corroborat: perturbationes animi extinguit: egrotos curat: collisos redintegrat: ⁊ sicut pastor bon⁹ qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu.

FERIA SEXTA.

Dñis pactis oct. videndū est, si qđ semiduplex festū relictū fuerit, ⁊ de eo fiat. Et i Sabbathis si nō impediūtur nouem lectionibus vel vigilijs, fiat de Btā Maria.

De libro primo Regum. Lcō j.

ca.8. 

Ongregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerūt ad Samuelē i Ramatha, dixeruntq; ei: Ecce tu senuisti, ⁊ filij tui non ambulāt in vijs tuis: cōstitue nobis regē, vt iudicet nos, sicut ⁊ vniuerse habēt nationes. Displicuitq; sermo i oculis Samuelis, eo q dixissent: Da nobis regē, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dñm. R. Percussit. fol.260.

R.iij. noct. Dñice sequētis. L.ij.

Dixit autē domin⁹ ad Samuelē: Audi vocē populi, in oībus que loquunt tibi: nō enim te abiecerūt, sed me, ne regnem sup eos. Iuxta oia opera sua, que fecerūt a die, qua eduxi eos de Aegypto, vsque ad diē hāc sicut dereliquerūt me, ⁊ seruierunt dijs alienis, sic faciūt etiā tibi. Nūc ergo vocē eorū audi, verūtamē cōtestare eos, ⁊ predic eis ius regis, q regnatur⁹ est sup eos. R. Montes Gel.260. L.iij.

Dixit itaque Samuel omnia verba domini ad populum qui petierat a se regem, ⁊ ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet, ⁊ ponet in curribus suis: facietq; sibi equites, ⁊ precursores quadrigarū suarum, ⁊ constituet sibi tribunos: ⁊ centuriones, ⁊ aratores agrorū suorum, ⁊ messores segetū, ⁊ fabros armorum, ⁊ curruum suorum. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias, ⁊ focarias, ⁊ panificas: agros quoq; vestros ⁊ vineas ⁊ oliueta optima tollet, ⁊ dabit seruis suis. R. Ego te tu.260.

SABBATHO.

De libro primo Regum. Lcō j.

Et erat vir de Beniamin 9.ca.
nomine Cis, filius Abiel, filij Seor, filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul electus, ⁊ bonus: ⁊ non erat vir de filijs Israel melior illo, ab humero, ⁊ sursum eminebat super oēm populū. Perierant autē asine Cis patris Saul: ⁊ dixit Cis ad Saul filium suū: Tolle tecum vnum de pueris, ⁊ cōsurgens vade ⁊ quere asinas. Qui cū transissent per montē Ephraim: ⁊ p terrā Salisa, ⁊ nō inuenissent, transierunt etiā per terram

terraȝ Salim, ⁊ non erant: sed ⁊ p terraȝ Jemini: ⁊ minime repererunt. ℟. Peccaui. 260. ℣. ñ.

Cũ autẽ venissent in terrã Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: Ueni, ⁊ revertamur ne forte dimiserit pater meus asinas, ⁊ solicitus sit pro nobis. Qui ait ei: Ecce vir dei est in ciuitate hac, vir nobilis: oẽ quod loquitur, sine ambiguitate venit: Nunc ergo eamꝰ illuc si forte indicet nobis de via nostra propter quam venimus. Dixitq; Saul ad puerum suuȝ: Ecce ibimus: quid feremus ad virũ Dei? panis deficit in sitarcijs nostris, sportulam non habemus, vt demꝰ homini dei, nec quicquam aliud. Rursus puer respõdit Saul, ⁊ ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini dei, vt indicet nobis viã nostraȝ. ℟. Exaudisti. 260. Lectio iij.

Et ascenderũt in ciuitateȝ. Cũq; illi ambularẽt i medio vrbis, apparuit Samuel egrediẽs obuiã eis, vt ascenderet in excelsum. Dñs autẽ reuelauerat auriculaȝ Samuelis ante vnam diem quã veniret Saul, dicens: Hac ipsa hora quę nũc est, cras mittam virũ ad te de terra Beniamin, ⁊ vnges euȝ ducẽ super populum meuȝ Jsrael, ⁊ saluabit populum meuȝ de manu Philisthinoꝝ: qa respexi populum meũ: venit enim clamor eoruȝ ad me. Cũq; aspexisset Samuel Saulem, dñs dixit ei: Ecce vir quẽ dixeraȝ tibi: iste dñabit populo meo. ℟. Audi dñe. 261.

Sabbatho. Ad Magnifi. Añia.

Cognouerunt omnes a Dan vsque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset domini.

DOMINICA III.
Post Pentecosten.

Oro. Protector in te sper. 347. Ad Mat. Inuit. Adoremus dominuȝ, Qui fecit nos. Hym. Nocte surgẽ. 2. Añia. Seruite dño, cũ rel' añiis, psal. ⁊ vñi. vt in psalt.

De libro primo Regum. Lcõ. i.



Accessit aũt Saul ad Samueleȝ in medio portę, ⁊ ait Indica oro mihi, vbi est domus videntis? Et respõdit Samuel Sauli dicens: Ego sum videns: ascende ante me in excelsum, vt comedatis mecum hodie: ⁊ dimittaȝ te mane, ⁊ omnia quę sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de asinis quas nudiꝰ tertius perdidisti; ne solicitus sis, quia inuentę sunt. Et cuius erunt optima quęque Jsrael? nõne tibi, ⁊ omni domui patris tui? Respondens autem Saul ait: Nunqd nõ filiꝰ Jemini ego suȝ de minima tribu Jsrael, ⁊ cognatio mea nouissima inter oẽs familias de tribu Beniamin? 9. Ca.

quare ergo locutus es mihi ser monem istũ? ℟. P ɋparate coꝛ da vestra domino, ⁊ seruite illi soli: Et liberabit vos de manib⁹ inimicoꝛum vestroꝝ. ℣. Conuertimini ad eum in toto coꝛde vestro: ⁊ auferte deos alienos de medio vestri. Et libe. Lectio ij.

Assumens itaque Samuel Saulem, ⁊ puerũ eius, introduxit eos in triclinium, ⁊ dedit eis locuꝫ in capite eoꝝ, qui fuerãt inuitati: erãt enim quasi triginta viri. Dixitq; Samuel coco: Da partem, quam dedi tibi, ⁊ pꝛecepi vt reponeres seoꝛsum apud te. Leuauit autẽ cocus armuꝫ, ⁊ posuit ante Saul. Dixitq; Samuel, Ecce quod remansit, pone ante te, ⁊ comede, q̃a de industria seruatũ est tibi, quãdo populũ vocaui. Et comedit Saul cũ Samuele ĩ die illa, Et descenderũt de excelso in oppidum, ⁊ locutus est cum Saule in solario. Strauitq; Saul in solario, ⁊ doꝛmiuit. ℟. D e⁹ diuꝫ exauditoꝛ est: ipse misit angeluꝫ suuꝫ, ⁊ tulit me de ouibus patris mei. Et vnxit me vnctione misericoꝛdię suę. ℣. Dominus q eripuit me de oꝛe leonis, ⁊ de manu bestię liberauit me. Et. Lcõ iij.

Cumq; mane surrexissent, ⁊ iam elucesceret, vocauit Samuel Saulem in solario, dicẽs: Surge, vt dimittã te: Et surrexit Saul: egressiq; sũt ambo, ipse, videlicet, ⁊ Samuel. Cũq; descenderẽt in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero, vt antecedat nos, ⁊ transeat: tu autem subsiste paulisper, vt indiceꝫ tibi verbũ dñi. Tulit autem Samuel lenticulã olei, ⁊ effudit super caput eius ⁊ deosculatus est euꝫ, ⁊ ait: Ecce vnxit te dñs super hereditatem suam in pꝛincipem, ⁊ liberabis populum suum de manibus inimicoꝛuꝫ eius, qui in circuitu ei⁹ sunt. ℟. D ominus, qui eripuit me de oꝛe leonis, ⁊ de manu bestię liberauit me. Ipse me eripiet de manib⁹ inimicoꝝ meoꝛũ. ℣. Misit De⁹ misericoꝛdiã suam, ⁊ veritatem suam: animã meam eripuit de medio catulorũ leonum. Ipse. G loꝛia. Ipse.

De expositione S. Gregorij pape in libros Regum. Lectio iiij.

Tulit autẽ Samuel lenticulaꝫ olei, ⁊ effudit super caput eius. Hoc pꝛofecto hac vnctione expꝛimitur, quod in sancta ecclesia nunc etiaꝫ materialiter exhibetur: quia qui in culmine ponitur, sacramenta suscipit vnctionis. Quia vero ipsa vnctio sacramentum est, is, qui ꝓmouetur, bene foris vngitur; si intus virtute sacramenti roboꝛetur. Ipsas ergo olei virtutes pꝛi⁹ videamus attẽtius. Oleum quippe liquoꝛibus alijs supfertur: oleuꝫ ignẽ fouet: oleũ vulnera curare consue-

consuevit. Per illud ergo misericordię bonū significat, qa scriptum est de dño: Miserationes eius super oia opera eius. Quia ignē fouet, prędicationis gratiaȝ designat, quę electoꝝ mētes illuminat. ℟. Percussit Saul mille ⁊ Dauid decēȝ millia: Quia manus dñi erat cum illo: percussit Philisthęum, ⁊ abstulit opprobriuȝ ex Israel. ℣. Nōne iste est Dauid de quo canebant in choro dicentes: Saul percussit mille, ⁊ Dauid decē millia? Qu. L. v.

Quia vero vulnera p oleū curātur, hoc profecto insinuat, quod detergēda sunt vulnera peccatoꝝ. Vngatur ergo caput regis quia spirituali gratia mens est replenda doctoris. Habeat in vnctione sua oleum, habeat misericordiam abundātem, quę sibi virtutibus alijs pręferatur. Habeat oleū, vt dum ardoreȝ sancti spiritus in se nutrit, lucere vehemēter alijs per verbū possit. Habeat nihilominus oleum medicinę, vt sapienter disponat, qualiter peccatoꝝ fętores tergat, ⁊ ęgras mentes saluti restituat. ℟. Mōtes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniāt super vos: Vbi ciderunt fortes Israel. ℣. Oēs montes qui estis in circuitu eius, visitet dñs: a Gelboe autem trāseat. Vbi. L. vj.

Sed lenticula Saul vngit, nō p pręsignāda doctrina, sed ad exprimenda futura. Lenticula quidē paruū est vas: Quid ergo est, q̄ lenticula olei Saul vngitur, nisi qa in fine reprobatur? Naȝ quia obedire Deo postea noluit, a Samuele audiuit: Quia piecisti sermonē dñi: piecit te dominus, ne sis rex. Velut eniȝ lenticula olei parū habuit, qui spiritualeȝ gratiā proijciendus accepit. Quod in rectorib⁹ quoqȝ sanctę Ecclesię conueniēter accipitur. Plerunque eniȝ culmen prelationis accipiūt, qui in charitate Dei, ⁊ proximi perfecti nō sunt. ℟. Ego te tuli de domo patris tui, dicit dñs, ⁊ posui te pascere gregē populi mei. Et fui tecū in omnib⁹ vbicunqȝ ambulasti: firmans regnuȝ tuū in ęternū. ℣. Feciqȝ tibi nomē grāde, iuxta nomē magnoꝝ, q sunt in terra: ⁊ requiē dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. Et. Homilia. folio. 347. vij. ℟. Peccaui sup numeꝝ arenę maris, ⁊ multiplicata sūt peccata mea, ⁊ nō sum dign⁹ videre altitudineȝ cęli pṙę multitudine iniquitatis meę: qm̄ irritaui irā tuam: Et malum corā te feci. ℣. Qm̄ iniqtatē meā ego cognosco ⁊ delictū meū cōtra me est semp, qa tibi soli peccaui. Et. viij. ℟.

Duo Seraphiȝ clamabāt alter ad alterum: Sāctus sanctus, sanctus, dñs Deus Sabaoth. Plena est omnis terra

gloria eius. ℟. Tres sunt qui te stimonium dant in cęlo, pater, verbum, et spiritus sanctus, et hi tres vnũ sunt. Sctũs. G lo. Psle.
Hoc ℟. octauo loco in oñicis vñ vsq3 ad Adut. Fer. aũt iiij. et sabba. vsq3 ad j. dñicã Augusti; qũ ℟ła sumẽda sunt ex iij. noct. dñicę, ei⁹ loco dz ij. ℟. scdz seq. se. et tertio loco iij. eiusdẽ. fo. 261.
Lectiones tertij nocturni de homilia dñicę iij. post Pẽt. ha bent inferius circa finem huius partis de tẽpore i ordine. aliarũ dominicarũ vsq3 ad Aduentũ.

FERIA SECVNDA.

De libro primo Regum. Lcõ. j.

ca. 10. Et conuocauit Samuel popu lum ad dñm in Maspbath, et ait ad filios Israel. Hęc dicit dñs de⁹ Israel: Ego eduxi Israel de Ægipto, et erui vos, de manu Ægyptior, et de manu oium regũ q affligebãt vos. Uos autẽ hodie piecistis Deũ vestrũ, q so lus saluauit vos de vniuersis malis, et tribulationibus vestris, et dixistis: Nequaquã, sed regem cõstitue sup nos. Nunc ergo state corã dño per tribus vestras: et familias. ℟. Recordare dñe te stamenti tui: et dic angelo percu tienti: cesset iam manus tua: Ut nõ desoletur terra, et ne perdas oẽm aiam viuam. ℣. Ego sum, q peccaui, ego q inique egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt? auertatur obsecro furor tuus a me, domine, a populo tuo. Ut. L. ij.

Et applicuit Samuel oẽs trib⁹ Israel, et cecidit sors super tribuz Beniamin. Et ap plicuit tribum Beniamin, et co gnationes eius, et cecidit super cognationẽ Metri, et puenit vs que ad Saul filiuz Cis. Quęsie rũt ergo eũ, et nõ est inuẽtus, et cõsuluerunt post hęc dñm. vtrũ nã vẽtur⁹ esset illuc: respõditq3 dñs: Ecce absconditus est domi. Cucurrerũt itaq3 et tulerunt eũ inde, stetitque in medio populi, et altior fuit vniuerso populo ab humero et sursũ. Et ait Samuel ad omnem populum. Certe vi detis quẽ elegit dñs: qm̃ non sit similis illi in o i populo. Et cla mauit omnis populus, et ait: vi uat rex. ℟. Exaudisti dñe ora tionez serui tui, vt ędificarẽ tem plũ nomini tuo. Benedic, et san ctifica domum istaz in sempiter num, Deus Israel. ℣. Dñe qui custodis pactũ cum seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Benedic. Lectio iij.

Locutus est autez Samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro. et reposuit co ram dño: et dimisit Samuel om nem populum, singulos in do mum suaz. Sed et Saul abijt in domum suam in Gabaa, et abijt cum eo pars exercitus quorum tetigerat De⁹ corda. Filij vero Belial dixerunt: Saluare nos poterit

poterit iste? Et despexerunt eū, & non attulerunt ei munera. Ille vero dissimulabat se audire. ℟. Audi dñe hymnū, & oratio- nem quā seruus tuus orat coram te hodie: vt sint oculi tui aperti, & aures tuę intentę, Super do mum istam die ac nocte. ℣. Re spice dñe de sanctuario tuo, & de excelso cęloꝝ habitaculo. Sup.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum. Lcō j.

1.12. Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel. Ecce, audiui vocem vestram iuxta om- nia quę locuti estis ad me, & con stitui super vos regem. At nunc rex graditur ante vos, ego autē senui, & incanui: porro filij mei vobiscū sunt: itaq; cōuersatus co rā vobis ab adolescentia mea, vsq; ad hanc diē ecce presto sum. Loquimini de me coram dño, & coram Christo eius vtrum bo- uē cuiusquā tulerim, aut asinū: si quempiā calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cu iusquā munus accepi: & contem nam illud hodie, restituamq; vo bis. Et dixerunt: Nō es calūnia tus nos, neq; oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quip- piam. Dixitq; ad eos: Testis est dominus aduersum vos, & te- stis Christus eius in die hac, qa non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt. Testis. ℟. Dñe si cōuersus fuerit ppl's tuus & orauerit ad sanctuarium tuū: Tu exaudies de cęlo dñe: & libera eos de manibus inimico- rum suorū. ℣. Si peccauerit in te populus tuus, & cōuersus eg- rit penitenciam, veniensq; ora- uerit in isto loco. Tu. Lectio ij.

Et ait Samuel ad populū: Dñs qui fecit Moysen, & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Ægypti adest. Nunc er- go state, vt iudicio contendam aduersus vos coram dño de om- nibus misericordijs dñi, quae, fecit vobiscum & cum patribus vestris: quomodo Jacob ingres sus est in Ægyptum, & clamaue- runt patres vestri ad dñm: & mi sit dñs Moysen & Aaron, & edu xit patres vestros de Ægypto, & collocauit eos in loco hoc. Qui obliti sunt dñi Dei sui, & tradi- dit eos in manꝰ Sisarę magistri militię Asor, & in manu Phili- sthinoꝝ, & i manu regis Moab, & pugnauerunt aduersus eos. ℟. Factū est dum tolleret dñs Eliam per turbinem in cęlum, Eliseus clamabat dicēs: Pater mi, pī mi, currus Israel, & auri- ga eius. ℣. Cūq; pergerēt & in- cedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei di- uiserūt vtrūq; & ascendit Elias p turbinē in cęlū. Eliseus. L. iij.

Postea autem clamauerūt ad dñm, & dixerunt: Pec cauimus, quia dereliquimus do minum,

minũ, ⁊ seruiuimus Baalim ⁊ Astaroth: nũc ergo erue nos de manu inimicorũ nostrorum, ⁊ seruiemus tibi. Et misit dñs Jerobaal: ⁊ Badan, ⁊ Samson, ⁊ Barac, ⁊ Jephte, ⁊ Samuel, ⁊ eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, ⁊ habitastis confidenter. Videntes autem quod Naas, rex filiorum Ammon venisset aduersũ vos, dixistis mihi: Nequaquã, sed rex imperabit nobis, cum dominus Deus vester regnaret in vobis. Nunc ergo presto est rex vester, quem elegistis, ⁊ petijstis. Ecce dedit vobis dominus regẽ. Si timueritis dominum, ⁊ seruieritis ei, ⁊ audieritis vocem eius, ⁊ nõ exasperaueritis os domini, eritis, ⁊ vos, ⁊ rex q imperat vobis sequẽtes dñm Deũ vrm. ℟. Percussit. 260. vt in iij. nocturno dominice. Reliqua propria ij. ⁊ iij. ferie huius hebd. dantur in oibus ij. ⁊ iij. ferijs vsqz ad primã dñicam Augusti.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regum. Lcõ. j.

ca. 13. Filius vnius anni erat Saul cum regnare cepisset: duobus autem annis regnauit super Israel, ⁊ elegit sibi Saul tria millia de Israel, ⁊ erant cũ Saul duo millia in Machmas, ⁊ in monte Bethel, mille autẽ cum Jonatha in Gabaa Beniamin: porro ceterum populũ remisit, vnumquemqz in tabernacula sua. Et percussit Jonathas stationem Philistinorum, que erat in Gabaa. Quod cum audissent Philisthijm, Saul cecinit buccina in omni terra dicẽs: Audiant Hebrei. Et vniuersus Israel audiuit huiusmodi famã Percussit Saul stationẽ Philisthinorum, ⁊ erexit se Israel aduersus Philisthijm. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala. ℟. Peccaui. 260. vt in iij. nocturno Dominice. Lectio secunda.

Et Philisthijm cõgregati sunt ad prelianduz contra Israel triginta millia curruũ, ⁊ sex millia equitũ, ⁊ reliquũ vulgus, sicut arena que est in litore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad Orientẽ Bethauen. Qd cũ vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus) abscõderunt se in speluncis, ⁊ in abditis, in petris quoque, ⁊ in antris, ⁊ in cisternis. Hebrei autem transierunt Jordanem in terram Gad ⁊ Galaad. Cũqz adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus, est, qui sequebatur eum: ⁊ expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis, ⁊ non venit Samuel in Galgala, dilapsusqz est popul⁹ ab eo. ℟. Exaudisti. 360. vt in ij. fer. Lectio iij.

Ait ergo Saul: Afferte mihi holocaustũ, ⁊ pacifica. Et

Et obtulit holocaustũ. Cumq; complesset offerens holocaustũ, ecce Samuel veniebat, ⁊ egressus est Saul obuiam ei, vt salutaret eum. Locutusq; est ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi q̄ populus dilaberetur a me, ⁊ tu non veneras iuxta placitos dies, porro Philisthijm cõgregati fuerũt in Machmas, dixi: Nunc descendent Philisthijz ad me in Galgala, ⁊ faciẽ dñi non placaui: necessitate compulsus obtuli holocaustũ dño. Dixitq; Samuel ad Saul: Stulte egisti, nec custodisti mandata dñi dei tui, quę pręcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc pręparasset dñs regnum tuuz super Israel in sempiternum, sed nequaq̄z regnum tuum vltra consurget. Quęsiuit dñs sibi virum iuxta cor suum: ⁊ pręcepit ei dominus vt esset dux super populum suuz, eo q̄ non seruaueris quę pręcepit dominus. R. Audi domine. 261.

FERIA QVINTA.

De libro primo Regum. Lcõ. j.

ca. 14. Dixit autem Jonathas ad adolescentez armigeruz suum. Ueni transeamus ad stationem incircuncisoruz horum, si forte faciat dñs pro nobis: quia non est dño difficile saluare vel in multis, vel in paucis. Dixitq; ei armiger suus. Fac omnia quę placent animo tuo, perge quo cupis, ⁊ ero tecum vbicunq; volueris. Et ait Jonathas: Ecce nos transimus ad viros istos: cumque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, Manete donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint: Ascendite ad nos, ascendamus: quia tradidit eos domin⁹ in manibus nostris, ⁊ hoc erit nobis signuz. Apparuit igit̃ vterq; stationi Philisthinoꝝ: dixeruntq; Philisthijm: En Hebręi egrediunt̃ d̃ cauernis in q̄bus abscõditi fuerãt. R. Pręparate. 259.

R. j. noctur. dominicę. Lectio ij.

Et locuti sunt viri de statione ad Jonathã, ⁊ ad armigerũ eius, dixeruntq;: Ascẽdite ad nos, ⁊ ostendemus vobis, rẽ. Et ait Jonathas ad armigerum suũ: Ascendamus, sequere me: tradidit enim dñs eos in manus Israel. Ascendit aũt Jonathas, manibus ⁊ pedibus reptans, ⁊ armiger eius post eum. Itaque alij cadebãt ante Jonathã, alios armiger ei⁹ iterficiebat, sequẽs eum. Et facta est plaga prima, qua percussit Jonathas, ⁊ armiger eius, quasi viginti viroꝝ, in media parte iugeris, quã par bouz in die arare consueuit. Et factum est miraculum in castris, ⁊ per agros. Sed ⁊ omnis populus stationis eorum, qui erant ad pędandum, obstupuit: ⁊ cõ-

turbata sũt castra, ꝛ accidit quasi miraculum a Deo. ℞. Deus omnium. 259. Lectio tertia.

Et respexerunt speculatores Saul qui erant in Gabaa Beniamin, ꝛ ecce multitudo prostrata, ꝛ huc illucq; diffugiēs. Et ait Saul populo, q erat cũ eo: Requirite ꝛ videte quis abierit ex nobis. Cumq; requisissent repertum est non adesse Jonatham, ꝛ armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam domini. Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filijs Israel. Cũq; loqueretur Saul ad sacerdotē, tumultus magnus exortꝰ est i castris Philistinoꝝ, crescebatq; paulatim, ꝛ clariꝰ resonabat. Et ait Saul ad sacerdotē: Contrahe manum tuã. Conclamauit ergo Saul, ꝛ omnis populꝰ, qui erat cum eo, ꝛ venerũt vsque ad locum certaminis: ꝛ ecce versus fuerat gladius vniuscuiusq; ad proximũ suũ, ꝛ cędes magna nimis. ℞. Dominꝰ. 259.

FERIA SEXTA.

De libro j. Regum. Lectio j.

ca. 15. Et dixit Samuel ad Saul: Me misit dñs, vt vngerez te in regem super populum eiꝰ Israel: nunc ergo audi vocē domini. Hęc dicit dominus exercituum. Recensui quęcunque fecit Amalec Israel, quomodo restitit ei in via cum ascēderet de Ægypto. Nunc ergo vade, ꝛ percute Amalec, ꝛ demolire vniuersa eius: non parcas ei, ꝛ non concupiscas ex rebus ipsius aliqd: sed interfice a viro vsq; ad mulierem, ꝛ paruu um, atq; lactantem, bouem, ꝛ ouem, camelum ꝛ asinum. ℞. Percussit. 260.

Feria iiij. nocturn. Domi. mce. Le. ij.

Praecepit itaque Saul populo, ꝛ recēsuit eos quasi agnos, ducenta millia peditum ꝛ decem millia virorum Juda. Cumq; venisset Saul vsq; ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. Dixitq; Saul Cineo, Abite, recedite, atque discedite ab Amalec: ne forte inuoluã te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibꝰ filijs Israel cũ ascenderent de Ægypto: Et recessit Cineus de medio Amalec. Percussitque Saul Amalec ab Euila donec venias ad Sur quę est e regione Ægypti: ꝛ apprehēdit Agag regem Amalec viuũ, omne autē vulgus interfecit in ore gladij. ℞. Montes Gelb. 260. Lec. iij.

Et pepercit Saul, ꝛ populus Agag, ꝛ optimis gregibus ouium, ꝛ armentorum, ꝛ vestibus, ꝛ arietibus, ꝛ vniuersis quę pulcra erant: nec voluerũt disperdere ea: quicquid vero vile fuit, ꝛ reprobum, hoc demoliti sunt. Factum autem est verbũ dñi ad Samuel, dicens: Penitet me q̄ cõstituerim Saul regem,

regẽ, qa dereliquit me, ⁊ verba
mea opẽ nõ implevit. Contrista
tusq; est Samuel, ⁊ clamavit ad
dñz tota nocte. ℟. Ego te. 260.

SABBATHO.

De libro primo Regum. Lcõ. j.

16 Dixitque dñs ad Samuelem: Usquequo tu luges
Saul, cum ego proiecerim eum
ne regnet super Israel? Imple
cornu tuum oleo, ⁊ veni, vt mittaz
te ad Isai Bethlehemitem:
providi enim in filijs eius mihi
regez. Et ait Samuel: Quomodo
vadam? Audiet enim Saul,
⁊ interficiet me. Et ait dñs: Vitulum
de armento tolles in manu
tua, ⁊ dices: Ad immolanduz
dño veni. Et vocabis Isai ad victimã,
⁊ ego ostẽdam tibi, quid
facias: ⁊ vnges quemcũqz mon
stravero tibi. ℟. Peccavi. 260.

Qñ fit de feria, pzia sumuntur ex iij. noc. vt ibi dr in rub. Le. ij.

Fecit ergo Samuel sicut locutus
est ei dominus. Venitqz
in Bethlehem, ⁊ admirati
sunt seniores civitatis occurrentes
ei, dixeruntque. Pacificus
ne est ingressus tuus? Et ait
Pacific⁹: Ad immolandũ dño
veni, sanctificamini, ⁊ venite me
cum vt immolez. Sanctificavit
ergo Isai, ⁊ filios eius, ⁊ vocavit
eos ad sacrificium: Cumque ingressi
essent, vidit Eliab, ⁊ ait,
Num coram dño est Christus
eius? ⁊ dixit dñs ad Samuelez:
Ne respicias vultum eius, neqz
altitudinem staturę eius, quoniam
abieci eum, nec iuxta intuitum
hominis ego iudico. Homo
enim videt ea quę parent,
Deus autem intuetur cor. ℟.
Exaudisti. 260. Lectio tertia.

Et vocavit Isai Abinadab
⁊ adduxit eum coram Samuele:
qui dixit: Nec hũc elegit
dñs. Adduxit autẽ Isai Sãma,
de quo ait: Etiam hunc non elegit
dñs. Adduxit autẽ Isai septẽ
filios suos corã Samuele: ⁊ ait
Samuel ad Isai: Nõ elegit dñs
ex istis. Dixitque Samuel ad
Isai, Nunquid iã cõpleti sunt filij?
Qui rñdit: adhuc reliquus
est parvulus, ⁊ pascit oves. Et
ait Samuel ad Isai: Mitte, ⁊ adduc
euz. ℟. Audi domine. 261.

Ad Magnif. Añã. Prevaluit David in Philistęuz in funda, ⁊ lapide, in nomine domini.

DOMINICA IIII. post Pentecosten.

Oratio. Da nobis q̃s dñe. 347.

De libro primo Regum. Lcõ j.



Congregãtes autez Philisthijm agmina
sua in prẽliũ cõvenerũt
in Socho Judę: ⁊ castrametati
sunt inter Socho, ⁊ Azecha
in finibus Dommim. Porro
Saul, ⁊ filij Israel cõgregati venerunt
in vallẽ Terebinthi, ⁊ direxerunt
aciem ad pugnanduz
contra

cōtra Philisthijs: ⁊ Philisthijs stabāt sup montē ex parte hac, ⁊ Israel stabat supra montē ex altera parte, vallisque erat inter eos. Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum, noie Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorum, ⁊ palmi: ⁊ cassis ęrea super caput ei⁹, ⁊ lorica hamata induebat. Porro pondus loricę eius quinq; millia siclorū ęris erat: ⁊ ocreas ęreas habebat in cruribus: ⁊ clypeus ęreus tegebat humeros ei⁹. Hastile aūt hastę eius erat, quasi liciatorium texentium: ipsum autē ferrū hastę eius sexcentos siclos habebat ferri: ⁊ armiger eius antecedebat eum. ℟. Pręparate. 259.

℟. dñicę pte. semp dñr in dñicis vsq; ad j. Dñicam Augusti. L. ij.

STansq; clamabat aduersum phalāgas Israel, ⁊ dicebat eis: Quare venistis parati ad prelium: nunquid ego non sum Philisthę⁹, ⁊ vos serui Saul? eligite ex vobis virum, ⁊ descendat ad singulare certamen. Si querit pugnare mecū, ⁊ pcusserit me, erim⁹ vobis serui. Si autem ego pręualuero, ⁊ pcussero eum, vos serui eritis, ⁊ seruietis nobis. Et aiebat Philisthęus: Ego exprobraui agminibus Isrel hodie: Date mihi virum: ⁊ ineat mecū singulare certamen. Audiēs aūt Saul, ⁊ oēs Israelitę sermones Philisthęi huiuscemodi: stupebāt, ⁊ metuebāt nimis. ℟. Deus oium. 259. L. iij.

DAuid autē erat filius viri Ephrathęi, de quo supra dictū est, de Bethlehē Iuda cui nomē erat Isai, q habebat octo filios, ⁊ erat vir in dieb⁹ Saul senex, ⁊ grandęuus inter viros. Abierunt autem tres filij eius maiores post Saul in prelium: ⁊ nomina trium filiorum eius qui perrexerunt ad bellum. Eliab primogenitus, ⁊ secundus Aminadab, tertius quoq; Samma. David autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulē, abijt David ⁊ reuersus est a Saul vt pasceret gregē patris sui in Bethlehē. Procedebat vero Philisthe⁹ mane, ⁊ vespere, ⁊ stabat quadraginta diebus. ℟. Dominus, qui eri. 259.

Sermo S. Augustini epi. L. iiij.

STabāt filij Israel ɔtra aduersarios quadragita diebus. Quadraginta dies, propter quatuor tēpora, ⁊ quatuor partes orbis terrę, vitam pręsentem significant, in qua contra Goliath vel exercitum eius, idest contra diabolum, ⁊ angelos eius, Christianorum populus pugnare non definit: nec tamen vincere posset, nisi ver⁹ David Christus cum baculo, idest cum crucis mysterio descendisset. Ante aduētū enim Christi fratres carissimi, solutus erat diabolus: ve-

niēs Chrūs fecit de eo, qđ in euā gelio dictū est. Nemo potest intrare in domū fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem. Venit ergo Chrūs, & alligauit diabolū. ℟. Percussit. L. v.

SEd dicit aliquis: Si alligatus est, quare adhuc tantū præualet? Verum est, fratres carissimi, quia multū præualet, sed tepidis, negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tanquā innexus canis catenis, & neminem potest mordere nisi eū, q se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videte fratres, q̃ stultus est homo ille, quē canis in catena positus mordet? Tu te illi p voluptates, & cupiditates sęculi noli coniungere: & ille ad te nō præsumet accedere. Latrare potest, solicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem. Non enim cogendo sed suadendo, nocet: nec extorquet a nobis consensus, sed petit. ℟. Montes Gelboe. 260. Lec. vj.

VEnit ergo Dauid, & inuenit Iudæorū populū cōtra diabolū præliantem: & cū nullus esset qui præsumeret ad singulare certamen accedere, ille, qui figuram Christi gerebat, processit ad prælium, tulit baculum in manu sua, & exijt cōtra Goliath: & in illo quidem tunc figuratū est, quod in domino Iesu Chrō completum est: Venit enim verus Dauid Christus, qui contra spiritalem Goliath, idest cōtra diabolum pugnaturus, crucem suā ipse portauit. Videte fratres, vbi Dauid Goliath percusserit, in fronte vtique, vbi crucis signaculū non habebat. Sicut enim baculus crucis typum habuit, ita etiam, & lapis ille, de quo percussus est, Christum dominū figurabat. ℟. Ego te tuli. 260. Homilia fol. 347.

FERIA SECVNDA.

De libro primo Regum. Lec. j.

ET dixit vnus q spiā d Israel: 17. ca.
Num vidistis virum hunc
qui ascendit? ad exprobrādum enim Israel ascendit. Virum ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitijs magnis, & filiam suā dabit ei, & domum patris eius faciet absq; tributo in Israel. Et ait Dauid ad viros q stabant secum, dicens: Quid dabitur viro qui percusserit Philisthęū hunc, & tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philisthęus incircuncisus, q exprobrauit acies Dei viuētis? ℟. Recordare, 260. Feria præterite hebd. dñr eodem ordine in omnibus heb. vsq; ad primam hebdo. Augusti. Le. ij.

AVdita sunt aūt verba, quę locutus est Dauid, & annūciata i cōspectu Saul: ad quē cum fuisset adductus, locutus est ei: Nō cōcidat cor cuiusquā in eo: ego

ego seruus tuus: vadã, ⁊ pugnabo aduersus Philistheũ. Et ait Saul ad David, Nõ vales resistere Philistheo isti, nec pugnare aduersus eũ, q͂a puer es, hic autẽ vir bellator est ab adolescẽtia sua. ℟. Exaudisti.260.L.iij.

Dixitq; David ad Saul: Pascebat s. ru⁹ tu⁹ p̃ris sui greges, ⁊ veniebat leo, vel vrsus, ⁊ tollebat arietez de medio gregis: ⁊ p̄sequebar eos, ⁊ percutiebam, eruebamque de ore eorum: ⁊ illi consurgebant aduersum me, ⁊ apprehendebam mentum eorum, ⁊ suffocabam, interficiebamque eos: nam ⁊ leonem, ⁊ vrsum interfeci ego seruus tuus: erit igit̃ ⁊ Philistheus hic incircuncisus, quasi vnus ex eis. ℟. Audi dñe.261.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum. L.cō.j.

c.a.17. Induit Saul David vestimẽtis suis, ⁊ imposuit galeã ęreaz super caput ei⁹, ⁊ vestiuit eum lorica. Accinctus ergo David gladio eius super vestẽ suã, cępit tentare, si armatus posset incedere: non enim habebat cõsuetudinẽ. Dixitque David ad Saul: Nõ possum sic incedere, quia non vsum habeo. Et deposuit ea, ⁊ tulit baculum suũ, quẽ semp̄ habebat in manib⁹: ⁊ elegit sibi quinq; limpidissimos lapides de torrente, ⁊ misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, ⁊ fundam manu tulit, ⁊ processit aduersum Philistheũ. ℟. Domine si.261. L.ij.

Ibat autẽ Philistęus incedens, ⁊ appropinquans aduersuz David, ⁊ armiger ei⁹ ante euz. Cũq; inspexisset Philistheus, ⁊ vidisset David, despexit eum. Erat autem adolescens rufus, pulcher aspectu. Et dixit Philistę⁹ ad David: Nunquid ego canis sum, q̄ tu venis ad me cũ baculo? Et maledixit Philisthę⁹ David in diis suis, dixitq; ad David: Veni ad me, ⁊ dabo carnes tuas volatilibus cęli, ⁊ bestijs terrę. Dixit autez David ad Philistheum: Tu venis ad me cum gladio, ⁊ hasta, ⁊ clypeo: ego autez venio ad te in noĩe dñi exercituũ Dei agminũ Israel, q̄b⁹ exprobrasti hodie, ⁊ dabit te dñs in manu mea, ⁊ percutiam te, ⁊ auferam caput tuũ a te, ⁊ dabo cadauera castrorum Philisthijm hodie volatilibus cęli, ⁊ bestijs terrę: vt sciat omnis terra quia est Deus in Israel. ℟. Factum.261. Lectio iij.

Cum ergo surrexisset Philisthę⁹, ⁊ veniret, ⁊ appropinquaret contra David: festinauit David, ⁊ cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthei, ⁊ misit manum suaz in peram, tulitque lapidem vnum, ⁊ funda iecit, ⁊ circunducens percussit Philistheum in frõte eius, ⁊ infixus

fixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciē suam super terram: prævaluitqȝ David adversum Philistæum in funda, & lapide, percussumqȝ Philistæum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu David, cucurrit, & stetit super Philistæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum, præciditque caput eius. ℟. Percussit Saul. 260.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regum. Lectio j.

ca. 18. Porro cū reverteretur percusso Philisthæo David, & ferret caput eius in Jerusalem, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes, chorosqȝ ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris: & pcinebāt mulieres, ludentes, atque dicentes: Percussit Saul mille, & David decē millia. Irat⁹ est aūt Saul nimis & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitqȝ: Dederunt David decem millia, & mihi mille dederūt: quid ei superest, nisi solum regnū? ℟. Peccavi. 260. Lec. ij.

Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat David a die illa, & deinceps. Post diē aūt alterā, invasit spirit⁹ dei mal⁹ Saul, & pphetabat in medio domus suæ. David autē psallebat manu sua sicut per singulos dies. Tenebatqȝ Saul lanceam, & misit eam putās quod configere posset David cum pariete: & declinavit David a facie eius secundo. Et timuit Saul David, eo q͏̄ dominus esset cum eo, & a se recessisset. Amovit ergo eum Saul a se: & fecit eum tribunum super mille viros. ℟. Exaudisti. 260. Lectio tertia.

Egrediebat, & intrabat in cōspectu populi. In omnib⁹ quoqȝ vijs suis David prudenter agebat, & dñs erat cū eo. Vidit itaqȝ Saul, quod prudēs esset nimis, & cœpit cavere eum. Omnis autē Israel, & Juda diligebat David. Ipse enim egrediebat, & ingredibat ante eos. Dixitqȝ Saul ad David: Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi uxorem: tantummodo esto vir fortis, & prœliare bella dñi. ℟. Audi domine. 261.

FERIA QVINTA.

De libro j. Regum. Lectio j.

Locutus est autē Saul ad Jonathā filium suum, & ad omnes servos suos, ut occiderēt David. Porro Jonathas filius Saul diligebat David valde. Et indicavit Jonathas David dicens: Quærit Saul pr̄ meus occidere te: quapropter observa te q̄so mane, & manebis clam & absconderis. Ego autem egrediens, stabo iuxta patrem meū in agro, ubicunqȝ fuerit: & ego loquar de te ad patrem meum: 19. ca.

& quodcunqz videro nunciabo tibi. R. Preparate.259. Lec.ij.

Locutus est ergo Jonathas de David bona ad Saul patrē suū. dixitqz ad eū. Ne pecces rex i seruū tuū David: quia non peccauit tibi, & opera eius bona sūt tibi valde: & posuit animā suam in manu tua: & percussit Philistheū: & fecit dñs salutē magnam vniuerso Israeli: vidisti, & letatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David, qui est absque culpa? Quod cū audisset Saul, placatus voce Jonathę, jurauit: Viuit dominus, quia nō occidetur. R. Deus omnium.259. Le.iij.

Motum est autē rursuz bellum: & egressus David pugnauit aduersum Philisthijm, percussitqz eos plaga magna, & fugerūt a facie eius. Et factus est spiritus dñi malus in Saul: Sedebat autē in domo sua, & tenebat lanceam: Porro David psallebat manu sua: nisusqz est Saul configere David lācea in pariete, & declinauit David a facie Saul: lanceam autem casso vulnere perlata est in parietem; & David fugit, & saluatus est nocte illa. R. Dominus, qui.259.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum. Lcō.j.

Ca. 20. Fugit autez David de Naioth, quę est in Ramatha: veniensqz locutus est coraz Jonathã, Quid feci? quę est iniquitas mea, & quod peccatum meū in patrem tuū, quia quęrit animam meā? Qui dixit ei: Absit, non morieris: neque enim faciet pater meus quicquam grande vel paruum nisi prius indicauerit mihi, hunc ergo celauit a me pater meus sermonem tantummodo? nequaquam erit istud. R. Percussit.260. Lectio ij.

Et iurauit rursuz David, & ille ait: Scit profecto pater tuus, qz inueni gratiā in oculis tuis, & dicet: Nesciat hoc Jonathas, ne forte tristetur. Quinimmo viuit dñs, & viuit anima tua: quia vno tantum, vt ita dicā, gradu ego, morsque diuidimur. Et ait Jonathas ad David: Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciā tibi. R. Mōtes.260. L.iij.

Dixit aūt David ad Jonatham: Ecce calendę sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum: dimitte ergo me, vt abscōdar in agro vsque ad vesperā diei tertię. Si respiciens requisierit me pater tuus, respōdebis ei: Rogauit me David, vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatem suaz: quia victimę solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis. Si dixerit: Bene, pax erit seruo tuo: si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius. R. Ego te tuli de domo.260.

SABBATHO.

De libro primo Regum. Lcõ j.

a.21. Venit autem David in Nobe ad Achimilech sacerdotẽ, ꝛ obstupuit Achimelech, eo ꝙ venisset David, ꝛ dixit ei: Quare tu solus, ꝛ nullꝰ est tecũ? Et ait David ad Achimelech sacerdotẽ: Rex pcepit mihi sermonem: ꝛ dixit. Nemo sciat rem, propter quam missus es a me, ꝛ cuiusmodi pcepta tibi dederim: nam pueris meis condixi in illum, ꝛ illum locum. Nunc ergo siqd habes ad manũ, vel quinque panes, da mihi aut quicqd inueneris. ℟. Peccavi. 260. Lc. ij.

Et respondens sacerdos ad David, ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tm̃ panem sanctum: si mundi sunt pueri maxime a mulieribus. Et respondit David sacerdoti, ꝛ dixit ei: Et quidẽ si de mulieribus agitur, cõtinuimus nos ab heri, ꝛ nudiꝰ tertius, quãdo egrediebamur, ꝛ fuerunt vasa puerorũ sãcta: porro via hec polluta est, sed ꝛ ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem: neque enim erat ibi panis, nisi tm̃ panes propositionis: q sublati fuerant a facie dñi, vt ponerẽtur panes calidi. ℟. Exaudisti. 260. Lcõ. iij.

Erat autem ibi vir quidam de servis Saul in die illa intus in tabernaculo domini: ꝛ nomẽ eius Doeg Idumeus: potentissimus pastorum Saul. Dixit aũt David ad Achimelech: Si habes hic ad manum hastã, aut gladium, da mihi: quia gladium meum, ꝛ arma mea nõ tuli mecum: sermo enim regis vrgebat. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philistei, quẽ percussisti in valle Terebinthi, est inuolutus pallio post Ephod: si istũ vis tollere, tolle: neque enim hic est alius absque eo. Et ait David: Nõ est huic aliꝰ similis: da mihi eum. ℟. Audi. 261.

Ad Mag. Aña. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, quia in te abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi nõ esset vnctus oleo: quomodo ceciderũt fortes in bello? Jonathas in excelsis interfectus est: Saul ꝛ Jonathas amabiles, ꝛ decori valde in vita sua in morte quoque non sunt diuisi.

DOMINICA QVINTA post Pentecosten.

Oro. Deus q diligentibus. 348.

Incipit liber scõs Regum. L. j.



Factũ est autẽ, postquam mortuus est Saul, vt David reuerteretur a cede Amalech, ꝛ maneret in Siceleg duos dies. In die autẽ tertia apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa, ꝛ puluere aspersus caput: ꝛ vt

⁊ vt venit ad David, cecidit super faciē suā, ⁊ adorauit. Dixitque ad eū David, Unde venis? Qui ait ad eū: De castris Israel fugi. Et dixit ad eū David: Qd est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait: fugit populus ex prelio, ⁊ multi corruentes e pplo mortui sunt: sed ⁊ Saul, ⁊ Jonathas filius eius interierunt. ℟. Preparate. 259. Lectio ij.

Dixitqꝫ David ad adolescentē, qui nunciabat ei: Unde scis qa mortuus est Saul ⁊ Jonathas filius eius? Et ait adolescens, qui nunciabat ei: Casu veni in montē Gelboe, ⁊ Saul incumbebat super hastā suā: porro, currus, ⁊ eqtes appropinquabant ei, ⁊ conuersus post tergum suum, vidensque me vocauit. Cui cum respondissem, Adsum, dixit mihi. Quisnā es tu? ⁊ aio ad eū: Amalecites ego sū: ⁊ locutus est mihi: Sta sup me, ⁊ interfice me, qm̄ tenēt me angustie, ⁊ adhuc tota anima mea in me est: stansqꝫ super eum: occidi illū: sciebā enī quod viuere non poterat post ruinam: ⁊ tuli diadema, qd erat in capite eius, ⁊ armillam de brachio illius, ⁊ attuli ad te dominum meū huc. ℟. Deus omnium. 259. L. iij.

Apprehendens autem David vestimēta sua scidit, omnesqꝫ viri q erant cū eo, ⁊ planxerūt, ⁊ fleuerūt, ⁊ ieiunauerūt vsqꝫ ad vesperam super Saul, ⁊ super Jonathā filiū eius, ⁊ super populū dn̄i, ⁊ sup domū Israel, eo q corruissēt gladio. Dixitqꝫ David ad iuuenē q nūciauerat ei, Unde es tu? Qui respondit: Filius hois aduene Amalecite ego sum. Et ait ad eum David: Quare nō timuisti mittere manum tuam, vt occideres Christum dn̄i? Vocansqꝫ David vnū de pueris suis, ait: Accedens irrue in eū. Qui percussit illū, ⁊ mortuus est. ℟. Dn̄s, qui erip. 259. Ex libro Moraliū Sancti Gregorij Pape. Lectio quarta.

Quid est q David qui retribuentibus mala non reddidit, cum Saul, ⁊ Jonathas occumberet, Gelboe montibus maledicit, dicens: Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos: neqꝫ sint agri primitiarū: q ibi abiectus est clypeus fortiū: clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo? Quid est q Jeremias cū predicationē suam cerneret audiētium difficultate ꝑpediri maledicit dicēs, Maledictus vir, q annūciauit pr̄i meo, dicens: Natus est tibi puer masculus? ℟. Percussit. 260. L. v.

Quid ergo mōtes Gelboe Saul moriente deliquerunt, quatenus in eos nec ros, nec pluuia caderet, ⁊ ab omni eos viriditatis germine sententie sermo siccaret? Sed qa Gelboe

hoc interpretatur decursus, per Saul autem vnctum & mortuũ mors nostri mediatoris exprimitur, non immerito per Gelboe montes, superba Judęorum corda designantur: quę dum in huius mundi desiderijs defluunt, in Christi, idest vncti se morte miscuerunt, & quia in eis vnctus rex corporaliter moritur, ipsi ab omni gratię rore siccantur. ℟. Montes Gelboe. 260. Lcõ. vj.

De quibus & bene dicitur, vt agri primitiarum esse nõ possint. Superbę quippe Hebręorum mentes, primitiuos fructus nõ ferunt: qa in redẽptoris aduẽtu ex parte maxima in perfidia remanentes, primordia fidei sequi noluerunt. Sãcta nanque Ecclesia in primitijs suis multitudine gentiũ fęcundata, vix in mundi fine Judęos quos inuenerit suscipit, & extrema colligens, eos quasi reliquias frugũ ponit. ℟. Ego te tuli. 260. Homilia. folio. 348.

FERIA SECVNDA.

De libro secundo Regum. L. j.

ca. 2. Igitur post hęc cõsuluit Dauid dominum, dicens: Num ascendam in vnã de ciuitatibus Juda? Et ait dñs ad eũ: Ascẽde. Dixitq; Dauid: Quo ascendã? & rñdit ei: In Hebron. Ascẽdit ergo Dauid, & duę vxores eius, Achinoam Jezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli: sed & viros, q erãt cũ eo duxit Dauid singulos cũ domo sua: & manserunt in oppidis Hebron. Veneruntq; viri Juda, & vnxerũt ibi Dauid, vt regnaret super domũ Juda. ℟. Recordare. 270. L. ij.

Et annũciatũ est Dauid, q viri Jabes Galaad sepelissent Saul. Misit ergo Dauid nũcios ad viros Jabes Galaad, dixitq; ad eos. Benedicti vos a dño, q fecistis misericordiã hãc cũ dño vestro Saul, & sepelistis eũ. Et nũc retribuet vobis quidem dñs misericordiã, & veritatem: sed & ego reddam gratias, eo q fecistis verbũ istud. Cõfortẽtur manus vestrę: & estote filij fortitudinis: licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me vnxit domus Juda in regẽ sibi. ℟. Exaudisti. 260. Lcõ iij.

Abner aũt filius Ner, princeps exercitus Saul, tulit Jsboseth filiũ Saul, & circunduxit eum per castra, regemq; cõstituit super Galaad, & sup Assuri, & super Jezrabel, & super Ephraim, & sup Beniamin, & super Jsrael vniuersum. Quadraginta annorum erat Jsboseth filius Saul cũ regnare cępisset super Jsrael, & duob9 annis regnauit: sola aũt domus Juda sequebat Dauid. Et fuit numer9 dierũ, quos cõmoratus est Dauid imperãs in Hebron sup domũ Juda, septem annorum, & sex men-

mensiũ. ℟. Audi domine.261.

FERIA TERTIA.

De libro secundo Regum. L. j.

ca.3. Um ergo esset pliuz inter domũ Saul, & domuz David, Abner filius Ner regebat domũ Saul. Fuerat autẽ Sauli cõcubina nomine Respha, filia Aia. Dixitqz Isboseth ad Abner: Quare igressus es ad cõcubinã pris mei? Qui iratus nimis ppter verba Isboseth, ait: Nunquid caput canis ego suz aduersus Iudã hodie, q fecerim misericordiã sup domũ Saul patris tui, & super fratres, & proximos eius? & non tradidi te in manus David: & tu requisisti in me qđ argueres p muliere hodie? Hec faciat De⁹ Abner, & hec addat ei, nisi quomodo iurauit dñs David, sic faciã cũ eo, vt transferatur regnum de domo Saul. ℟. Dñe si cõuer.261. Lectio ij.

Isit ergo Abner nũcios ad David pro se dicẽtes, Cuius est terra? & vt loquerent, fac mecum amicitias, & erit manus mea tecuz, & reducam ad te vniuersuz Israel: Qui ait: Optime ego faciam tecuz amicitias: sed vnam rem peto a te dicens: Non videbis faciem meam antequã adduxeris mihi Michol filiam Saul: & sic venies, & videbis me. Misit autẽ David nuncios ad Isboseth filiuz Saul, dicens: Redde vxorez meam Michol quam despondi mihi centuz preputijs Philisthijm. Misit ergo Isboseth, & tulit eã a viro suo Phaltiel, filio Lais. Sequebaturque eam vir suus plorans vsque Bahurim: & dixit ad eum Abner: Vade, & reuertere. Qui reuersus est. ℟. Factum est.262. Lectio tertia.

Ermonem quoqz intulit Abner ad seniores Israel, dicẽs: Tã heri, quam nudiustertiᵘ querebatis David, vt regnaret super vos: nunc ergo facite: qm̃ dñs locutus est ad David, dicens: In manu serui mei David saluabo pplm meum Israel de manu Philisthijm, & omniũ inimicoꝝ eius. Locutus est aũt Abner etiam ad Beniamin: & abijt vt loqueref ad David in Hebrõ oia, q̃ placuerãt Israeli, & vniuerso Beniamin: venitqz ad David in Hebron cuz viginti viris, & fecit David Abner, & viris eius, qui venerant cum eo conuiuiũ: & dixit Abner ad David. Surgam, vt congregem ad te dominum meum regem omnem Israel. ℟. Percussit.260. [illegible]

FERIA QVARTA.

De libro secundo Regum. L. j.

Enientes igitur filij Remmon Berothite, Rechab, & Baana, ingressi sunt feruente die domum Isboseth: qui dormiebat super stratum suũ meridie. Et ostiaria domus purgans triti- 4.ca.

triticum obdormiuit. Ingressi sunt autē domū latenter assumētes spicas tritici, et percusserūt eū in inguine Rechab, et Baana frater eius, et fugerunt. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in cōclaui, et percutiētes interfecerūt eum: sublatoque capite eius abierunt per viam deserti tota nocte, et attulerūt caput Isboseth ad David in Hebron, dixeruntque ad regem: Ecce caput Isboseth, filij Saul, inimici tui. ℞. Peccaui. 260. Lectio scda.

Respōdens aūt David Rechab, et Baana fratri eius: filij Remmon Berothite, dixit ad eos, Viuit dñs, q eruit animā meā de oi angustia: qm eum, qui annunciauerat mihi, et dixerat: Mortuus est Saul, qui putabat se prospera nūciare, tenui, et occidi eū in Siceleg, cui oportebat mercedē dare p nuncio, quāto magis nunc cum hoies impij interfecerunt virū inoxium in domo sua super lectum suum, non quērā sanguinem eius de manu vestra, et auferam vos de terra? Precepit itaque David pueris suis, et interfecerunt eos: precidentesque manus et pedes eorum, suspenderūt eos super piscinam in Hebron: caput autem Isboseth tulerunt, et sepelierūt in sepulcro Abner in Hebron. ℞. Exaudisti. 260. Lectio tertia.

Et venerūt vniuerse trib⁹ Israel ad David i Hebrō dicentes: Ecce nos os tuum, et caro tua sum⁹, sed et heri et nudiustertius, cum esset Saul rex super nos, tu eras educens et reducens Israel. Dixit aūt dñs ad te: Tu pasces populū meū Israel, et tu eris dux sup Israel. Venerunt quoque et seniores Israel ad regē in Hebron, et pcussit cum eis rex David fedus in Hebron corā dño. Vnxerūtque David in regē sup Israel. Filius triginta annorū erat David cū regnare cepisset, et quadraginta annis regnauit. In Hebron regnauit super Judam septem annis, et sex mensibus: in Jerusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel, et Judam. Et abijt rex, et omnes viri, qui erant cum eo, in Jerusalem ad Jebuseum habitatorem terre: dictumque est David ab eis: Nō ingredieris huc, nisi abstuleris cecos, et claudos, dicentes: Non ingredietur David huc. Cepit aūt David arcē Siō: hec est ciuitas David. ℞. Audi dñe. 261.

FERIA QVINTA.

De libro secundo Regum. L. j. 6. ca.

Congregauit autem rursus David oēs electos ex Israel triginta millia: surrexitque David et abijt, et vniuersus popul⁹, qui erat cum eo de viris Juda, vt adduceret arcam Dei, super

quam innocatum est nomen dñi exercituum sedentis in Cherubim super eam: & imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum, tuleruntq; eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa. Oza autem, & Ahio filij Abinadab minabant plaustrum nouũ. ℟. Præparate. 259. Lectio ij.

Umque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiẽs arcam dei, Ahio præcedebat arcam, David autem & omnis Israel ludebãt coram dño in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis. Postquam autem venerũt ad aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam dei & tenuit eam, quõ calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusq; est indignatione dñs contra Ozam, & percussit eum super temeritate: q mortuus est ibi iuxta arcam dei. ℟. Deus omnium. 259. Lectio iij.

Ontristatus est autem David, eo q percussisset dñs Ozam: & vocatum est nomẽ loci illius: Percussio Ozæ, vsque in diẽ hãc. Et extimuit David dominum in die illa, dicens, Quomodo ingredietur ad me arca dñi? & noluit diuertere ad se arcam dñi in ciuitatem David, sed diuertit eã i domũ Obededom Gethæi. Et habitauit arcã dñi i domo Obededom Gethæi tribus mensibus, & benedixit dñs Obededom & oẽm domũ eius. Nũciatumq; est regi David q benedixisset dñs Obededom, & oia eius propter arcam dei: dixitque David. Ibo, & reducam arcam cum benedictione in domum meã. Abijt ergo David, & adduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatẽ David cum gaudio. ℟. Dñs, qui. 259.

FERIA SEXTA.

De libro secundo Regum. L. j.

Ac ecce sermo dñi ad Nathan dicẽs: Vade, & loquere ad seruum meum David: hæc dicit dñs, Nũquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? 7. ca.
Neq; enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de terra Ægypti vsq; in diẽ hãc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio per cũcta loca, quæ transiui cum omnibus filijs Israel. ℟. Percussit. 260. Lcõ. ij.

Unquid loquens, locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi, vt pasceret pplm meũ Israel dicẽs: Quare non ædificastis mihi domũ cedrinã? Et nũc hæc dices seruo meo David: Hæc dicit dñs exercituũ: Ego tuli te de pascuis, sequentem greges, vt esses dux super pplm meũ Israel, & fui tecum in oib⁹ vbicunq; ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos a facie tua, feciq; tibi nomẽ grande

de iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo eum, et habitabit sub eo, et non turbabitur amplius: nec addent filii iniquitatis ut affligant eum, sicut prius, ex die qua constitui iudices super populum meum Israel: et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis: predicitque tibi dominus quod domum faciat tibi dominus. R. Montes Gelboe. 260. Lectio iij.

Cumque completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum eius. Ipse edificabit domum nomini meo, et stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium: qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, et in plagis filiorum hominum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saul, quem amovi a facie mea. Et fidelis erit domus tua, et regnum tuum usque in eternum ante faciem tuam, et thronus tuus erit firmus iugiter. Secundum omnia verba hec, et iuxta universam visionem istam sic locutus est Nathan ad David. R. Ego te tuli. 260.

SABBATHO.

De libro secundo Regum. L. j.

Factum est autem vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit David Ioab, et servos suos cum eo, et universum Israel, et vastaverunt filios Ammon, et obsederunt Rabba: David autem remansit in Ierusalem. Dum hec agerentur, accidit quadam die, ut surgeret David de stratu suo post meridiem, et deambularet in solario domus regie, viditque mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, et requisivit quae esset mulier: nunciatumque est ei, quod ipsa esset Bethsabee filia Eliam uxor Urie Ethei. Missis itaque David nunciis tulit eam. R. Peccavi. 260. Lectio ij.

Et reversa est in domum suam concepto fetu: mittensque nunciavit David, et ait, Concepi. Misit autem David ad Ioab, dicens, Mitte ad me Uriam Ethеum. Misitque Ioab Uriam ad David. Et venit Urias ad David: quesivitque David, quam recte ageret Ioab, et populus, et quomodo administraretur bellum. Et dixit David ad Uriam: Vade in domum tuam, et lava pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusque est eum cibus regius. Dormivit autem Urias ante portam domus regie cum aliis servis domini sui, et non descendit ad domum suam. Nunciatumque est David a dicentibus: Non ivit Urias in domum suam. Et ait David

ad

ad Uriaz: Nunquid non de via venisti? quare nō descendisti in domum tuam? Et ait Urias ad David. Arca dei, ⁊ Israel, ⁊ Iuda habitant in papilionibus, ⁊ dominus meus Ioab, ⁊ servi domini mei super faciez terrę manent: ⁊ ego ingrediar domum meam, vt comedam, ⁊ bibam, ⁊ dormiam cum vxore mea? ℟. Exaudisti. 260. Lectio tertia.

Ait ergo David ad Uriaz: Mane hic etiam hodie, ⁊ cras dimittaz te. Mansit Urias in Ierusalē in die illa ⁊ altera, ⁊ vocauit eum David, vt comederet coram se ⁊ biberet, ⁊ inebriauit eum: qui egressus vespere dormiuit in strato suo cuz seruis domini sui, ⁊ in domum suā non descendit. Factum est ergo mane: ⁊ scripsit David epistolā ad Ioab, misitqz p manū Urię, scribens in epistola: Ponite Uriā ex aduerso belli, vbi fortissimum est pręlium: ⁊ derelinquite eum, vt percussus intereat. Igitur cuz Ioab obsideret vrbem, posuit Uriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos: egressiqz viri de ciuitate, bellabāt aduersuz Ioab, ⁊ ceciderūt de populo seruorum David, ⁊ mortuus est etiam Urias Hethęus. ℟. Audi dñe. 261.

Ad Magnificat. Antiphona.

Obsecro dñe, aufer iniquitatez serui tui, quia insipienter egi.

DOMINICA SEXTA post Pentecosten.

Oratio. Deus virtutum. 348.

De libro secundo Regum. Ca.



Misit ergo dominus 12. ca.
Nathan ad David:
qui cuz venisset ad
eū, dixit ei: Duo vi
ri erant in ciuitate vna, vnus diues ⁊ alter pauper. Diues habebat oues ⁊ boues plurimos valde: pauper autē nihil habebat oīno, pręter ouem vnā paruulam, quaz emerat ⁊ nutrierat, ⁊ quę creuerat apud eum cū filijs eius simul, de pane illius comedēs, ⁊ de calice eius bibēs: ⁊ in sinu illius dormiens: eratqz illi sicut filia. Cum autē peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens illi sumere de ouibus, ⁊ de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, ⁊ pręparauit cibos homini, qui venerat ad se. ℟. Pręparate. 259. Lectio ij.

Iratus autem indignatio 12. Ca.
ne David aduersus hominem illū nimis: dixit ad Nathā: Uiuit dñs, qm̄ filius mortis est vir q fecit hoc: ouē reddet i quadruplū, eo quod fecerit verbuz istud, ⁊ nō pepercerit. Dixit autem Nathā ad David: Tu es ille vir: Hęc dicit dñs De⁹ Israel: Ego vnxi te in regē super Isra
el, ⁊ ego erui te de manu Saul, 11. ca.

⁊ dedi

& dedi tibi domum dñi tui, & vxores dñi tui in sinu tuo, dediq; tibi domũ Israel, & Iuda, & si parua sunt ista, adijciam tibi multo maiora. Quare ergo cõtempsisti verbum domini, vt faceres malum in ɔspectu meo? Uriam Hetheũ pcussisti gladio, & vxorẽ illi⁹ accepisti in vxorẽ tibi, & interfecisti eum gladio filiorũ Ammõ? R. Deus omnium. 259. Lec. iii.

Quamobrem nõ recedet gladi⁹ de domo tua vsq; in sempiternũ, eo φ despexeris me, & tuleris vxorẽ Urię Hethei vt esset vxor tua. Itaq; hęc dicit dñs: Ecce ego suscitabo sup te malũ ꝺ domo tua, & tollã vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo: & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis hui⁹. Tu enim fecisti abscõdite, ego autẽ faciam verbũ istud in cõspectu oĩs Israel, & in ɔspectu solis. Et dixit Dauid ad Nathã: Peccaui dño. Dixitque Nathan ad Dauid: Dñs quoq; trãstulit peccatũ tuũ, nõ morieris. Ueruntamen qm̃ blasphemare fecisti inimicos nomẽ dñi: propter verbum hoc, fili⁹ q natus est tibi, morte morieť. Et reuersus est Nathan in domum suam: percussit quoque dominus paruulum quem pepererat vxor Urię Dauid, & desperatus est. Deprecatusque est Dauid dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram. R. Dominus, qui eripuit. 259.

Ex libro S. Ambrosij episcopi de Apologia Dauid. Lectio iiii.

Unusquisq; nostrum per singulas horas, quanimulta delinquit, & tamẽ vnusquisq; de plebe peccatum suum confitendum non putat. Ille rex tantus, ac potens, ne exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam: sed pręmatura confessione, atque immenso dolore, reddidit peccatum suum domino. Quem mihi nunc facile reperias honoratum ac diuitem, qui si arguatur alicuius culpę reus, non moleste ferat? At ille regio clarus imperio, tot diuinis probatus oraculis, cũ a priuato homine corriperetur, φ grauiter deliquisset, non indignatus infremuit, sed confessus ingemuit culpę dolore. R. Percussit. 260. Lec. v.

Denique dñm dolor intimi mouit affectus, vt Nathan diceret: Quĩ pęnituit te: & dñs transtulit peccatum tuum. Maturitas itaque vęnię profundam regis fuisse pęnitẽtiam declarauit, quę tanti erroris offensam traduxerit. Alij homines cum a sacerdotibus corripiuntur, peccatum suum ingrauant, dũ negare cupiũt, aut ꝺfendere, ibiq; eorum lapsus est maior, vbi desperatur correctio. Sancti autem

tem ossi, qui consummare pios certamen gestiūt, & currere cursum salutis sicubi forte, vt homines, corruerint, naturę magis fragilitate q̄ peccandi libidine, acrius ad currendum resurgunt, pudoris stimulo maiora reparantes certamina: vt nō solum nullū attulisse ęstimetur lapsus impedimentum, sed etiā velocitatis incētiua cumulasse. ℟. Montes Gelb. 260. L. vj.

Peccauit Dauid, qđ solent reges: sed pęnitentiā gessit, fleuit, ingemuit, quod non solent reges. Confessus est culpā, obsecrauit indulgentiam, humi stratus deplorauit in ęrūnam, ieiunauit, orauit, confessionis suę testimoniū in perpetua secula vulgato dolore trāsmisit. Quod erubescūt facere priuati, rex nō erubuit confiteri. Qui tenētur legibus, audēt suum negare peccatū: dedignātur rogare indulgentiā, quā petebat, qui nullis tenebatur legibus humanis. Qđ peccauit, cōditionis est: qđ supplicauit, correctionis: lapsus cōis, sed specialis cōfessio. Culpā itaque incidisse, naturę est: delesse, virtutis. ℟. Ego te tuli. 260. Homilia. folio. 248.

FERIA SECVNDA.

De libro secundo Regum. L. j.

ca. 13. Porro non est locutus Absalom ad Amnon nec malum, nec bonū: oderat enim Absalom Amnon, eo q̄ violasset Thamar sororem suam. Factum est autē post tempus biennij vt tonderent̄ oues Absalom in Baalhasor, q̄ est iuxta Ephraim: & vocauit Absalom omnes filios regis, venitq; ad regem, & ait ad eum: Ecce tondētur oues serui tui: veniat oro Rex cum seruis suis ad seruum suū. Dixitque rex ad Absalom: Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. Cum autem cogeret eum, & noluisset ire, benedixit ei. ℟. Recordare. 260. L. ij.

Et ait Absalom: si non vis venire, veniat obsecro nobiscū saltē Amnon frater meus. Dixitq; ad eū rex: Non est necesse vt vadat tecum. Coegit itaque Absalom eū, & dimisit cum eo Amnon, & vniuersos filios regis: feceratq; Absalom cōuiuiū quasi conuiuiū regis. Pręceperat autē Absalom pueris suis dicens: Obseruate: cū temulētus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, Percutite eū & interficite: nolite timere: ego enim sū qui pcipio vobis: roboramini, & estote viri fortes. Fecerūt ergo pueri Absalom aduersus Amnō sicut pręceperat eis Absalō. Surgentesq; oēs filij regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt. ℟. Exaudisti. Lectio iij.

Cumque adhuc pergerēt in itinere, fama peruenit ad

ad Dauid, dicēs: Percussit Absalom oēs filios regis, & non remansit ex eis saltē vnus. Surrexit itaq; rex, & scidit vestimenta sua, & cecidit super terram: & oēs serui illius, qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua. Respondens autem Ionadab, filius Sēmaa, fratris Dauid dixit: Ne existimet dñs meus rex q oēs pueri filii regis occisi sint: Ammon solus mortuus est, quoniam in ore Absalō erat positus ex die, qua oppressit Thamar sororē eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suū verbū istud dicens: omnes filij regis occisi sunt, quoniam Amnon sol⁹ mortuus est: fugit autem Absalom. R. Audi domine. 261.

FERIA TERTIA.

De libro secundo Regum. L. j.

ca. 14. Cū ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regē, cecidit corā eo super terram, & adorauit, & dixit, Serua me rex: Et ait ad eam rex, Quid causę habes? Quę rñdit: Heu mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus, & ancillę tuę erant duo filij, qui rixati sunt aduersū se in agro, nullusq; erat, q eos prohibere posset: & pcussit alter alterum, & interfecit eū. Et ecce cōsurgēs vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam dicit: trade eū, qui percussit fratrem suū, vt occidamus eum pro anima fratris sui, quem interfecit, & deleamus hęredem. Et quęrūt extinguere scintillā meā, quę relicta est, vt non superstit viro meo nomen, & reliquię super terram. R. Domine si conuer. 261. Lectio ij.

Et ait rex. Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me: & vltra non addet, vt tangat te. Quę ait: Recordetur rex dñi Dei sui, vt nō multiplicent proximi sanguinis ad vlciscēdū, & nequaquam interficiant filium meū. Qui ait: Viuit dñs, quia non cadet de capillis filij tui super terram. Dixit ergo mulier: Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populum Dei: & locutus est rex verbum istud, vt peccet, & nō reducat eiectū suū? Omnes morimur, & quasi aquę dilabimur in terram, quę nō reuertuntur, nec vult deus perire animam, sed retractat, cogitans, ne penitus pereat qui abiect⁹ est. R. Factum est. 261. Lectio iij.

Et ait rex: Nūquid manus Ioab tecū est in omnib⁹ istis? Respondit mulier & ait: Per salutē animę tuę, domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteram est ex omnib⁹ his, quę locutus est dñs meus rex: seru⁹ enim tuus Ioab ipse pręcepit mihi, & ipse posuit in os ancillę tuę omnia verba hęc. Vt verterem figuram sermonis huius, seruus tuus Ioab pręcepit istud: tu autem

tem domine mi rex sapiens es, sicut habet sapientiam angelus dei, vt intelligas omnia sup terram. Et ait rex ad Joab: Ecce placatus feci verbum tuuꝫ. Vade ergo, ⁊ reuoca puerum Absalom. ℟. Percussit. 260.

FERIA QVARTA.

De libro secundo Regum. L. j.

ca.5. IGitur post hec fecit sibi Absalom currus, ⁊ eq̄tes, ⁊ quinquaginta viros, q̄ p̄cederent eū: ⁊ mane ꝯsurgens Absalō stabat iuxta introitum porte in via, ⁊ omnē virum, qui habebat negocium, vt veniret ad regis iudiciū: vocabat Absalom ad se, ⁊ dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui r̄ndens aiebat: Ex vna tribu Israel ego sum, seruus tuus. R̄ndebatqꝫ ei Absalō: Videntur mihi sermones tui, boni, ⁊ iusti: sed nō est qui te audiat, cōstitutus a rege. ℟. Peccaui. 260. Lectio ij.

DIcebatqꝫ Absalō. Quis me ꝯstituat iudicē super terrā, vt ad me veniant omnes q̄ habēt negociū, ⁊ iuste iudicē? Sed ⁊ cū accederet ad eū homo vt salutaret illū, extendebat manum suam, ⁊ apprehēdens osculabatur eum, faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium, vt audiretur a rege, ⁊ solicitabat corda virorum Israel. ℟. Exaudisti. 260. Lectio iij.

POst quadraginta autē annos, dixit Absalō ad regē David: Vadam, ⁊ reddam vota mea, que voui dn̄o in Hebron: vouens enim vouit seruus tuus, cū esset in Gessur Syrie, dicēs: Si reduxerit me dn̄s in Jerusalem, sacrificabo dn̄o. Dixitqꝫ ei rex David: Vade i pace. Et surrexit, ⁊ abijt in Hebron. Misit autem Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens: Statim vt audieritis clangorem buccine, dicite: Regnabit Absalō in Hebrō. ℟. Audi dn̄e. 261.

FERIA QVINTA.

De libro secundo Regum. L. j.

VEnit igitur nūcius ad David dicēs: Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. 5.ca.
Et ait David seruis suis q̄ erāt cum eo in Jerusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Absalom, festinate egredi, ne forte veniēs occupet nos, ⁊ impleat sup nos ruinam, ⁊ percutiat ciuitatem in ore gladij. Dixeruntqꝫ serui regis ad eum: Omnia, quecunqꝫ preceperit dominus noster rex, libenter exequemur serui tui. ℟. Preparate. 259. Lectio ij.

EGressus est ergo rex ⁊ vniuersa domus eius pedibus suis: ⁊ reliq̄t rex decē mulieres concubinas ad custodiendā domum. Egressusqꝫ rex, ⁊ omnis Israel pedibus suis, stetit procul a domo: ⁊ vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum; ⁊

legiones

legiones Cerethi, & Phelethi & omnes Gethęi pugnatores validi sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth, pedites pręcedebant regem. ℟. Deus omnium. 259. Lectio tertia.

Dixit autem rex ad Ethai Gethęum, Cur venis nobiscum? reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus es, & egressus de loco tuo, heri venisti, & hodie compelleris nobiscum egredi? ego autem vadam quo iturus sum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & dominus faciet tecum misericordiam, & veritatem, quia ostendisti gratiam, & fidem. ℟. Dominus, qui eripuit. 260.

FERIA SEXTA.

De libro secundo Regum. L. j.

2.16. Venit ergo rex Dauid vsque Bahurim, & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebatque egrediens & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid. Omnis autem populus, & vniuersi bellatores a dextro & a sinistro latere regis incedebant. Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi dominus vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuasisti regnum pro eo. ℟. Percussit Saul. 260. L. ij.

Dixit autem Abisai, filius Saruię, regi: Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex: quid mihi, & vobis est filij Saruię? dimittite eum vt maledicat. Dominus enim pręcepit ei, vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? ℟. Montes. 260. Lectio iij.

Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis: Ecce filius meus qui egressus est de vtero meo, quęrit animam meam, quanto magis hic filius Iemini maledicet mihi? Dimittite eum vt maledicat iuxta pręceptum domini, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac hodierna. ℟. Ego te. 260.

SABBATHO.

De libro secundo Regum. L. j.

Egressus est populus in campum contra Israel & factum 18. ca. est pręlium in saltu Ephraim, & cęsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factaque est plaga magna in die illa viginti millium. Fuit autem ibi pręlium dispersum super faciem omnis terrę, & multo plures erant, quos saltus consumpserat de populo, quam hi quos vorauerat gladius in die illa. ℟. Peccaui. 260. Lectio ij.

Accidit autem, vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo: Cumque ingressus fuisset mulus

mulus subter condensam quercū, & magnam, adhesit caput eius quercui: & illo suspenso inter celum & terram, mulus cui insederat, pertransiuit. Uidit autem hoc quispiam, & nunciauit Joab, dicēs: Uidi Absalom pēdere de q̄rcu. Et ait Joab viro qui nunciauerat ei: Si vidisti, quare nō confodisti eū cū terra, & ego dedissem tibi decē argenti siclos, & vnū balteū? Qui dixit ad Joab: Si appēderes in manib⁹ meis mille argēteos, nequaquā mitterē manū meā in filiū regis, Audientibus enim nobis p̄cepit rex tibi, & Abisai, & Ethai dicens: custodite mihi puerum Absalom. ℟. Exaudi. 260. Lec. iij.

Et ait Joab: nō sicut tu vis, sed aggrediar eum corā te. Tulit ergo Joab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalō. Cūq; adhuc palpitaret herens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Joab, & percutientes interfecerunt eū: Cecinit autē Joab buccina, & retinuit populū, ne persequeret̄ fugientem Israel, volens parcere multitudini. Et tulerunt Absalō, & proiecerūt eū in saltu, in foueam grandē, & comportauerunt super eū aceruum lapidum magnum nimis. ℟. Audi dn̄e. 261.

Ad Magnificat. Antiphona.

Unxerunt Salomonem Sadoc sacerdos, & Nathā propheta regem in Sion, & ascendentes leti dixerunt, viuat rex in eternum.

DOMINICA VII. post Pentecosten.

℟. Deus cui⁹ prouidētia. 349

Incipit liber tertius Regū. L. j.



Et rex Dauid senuerat: habebatque etatis plurimos dies: Cūq; operiref vestibus, nō calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui: Queramus dn̄o nr̄o regi adolescētulā virginē, & stet corā rege, & foueat eum, dormiatq; in sinu suo, & calefaciat dn̄m nr̄m regem. Quesierunt igit̄ adolescentulam speciosam i oībus finib⁹ Israel: & inuenerunt Abisag Sunamitē, & adduxerūt eā ad regē. Erat autē puella pulchra nimis, dormiebatq; cū rege, & ministrabat ei. Rex vero non cognouit eam. ℟. Preparate. 259. Lectio ij.

Adonias autē fili⁹ Haggith eleuabatur, dicēs: Ego regnabo: fecitq; sibi curr⁹, & equites, & quinquaginta viros, q currerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliq̄n dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde, secūd⁹ natu post Absalom, & sermo eius cum Joab filio Saruie, & cum Abiathar sacerdote, q adiuuabant partes Adonie, Sadoc vero sacerdos, & Banaias fili⁹ Joiade, & Nathā p̄pheta, & Semei, & Cereibi,

rethi, & Phelethi, & oẽ robur exercit⁹ Dauid nõ erat cũ Adonia. ℟. Deus oium. 259. L. iii.

Dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrẽ Salomonis: Nũ audiuisti, ꝙ regnauerit Adonias fili⁹ Haggith: & dñs noster Dauid hoc ignorat? Nũc ergo veni: accipe ꝯsiliũ a me, & salua aĩam tuã, filijq; tui Salomonis. Vade, & ingredere ad regẽ Dauid, & dic ei: Nõne tu dñe mi rex iurasti mihi ancillę tuę dicens: Qđ Salomõ filius tu⁹ regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? q̃re ergo regnat Adõias: & adhuc ibi te loquẽte cũ rege ego veniã post te, & cõplebo sermones tuos. Ingressa est itaq; Bethsabee ad regẽ in cubiculo. ℟. Dñs q eripuit. 259.

Ex epistola S. Hieronymi presbyteri ad Nepotianũ. L. cõ. iiii.

Dauid annos nat⁹ septuaginta, bellicosus quondã vir, sene ctute frigescẽte nõ poterat calefieri. Quęrit itaq; puella de vniuersis filiabus Israel Abisag Sunamitis, quę cum rege dormiret, & senilę corpus calefaceret. Nonne tibi videt, si occidẽtem sequaris literam, vel figmentum esse de Mimo, vel Attellanarum ludicra? Frigidus senex obuoluitur vestimentis, & nisi complexu adolescentulę non tepescit? Viuebat adhuc Bethsabee: supererat Abigail,

& reliquę vxores eius cõcubinę, quas scriptura commemorat: omnes quasi frigidę repudiant, & in vnius tantum adolescentulę grãdeuus calescit amplexib⁹. ℟. Percussit. 260. Lectio v.

Exponat sapiẽtissimus Salomon patris sui delicias, & pacific⁹, bellatoris viri narret amplexus. Posside sapientiã: posside intelligẽtiam: ne obliuiscaris, & ne declinaueris a verbis oris mei. Ne derelinquas illam, & apprehendet te: ama illã, & cõseruabit te. Principium sapiẽtię, posside sapientiã: & in omni possessione tua, posside itelligẽtiã, circũda illam, & exaltabit te: honora illã, & amplexabit te, vt det capiti tuo coronã gratiarũ. Corona quoq; deliciarũ proteget te. ℟. Montes. 260. Le. vi.

Omnes pene virtutes corporis mutant in senibus: & crescẽte sola sapiẽtia, decrescũt cęterę vires, ieiunia, vigilię, & eleemosynę, chameunię, id est super pauimentũ dormitio, huc illucq; discursus, peregrinorum susceptio, defensio pauperũ, instantia orationum, perseuerantia, visitatio languentium, labor manuum vnde prębeantur eleemosynę: & ne sermonẽ longius protrahã, cuncta, quę per corpus exercent, fracto corpore minora fiunt. ℟. Ego te tuli. 260. Homilia folio. 349.

FERIA SECUNDA.

De libro iij. Regum. Lectio .i.

ET respondit rex Dauid dicẽs: Vocate ad me Bethsabee. Quę cum fuisset ingressa, iurauit rex, ⁊ ait: Uiuit dñs, qui eruit animã meam de omni angustia: quia sicut iuraui tibi per dñm Deũ Israel, dicẽs, Salomõ filius tuus regnabit post me, ⁊ ipse sedebit super solium meũ, pro me, sic faciã hodie. Summissoq; Bethsabee in terrã vultu, adorauit regem dicens: Uiuat dñs meus Dauid in ęternum. ℟. Recordare.260. Lectio ij.

DIxit quoq; rex Dauid: Vocate mihi Sadoc sacerdotem ⁊ Nathã prophetã, ⁊ Banaiam filiũ Ioiadę. Qui cum ingressi fuissent corã rege, dixit ad eos. Tollite vobiscũ seruos dñi vestri, ⁊ imponite Salomonẽ filium meũ super mulam meã: ⁊ ducite eũ in Gibon: ⁊ vngat eum ibi Sadoc sacerdos, ⁊ Nathã propheta in regẽ super Israel: ⁊ canetis buccina, atque dicetis: Uiuat rex Salomon: ⁊ ascendetis post eum, ⁊ venietis in Ierusalem, ⁊ sedebit super solium meum, ⁊ ipse regnabit pro me. ℟. Exaudi.260. Lectio iij.

DEscendit ergo Sadoc sacerdos, ⁊ Nathan ppheta, ⁊ Banaias fili⁹ Ioiadę, ⁊ Cerethi, ⁊ Phelethi: ⁊ imposuerunt Salomonem super mulã regis Dauid: ⁊ adduxerunt eũ in Gihõ. Sumpsitq; Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, ⁊ vnxit Salomonem, ⁊ cecinerũt buccina, ⁊ dixit oĩs populus: Uiuat rex Salomõ. Et ascẽdit vniuersa multitudo post eũ: populus canentiũ tibijs, ⁊ lętantiũ gaudio magno, ⁊ insonuit terra a clamore eorũ. ℟. Audi.261.

FERIA TERTIA.

De libro iij. Regum. Lectio .i.

2.ca. APpropinquauerunt autẽ dies Dauid, vt moreretur, pręcepitque Salomoni filio suo dicens: Ecce ego ingredior viã vniuersę terrę: confortare, ⁊ esto vir fortis. Et obserua, vt custodias mandata domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, ⁊ custodias ceremonias ei⁹, ⁊ pręcepta eius, ⁊ iudicia, ⁊ testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi: vt intelligas vniuersa, quę facis, ⁊ quocunq; te verteris. Ut confirmet domin⁹ sermones suos, quos locutus est de me, dicens, Si custodierint filij tui vias meas, ⁊ ambulauerint corã me i veritate i omni corde suo, ⁊ oi anima sua, nõ auferetur tibi vir de solio Israel. ℟. Dñe, si.261. Lect. ij.

TU quoque nosti, quę fecerit mihi Ioab filius Saruię, quę fecerit duobus principibus exercitus Israel. Abner filio Ner, ⁊ Amasę filio Iether, quos occidit, ⁊ effudit sanguinẽ

belli

belli in pace, ⁊ posuit cruorem prelij in balthea suo, qui erat circa lumbos eius. ⁊ in calciamento suo qđ erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, et non deduces canitiem eius pacifice ad inferos. ℟. Factum est. 261. Lectio tertia.

SEd ⁊ filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedẽtes in mensa tua: occurrerũt enim mihi, qñ fugiebam a facie Absalom fratris tui. Habes quoque apud te Semei filium Gera filij Jemini de Bahurim; qui maledixit mihi maledictione pessima, qñ ibam ad castra: sed quia descendit mihi in occursum, cum transirem Jordanem, iuraui ei per dominum, dicens: Non te interficiam gladio: tu noli pati eum esse innoxiũ. ℟. Percussit. 260.

FERIA QVARTA.

De libro iij. Regum. Lectio j.

Ca. 3 APparuit autem dñs Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula qđ vis, vt dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cum seruo tuo Dauid prẽ meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate, iustitia, ⁊ recto corde tecum: custodisti enim misericordiam tuam grandem, ⁊ dedisti ei filium sedentem sup thronum eius, sicut est hodie. ℟. Peccaui. 260. Lectio secunda.

ET nunc dñe deus meus tu regnare fecisti seruũ tuũ pro Dauid patre meo. Ego autem sum puer paruulus, ⁊ ignorans egressum, ⁊ introitũ meũ: ⁊ seruus tuus in medio est populi, quẽ elegisti, populi ifiniti, qui numerari ⁊ supputari nõ potest p̃ multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populũ tuũ iudicare possit, ⁊ discernere inter bonum ⁊ malum. Quis enim poterit iudicare populũ istum, populum tuum hunc multum? ℟. Exaudisti. 260. Lectio iij.

PLacuit ergo sermo coram domino, quod Salomon postulasset huiusmodi rem: ⁊ dixit dñs Salomoni. Quia postulasti verbum hoc, ⁊ nõ petisti tibi dies multos nec diuitias, aut aĩas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapiẽtiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, ⁊ dedi tibi cor sapiens, ⁊ intelligens in tantũ, vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te resurrecturus sit: sed ⁊ hec, que non postulasti, dedi tibi, diuitias scilicet, ⁊ gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regib⁹, cunctis retro diebus. ℟. Audi domine. 261.

FERIA QVINTA.

De libro iij. Regum. Lectio j.

SAlomon aũt erat in ditione sua, habens omnia regna secum a flumine terre Phi 4. ca.

listhijm vsqz ad terminum Egy pti, offerentium sibi munera, et seruientium ei cunctis dieb⁹ vi te eius. Erat autem cibus Salo monis per dies singulos, trigin ta cori similę, et sexaginta cori fa rinę, decem boues pingues, et vi ginti boues pascuales, et centum arietes; excepta venatione cer uorum, caprearum, atqz bubalorū, et auiū altiliū: ipse enim obtine bat omnem regionem quę erat trans flumen, quasi a Thaphsa vsqz ad Gazam, et cunctos reges illarum regionū, et habebāt pa cem ex omni parte in circuitu. ℞. Pręparate. 259. Lectio ii.

Habitabatque Juda et Is rael absque timore vllo, vnusquisqz sub vite sua, et sub fi cu sua, a Dā vsqz Bersabee, cū ctis dieb⁹ Salomonis. Et habe bat Salomon quadraginta mil lia pręsepia equorum currilium, et duodeciz millia equestriū: nu triebantqz eos supradicti reges pręfecti: sed et necessaria mensę regis Salomonis cum ingenti cura prębebant in tempore suo: hordeum quoqz et paleas equo rum et iumentorum deferebant in locum, vbi erat rex, iuxta con stitutū sibi. Dedit quoqz Deus sapientiam Salomoni, et prudē tiam multam nimis, et latitudi nem cordis, quasi arenam; quę est in litore maris. ℞. Deus om nium. 259. Lectio tertia.

Et pręcedebat sapiētia Sa lomonis sapientiam oium Orientalium, et Ægyptiorum, et erat sapientior cunctis homini bus, sapientior Ethan Ezrabi te, et Heman, et Chalcol, et Dor da filijs Mahol: et erat nomina tus in vniuersis gentibus p cir cuitum. Locutus est quoqz Sa lomon tria millia parabolas, et fuerunt carmina eius quinque millia: et disputauit super lignis a cedro, quę est in Libano, vsque ad hyssopum, quę egreditur de pariete: et disseruit de iumentis et volucribus, et reptilibus; et pi scibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendā sapientiaz Salomonis, et ab vniuersis regi bus terrę, q audiebāt sapientiaz eius. ℞. Dñs, qui eripuit. 259.

FERIA SEXTA.

De libro iij. Regum. Lectio j.

Misitque Hiram rex Tyri 5.ca. seruos suos ad Salomo nem: audiuit enim q ipsum vn xissent regez super Israel p pa tre eius, qa amic⁹ fuerat Hiram Dauid omni tempore. Misit autem Salomon ad Hiram, di cens: Tu scis voluntatē Dauid patris mei, et quia non potuerit ędificare domum nomini domi ni Dei sui ppter bella imminē tia per circuitū, donec daret do minus eos sub vestigio pedum eius: nunc autem requiez dedit Deus meus mihi per circuitū, et non

& non est satan, neque occursus malus. ℟. Percussit. 260. Le. ii.

Quamobrem cogito ędificare templuz nomini domini Dei mei, sicut locutus est dñs David patri meo dicēs: Filius tuus, quē dabo pro te super solium tuum, ipse ędificauit domuz nomini meo. Pręcipe igitur vt pcidant mihi serui tui cedros de Libano: & serui mei sint cum seruis tuis: mercedem autē seruorum tuorum dabo tibi, quam cunque petieris, scis enim qm̄ non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cedri sicut Sidonij. ℟. Montes. 260. Lectio iij.

Cum ergo audisset Hiram verba Salomonis, lętatus est valde: & ait: Benedictus dñs Deus hodie, qui dedit David filiū sapientissimū super populū hūc plurimū. Et misit Hiraz ad Salomonē dicens. Audiui, quęcunqz mandasti mihi: ego faciā omnē voluntatem tuā in lignis cedrinis, & abiegnis. Serui mei deponēt ea de Libano ad mare: & ego cōponā ea in ratibus in mari, vsque ad locum quem significaueris mihi: & applicabo ea ibi, & tu tolles ea, pręebisque necessaria mihi: vt detur cibus domui meę. ℟. Ego te tuli. 260.

S A B B A T H O.

De libro iij. Regum. Lectio j.

cap. 7. in fine Et perfecit omne opus, qd̄ faciebat rex Salomō in domo dñi, & intulit quę sanctificauerat David pater suus, argentum, aurū, & vasa: reposuitqz in thesauris domus dñi. Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel cuz principibus tribuum, & duces familiarium filiorum Israel ad regem Salomonem in Jerusalem vt deferrent arcam fęderis domini de ciuitate David, id est de Sion: conuenitqz ad regem Salomonē vniuersus Israel in mēse Bethaniz in solenni die: ipse est mensis septimus. ℟. Peccaui. 260. Le. ii. 8. ca.

Veneruntque cuncti senes de Israel, & tulerunt arcā sacerdotes, & portauerūt arcam dñi & tabernaculū fęderis, & oia vasa sanctuarij q̄ erant in tabernaculo, & ferebāt ea sacerdotes, & leuitę. Rex autem Salomon, & ois multitudo Israel, quę conuenerat ad eū, gradiebatur cuz illo ante arcam, & immolabant oues, & boues absque ęstimatione, & numero: & intulerunt sacerdotes arcā fęderis dñi in locum suū in oraculū tēpli, in scm̄ sctoꝝ subter alas Cherubim: siquidē Cherubim expandebant alas super locum arcę, & protegebāt arcam, & vectes eius desuper. ℟. Exaudisti. 260. Lectio iij.

In arca autē nō erat aliud nisi duę tabulę lapideę, q̄s posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit dñs fędus cum

cum filijs Israel, cũ egrederent de terra Ægypti. Factũ est autẽ cum exissent sacerdotes de sanctuario, nebula impleuit domũ dñi, & non poterant sacerdotes stare, & ministrare ꝓpter nebulã: impleuerat enim gloria dñi domũ dñi. Tunc ait Salomõ: Dñs dixit, vt habitaret in nebula. ℟. Audi dñe 261. Ad Magnificat. Exaudisti dñe orationem serui tui: vt ędificarẽ templũ nõi tuo.

DOMINICA VIII. Post Pentecosten.

Oro. Largire nobis q̃s do. 349.

De libro iij. Regum. Lectio j.

ca.9. Actũ est autẽ cum ꝑfecisset Salomon ędificiũ dom⁹ dñi, & ędificium regis, & oẽ qđ optauerat, & voluerat facere: apparuit ei dñs secundo, sicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitq; dñs ad eum: Exaudiui orationem tuam, & deprecationem tuam, quam depręcatus es coram me, Sanctificaui domũ hanc quã ędificasti, vt ponerẽ nomẽ meũ ibi in sempiternũ: & erunt oculi mei, & cor meũ ibi cunctis diebus. Tu quoq;, si ambulaueris corã me, sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis, & in ęquitate: & feceris omnia quę pręcepi tibi: & iudicia mea & legitima mea seruaueris: ponam thronum regni tui super Israel in sempiternũ, sicut locutus sum Dauid patri tuo dicens: Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel. ℟. Pręparate. 259. Lectio ij.

Si autem auersione auersi fueritis vos, & filij vři non sequentes me, nec custodientes mãdata mea, & ceremonias meas quas ꝓposui vobis, sed abieritis, & colueritis Deos alienos, & adoraueritis eos: auferã Israel a superficie terrę, quam dedi eis: & tẽplũ, qđ sanctificaui nomini meo proijciã a ꝯspectu meo: eritq; Israel in ꝓuerbiũ, & in fabulã cunctis populis: & domus hęc erit in exemplũ: oĩs, qui trãsierit per eã stupebit, & sibilabit & dicet: Quare fecit dñs sic terrę huic, & domui huic? Et respõdebunt, Quia dereliquerunt dñm Deũ suũ, qui eduxit patres eoꝝ de terra Ægypti, & secuti sunt deos alienos: & coluerunt eos, & adorauerunt eos: iccirco induxit dñs super eos omne malum hoc. ℟. Deus om. 259. Lectio iij.

Expletis autẽ annis viginti postquam ędificauerat Salomon duas domos, idest domum dñi, & domum regis. Hirã rege Tyri prębente Salomoni ligna cedrina, & abiegna, & aurũ iuxta omne, qđ opus habuerat: tũc dedit rex Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilęę, & egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida quę dederat ei

ei Salomon: et non placuerunt ei, et ait: Hæccine sunt ciuitates, quas dedisti mihi, frater? et appellauit eas terrã Chabul vsqz in diẽ hãc. Misit quoqz Hiram ad regẽ Salomonẽ centũ viginti talẽta auri. ℟. Dñe qui. 259.

Ex libro S. Augustini episcopi de ciuitate Dei. Lectio quarta.

Facta est quidez nonnulla imago rei futurę, etiã i Salomone, in eo q̃ templũ ędificauit, et pacẽ habuit, secũdũ nomẽ suũ. Salomon quippe pacificus est latine, et in exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit: sed eadẽ sua psona, p vmbrã futuri prænunciabat etiã ipse Christũ dñm nr̃m, non exhibebat: vnde quędam de illo ita scripta sunt: quasi d ipso ita prędicta sint, dũ scriptura sancta etiaz rebus gestis prophetans, quodãmodo in eo figuram deliniat futurorum. ℟. Percussit. 260. Lectio v.

Nam pter libros diuinę historię, vbi regnasse narratur. Psalmus etiam septuagesimus primus titulo nomini eius inscriptus est, in quo tam multa dicuntur, quę omnino ei conuenire non possunt: domino autem Christo apertissima perspicuitate conueniunt: vt euidẽter appareat, quod i illo figura qualiscunque adumbrata sit, in isto autem ipsa veritas præsentata. ℟. Montes Gelb. Lectio vi.

Notũ est enim, quibus terminis regnum conclusum fuerit Salomonis: et tamen in eo psalmo legit, (vt alia taceam) Dominabitur a mari vsque ad mare, et a flumine vsque ad terminos orbis terrę: qđ i Christo videmus impleri. A flumine quippe dominãdi sumpsit exordium, vbi baptizatus a Iohãne eodẽ monstrãte cępit agnosci a discipulis: qui eum non solũ magistrum, verũ etiam dñm appellauerunt. ℟. Ego te tuli. 260.

Homilia folio. 349.

FERIA SECVNDA.

De libro iij Regum. Lectio i.

Sed et regina Saba: audita fama Salomonis, in nomine dñi venit tentare eũ i ęnigmatibus: et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, et diuitijs, camelis portantibus aromata, et aurũ infinitum nimis, et gẽmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, et locuta est ei vniuersa quę habebat i corde suo: Et docuit eam Salomon oia verba, q̃ proposuit: Nõ fuit sermo, qui regẽ posset latere, et nõ respõderet ei. ℟. Recordare. 276. Lcõ. ii. 10. ca.

Videns autem regina Saba omnem sapientiã Salomonis, et domum quam ędificauerat, et cibos mẽsę eius, et habitacula seruorũ, et ordines ministrantium, vestesqz eorum, et pincernas, et holocausta, quę offerebat

ferebat in domo domini, nō habebat vltra spiritum; dixitq; ad regē. Verus est sermo quē audiui in terra mea, super sermonibus tuis, ⁊ super sapientia tua, ⁊ nō credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, ⁊ vidi oculis meis: ⁊ probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit, maior est sapientia, ⁊ opera tua, quam rumor quem audiui. ℟. Exaudisti. 260. Lectio tertia.

Beati viri tui, ⁊ beati serui tui hi, qui stant coram te semper, ⁊ audiūt sapientiā tuā. Sit dn̄s Deus tuus benedictus, cui complacuisti, ⁊ posuit te super thronum Israel, eo q̄ dilexerit dominus Israel in sempiternum, ⁊ constituit te regem vt faceres iudicium, ⁊ iustitiā. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, ⁊ aromata multa nimis, ⁊ gēmas preciosas: Nō sunt allata vltra aromata tam multa, q̄ ea, quę dedit regina Saba regi Salomoni. Sed ⁊ classis Hirami, et quę portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyna multa nimis, et gemmas pretiosas. ℟. Audi dn̄e. 261.

FERIA TERTIA.

De libro iij. Regum. Lectio j.

ca. 11. Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoq; Pharaonis, ⁊ Moabitidas, Ammonitidas, Idumęas, ⁊ Sidonias, ⁊ Cethęas, de gentibus sup quibus dixit dn̄s filijs Israel: Nō ingrediemini ad eas, neq; ex illis ingredient ad vos: certissime enim auertent corda vr̄a, vt sequamini Deos earū. His itaq; copulatus est Salomon ardentissimo amore: fuerūtq; ei vxores quasi reginę septingentę, ⁊ concubinę trecentę, ⁊ auerterunt mulieres cor eius. Cumq; iā esset senex, deprauatū est cor eius p mulieres, vt sequeretur Deos alienos, nec erat cor eius pfectū cū dn̄o Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. ℟. Dn̄e si puer. 261. Lectio ij.

Sed colebat Salomon Astarthē, deam Sidoniorum, ⁊ Chamos, Deum Moabitarum, ⁊ Moloch, idolum Ammonitarum. Fecitq; Salomon, qđ non placuerat corā dn̄o, ⁊ non adimpleuit, vt sequeretur dn̄m sicut Dauid pr̄ eius. Tunc ędificauit Salomō phanū Chamos idolo Moab in monte, qui est contra Jerusalem, ⁊ Moloch, idolo filiorum Ammon. Atq; in hunc moduz fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quę adolebant tura, ⁊ immolabat dijs suis. ℟. Factum est. 261. Lectio tertia.

Igitur iratus est dn̄s Salomoni q̄ auersa esset mens eius a dn̄o Deo Israel, q apparuerat ei secundo, ⁊ pręceperat de verbo hoc ne sequeretur Deos alienos, ⁊ non custodiuit, q̄ mandauit

dauit ei dñs. Dixit itaque dñs Salomoni: Quia habuisti hoc apud te, & nõ custodisti pactum meum, & præcepta mea, quę mã dauí tibi, disrumpens scindam regnum tuũ, & dabo illud seruo tuo: veruntamẽ in diebus tuis non faciam, propter David patrem tuum. ℟. Percussit. 260.

FERIA QVARTA.

De libro iii. Regum. Lectio j.

ca.11. IEroboã quoq; filius Nabat Ephratęus de Sareda, seruus Salomonis, cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua, leuauit manũ contra regẽ: & hęc est causa rebellionis aduersus eum: quia Salomon ędificauit Mello, & coęquauit voraginem ciuitatis David patris sui. Erat autem Ieroboam vir fortis, & potens: vidensq; Salomõ adolescẽtẽ bonę indolis, & industriũ, cõstituerat eũ præfectum super tributa vniuersę domus Ioseph. ℟. Peccaui. 260. Lectio ij.

Factũ est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eũ Abias Silonites propheta, in via, opertus pallio nouo: erant autem duo tãtũ in agro. Apprehendensque Abias pallium suum nouum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad Ieroboam. Tolle tibi decem scissuras, hęc enim dicit dominus Deus Israel, Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. ℟. Exaudisti 260. Lec. iij.

Voluit ergo Salomõ interficere Ieroboam: qui surrexit, & aufugit in Ægyptum ad Sesac regem Ægypti, & fuit in Ægyptũ vsq; ad mortem Salomonis. Reliquum aũt verborũ Salomonis, & oĩa quę fecit, & sapientia eius, ecce vniuersa scripta sunt in libro verborũ dierũ Salomonis. Dies autẽ quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnẽ Israel, quadraginta anni sunt. Dormiuitq; Salomõ cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate David patris sui: regnauitq; Roboam filius eius pro eo. ℟. Audi domine. 261.

FERIA QVINTA.

De libro iii. Regum. Lectio j.

VEnit aũt Roboam in Sichem, illuc enim cõgregatus erat oĩs Israel ad cõstituẽdũ eũ regẽ. At vero, Ieroboam, filius Nabath cum adhuc esset in Ægypto profugus a facie regis Salomonis, audita morte eius, reuersus est de Ægypto, miseruntq; & vocauerũt eum, Venit ergo Ieroboã, & oĩs multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboã dicẽtes: Pr̃ tuus durissimũ iugũ imposuit nobis: tu itaq; nũc minue paululũ de imperio pr̃is tui durissimo, & de iugo grauissimo, qđ imposuit nobis, & seruiemus 12.ca.

mine tibi. Qui ait eis: Ite usq; ad tertiũ diez, et revertimini ad me. ℟. Preparate.259. Lcõ ij.

Cumq; abijsset pplus, iniit ↄsilium rex Roboã cuz senioribus, q assistebant corã Salomone, patre eius, cum adhuc viveret, et ait eis: Quod datis mihi cõsilium, ut respondeã populo? Qui dixerũt ei: Si hodie obedieris populo huic, et servieris, et petitioni eorũ cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erũt tibi servi cũctis dieb⁹. Qui dereliquit consiliũ senum, quod dederunt ei, et adhibuit adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo, et assistebant illi. ℟. Deus omnium.259. Lectio iij.

Respõditq; rex populo dura, derelicto consilio seniorũ, quod ei dederant: et locutus est eis secũdum consilium iuvenum dicẽs: Pater meus aggravavit iugum vestrum, ego autẽ addam iugo vestro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cędam vos scorpionibus. Et nõ acquievit rex populo, quoniam aversatus fuerat eum dominus, ut suscitaret verbum suũ, quod locut⁹ fuerat in manu Ahię Silonitę ad Jeroboam filium Nabath. Videns itaque populus q̃ noluisset eos audire rex, respõdit ei, dicens: Quę nobis pars in David? vel quę hęreditas in filio Isai? ℟. Dñe, qui.259.

FERIA SEXTA.

De libro iij. Regum. Lectio j.

Dixit autẽ dñs ad Ahiam: Ecce uxor Jeroboã ingreditur, ut ↄsulat te sup filio suo, qui ęgrotat: hęc et hęc loqueris ei. Cum ergo illa intraret, et dissimularet se esse, quę erat, audivit Ahias sonitum pedum eius introeuntis p ostium, et ait: Ingredere uxor Jeroboam, quare aliam te esse simulas? ego autez missus sum ad te durus nũcius. 16.ca.
℟. Percussit.260. Lectio scđa.

Vade et dic Jeroboaz: Hęc dicit dñs Deus Israel: Qr exaltavi te de medio ppli, et dedi te ducẽ sup pplm meũ Israel, et scidi regnũ domus David, et dedi illud tibi: et nõ fuisti sicut servus meus David, q custodivit mãdata mea, et secutus est me in toto corde suo, faciẽs quod placitum esset in conspectu meo: sed operatus es mala super omnes qui fuerunt ante te, et fecisti tibi deos alienos, et cõflatiles, ut me ad iracundiam provocares, me autẽ proiecisti post tergũ tuum. ℟. Montes Gel.260. Lcõ iij.

Idcirco ecce ego inducã mala super domũ Jeroboã, et percutiã de Jeroboã mingentẽ ad parietẽ, et clausum et novissimum in Israel, et mundabo reliquias domus Jeroboã, sicut mũdari solet fimus usq; ad puruz. Qui mortui fuerint d̃ Jeroboã in

in ciuitate, comedent eos canes: qui aũt mortui fuerint in agro, vorabũt eos aues cęli: q2 dñs locutus est. Tu igit surge, & vade i domum tuam: & in ipso introitu pedum tuorum in vrbe3, morie tur puer: ℟. Ego te tuli. 260.

SABBATHO.

De libro tertio Regum. Lec. i.

ca. 18. Accedens autem Elias ad omnem populũ Israel ait: Usquequo claudicatis in duas partes? Si dñs est Deus, sequimini eũ: si aũt Baal, sequimini illũ. Et nõ rñdit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populũ: Ego remãsi propheta domini solus: prophetę autẽ Baal quadringenti, & quinquaginta viri sunt. ℟. Peccaui. 260. L. ii.

Dent nobis duo boues, & illi eligãt sibi bouẽ vnũ, & in frusta cędentes, ponant sup ligna, ignem autem non supponant: & ego faciam bouẽ alterũ, & imponã sup ligna, ignẽ autẽ nõ supponã. Inuocate nomina deorum vestrorũ, & ego inuocabo nomen dei mei: & deus, q exaudierit per ignem, ipse sit Deus: Rñdens oẽs populus ait: Optima propositio, quã locutus est Elias. ℟. Exaudisti. 260. L. iii.

Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnũ, & facite primi, qa vos plures estis: & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemq3 non supponatis. Qui cũ3 tulissent bouẽ quẽ dederat eis, fecerũt, & inuocabant nomen Baal de mane vsq3 ad meridiẽ, dicentes: Baal exaudi nos. Et nõ erat vox, nec qui rñderet. ℟. Audi dñe. 261.

Ad Mag. Aña. Dum tolleret dñs Eliam per turbinem in cęlum, Eliseus clamabat, Pater mi, currus Israel, & auriga eius.

DOMINICA NONA

Post Pentecosten.

Oratio. Pateant aures. 350.

Incipit liber quartus Reg. L. p



Preuaricatus est autem Moab in Isrl', postq̃3 mortuus est Achab: ceciditq3 Ochozias per cãcellos cęnaculi sui, qd habebat in Samaria, & ęgrotauit, misitq3 nuncios dicens ad eos: Ite consulite Beelzebub deũ Accaron, vtrũ viuere queã de infirmitate mea hac. Angelus autẽ3 dñi locutus est ad Eliam Thesbytem dicẽs: Surge, descende in occursum nũciorum regis Samarię, & dices ad eos: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad cõsulendũ3 Beelzebub deũ Accarõ? Quãobrem hęc dicit dñs: De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. ℟. Pręparatę. 259. Lectio ij.

Abijt Elias, reuersique sunt nuncij ad Ochoziam,

qui dicit eis: Quare reversi estis? At illi rñderunt ei: Vir occurrit nobis, ⁊ dixit ad nos. Ite, ⁊ revertimini ad regem, q misit vos, ⁊ dicetis ei: Hec dicit dñs: Nunquid quia nõ erat Deus in Israel, mittis, vt consulat Beelzebub Deus Accaron? Iccirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. ℟ Deus oium. 259. L. iij.

Qui dixit eis, Cuius figure, ⁊ habitus est vir ille, q occurrit vobis, ⁊ locutus est verba hec? At illi dixerũt: Vir pilosus, ⁊ zona pellicea accinctꝰ renibus. Qui ait: Elias Thesbithes est. Misitq; ad eum quinquagenariũ principẽ, ⁊ quinquaginta viros qui erãt sub eo. Qui ascẽdit ad eũ, sedẽtiq; in vertice mõtis ait. Homo dei: rex pcepit, vt descẽdas. Rñdensq; Elias dixit qnquagenario: Si homo Dei sũ, descendat ignis de celo, ⁊ devoret te, ⁊ qnquaginta tuos. Descẽdit itaq; ignis de celo, devoravit euz, ⁊ qnquaginta, q erant cum eo. ℟ Dominus, qui. 249.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

In lectionibus, que nobis diebus istis recitantur: frẽs carissimi, frequenter admonui vt nõ sequamur literaz occidentem, ⁊ vivificantẽ spũm relinquamus, sic eniz apostolus ait. Litera occidit, spũs vivificat: Si eniz hoc tantũ volumus intelligere, qd sonat in litera, aut parvam, aut prope nullaz edificationẽ de divinis lectionibus capiemus. Illa eniz omnia, que recitant typus erãt, ⁊ imago futuroruz. In Iudeis enim figurata: in nobis gratia Dei donãte cõpleta sunt. ℟ Percussit. 260. Lectio v.

Beatus enim Elias typum habuit dñi Salvatoris. Sicut enim Elias a Iudeis persecutionẽ passus est, ita ⁊ verus Elias dñs nr̃ ab ipsis reprobatus est, ⁊ cõtemptus. Elias reliquit gentẽ suã: ⁊ Chr̃s deseruit synagogam. Elias abijt in desertũ: ⁊ Chr̃s venit in mundũ. Elias in deserto, corvis ministrantibus, pascebat: ⁊ Chr̃s in deserto mũdi huius gẽtium fide reficitur. ℟ Montes gel. 260. Lectio vi.

Qui enim illi, qui beato Elie, iubẽte dño ministrabant, gentiũ populũ figurabãt: propterea ⁊ de gentiuz ecclesia dr̃: Nigra sum ⁊ formosa filia Ierusalez. Unde est ecclesia nigra ⁊ formosa? Nigra p naturã, formosa p grãz. Unde nigra? Ecce in iniquitatibꝰ cõceptus sum, ⁊ in delictis peperit me mr̃ mea. Unde formosa? Aspges me hysopo, ⁊ mũdabor: lavabis me, ⁊ sup nivẽ dealbabor. ℟ Ego te, Homilia folio. 350.

FERIA SECVNDA.

De libro iiij. Regum. L. j.

Accesserunt filij prophetarum 2. ca.

rum, qui erant in Jericho, ad Eliseum: et dixerunt ei: Nunquid nosti quia dominus hodie tollet dominum tuum a te? ait: Et ego novi, silete. Dixit autem ei Elias: Sede hic quia dominus misit me usque ad Jordanem. Qui ait: Vivit dominus, et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter: et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui et steterunt e contra longe: illi autem ambo stabant super Jordanem. ℟. Recordare. 260. Lectio ij.

Tulitque Elias pallium suum, et involuit illud, et percussit aquas, que divise sunt in utramque partem, et transierunt ambo per siccum. Cumque transissent, Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis, ut faciam tibi antequam tollar a te. Dixitque Eliseus: Obsecro: ut fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen, si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit. ℟. Exaudisti. 270. Lectio iij.

Cumque pergerent, et incedentes sermocinarentur, ecce, currus igneus, et equi ignei diviserunt utrunque, et ascendit Elias per turbinem in celum. Eliseus autem videbat, et clamabat, Pater mi, pater mi: currus Israel, et auriga eius. Et non vidit eum amplius. ℟. Audi domine. 261.

FERIA TERTIA.

De libro iiij. Regum. Lectio j.

Egressus est igitur rex Joram in die illa de Samaria, et recensuit universum Israel: misitque ad Josaphat regem Juda; dicens: rex Moab recessit a me, veni mecum contra eum ad prelium: Qui respondit: Ascendam, qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus, et equi mei; equi tui. Dixitque: Per quam viam ascendemus? At ille respondit: Per desertum Idumee. Perrexerunt igitur rex Israel, et rex Juda, et rex Edom: et circumierunt per viam septem dierum: nec erat aqua exercitui, et iumentis, que sequebantur eos. ℟. Domine si conversus. 261. Lectio secunda. 3. ca.

Dixitque rex Israel: Heu, heu, heu, congregavit nos dominus tres reges, ut traderet in manu Moab. Et ait Josaphat: Estne hic propheta domini, ut deprecemur dominum per eum? Et respondit unus de servis regis Israel: Est hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Elie. Et ait Josaphat: est apud eum sermo domini? Descenditque ad eum rex Israel et Josaphat rex Juda, et rex Edom. Dixit autem Eliseus ad regem Israel: Quid mihi et tibi est? vade ad prophetas patris tui, et matris tue. ℟. Factum. 261. Lectio iij.

Et ait illi rex Israel: Quare con-

re cõgregauit dominus tres re-
ges hos, vt traderet eos i manu
Moab? Dixitqꝫ ad eũ Elise us:
Viuit dñs exercituum, in cuius
conspectu sto, quod si non vul-
tũ Josaphat regis Judę erube-
scerem, non attendissem quidez
te, nec te respexissez. Nunc autẽ
adducite mihi psaltem. Cumqꝫ
caneret psaltes, facta est sup eũ
manus dñi, ꝛ ait: Hęc dicit dñs.
Facite alueũ torrẽtis huius fos-
sas, ꝛ fossas: hęc enim dicit dñs.
Non videbitis ventũ, neqꝫ plu-
uiã, ꝛ alueus iste replebit aquis,
ꝛ bibetis vos, ꝛ familię vestrę, ꝛ
iumẽta vestra: parumqꝫ est hoc
in conspectu domini: insuper
tradet etiam Moab in manus
vestras. ℟. Percussit. 260.

FERIA QVARTA.

De libro quarto Regum. L. i.

ca. 4. Mulier autem quędam de
vxoribus prophetaꝝ cla-
mabat ad Elisęũ, dicens: Seru⁹
tuus vir meus mortuus est, ꝛ tu
nosti qa seruus tuus fuit, timẽs
dñm: ꝛ ecce creditor venit vt tol
lat duos filios meos ad seruiẽdũ
sibi. Cui dixit Elise⁹: Quid vis
vt faciam tibi? dic mihi, quid ha
bes in domo tua? At illa respon
dit: Nõ habeo ancilla tua quid
quam in domo mea nisi parum
olei quo vngar. Cui ait: Vade,
pete mutuo ab omnib⁹ vicinis
tuis vasa vacua non pauca: ꝛ in-
gredere, ꝛ claude ostiũ tuum, cũ
intrinsecus fueris tu, ꝛ filij tui:
ꝛ mitte inde in omnia vasa hęc,
ꝛ cum plena fuerint tolles. ℟.
Peccaui. 260. Lectio secunda.

Iuit itaqꝫ mulier, ꝛ clausit
ostium super se, ꝛ super fi-
lios suos: illi offerebant vasa, et
illa infundebat. Cumque plena
fuissent vasa, dixit ad filium suũ:
Affer mihi adhuc vas: ꝛ ille re-
spondit: Non habeo: stetitque
oleum. Venit autẽ illa, ꝛ indica
uit homini Dei. Et ille: Vade,
iquit, vende oleũ, ꝛ redde credi
tori tuo: tu autẽ ꝛ filij tui viuite
de reliquo. Facta est aũt quędã
dies, ꝛ trãsibat Elisęus per Su-
nam ciuitatẽ. Erat autez ibi mu
lier magna, quę tenuit eum, vt
comederet panem. Cumqꝫ fre-
quenter inde transiret, diuerte-
bat ad eam, vt comederet panẽ.
Quę dixit ad virũ suũ: Animad
uerto quod vir Dei sanctus est
iste, qui transit p nos frequẽter:
faciam⁹ ergo ei cęnaculũ paruũ,
ꝛ ponamus ei in eo lectulũ, ꝛ mẽ
sam, ꝛ sellam, ꝛ candelabrum: vt
cum venerit ad nos maneat ibi.
℟. Exaudisti. 260. Lectio iii.

Facta est ergo dies quędã:
ꝛ veniẽs diuertit in cęnacu
lum, ꝛ requieuit ibi: dixitque
ad Giezi puerum suum: Voca
Sunamitidem istam. Qui cum
vocasset eam, ꝛ illa stetisset co-
ram eo, dixit ad puerum suum:
Loquere ad eaz: Ecce sedule in
omni-

omnibus ministrasti nobis: qd vis vt faciam tibi? nunquid habes negociũ, ⁊ vis vt loquar regi, siue principi militię? Quę respõdit: In medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult vt faciã ei? Dixitq; Giezi, Ne quęras: filium enim non habet, et vir eius senex est. Pręcepit itaque vt vocaret eam. Quę cũ vocata fuisset, ⁊ stetisset ante ostiũ, dixit ad eã. In tempore isto, ⁊ in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filium. Et illa respõdit: Noli quęso domine mi vir Dei, noli mẽtiri ancillę tuę. Et concepit mulier, ⁊ peperit filium in tempore, ⁊ in hora eadẽ qua dixerat Eliseus. ℟. Audi domine. 261.

FERIA QVINTA.

De libro quarto Regum. Le.j.

ca.6. Congregauit Benadad rex Syrię vniuersum exercitũ suum, ⁊ ascendit, ⁊ obsidebat Samariã: factaq; est fames magna in Samaria, ⁊ tandiu obsessa est, donec venũdaretur caput asini octoginta argẽteis, ⁊ quarta pars cabi stercoris colũbarũ quinq; argẽteis. Cũq; rex Israel transiret p murũ, mulier quędã exclamauit ad eũ dicẽs: Salua me dñe mi rex. Qui ait: Nõ: te saluet dñs, vnde te possũ saluare? de area vel de torculari? ℟. Preparate. 259. Le.ij.

Dixitq; ad eũ rex: Quid tibi vis? Quę respõdit. Mulier ista dixit mihi: Da filiũ tuum, vt comedamus eum hodie, ⁊ filium meum comedemus cras. Coximus ergo filium meum, ⁊ comedimus. Dixique ei die altera: da filium tuum: vt comedamus eũ. Quę abscondit filium suum. Quod cum audisset rex, scidit vestimenta sua, ⁊ trãsibat per murum. Viditq; omnis populus ciliciũ, quo vestitus erat ad carnẽ intrinsecus: ⁊ ait rex: Hęc mihi faciat Deus, ⁊ hęc addat, si steterit caput Elisęi filij Saphat super ipsum, hodie. Elisęus autẽ sedebat in domo sua, ⁊ senes sedebant cum eo. ℟. Deus omnium. 259. Lectio iij.

Pręmisit itaq; viruẽ, ⁊ antequã veniret nuncius ille, dixit ad senes: Nunquid scitis q̃ miserit filius homicidę huc, vt pręcidatur caput meũ? Vide te ergo cũ venerit nuntius, claudite ostium, ⁊ nõ sinatis eum introire: Ecce enĩ sonitus pedũ domini eius post eũ est. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuncius, qui veniebat ad eum: ⁊ ait: Ecce tantum malum a dño est, quid amplius expectabo a domino? Dixit autem Elisęus. Audite verbum domini. Hęc dicit dñs: In tempore hoc, cras modiꝰ similę vno statere erit, ⁊ duo modij hordei statere vno, in porta Samarię. ℟. Dñs q eri. 259.

Feria

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum. L. j.

ca. 8. Eliseus autem locutus est ad mulierem, cuius viuere fecerat filium, dicens: Surge, vade tu, et domus tua, et peregrinare vbicunque reperceris: vocauit enim dñs famē, et veniet sup terrā septē annis. Que surrexit, et fecit iuxta verbū hominis dei, et vadēs cū domo sua peregrinata est in terra Philisthijm diebus multis. ℟. Percussit. 260. L. ij.

Cumque finiti essent anni septem, reuersa est mulier de terra Philisthijm, et egressa est vt interpellaret regē pro domo sua, et pro agris suis. Rex autē loquebatur cū Giezi, puero viri Dei dicēs: Narra mihi oīa magnalia, que fecit Eliseus. Cūque ille narraret regi, quō mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat filium, clamās ad regem pro domo sua et pro agris suis. ℟. Montes. Lectio tertia.

Dixitque Giezi: Dñe mi rex, hec est mulier, et hic est filius eius, quē suscitauit Eliseus. Et interrogauit rex mulierē: quae narrauit ei vera esse. Deditque ei rex eunuchū vnū dicens: Restitue ei oīa, que sua sunt, et vniuersos redditus agrorum, a die, qua reliquit terrā, vsque ad presens. ℟. Ego.

SABBATHO.

De libro iiij. Regū. Lēō j.

ca. 9. Eliseus aūt prophetes vocauit vnum de filijs prophetarum et ait illi: Accinge lumbos tuos, et tolle lenticulam olei hāc in manu tua, et vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc, videbis Jehu filium Josaphat filij Namsi: et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorū, et introduces in interius cubiculum: tenensque lenticulam olei, fundes super caput eius, et dices: Hec dicit dominus: Unxi te regē super Israel. Aperiesque ostium, et fugies, et non ibi subsistes. Abijt ergo adolescēs puer prophete in Ramoth Galaad, et ingressus est illuc. Ecce autem principes exercitus sedebant, et ait: Uerbum mihi ad te o princeps. Dixitque Jehu: Ad quē ex oībus nobis? At ille dixit: Ad te o princeps. ℟. Peccaui. 260. L. iij.

Et surrexit, et ingressus est cubiculū: at ille fudit oleū super caput eius, et ait, Hec dicit dñs Deus Israel: Unxi te regem super populū dñi Israel, et percuties domum Achab dñi tui, et vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarū, et sanguinem oium seruorum dñi de manu Jezabel, perdāque oēs domū Achab. Et interficiā de Achab mingētem ad parietē, et clausum et nouissimū in Israel, et dabo domū Achab sicut domū Jeroboā filij Nabat, et sicut domū Baasa filij Abia. Jezabel quoque comedēt canes

canes in agro Jezrabel, nec erit
q sepeliat eā. Aperuitq; ostiū, ⁊
fugit. ℟ Exaudisti. 260. Lxij.
IEhu autē egressus est ad
seruos dñi sui, qui dixerūt
ei: Recte ne sunt oīa? qd venit
insanus iste ad te? Qui ait eis:
Nostis hominē, ⁊ quid locutus
sit? At illi responderunt: Falsū
est: sed magis narra nobis. Qui
ait eis: Hec, ⁊ hec locutus est mi
hi: ⁊ ait. Hec dicit dñs: Unxi te
regē sup Israel. Festinauerunt
itaq;, ⁊ vnusquisq; tollēs palliū
suū, posuerūt sub pedibus eius,
in similitudinē tribunalis, ⁊ ceci
nerunt tuba, atq; dixerunt. Re
gnabit Jehu. ℟ Audi dñe. 261
Sabbatho. Ad Magnif. Añ.
Fecit Joas rectū coram domi
no, cunctis diebus, quibus, do
cuit eum Joiadas sacerdos.

DOMINICA X.
post Pentecosten.

Oro Deus q oī potētiā tuā. 250.
De libro quarto Regum. Le. i.

Ca. 9. Anno vndecimo Jo
ram filij Achab re
gis Israel: regna
uit Ochozias sup
Judam, venitque
Jehu in Jezrabel. Porro Jeza
bel, introitu eius audito, depin
xit oculos suos stibio, ⁊ ornauit
caput suum, ⁊ respexit per fene
stram ingredientem Jehu per
portam, ⁊ ait. Nunquid pax po
test esse Zambri, qui interfecit
dominum suum? Leuauitque
Jehu faciem suam ad fenestras
⁊ ait: Que est ista? Et inclinaue
runt se ad eum duo vel tres eu
nuchi. At ille dixit eis: Precipi
tate eam deorsum. Et precipita
uerunt eam, aspersusque est san
guine paries, ⁊ equorum vngu
le conculcauerunt eā. Cūq; intro
gressus esset vt comederet, bibe
retque, ait: Ite ⁊ videte maledi
ctā illā, ⁊ sepelite eā, quia filia re
gis est. ℟ Preparate. 259. Lxiij.
CUmque issent vt sepelirēt
eam, non inuenerunt nisi
caluariam, ⁊ pedes, ⁊ summas
manus: reuersiq; nunciauerūt
ei. Et ait Jehu: Sermo domini
est quem locutus est per seruū
suum Eliam Thesbiten, dicens:
In agro Jezrabel comedent ca
nes carnes Jezabel: ⁊ erunt car
nes Jezabel sicut stercus super
faciē terre i agro Jezrabel, ita vt
ptereūtes dicāt: Heccine est illa
Jezabel? Erant autē Achab 10.c
septuaginta filij i Samaria, scri
psit ergo Jehu literas, ⁊ misit in
Samariā ad optimates ciuita
tis, ⁊ ad maiores natu, ⁊ ad nu
tricios Achab, dicens: Statim
vt acceperitis literas has, q ha
betis filios domini vestri, ⁊ cur
rus, ⁊ equos, ⁊ ciuitates firmas,
⁊ arma, eligite meliorem, ⁊ eum
qui vobis placuerit de filijs do
mini vestri, ⁊ eum ponite super
solium patris sui, ⁊ pugnate pro

domo domini vestri. ℟. Deus omnium. 259. Lectio tertia.

Timuerũt illi vehemẽter, & dixerunt: Ecce duo reges nõ potuerũt stare corã eo, & quo modo nos valebimus resistere? Miserũt ergo præpositi domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutricij ad Jehu dicentes: Serui tui sumus quæcunq; iusseris, faciemus, nec constituem⁹ nobis regẽ: quæcũq; tibi placẽt, fac. Rescripsit autẽ eis literas secundo dicẽs: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorũ dñi vestri, & venite ad me hac eadẽ hora cras in Jezrabel. Porro filij regis, septuaginta viri, apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cumque venissent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerũt capita eorũ in cophinis, & miserunt ad eum in Jezrabel. ℟. Dñs, qui eripuit. 259.

Sermo 5. Johãnis Chrys. Lc. iiij.

Non putemus nos excusatiõẽ habituros, si quando delictorũ socios inuenerimus: nã istud, suppliciũ magis augebit. Quãdoquidẽ & serpẽns magis punitus est q̃ mulier, quẽadmodũ & mulier plusq̃ vir: & Jezabel maiores pœnas dedit quam Achab vineæ raptor. Ipse quippe vniuersum istud negociũ texerat, regiq; lapsus occasionẽ dederat. Igit̃ & tu quoq; si reliquis pditionis causa fueris, grauiora patieris, quã qui p te subuersi sunt. Neq; enĩ peccare tãtũ in se pditionis habet quantũ q̃ reliqui ad peccandum inducũtur. ℟. Percussit. 260. Lc. v.

Itaq; siquando peccantes viderimus, non solum non impellamus, sed & extrahamus ex ipso malitiæ baratro, ne & alienæ pditionis pœnas demus. Recordemur quoq; perpetuo terribilis illius tribunalis, fluminis ignei, vinculorum insolubiliũ, profundarum tenebrarũ, stridulorum dentium, venenosiq; vermis. Sed dicis: Benignus est Deus. Ergo hæc oia verba sunt, & neq; punitur diues ille Lazari contemptor, neq; fatuæ virgines a sponso reijciuntur? Ergo qui Christũ non pauerunt, in ignẽ diabolo præparatũ non abibũt? Ergo qui sordidis est vestibus, nõ peribit, manus ac pedes vinctus? Qui centum denarios a conseruo suo exegit non tradetur tortorib⁹? Quod de mœchis dictum est, nimirum quod vermis eorũ non morietur, & ignis eorũ nõ extinguet, verũ nõ erit? ℟. Montes Gelboe. 260. Lc. vj.

Sed minatur ista tantũmodo Deus, vtiq; inqes. Et vnde dic quæso tantã rem audes publice loqui, atq; ex te ipso ferre sententiã? Ego quippe & ex ijs, quæ dixit Deus, & ex ijs, quæ fecit:

fecit:cōtrariū probare potero. Quod si propter futura nō credis: vel saltem propter ea, quę facta sunt, crede: Nō eniꝫ certe minę sunt, ⁊ verba tantūmodo quę facta sunt, ⁊ in opus ipsum exierūt. Quis igiť totū orbē īducto diluuio stagnauit? ac graue illud naufragiū, omnimodāqꝫ generis nostri perditioneꝫ effecit? Quis deinde fulmina illa, telaqꝫ flāmantia super terrā Sodomorū demisit? qs vniuersuꝫ Ægypti exercitū in mare demersit? quis synagogaꝫ Abirō cōbussit? quis septuaginta illa millia propter Dauidis peccatum vno temporis momento pestecęcidit? nonne hęc omnia ⁊ alia Christus illis intulit? ℟. Ego te tuli. 260. Homilia folio. 350.

FERIA SECVNDA.

De libro quarto Regum. Le. j.

ca. 11. Athalia vero mr̄ Ochozię vidēs mortuū filiū, surrexit ⁊ interfecit oē semē regiū. Tollēs aūt Iosaba filia regis Iorā soror Ochozię, Ioas filiū Ochozię, furata est eū de medio filiorū regis q interficiebanť, ⁊ nutricē ei⁹ de triclinio, ⁊ abscondit euꝫ a facie Athalię, vt non interficeretur: Eratqꝫ cum ea sex annis claꝫ in domo dn̄i: porro Athalia regnauit super terram septem annis. ℟. Recordare. 260. Lectio ij.

Anno autem septimo, misit Ioiada pōtifex, ⁊ assumēs centuriones, ⁊ milites, introduxit ad se in templum dn̄i, pepigitqꝫ cum eis fędus, ⁊ adiurans eos in domo dn̄i, ostendit eis filiū regis, ⁊ pręcepit illis dicens. Iste est sermo, quem facere debetis: tertia pars vestrū introeat Sabbatho, ⁊ obseruet excubias domus regis: tertia autem pars sit ad portam Sur: ⁊ tertia pars sit ad portam, quę est post habitaculum Scutariorum: ⁊ custodietis excubias domus Messa. Duę vero partes e vobis, oēs egredientes Sabbatho custodiant excubias domus dn̄i circa regeꝫ. ℟. Exaudisti. Lectio iij.

Et assumentes singuli viros suos, qui ingrediebantur ad Sabbathuꝫ, cum ijs qui egrediebantur e Sabbatho, venerūt ad Ioiadā sacerdotē qui dedit eis hastas, ⁊ arma regis Dauid, quę erant in domo dn̄i. ⁊ stet erūt singuli habētes arma in manu sua, a parte tēpli dextera vsqꝫ ad partē sinistrā altaris, ⁊ ędis circa regeꝫ. Produxitqꝫ filium regis, ⁊ posuit super eum diadema, ⁊ testimonium, feceruntqꝫ euꝫ regem, ⁊ vnxerunt, ⁊ plaudentes manu dixerunt: Viuat rex. ℟. Audi dn̄e. 261.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum. Le. j.

Anno septimo Iehu regnauit Ioas: quadraginta annis regnauit in Ierusaleꝫ, nomē 12. ca.

matris eius Sebia de Bersabee. Fecitque Joas rectum coram domino cunctis diebus, quibus docuit eum Joiadas sacerdos: veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus immolabat, et adolebat in excelsis incensum. ℟. Domine si. 261. Lectio ii.

Dixitque Joas ad sacerdotes: Omnem pecuniam sanctorum, que illata fuerat in templum domini a pretereuntibus, que offertur pro pretio anime, et quam sponte, et arbitrio cordis sui inferunt in templum domini: accipiant illam sacerdotes, iuxta ordinem suum, et instaurent sartatecta domus, siquid necessarium viderint instauratione. ℟. Factum est dum. 261. Lectio iii.

Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Joas non instauraverunt sacerdotes sartatecta templi. Vocavitque rex Joas Joiadam pontificem, et sacerdotes, dicens eis: Quare sartatecta non instauratis templi: nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam. ℟. Percussit. 260.

FERIA QVARTA.

De libro quarto Regum. Lectio i.

ca. 13. Eliseus autem egrotabat infirmitate qua et mortuus est, descenditque ad eum Joas rex Israel, et flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga eius. Et ait illi Eliseus: Affer arcum, et sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum et sagittas, dixit ad regem Israel: pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis, et ait: aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliseus: Jace sagittam, et iecit: et ait Eliseus: sagitta salutis domini. ℟. Peccavi. 260. Lectio secunda.

Et ait: tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei: Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, et stetisset, iratus est vir Dei contra eum, et ait: Si percussisses quinquies aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consummationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam. Mortuus est ergo Eliseus et sepelierunt eum: latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno. ℟. Exaudisti. 260. Lectio iiii.

Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos, et proiecerunt cadaver in sepulcrum Elisei: quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo et stetit super pedes suos. Mortuus est autem Hazabel rex Syrie, et regnavit Benadad filius eius pro eo. Porro Joas, filius Joachaz, tulit urbes de manu Benadad filii Hazabel, quas tulerat

lerat de manu Joachaz patris sui iure prelij: tribus vicibus percussit eum Joas, et reddidit ciuitates Israeli. ℟. Audi dñe. 261.

FERIA QVINTA.

De libro quarto Regum. Lectio j.

ca. 17. Anno aût nono Osee, cepit rex Assyriorû Samariam, et transtulit Israel in Assyrios: posuitque eos in Hala, et in Habor iuxta fluuiû Gozan, in ciuitatibus Medorum. Factum est enim cum peccassent filij Israel dño Deo suo, qui eduxerat eos de terra Ægypti de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt Deos alienos, et ambulauerunt iuxta ritû gentiû, quas consumpserat dominus in conspectu filiorum Israel, et regum Israel, quia similiter fecerât. Et offenderût filij Israel verbis nô rectis dñm Deum suum, et edificauerunt sibi excelsa in cûctis vrbibus suis. ℟. Preparate. 259. Lectio ij.

Et testificatus est dñs in Israel, et in Juda, per manum omniû prophetarû, et videntiû, dicês: Reuertimini a vijs vestris pessimis, et custodite precepta mea, et ceremonias iuxta oêm legê, quâ precepi patribus vestris, et sicut misi ad vos in manu seruorum meorum prophetarum, qui nô audiuerût, sed indurauerût ceruicem suâm, iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerunt obedire domino Deo suo: et abiecerunt legitima eius, et pactû quod pepigit cû patribus eorum, et testificationes quibus contestatus est eos, secutique sunt vanitates, et vane egerût. ℟. Deus oium. 259. Lectio iij.

Iratusque est dñs vehementer Israeli, et abstulit eos a conspectu suo, et nô remâsit nisi tribus Juda tâtûmodo, sed nec ipse Juda custodiuit mandata dñi Dei sui, verum ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Proiecitque dñs omne semê Israel, et afflixit eos, et tradidit eos in manu diripiêtium, donec proijceret eos a facie sua, ex eo iam têpore quo scissus est Israel a domo Dauid, et côstituerunt sibi regem Jeroboam filiû Nabat. ℟. Dñe, q eri. 259.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum. Lectio j.

Separauit Jeroboâ Israel a dño, et peccare eum fecit peccatum magnum, et ambulauerunt filij Israel in vniuersis peccatis Jeroboam, que fecerat, et nô recesserunt ab eis, vsquequo dñs auferret Israel a facie sua; sicut locutus fuerat in manu omniû seruorum suorum prophetarum; Translatusque est Israel de terra sua in Assyrios vsque in diê hanc. ℟. Percussit Saul. 260. Lectio ij.

Adduxit aût rex Assyriorum viros de Babylone, et de Cutha, et de Aua, et de Emath, et de Sepharuaim, et collocauit

eos in ciuitatibus Samarie pro filijs Israel, qui possederūt Samariam, et habitauerunt in vrbibus eius. Cunque ibi habitare cepissent, non timebant dominum, et immisit in eos dominus leones, qui interficiebant eos. ℟. Montes Gelboe.260. L.iij.

ca.17. E Nunciatumque est regi Assyriorum, et dictum: Gentes quas trāstulisti, et habitare fecisti in ciuitatibus Samarie, ignorant legitima Dei terre, et immisit in eos dn̄s leones, et ecce interficiūt eos, eo quod ignorent ritum Dei terre. Precepit aūt rex assyriorum, dicens: Ducite illuc vnum de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxistis, et vadat, et habitet cum eis, et doceat eos legitima Dei terre. ℟. Ego te tuli de domo. folio.260.

SABBATHO.

De libro quarto Regum. L.j.

ca.18. Anno tertio Osee filij Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Vigintiquinque annorum erat cum regnare cepisset, et viginti nouē annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Abi, filia Zacharie. Fecitque quod erat bonū corā dn̄o iuxta omnia que fecerat Dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa, et cōtriuit statuas, et succidit lucos, confregitque serpentem eneum, quem fecerat Moyses: siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum: vocauitque nomē eius Nehustan: et in dn̄o Deo Israel sperauit. ℟. Peccaui.260. L.ij.

Itaque post eum non fuit similis ei de cūctis regibus Iuda, sed neque in ijs, qui ante eum fuerunt: et adhesit dn̄o, et non recessit a vestigijs eius: fecitque mandata eius, que preceperat dn̄s Moysi. Unde et erat dn̄s cū eo, et in cunctis ad que procedebat, sapienter se agebat. Rebellauit quoque cōtra regē Assyriorū, et nō seruiuit ei. Ipse percussit Philisteos vsque ad Gazam, et oēs terminos eorum, et turres custodum vsque ad ciuitatem munitam. ℟. Exaudisti.260. L.iij.

Anno quarto regis Ezechie, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum Samariam, et oppugnauit eam, et cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechie, idest nono anno Osee regis Israel capta est Samaria, et trāstulit rex Assyriorū Israel in Assyrios, collocauitque eos in Hala, et in Habor fluuijs Gozam, in ciuitatibus Medorū, qui nō audierūt vocē domini Dei sui: sed preter gressi sunt pactum eius: omnia que preceperat Moyses seruus dn̄i, non audierunt, neque fecerunt. ℟. Audi domine.261. Ad Mag. Añ. Obsecro domine:

ne: memento q̃so quomodo ambulauerim coraz te in veritate, ꝛ in corde perfecto, ꝛ quod placitum est coram te fecerim.

DOMINICA XI. Post Pentecosten.

Orō. Omnipotens sempiterne. 351.

De libro quarto Regum. Le. j.

ca. 20. 

N diebꝰ illis egrotauit Ezechias vsque ad mortez; ꝛ venit ad eum Isaias filius Amos propheta, dixitqz ei: Hec dicit dñs Deus: Precipe domui tue: morieris enim tu, ꝛ nō viues. Qui conuertit faciem suam ad parietem, ꝛ orauit dñz dicens: Obsecro dñe memento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate, ꝛ in corde perfecto, ꝛ quod placituz est coram te fecerim. Fleuit itaque Ezechias fletu magno. ℟. Preparate corda. 259. Lectio scda.

Et antequam egrederetur Isaias mediā partez atrij, factus est sermo dñi ad eum dicens: Reuertere, ꝛ dic Ezechie duci populi mei: Hec dicit dñs Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, ꝛ vidi lacrymam tuam, ꝛ ecce sanaui te: die tertia ascendes templum dñi, ꝛ addam diebus tuis quindecim annos: sed ꝛ d̄ manu regis Assyriorum liberabo te, ꝛ ciuitatem hanc, ꝛ protegam vrbem istam propter me, ꝛ ppter Dauid seruum meum. Dixitque Isaias: Afferte massam ficorum. Quaz cum attulissent, ꝛ posuissent super vlcus eius, curatus est. ℟. Deus omnium. 259. Lectio iij.

Dixerat autem Ezechias ad Isaiam: Quod erit signuz, quia dñs me sanabit, ꝛ quia ascensurus sum die tertia templum dñi? Cui ait Isaias: Hoc erit signum a dño, quod facturus sit dñs sermonē, quem locutus est: vis vt ascendat vmbra decem lineis: an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: Facile est vmbrā crescere decem lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsuz decem gradibus. Inuocauit itaque Isaias propheta dñm, ꝛ reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decē gradibꝰ. ℟. Dñs, qui eripuit. 259.

De expositione S. Hier. presbi. in Isaiam prophetam. Lcō iiij.

Ne eleuaretur cor Ezechie post icredibiles triūphos, ꝛ de media captiuitate victoriā infirmitate corporis sui visitat, ꝛ audit se esse moriturū, vt conuersus ad dominum flectat sententiaz eius: quod quidem, ꝛ in Jona propheta legimus, ꝛ in cōminationibus ꝯtra Dauid: que dicuntur futura, nec facta sunt, non Deo mutante sententiam,

sed prouocãte humanũ genus ad notitiam sui: dñs enim pęnitens est super malitijs. Conuertitq; Ezechias faciem suam ad parietem: quia ad templum ire non poterat, ad parietem autem templi iuxta quod Salomõ palatium extruxerat: vel absolute ad parietem, ne lacrymas suas assidentibus ostentare, videret. R. Percussit. 260. Lectio iij.

Audiésq; se esse moriturũ, non precatur vitã: & annos plurimos, sed in dei iudicio qd velit pręstare dimittit: nouerat enim icirco Deo placuisse Salomonẽ, q annos vitę non petierit ampliores: sed iturus ad dñm narrat opera sua, quõ ambulauerit corã eo in veritate, & in corde pfecto. Felix ɔscientia q̃ afflictionis tẽpore bonoꝝ operũ recordatur: Beati enim mũdo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Et quomodo alibi scribitur: Quis gloriabitur purum habere se cor? Quod ita soluitur, per fectionem cordis in eo nũc dici, quod idola destruxerit, templi valuas aperuerit, serpentem ęneum comminuerit: & cętera fecerit, quę scriptura cõmemorat. R. Montes. 260. Lectio sexta.

Fleuit autem fletu magno propter ɔmissionẽ dñi ad Dauid, quã videbat in sua morte perituram. Eo enim tpe Ezechias filios nõ habebat: nã post morte eius Manasses cũ duodecim esset annoꝝ, regnare cępit in Judęa, ex quo pspicuum est, post tertium annũ concessę vitę Manassen esse generatum. Ergo iste ois est fletus, quod desperabat Christum de suo semine nascitu-rũ. Alij asserunt: quãuis sanctos viros morte terreri, propter incertum iudicij, & ignorationem sententię Dei, quam sedem habituri sint. R. Ego te tuli. 260. Homilia, folio. 351.

FERIA SECVNDA

De libro quarto Regum. L. j.

Octo annoꝝ erat Josias cũ regnare cępisset, & triginta vno anno regnauit in Jerusalem, nomen matris eius Jdida, filij Adaia de Besecath. Fecitque qđ placitum erat corã dño, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui: non declinauit ad dexteram, siue ad sinistrum. An- 21. ca.
no autem octauodecimo regis Josię, misit rex Sephan filium Aslia filij Messulã, scribam tẽpli domini: dicens ei: Vade ad Helciam sacerdotem magnum: & vt consler pecunia, quę illata est in templum dñi, quam collegerunt ianitores templi a populo, deturq; fabris p prępositos domus dñi, qui & distribuant eam ijs, qui operantur in templo domini. R. Recordare. 260. L. ij.

Dixit autẽ Helcias Põtifex ad Saphã scribã: Librum

bru legis repperi in domo dñi. Deditqz Helcias volumen Saphan, q z legit illud. Venit quoque Saphan scriba ad regem, z renũciauit ei quod preceperat, z ait: Conflauerunt serui tui pecunias, quę reperta est in domo domini, z dederunt vt distribueretur fabris a prefectis operum templi domini. Narrauit quoqz Saphan scriba regi, dicens. Librum dedit mihi Helcias sacerdos. ℟. Exaudisti. 260. Lec. iij.

Quem cũ legisset Saphã coraz rege, z audisset rex verba libri legis domini, scidit vestimenta sua, z precepit Helcię sacerdoti, z Abican filio Saphã, z Achobor filio Michaia, z Sephan scribę, z Asaię seruo regis, dicens: Ite z consulite dominum super me, z super populo, z super omni Juda, de verbis voluminis istius: quod inuentũ est: Magna enim ira domini succensa est contra nos, quia non audierũt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne quod scriptum est nobis. ℟. Audi domine. folio. 261.

FERIA TERTIA.

De libro iiij. Regum, Lectio j.

ca. 13. Ascendit rex templum domini, z omnes viri Juda, vniuersique, qui habitant in Jerusalem cũ eo sacerdotes, z prophetę; z omnis populus a paruo vsqz ad magnum, legitqz cũctis audientibus omnia verba libri fęderis, qui inuentus est in domo dñi. Stetitqz rex sup gradus, z fędus percussit corã dño, vt ambularẽt post dñm, z custodirent precepta eius, z testimonia z ceremonias i omni corde, z in tota anima: z suscitarẽt verba fęderis huius, q̃ scripta erant in libro illo, acquieuitque populus pacto. ℟. Domine, si conuersus. 261. Lectio secunda.

Et precepit rex Helcię põtifici, sacerdotibus secundi ordinis, z ianitoribus, vt projicerent de templo domini omnia vasa, quę facta fuerãt Baal, z in luco, z vniuersę militię cęli, z combussit ea foris Jerusalem in conualle Cedron, z tulit puluerem eorum in Bethel. Et deleuit aruspices, quos posuerunt reges Juda ad sacrificãdum in excelsis p ciuitates Juda: z i circuitu Jerusalẽ, z eos qui adolebant incensum Baal, z soli, z lunę, z duodecim signis, z oi militię cęli. ℟. Factum. 261. Le. iij.

Et efferri fecit lucũ de domo domini foras Jerusalem, in cõualle Cedrõ, z cõbussit eum ibi, z redegit in puluerem, z proiecit super sepulcra vulgi. Et destruxit quoqz ędiculas effeminatorũ, quę erant in domo domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. Congregauitqz omnes sacerdo

tes de ciuitatibus Juda, et còtaminauit excelsa, vbi sacrificabãt sacerdotes, de Gabaa vsq; Bersabee. ℟. Percussit Saul.260.

FERIA QVARTA.

De libro quarto Regum. Le.j.

ca.23. C Phitones, et ariolos, et figuras idolorum, et immũditias et abominationes, q̃ fuerãt i terra Juda et Jerusalẽ abstulit Josias vt statueret verba legis quę scripta sunt in libro quẽ inuenit Helcias sacerdos in templo dñi. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad dñm in omni corde suo, et in tota anima sua, et i vniuersa virtute sua, iuxta omnem lege; Moysi, neque post eu; surrexit similis illi. Verũtamen non est auersus domin⁹ ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Judam, propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses. ℟. Peccaui.260. Lectio ij.

Dixit itaq; dñs: Etiã Judam auferã a facie mea, sicut abstuli Israel, et proijciam ciuitatem hanc quam elegi Jerusalem, et domum de qua dixi: erit nomen meum ibi. Reliqua autem sermonum Josię, et vniuersa, quę fecit, nonne hęc scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda? In diebus eius ascendit Pharao Nechao Rex Ægypti contra rege; Assyriorũ ad flumen; Euphratem: et abijt Josias rex in occursum eius: et occisus est in Mageddo, cum vidisset eum: et portauerunt eum serui sui mortuũ de Mageddo: et ptulerũt in Jerusalem, et sepelierunt eum in sepulcro suo. ℟. Exaudisti.260. Lectio tertia.

Tulitq; populus terrę Joachaz filiũ Josię: et vnxerũt eum, et constituerũt eum rege; pro patre suo. Viginti triũ annorũ erat Joachaz cũ regnare cępisset, et tribus mensibus regnauit in Jerusalem: nomen matris eius Amital, filia Jeremię de Lobna. Et fecit malum coram dño: iuxta omnia quę fecerant patres eius. Vinxitq; eũ Pharao Nechao in Reblata, quę est in terra Emat, ne regnaret in Jerusalem, et imposuit multa; terrę, centum talentis argenti, et talento auri. Regemq; cõstituit Pharao Nechao, Eliacim, filiũ Josię, pro Josia patre eius, vertitq; nomen eius Joacim: porro Joachaz tulit et duxit i Ægyptum. ℟. Audi domine.261.

FERIA QVINTA.

De libro quarto Regum. Le.j.

Vigintiquinque annorum erat Joacim cum regnare 23 ca. B
cępisset: et vndecim annis regnauit in Jerusale;: nomen matris eius, Zebida, filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia, quę fecerant patres eius. In diebus 24.ca A
eius

eius ascēdit Nabuchodonosor, rex Babylonis, ⁊ factus est ei Joacim seruus tribus annis, ⁊ rursus rebellauit contra eum. ℞. Preparate.259. Lectio ij.

Immisitq; ei dominus latrunculos Chaldęorum, ⁊ latrunculos Syrię, ⁊ latrūculos Moab, ⁊ latrunculos filiorum Ammon: ⁊ immisit eos in Judam, vt disperderent eum, iuxta verbū domini quod locut⁹ fuerat p seruos suos prophetas. Factum est autem hoc per verbum domini contra Judam, vt auferret eum coram se propter peccata Manasse, vniuersa quę fecit, ⁊ propter sanguinē innoxium quem effudit, ⁊ impleuit Jerusalem cruore innocentiū: ⁊ ob hanc rem noluit dñs propitiari. ℞. Deus oium.259. L. iij.

Reliqua autem sermonum Joacim, ⁊ vniuersa quę fecit, nōne hęc scripta sunt i libro sermonū dierū regū Juda? Et dormiuit Joacim cū patribus suis, ⁊ regnauit Joachin filius eius pro eo. Et vltra nō addidit rex Ægypti vt egrederet̄ de terra sua: tulerat eni; rex Babylonis a riuo Ægypti vsq; ad fluuiū Euphratē omnia quę fuerant regis Ægypti. ℞. Dñs qui.260.

FERIA SEXTA.

De libro iiij. Regum. Lectio j.

a.24. B

Decem ⁊ octo annoꝝ erat Joachin cum regnare cępisset: ⁊ tribus mensibus regnauit in Jerusalē: nomen matris eius Nehustha, filia Elnathan de Jerusalem, ⁊ fecit malum coram dño, iuxta oia, quę fecerat pater eius. In tpe illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis i Jerusalē: ⁊ circundata est vrbs munitionibus. Venitq; Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatē cū seruis suis, vt oppugnaret eā. ℞. Percussit Saul.260. Lcō secunda.

Egressusque est Joachin rex Juda ad regē Babylonis, ipse ⁊ mr̄ eius ⁊ serui eius ⁊ principes eius, ⁊ eunuchi eius: ⁊ suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui. Et protulit inde omnes thesauros dom⁹ domini, ⁊ thesauros domus regię: ⁊ concidit vniuersa vasa aurea, quę fecerat Salomō rex Israel in tēplo domini, iuxta verbum domini. Et transtulit omnem Jerusalē, ⁊ vniuersos principes, ⁊ omnes fortes exercitus, decem millia in captiuitatem, ⁊ omnem artificem, ⁊ inclusores, nihilq; relictū est, exceptis pauperibus populi terrę. ℞. Montes Gelboe.260. Lectio tertia.

Transtulit quoq; Joachin in Babylonem ⁊ matrem regis, ⁊ vxores regis, ⁊ eunuchos eius: ⁊ iudices terrę duxit in captiuitatem de Jerusalē in Babylonem: ⁊ omnes viros robustos,

bustos, septem millia, & artifices & inclusores mille, omnes viros fortes, & bellatores: duxitque eos rex Babylonis captiuos in Babylonem. Et cōstituit Mathaniam patruum eius pro eo, imposuitque nomen ei Sedechiam. ℟. Ego te tuli. 260.

SABBATHO.

De libro quarto Regum. Le. j.

c. 24. Vicesimum & primum annum ętatis habebat Sedechias, cū regnare cepisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem, nomē matris ei⁹ erat Amital filia Ieremię de Lobna. Et fecit malum coram domino iuxta oīa quę fecerat Ioacim, irascebatur enim dominus contra Ierusalem, & contra Iudam donec proijceret eos a facie sua: recessitq; Sedechias a rege Babylonis. Factum est autē anno nono regni eius mense decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circundederunt eā, & extruxerūt in circuitu eius munitiones, & clausa est ciuitas, atq; vallata vsq; ad vndecimum annum regis Sedechię, nona die mensis: preualuitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terrę. ℟. Peccaui. 260. Lectio ij.

Et interrupta est ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viā portę, quę est inter duplicē murū ad hortum regis, (porro Chaldęi obsidebant in circuitu ciuitatē) fugit itaque Sedechias per viam quę ducit ad cāpestria solitudinis. Et persecutus est exercitus Chaldęorum regem: comprehēditq; eum in planitie Iericho: & oēs bellatores qui erāt cum eo, dispersi sunt: & reliquerunt eū. Apprehēsū ergo regē duxerūt ad regē Babylonis i Reblatha qui locutus est cū eo iudiciū. Filios autē Sedechię occidit corā eo, & oculos ei⁹ effodit, vinxitq; eū catenis, & adduxit i Babylonem. ℟. Exaudisti. 260. Le. iij.

Mense quinto, septima diē mensis, ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps exercitus, seru⁹ regis Babylonis, in Ierusalem: & succēdit domū dñi, & domum regis; & domos Ierusalem. omnemq; domum combussit igni. Et muros Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldęorum, qui erat cum principe militum. Reliquam autem populi partem, quę remāserat in ciuitate, & perfugas qui trāsfugerāt ad regem Babylonis, & reliquum vulgus trāstulit Nabuzardan princeps militię. Et de pauperibus terrę reliquit vinitores & agricolas. Colūnas autē ęreas quę erāt in tēplo dñi, & bases, & mare ęreū, quod

quod erat in domo dñi, cõfregerunt Chaldei, & transtulerunt eos oẽ in Babylonẽ. ℟. Audi. 261.

Sabba. ante. j. Dñicã Augusti. Ea aũt dõ j. Dñica mensis, quę est in Calendis, vel proximior Calendis illius mensis: ita vt, si Calẽdę fuerint ij. iij. & iiij. feria, tũc j. Dñica mẽsis in qua Liber Scripturę inchoãdus ponit, est ea quę pręcedit Calẽdas. Si autem v. & vj. feria, vel Sabba. est ea q̃ sequit. Historia vero, idest pris illius libri, si pp aliqđ festũ, aut in Dñica occurrẽs poni nõ possit, ponat infra hebd. primo die in quo ptingat fieri Officiũ de feria: qui si non occurrat, primo die eius hebd. nõ impedito festo ix. lect. fiat Offm̃ de fer. cũ cõm. festi triũ lec. in eo occur.

Ad Magnificat. Antiphona.

Sapiẽtia ędificauit sibi domum, excidit colũnas septem, subdidit sibi gẽtes, superbos, & sublimiũ colla propria virtute calcauit.

DOMINICA PRIMA Augusti. Orõ. fol. 351.

Ponuntr libri Salomonis, & legit de eis vsq; ad Calẽd. Septẽ. Incipiũt parabole Salomõis. L. j.



Parabolę Salomonis, filij Dauid, regis Israel, ad sciẽdam sapientiam, & disciplinam: ad intelligenda verba prudentię, ad suscipiendam eruditionem doctrinę: iustitiã, iudicium, & ęquitatẽ: vt det paruulis astutia, & adolescentulis sciẽtia, & intellectus. Audiẽs sapiẽs sapientior erit, & intelligẽs gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam, & interpretationem, verba sapientum, & enigmata eorum. ℟. In principio Deus antequam terram faceret, priusquam abyssos cõstitueret, priusquam produceret fontes aquarum: Antequam montes collocarentur, ante omnes colles generauit me dominus. ℣. Quando pręparabat cęlos, aderam, cum eo cuncta componens. Antequam. Lectio scda.

Timor dñi principiũ sapiẽtię. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuę; vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint. Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas cõtra insontem frustra, deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentẽ in lacum: omnem pretiosam substantiam reperiemus: implebimus domos nostras spolijs: sortem mitte nobiscum, marsupiũ vnum sit oium nostrum. ℟. Gyrum cęli circuiui sola, & in fluctibus

bus maris ambulaui, in omni gente, & in omni populo primatum tenui, Superborũ, & sublimium colla propria virtute calcaui. ℣. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Superborũ. Lectio iij.

Fili mi, ne ambules cũ eis, prohibe pedẽ tuũ a semitis eorum. Pedes enim illorũ ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinẽ. Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum: ipsi quoque contra sanguinẽ suum insidiantur; & moliuntur fraudes contra animas suas: sic semitę omnis auari, animas possidentium rapiũt. ℟. O mitte domine sapiẽtiã de sede magnitudinis tuę, vt mecum sit, & mecum laboret: Ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. ℣. Da mihi domine sedium tuarum assistricem sapientiã. Ut. Gloria. Ut.

Ex tractatu S. Ambrosij epi in psalmum 118. Lectio iiij.

Initiũ esse sapiẽtię timorẽ dñi, dicit propheta. Quid est autem initium sapientię, nisi sęculo renũciare? Quia sapere sęcularia, stultitia est. Denique sapientiã huius mũdi, stultitiã esse apud dominum, Apostolus dicit: Sed & ipse timor domini nisi secundum scientiam sit, nihil prodest: immo obest plurimum. Siquidẽ Iudęi habent zelum Dei, sed quia non habẽt secundum scientiam, in ipso zelo, et timore, maiorem contrahunt diuinitatis offensã, quod circuncidunt infantulos suos, quod Sabbatha custodiũt: Timorẽ dei habẽt, sed quia nesciunt legem spiritalẽ esse, circuncidũt corpus nõ cor suum. ℟. Da mihi domine sediũ tuarũ assistricem sapientiam: & noli me reprobare a pueris tuis: Quĩ seruus tuus sum ego, & filius ancillę tuę. ℣. Mitte illã de sede magnitudinis tuę, vt mecum sit, & mecum laboret. Quĩ. Lectio v.

Et quid de Iudęis dicam? Sunt etiam in nobis, qui habent timorem Dei, sed non secundum scientiam, statuentes duriora pcepta q̃ non possit humana cõditio sustinere. Timor in eo est, qa vident sibi cõsulere disciplinę, opus virtutis exigere: sed inscitia in eo est, qa nõ cõpatiuntur naturę, non ęstimãt possibilitatem. Nõ sit ergo irrationalis timor. Etenim vera sapientia a timore Dei incipit. Nec est sapientia spiritalis sine timore Dei: ita timor sine sapiẽtia esse non debet. ℟. Initiũ sapientię timor dñi: Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in sęculũ sęculi. ℣. Dilectio illius custodia legũ est: quia omnis sapientia timor domini. Intellectus. Lectio vj.

Basis

Basis q̄dā verbi est timor sanctus, sicut enim simulacrū aliquod in basi statuit, & tūc maiorē habet gratiā cū in basi statua fuerit collocata, standiq; accipit firmitatē: ita verbū Dei vel rōnabile Dei, in timore sctō melius statuit, fortius radicat, hoc est in pectore timētis dñm, ne labatur verbū de corde viri: ne veniāt volucres, & auferāt illud de incuriosi & dissimulātis affectu. ℟. Verbū iniquū & dolosū lōge fac a me dñe. Diuitias & paupertatē ne dederis mihi, sed tantū victui meo tribue necessaria. ℣. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar. Diuitias. Homilia folio. 352.

vij. ℟. Dñe pater & Deus vitę meę, ne derelinquas me in cogitatu maligno, extollentiam oculorum meorū ne dederis mihi, & desiderium malignū auerte a me, dñe, aufer a me concupiscentiam. Et animo irreuerenti & infronito ne tradas me dñe. ℣. Ne derelinquas me domine, ne accrescant ignorātię meę, nec multiplicentur delicta mea. Et aio. viij. ℟. Duo Seraphim. 260. vt i iij. noc. Dñicę iij. post Pēte. sic ℟ia hui⁹ Dñicę dñr in oib⁹ Dñicis vsq; ad j. Dñicā Septē. Infra hebd. qñ ℟ia sumunt ex iij. noctur. Dñicę. Quarta fe. & Sabb. post secūdā, & tertiā lect. ponit ij. & iij. ℟. secunde seq. lec.

FERIA SECVNDA.

De Parabo. Salomonis. L. j.

Fili mi, ne obliuiscaris legis meę, & pcepta mea cor tuū custodiat: lōgitudinē enim dierū & annos vitę, & pacē apponēt tibi. Misericordia & veritas te non deserant: circūda eas gutturi tuo, & describe i tabulis cordis tui: & inuenies grām, & disciplinā bonā corā Deo & hoibus. Habe fiduciam in dño ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentię tuę: in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. ℟. Ne derelinquas me dñe pater & dñator vitę meę, vt non corruā in conspectu aduersariorum meorum. Ne gaudeat de me inimic⁹ me⁹. ℣. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutoriū mihi. Ne. Lectio ij. 3. ca.

Ne sis sapiēs apud temetipsum, time Deum & recede a malo: sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossiū tuorum. Honora dominum de tua substantia, & de primitijs omniū frugum tuarum da pauperib⁹: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. ℟. Magna enim sunt iudicia tua domine, & inenarrabilia verba tua: Magnificasti populum tuum, & honorasti. ℣. Trāstulisti illos p mare rubrū: & transuexisti eos per aquā nimiā. Magnificasti. Lectio iij.

Discipl

Disciplinā dominī fili mi, ne abijcias, nec deficias cū ab eo corriperis: quē enim diligit dn̄s, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudētia. Melior est acquisitio ei⁹ negociatione auri & argenti, primi, & purissimi fructus eius. Preciosior est cunctis opibus, & omnia, quę desiderantur, huic non valēt comparari. ℟. Quę sunt in corde hominū, oculi tui vident domine, & in libro tuo omnia scribentur. Homo videt in facie, Deus autem in corde. ℣. Omnia enim corda scrutatur, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Homo.

FERIA TERTIA.

De Parabo. Salomonis. Le. j.

ca. 5. Fili mi attēde ad sapientiā meam: & prudētię meę inclina aurem tuam: vt custodias cogitationes & disciplinam labia tua conseruent. Ne intenderis fallacię mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant. Per semitā vitę nō ambulant, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. ℟. Prebe fili cor mihi, & oculi tui vias meas custodiāt, Ut addatur grā capiti tuo. ℣. Attende fili mi sapientiam meam, & ad eloquium meum inclina aurē tuam. Ut.

℟ia propria ij. & iij. ferię huius hebd. repetunt in oibus secundis & tertijs ferijs vsq; ad primā Dn̄icaꝫ Septembris. Lectio ij.

Nunc ergo, fili mi audi me & ne recedas a verbis oris mei. Lōge fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorē tuū, & annos tuos crudeli: ne forte impleant extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, qn̄ consumpseris carnes tuas: & corpus tuum, & dicas. Cur detestatus sum disciplinā & increpationibus nō acquieuit cor meū? nec audiui vocē docētium me, & magistris nō inclinaui cor meū? ℟. Initium. 287. Alia ℟ia sumunt ex ij. noct. Dn̄icę. Lcō iij.

Quare seduceris, fili mi, ab aliena, & foueris i sinu alterius? Respicit dn̄s vias hominis, & oēs gressus eius considerat. Iniquitates suę capiunt impiū: & funibus peccatorꝫ suorum, cōstringitur. Ipse morietur, quia nō habuit disciplinaꝫ, & in multitudine stultitię suę decipietur. ℟. Uerbū iniquum. 287.

FERIA QUARTA.

De Parabo. Salomonis. Le. j.

Nunquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem? 8. ca.

cem suaz? In summis excelsisqz verticibus supra viaz, in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicẽs: O viri ad vos clamito, ⁊ vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli astutiã, ⁊ insipiẽtes animaduertite: audite qm̃ de rebus magnis locutura sũz, ⁊ aperiẽtur labia mea, vt recta prędicẽt. ℟. Domine pater. 288. L. ij.

Ueritatez meditabitur guttur meum, ⁊ labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum: recti sunt intelligentibus, ⁊ ęqui inuenientibus scientiam. Accipite disciplinam meam, ⁊ non pecuniam, doctrinam magis quam aurum, eligite. Melior est eniz sapiẽtia cunctis opibus pretiosissimis, ⁊ omne desiderabile ei non potest comparari. ℟. Magna. 288. Lectio iij.

Ego sapientia habito in cõsilio, ⁊ eruditis intersum cogitationibus. Timor dñi odit malũ: arrogantiã, ⁊ superbiaz, ⁊ viam prauaz, ⁊ os bilingue detestor. Meũ est cõsilium, ⁊ ęquitas: mea est prudẽtia, mea est fortitudo: per me reges regnãt, ⁊ legũ cõditores iusta decernunt. Per me principes imperant, ⁊ potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: ⁊ qui mane vigilant ad me, inuenient me.

B. R. N.

℟. Quę sunt in corde. 288.

FERIA QVINTA.

De Parabo. Salomonis. Le. j.

Filius sapiens lętificat patrem: filius vero stultus est męstitia matri suę. Nil proderũt thesauri impietatis, iustitia vero liberabit a morte. Nõ affliget dñs fame animaz iusti, ⁊ insidias impiorum subuertet. Egestatez operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat. Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos: idem autẽ ipse sequitur aues volantes. Qui congregat in messe, filius sapiẽs est: qui aũt stertit ęstate, filius cõfusionis. ℟. In princ. 287. Lcõ ij. 10.ca.

Benedictio dñi sup caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iusti cũ laudibus: ⁊ nomen impiorum putrescet. Sapiens corde pcepta suscipiet: stultus cęditur labijs. Qui ambulat simpliciter: ambulat cõfidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit. Qui annuit oculo, dabit dolorẽ: ⁊ stultus labijs verberabitur. ℟. Gyrum. Lectio iij.

Uena vitę os iusti: ⁊ os impiorum operit iniquitatem. Odiuz suscitat rixas: ⁊ vniuersa delicta operit charitas. In labijs sapientis inuenitur sapientia: ⁊ virga in dorso eius qui indiget corde. Sapientes abscondunt scientiam, os autez

 stulti

stulti, confusioni proximum est. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius: pauor pauperũ egestas eorum. Opus iusti ad vitã, fructus autem impij ad peccatum. ℟. Emitte domine. 287.

TERIA SEXTA.

De Parabo. Solomonis. Le. j.

ca. 14. Sapiẽs mulier ędificat domum suam, insipiens extructã quoq; manib⁹ destruet. Ambulãs recto itinere, & timẽs deũ, despicitur ab eo qui infami graditur via. In ore stulti virga superbię: labia autem sapientũ custodiunt eos. Ubi nõ sunt boues, pręsepe vacuum est: vbi autem plurimę segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. Testis fidelis non mentitur, profert autem mendacium dolosus testis. ℟. Da mihi. 287. Lcõ secunda.

Querit derisor sapientiã, & non inuenit: doctrina prudentium facilis. Uade contra virum stultũ, & nescit labia prudentię. Sapientia callidi est intelligere viam suam, & imprudentia stultorũ errans. Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia. Cor quod nouit amaritudinem animę suę, in gaudio eius non miscebit extraneus. Domus impiorũ delebit: tabernacula iustorum germinabunt. ℟. Initium. 287. Lec. iij.

Est via, quę videt homini iusta, nouissima autẽ eius deducunt ad mortem. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Uijs suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus. Innocens credit omni verbo, astutus considerat gressus suos. Filio doloso nihil erit boni: seruo autẽ sapiẽti prosperi erũt actus, & dirigetur via eius. Sapiens timet, & declinat a malo: stultus transilit, & confidit. ℟. Uerbũ iniquum. 288.

SABBATHO.

De Parabo Solomonis. Le. j.

Hominis est animã pręparare, & domini gubernare linguã. Oẽs vię hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est dñs. Reuela dño opera tua, & dirigent cogitationes tuę. 16. ca. Uniuersa propter semetipsum operatus est dñs: impiũ quoq; ad diem malũ. Abominatio dñi est omnis arrogans, etiam si manus ad manũ fuerit, non est innocẽs. ℟. Dñe pater. 288. L. ij.

Initium vię bonę, facere iustitiam: accepta est autem apud deũ magis, quam immolare hostias. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinatur, a malo. Cum placuerint dño vię hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pacem. Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. Cor hominis disponit viam suam, sed do-

domini est dirigere gressus ei⁹: ℟. Magna.288 Lectio tertia.

Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius. Pondus ꝛ statera iudicia dñi sunt: ꝛ opera eius omnes lapides sęculi. Abominabiles regi qui agunt impie, qm̃ iustitia firmatur solium. Uoluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, diligetur. Indignatio regis, nuncij mortis, ꝛ vir sapiens placabit eã. In hilaritate vultus regis vita, ꝛ clementia eius quasi imber serotin⁹. ℟. Quę sunt.288.

Sabbatho ante Dominicam ij. mensis Augusti. Ad Mag. Añ. Ego in altissimis habito: ꝛ thronus meus in columna nubis.

DOMINICA II. Augusti.

Incipit liber Ecclesiastes. Le. j.



Verba Ecclesiastę filij Dauid regis Jerusalẽ. Uanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatũ, ꝛ omnia vanitas. Quid habet ampli⁹ homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Generatio pręterit, ꝛ generatio aduenit; terra autem in ęternum stat. Oritur sol, ꝛ occidit, ꝛ ad locum suum reuertitur, ibiq; renascens gyrat per meridiem, ꝛ flectitur ad Aquilonẽ. Lustrãs vniuersa in circuitu pgit spiritus, ꝛ in circulos suos reuertitur. Oia flumina intrant in mare, ꝛ mare non redundat. Ad locum, vnde exeũt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant. ℟. In principio.287 Lectio secunda.

Cunctę res difficiles: nõ potest eas homo explicare sermone. Nõ saturatur ocul⁹ visu, nec auris implet auditu. Quid est qđ fuit? ipsum qđ futurũ est. Quid est qđ factũ est? ipsum qđ faciẽdũ est. Nihil sub sole nouũ: nec valet quisquã dicere, Ecce hoc recens est. Iam enim pręcessit in sęculis q̃ fuerunt ante nos: Non est priorum memoria: sed nec eorũ quidem, quę postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. ℟. Gyrum cęli.287. Lectio iij.

Ego ecclesiastes fui rex Israel in Jerusalẽ, ꝛ proposui in animo meo quęrere, ꝛ inuestigare sapienter de omnib⁹, quę fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit De⁹ filijs hominum, vt occuparent in ea. Uidi cuncta, quę fiunt sub sole, ꝛ ecce vniuersa vanitas, ꝛ afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur, ꝛ stultorũ infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo: dicens: Ecce magnus effectus sum, ꝛ pręcessi sapientia oĩs q fuerunt ante me in Jerusalem, ꝛ mẽs mea contẽplata est multa sapienter ꝛ didici,

dediq; cor meũ, vt scirez prudẽtiã, atq; doctrinam, erroresq;, & stultitiam. ℟. Emitte dñe. 187.

Sermo s. Johan. Chrysost. xiiij.

Salomon cũ secularium rerũ cõcupiscentia teneret, magnas eas & admirãdas putabat, multũq; in eis laboris, & solicitudinis insumebat, magnificas ędificãdo domos, copiosum coacervando aurũ, cõgregando cantorũ choros, varia genera ministrorũ mensę, & popinę, querẽdo animę suę voluptatem, ab hortorum, & corporum formosorum gratia, & omnem, vt ita dicam, oblectationis, & refrigerij viam sectando. ℟. Da mihi. 287. Lectio quinta.

Et vbi inde ad se reuersus, & quasi ex vmbrosa quadã abysso ad lumen verę sapientię respicere valuit, tunc sublimem illam, & cęlis dignam emisit vocem: Uanitas, vanitatũ, dicens, & oia vanitas. Hanc, & vos, & hac sublimiorez, si volueritis, efferetis sententiam de intempestiua hac voluptate, si aliquãtisper a mala cõsuetudine vos sequestraueritis. ℟. Initium. 287. L. vj.

Quamuis autem a Salomone seculis superioribus non tam multa sapientię exigebatur diligentia: neq; enim diuitias lex vetus prohibebat, neque alijs frui supervacuis dicebat vanum: attamen, & sic se habentibus rebus in ipsis contueri licebit, quam viles, & vanitati obnoxię res sint. Nos vero ad maiorẽ vocati vitã, & ad excellentius fastigium ascendimus, & in maioribus exercemur palęstris: & quid aliud quaz qđ, sicut superne virtutes intellectuales & incorporeę illę, vitam instituere iubemur? ℟. Uerbũ iniquũ. 288.

Dominica. folio. 352.

FERIA SECVNDA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

Dixi ergo in corde meo, Uadã, & affluã delicijs, & fruar bonis. Et vidi q hoc quoque esset vanitas. Risum reputaui errorẽ: & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnẽ meam, vt animum meum transferrem ad sapientiaz, deuitaremq; stultitiam, donec viderem: quid esset vtile filijs hominum: quo facto opus est sub sole numero dierum vitę suę. Magnificaui opera mea, ędificaui mihi domos, & plantaui vineas. 2. ca.

℟. Ne derelinquas. 288. Le. ij.

Possedi seruos, & ancillas, multamq; familiã habui: armenta quoq; & magnos ouiũ greges, vltra omnes qui fuerũt ante me in Jerusalem. Coaceruaui mihi argentũ & aurũ, & substantias regũ, & prouinciarũ. Feci mihi cantores, & cãtatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & vrceos in ministerio ad vina

vina fundenda: & supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Jerusalem: sapientia quoque perseverauit mecum. ℟. Magna. 288. Lectio tertia.

Et oia, quę desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meũ quin omni voluptate frueret, & oblectaret se in his, quę pręparaueram: & hãc ratus sum partẽ meã, si vterer labore meo. Cunque me conuertissem ad vniuersa opera, quę fecerãt manus meę, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. ℟. Quę sunt. 288.

FERIA TERTIA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

ca. 2. Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cęlo. Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plãtandi, & tempus euellẽdi qđ plantatum est. Tempus occidẽdi, & tẽpus sanãdi. Tempus destruendi, & tempus ędificandi. Tempus flendi, & tẽpus ridẽdi. Tempus plãgendi, & tẽpus saltandi. Tẽpus spargẽdi lapides, & tempus colligẽdi. Tẽpus amplexandi, & tẽpus longe fieri ab amplexibus. Tẽpus acquirendi, & tẽpus perdendi. Tẽpus custodiendi, & tẽpus abijciẽdi. Tẽpus scindendi, & tẽpus cõsuendi. Tẽpus tacendi, & tempus loquẽdi. Tẽpus dilectionis, & tẽpus odij. Tempus belli, & tempus pacis. ℟. Prębe fili. 288. Lcõ secũda.

Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictionẽ quã dedit Deus filijs hominum, vt distendãtur in ea. Cũcta fecit bona in tẽpore suo, & mũdum tradidit disputationi eorũ, vt non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsque ad finẽ. Et cognoui quod non esset melius nisi lętari, & facere bene in vita sua. Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donũ dei est. ℟. Initiũ. 287. L. iij.

Didici quod omnia opera quę fecit Deus, perseuerent in perpetuum: non possumus eis quicquam addere, nec auferre, quę fecit Deus vt timeat. Quod factum est, ipsum permanet: quę futura sunt, iam fuerũt: & Deus instaurat qđ abijt. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitię iniquitatem: & dixi in corde meo: Justum & impium iudicabit dominus. ℟. Verbum. 288.

FERIA QVARTA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

Verti me ad alia, & vidi calumnias, quę sub sole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentię, cunctorum auxilio destitutos. Et lau 4. ca.

 daui

daui magis mortuos: quã viuentes: & feliciorez vtroqz iudicaui, qui necdum natus est, nec vidit mala quę sub sole fiunt. Rursus contemplatus sum oĩa labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidię ꝓximi. Et in hoc ergo vanitas, & cura superflua est. ℟. Dñe pr.288. Lẽõ.ij.

Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicẽs: Melius est pugillus cum requie, quam plena vtraqz manus cum labore, & afflictione animi. Considerans repperi, & aliam vanitatem sub sole: Unus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens: cui laboro, & fraudo animam meam bonis? In hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. ℟. Magna.288. Lectio iij.

Melius est ergo duos esse simul, quam vnuz: habẽt enim emolumentum societatis suę: si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Uę soli, quia cum ceciderit nõ habet subleuantem se. Et si dormierint duo fouebũtur mutuo, vnus quõ calefiet? Et si quispiã pręualuerit ꝯtra vnum, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rũpif. Melior est puer pauper & sapiẽs rege sene & stulto, qui nescit pręuidere in posterum. ℟. Quę sunt in.288.

FERIA QVINTA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

Ne temere quid loquaris, neqz cor tuum sit velox ad proferendũ sermonẽ corã Deo. 5.ca. Deus enim in cęlo & tu sup terraz, iccirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequunf somnia, & in multis sermonibus inuenietur stultitia. Si quid voui sti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis, & stulta promissio: sed quodcunqz voueris, redde. Multoqz melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere. ℟. In principio.287. Lectio secunda.

Ne dederis os tuuz, vt peccare facias carnẽ tuã: neqz dicas, coraz angelo. Non est prouidẽtia: ne forte iratus De⁹ contra sermones tuos dissipet cũcta opera manuuz tuarũ. Ubi multa sunt somnia, plurimę sunt vanitates, & sermones innumeri: tu vero Deum time. Si videris calumnias egenoꝝ, & violẽta iudicia, & subuerti iustitiaz in prouincia, nõ mireris super hoc negocio: quia excelso excelsior est alius, & super hos, quoqz eminẽtiores sunt alij, & insuper vniuersę terre rex imperat seruiẽti. ℟. Gyrum cęli.287. Lectio tertia.

Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum nõ capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. Ubi multę sunt opes,

opes, multi & qui comedũt eas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat: saturitas autem diuitis nõ sinit eũ dormire. Est & alia infirmitas pessima, quã vidi sub sole, diuitię conseruatę in malum domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima: generauit filiũ qui in summa egestate erit. ℟. Emitte domine. 287.

FERIA SEXTA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

ca.6. EST & aliud malũ, quod vidi sub sole: & quidẽ frequens apud hoĩes. Vir cui dedit Deus & diuitias, & substãtiã, & honorẽ, & nihil deest animę suę ex oĩbus, quę desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo: sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & miseria magna est. ℟. Da mihi 287. Le. ij.

SI genuerit quispiã centũ liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ętatis habuerit, & aĩa illius nõ vtaẽ bonis substãtię suę, sepulturaq; careat, de hoc ego pronuncio, q melior illo sit abortiuus. Frustra enim venit, & pgit ad tenebras, & obliuione delebitur nomẽ eius. Nõ vidit solẽ, neq; cognouit distãtiam boni, & mali, etiam si duobus millibus annis vixerit, & nõ fuerit perfruitus bonis. ℟. Ini tium sapientię. 287. Lectio iij.

NOnne ad vnũ locum properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur. Quid habet amplius sapiens a stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita? Melius est videre qđ cupias, quã desiderare qđ nescias. Sed & hoc vanitas est, & psumptio spũs. ℟. Verbũ. 288.

SABBATHO.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

QUid necesse est homini maiora se quęrere, cum ignoret, quid cõducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suę, & tempore, quod velut vmbra pręterit? Aut quis ei poterit indicare, quid post eũ futurum sub sole sit? Melius est nomen bonum, quã vnguenta pretiosa: & dies mortis, die natiuitatis. Melius est ire ad domũ luctus, quam ad domum conuiuij, in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuẽs cogitat quid futurũ sit. ℟. Domine pater. 288. Lectio secũda.

MElior est ira risu: qa per tristitiã vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapiẽtiũ, vbi tristitia est: & cor stultorum, vbi lętitia: Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi, qa sicut sonitus spinarũ ardẽtiũ sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vanitas.


Calumnia conturbat sapientē, & perdet robur cordis illius. Melior est finis orationis, quã principiũ. Melior est patiens arrogante. ℟. Magna enim. L. iij.

Ne dicas, quid putas causę est, quod priora tēpora meliora fuere quam nũc sunt? stulta enĩ est huiusmodi interrogatio. Utilior est sapientia cũ diuitijs, & magis prodest videntibus solē. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia: hoc autem plus habet eruditio, & sapiētia, q̃ vitam tribuunt possessori suo. Considera opera Dei, q̃ nemo possit corrigere quē ille despexerit. ℟. Quę sunt. 288.

Sabbatho ante dñicã iij. Aug. Ad Magnifi. Aña. Omnis sapientia a domino Deo est, & cũ illo fuit semper, & est ante ęuũ. Si seq. Dñica venerit in die Assumptio. B. Marię, vel i die oct. S. L aurētij. Liber Sapiētię ponitur in ipsa die oct. S. Laurentij: & de eo legit̃ in festo S. Bernardi, & post oct. Assump. & M. si superfit, vsq; ad seq. Dñicam.

DOMINICA III.
Augusti.

Incipit Liber Sapientie. L. j.



Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentite de dño in bonitate, & in simplicitate cordis quęrite illum: qm̃ inuenitur ab iis, q non tentant illum: apparet autē ijs q fidem habēt in illũ. Peruersę enĩ cogitationes separãt a deo: probata autē virtus corripit insipientes: qm̃ in maleuolam animam nõ introibit sapientia, nec habitabit i corpore subdito peccatis. ℟. In princi. 287. Lec. ij.

Spiritus enim sanctus disciplinę effugiet fictum: & auferet se a cogitationibus, quę sunt sine intellectu, & corripiet a superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientię, & non liberabit maledictum a labijs suis: qm̃ renum eius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguę eius auditor: qm̃ spiritus dñi repleuit orbem terrarum, & hoc, quod cõtinet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere: nec pręteriet illum corripiēs iudicium. ℟. Sy rum. 287. Le. iij.

In cogitationibus enĩ impij iterrogatio erit: sermonum autē illius auditio ad Deũ veniet, & ad correptionẽ iniquitatũ illius: qm̃ auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondet. Custodite ergo vos a murmuratione, quę nihil p̃dest: & a detractione parcite linguę, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. Os autem quod mentitur, occidit ani

animam. ℟. Emitte dñe. 287.

Ex libro Officiorũ sancti Ambrosij episcopi. Lectio quarta.

Magnus iustitię splendor, quę alijs potius nata, quã sibi, communitatẽ, ⁊ societatem nostram adiuuat, excelsitatem tenet, vt suo iudicio oĩa subiecta habeat, opem alijs ferat, pecuniam cõferat, officia nõ abnuat, pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hãc virtutis arcẽ tenere, nisi prima auaritia ĩfirmaret, atq; inflecteret tãtę virtutis vigorẽ? Etenĩ dũ augere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, pręstare diuitijs: iustitię formã exuimus, bñficentiã cõem amittimus. ℟. Da mihi. 287. Le. v.

Quanta autẽ iustitia sit, ex hoc intelligi potest, q̃ nec locis, nec personis, nec temporibus excipitur, quę etiã hostibus reseruatur, vt, si constitutus sit cum hoste, aut locus, aut dies prȩlio, aduersus iustitiam putetur, aut loco pręuenire, aut tempore. Interest enim vtrũ aliquis pugna aliqua, ⁊ conflictu graui capiat, an superiore gratia vel aliquo euentu. ℟. Initium sapientię 287. Lectio vi.

Fundamentũ ergo est iustitię, fides. Iustorũ enĩ corda meditãtur fidem: ⁊ qui se iustus accusat, iustitiam supra fidẽ collocat. Nam tunc iustitia eius apparet, si vera fateatur. Denique, ⁊ dominus per Isaiã: Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamentum Sion: idest, Christum in fundamentum Ecclesię: fides enim omniũ Christus: Ecclesia autẽ quędam forma iustitię est, cõe ius oĩum, in cõmune orat, in cõmune operatur, in commune tentatur. ℟. Verbum ini. 288. Homilia. folio. 352.

FERIA SECVNDA.

De libro Sapientię. Lectio j.

Iustus autẽ si morte pręoccupat⁹ fuerit, in refrigerio erit. Senectus enĩ venerabilis est, nõ diuturna, neq; annorũ numero cõputata: Cani autẽ sunt sensus hominis, ⁊ ętas senectutis, vita immaculata. Placẽs Deo factus dilectus, ⁊ viuens inter peccatores trãslatus est, raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio deciperet aĩam illius. ℟. Ne derelin. L. ij. 4. ca.

Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona: ⁊ incõstantia concupiscentię transuertit sensũ sine malitia. Consummatus in breui expleuit tẽpora multa. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illũ de medio iniquitatũ. Populi autem videntes, ⁊ non intelligentes, nec ponentes in pręcordijs talia. Quõ gratia dei, ⁊ misericordia in sanctos eius, ⁊ respectus super electos

ctos illi⁹. ℟. Magna.288. L.iij.

Ondemnat aūt iust⁹ mortuus viuos impios. ⁊ iuuētus celerius cōsummata lōgam vitam iniusti. Uidebunt eniʒ finem sapientis, ⁊ non intelligēt, quid cogitauerit de illo Deus, ⁊ quare munierit illum dn̄s: videbunt enim, ⁊ contemnent eum: illos autē dn̄s irridebit. Et erūt post hęc decidētes sine honore, ⁊ in contumelia inter mortuos in perpetuum. ℟. Quę sunt.288.

FERIA TERTIA.

De libro Sapientię. Lectio j.

ca.6. Melior est sapiētia, quam vires: ⁊ vir prudens, quam fortis. Audite ergo reges, ⁊ intelligite: discite iudices finium terrę. Prębete aures vos, qui continetis multitudines, ⁊ placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est a domino potestas vobis, ⁊ virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, ⁊ cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitię: neque secundū voluntatē Dei ambulastis. ℟. Prębe fili.288. L.ij.

Horrēde, ⁊ cito apparebit vobis: qm̄ iudicium durissimū in ijs, qui pręsunt, fiet. Exiguo enim cōcedetur misericordia. Potentes autē potēter tormenta patientur. Nō enim subtrahet personam cuiusquaʒ Deus, q est omniū dn̄ator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: qm̄ pusillum, ⁊ magnuʒ ipse fecit, ⁊ ęqualiter cura est illi de oībus. Fortiorib⁹ aūt fortior instat cruciatio. ℟. Initium.287. L.iij.

Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei: vt discatis sapientiā, ⁊ non excidatis. Qui enim custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur: ⁊ qui didicerint iusta, inuenient quid respōdeant. Cōcupiscite ergo sermones meos: diligite illos, ⁊ habebitis disciplinā. Clara est, ⁊ quę nunquā marcescit, sapiētia: ⁊ facile videtur ab ijs, qui diligunt eam: ⁊ inuenitur ab ijs, qui quęrunt illam. ℟. Verbum.288.

FERIA QVARTA.

De libro Sapientię. Lectio j.

Um quideʒ ⁊ ego mortalis homo, similis omnibus ⁊ ex genere terreno illius, q primus factus est: ⁊ in ventre matris figuratus sum caro, decem mensiū tempore coagulatus suʒ in sanguine, ex semine hominis ⁊ delectamēto somni conuenienté. Et ego natus accepi commu nem aerem: ⁊ in similiter factaʒ decidi terram, ⁊ primam voceʒ similem oībus emisi: plorans in inuolumentis nutritus suʒ, ⁊ curis magnis: Nemo eni ex regib⁹ aliud habuit natiuitatis initiū. 7. ca.

℟. Dn̄e pater.288. L.ij.

Vnus ergo introit⁹ est omnibus

nibus ad vitam: & similis exitus. Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus, & inuocaui & venit in me spiritus sapientie: & prepo sui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius: nec comparaui illi lapidem preciosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. ℟. Magna. 288. L. iij.

Super salutem, & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi oia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius: & letatus sum in oibus: qm antecedebat me ista sapientia, & ignorabam, qm bonorum omnium mater est. ℟. Que sunt. 288.

FERIA QVINTA.

De libro Sapientie. Lectio i.

ca. 9. Quis hominum poterit scire consilium Dei? aut qs poterit cogitare, qd velit deus? cogitationes enim mortalium timide, & incerte prouidentie nostre. Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et difficile estimamus, que in terra sunt: & que in prospectu sunt, inuenimus cum labore: que autem in celis sunt, quis inuestigabit?

℟. In principio. 287. Lectio ij.

Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam: & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis, & si correcte sint semite eorum, qui sunt in terris: & que tibi placent, didicerint homines? Nam per sapientiam sanati sunt, quicunque placuerunt tibi dne a principio. Hec il- 10. ca.
lum, qui primus formatus est a Deo, pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum a delicto suo: eduxit illum de limo terre, dedit illi virtutem continendi, omnia. ℟. Gyrum celi circuiui. 287. L. iij.

Ab hac vt recessit iniustus in ira sua, per iram homicidii fraternitatis deperijt. Propter quod cum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. Hec & in consensu superbie, cum se nationes extulissent, sciuit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & i filijs misericordiarum fortem custodiuit. Hec iustum a pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolim, quib' i testimoniu nequitie fumigabunda constat deserta terra. ℟. Emitte dne. 287.

FERIA SEXTA.

De libro Sapientie. Lectio prima.

Vani autem sunt omnes ho- 13. c.
mines, in quibus non subest scientia Dei: & de ijs, que vi-
dentur

dentur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est: neqꝫ operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex: sed aut ignem, aut spūm, aut citatum aerem, aut gyrū stellarum, aut nimiā aquā, aut solem, ⁊ lunā rectores orbis terrarū Deos putauerūt. Quorum si specie delectati, Deos putauerunt, sciant, quāto his dn̄ator eorum speciosior est: speciei enim generator hec omnia cōstituit. ℟. Da mihi dn̄e. 287. Lec.

At si virtutē, ⁊ opera eorū mirati sunt, intelligant ab illis, qm̄ qui hec fecit, fortior est illis: a magnitudine enim speciei, ⁊ creature cognoscibiliter poterit creator horum videri. Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum querentes, ⁊ volentes inuenire. Etenim cū in operibus illius conuersentur, inquirunt, ⁊ persuasum habent, quoniam bona sunt, que videntur. ℟. Initium. 287. Lectio tertia.

Iterum autem nec his debet ignosci, si enim tm̄ potuerunt scire, vt possent estimare seculum: quō huius dn̄m non facilius inuenerunt? Infelices autem sunt, ⁊ inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum, ⁊ argentum, artis inuentionem, ⁊ similitudines animalium, aut lapidem inutilem, opus manꝰ antique. ℟. Verbum. 288.

SABBATHO.

De libro Sapientie. Lectio j. 15. ca.

Tu autem Deus noster, suauis, ⁊ verus es, patiens, ⁊ in misericordia disponens omnia. Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: ⁊ si nō peccauerimus, scimus quoniā apud te sumus cōputati. Nosse enim te, cōsummata iustitia est: ⁊ scire iustitiam, ⁊ virtutem tuam, radix est immortalitatis. ℟. Dn̄e pr. 288. Lec. ij.

Non enim in errorem induxit nos hominū male artis excogitatio, nec vmbra picture labor sine fructu, ⁊ effigies sculpta p varios colores, cuius aspectus insensato dat ɔcupiscentiā: ⁊ diligit mortue imaginis effigiē sine aīa. Malorum amatores digni sunt morte, qui spem habēt in talibus, ⁊ qui faciunt illos, ⁊ qui diligunt, ⁊ qui colunt. ℟. Magna. 288. Lectio tertia.

Sed ⁊ figulus mollem terram premēs laboriose fingit ad vsus nostros vnumquodque vas, ⁊ de eodem luto fingit que munda sunt in vsum vasa, ⁊ similiter que his sunt contraria: horum autem vasorum quis sit vsus, iudex est figulus: Et cum labore vano deū fingit d eodē luto ille, q paulo ante d terra factꝰ fuerat, ⁊ post pusillū reducit se vnde acceptꝰ est. ℟. Que sūt. 288.

Sabba-

Sabbatho ante dñicã iiij. Aug. Ad M. Añ. Sapiẽtia clamitat in plateis: siqs diligit sapiẽtiã, ad me dclinet, ⁊ eã inueniet: ⁊ cũ inuenerit, btũs erit, si tenuerit eã.

DOMINICA IIII. Augusti.

Incipit Liber Ecclesiastici. L. j.



Omnis sapiẽtia a dño deo est, ⁊ cũ illo fuit semper, ⁊ est ante æuum. Arenaʒ maris, ⁊ pluuiç guttas, ⁊ dies sçculi qs dinumerauit? Altitudinẽ cçli, ⁊ latitudinẽ terrç, ⁊ profundum abyssi quis dimensus est? Sapientiã dei prçcedentem oia, qs inuestigauit? Prior oiuʒ creata est sapientia, ⁊ intellectus prudentiç ab æuo. Fons sapientiç verbum Dei in excelsis, ⁊ ingressus illius mandata çterna. R. In princ. 287. L. ij.

Radix sapientiç cui reuelata est, ⁊ astutias illiuʒ quis agnouit? Disciplina sapientiç cui reuelata est, ⁊ manifestata? ⁊ multiplicationẽ ingressus illius qs intellexit? Un⁹ est altissimus creator oium, ops, ⁊ rex potens, ⁊ metuendus nimis, sedens sup thronũ illius, ⁊ dñans de⁹. Ipse creauit illam in spiritu sctõ, ⁊ vidit, ⁊ dinumerauit, ⁊ mẽsus est, ⁊ effudit illaʒ sup oia opera sua, ⁊ super oẽm carnem ƀm datum suum, ⁊ prçbuit illam diligentibus se. R. Verum. 287. L. iij.

Timor dñi gloria, ⁊ gloriatio, ⁊ lçtitia, ⁊ corona exultationis. Timor dñi delectabit cor, ⁊ dabit lçtitiã, ⁊ gaudium in lõgitudinem dierũ. Timẽti dñʒ bene erit in extremis: ⁊ in die defunctionis suç benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sapiẽtia. Quibus autẽ apparuerit in visu, diligunt eaʒ in visione, ⁊ in agnitione magnalium suorum. Initiuʒ sapiẽtiç timor domini, ⁊ cum fidelibus in vulua concreatus est. R. Emitte. 287.

Ex libro Moralium sancti Gregorij Papç. Lectio quarta.

Sunt nõnulli; qui vitã suaʒ negligunt, ⁊ dũʒ transitoria appetunt, dũ çterna vel non intelligunt, vel intellecta ɔtemnunt, nec dolorẽ sentiunt, nec habere ɔsiliuʒ sciunt: cũqʒ supna, quç amiserunt, non ɔsiderant, esse se, heu miseri, in bonis felices putant. Nequaquã enim ad veritatis lucẽ cui ɔditi fuerant mẽtis oculos erigunt: nequaquaʒ ad contemplationeʒ patriç çternç, desiderij aciem tendunt, sed semetipsos in ijs, ad quç proiecti sunt, deserentes, vice patriç diligunt exilium, quod patiuntur: ⁊ in cçcitate, quaʒ tolerant, quasi in claritate luminis exultant. R. Da mihi. 287. Lctõ v.

Hç contra electorum mentes, dum transitoria cuncta

cta nulla esse cõspiciunt, ad quę sint cõditę, exquirunt: cumque eorum satisfactioni, nihil extra Deum sufficit, ipsa inquisitionis excitatione fatigata, illorum cogitatio in cõditoris sui spe, & cõtemplatione requiescit, supernis interseri ciuibus appetit, vnusquisque eorum adhuc in mũdo corpore positus, mente tamẽ extra mundum surgit: erumnã exilij, quam tolerat, deplorat, & ad sublimem patriam incessantibus se amoris stimulis excitat. Cum ergo dolens videt, quam sit ęternum qđ perdidit, inuenit salubre consiliũ, temporale hoc despicere quod percurrit; & quo magis crescit ꝯsilij sciẽtia, vt peritura deserat, eo augetur dolor, qđ nec dum ad mansura pertingat. ℟. Initium. 287. Lectio vj.

Notuendum quoque est, q̄ nullꝰ dolor mẽtis sit i actione precipitationis. Qui enim sine consilijs viuunt, qui se ipsos rerum euentibus precipites deserunt, nullo interim cogitationũ dolore fatigãtur. Nã q̄ solerter i vitę ꝯsilio figit mẽtẽ caute sese in oi actione circũspiciẽdo ꝯsiderat: & ne ex re, q̄ agitur, repẽtinus finis, aduersusque surrepat, hũc priꝰ molliter posito pede cogitationis palpat: pẽsat, ne ab ijs, q̄ agẽda sunt, ꝓpediat formido; ne in ijs, quę differenda sunt precipitatio impellat: ne praua per concupiscentiã aperto bello superent: ne recta per inanem gloriam insidiando supplantẽt. ℟. Verbũ iniquũ. 288. Homilia. folio. 352.

FERIA SECVNDA.

De libro Ecclesiastici, Lectio j. I. ca.

Corona sapientię timor domini, replens pacem, & salutis fructum: & vidit, & dinumerauit eam; vtraque autem sunt dona Dei. Scientiam & intellectum prudentię, sapientia compartietur, & gloriam tenentium se exaltat. Radix sapiẽntię est, timere dñm: rami enim illius lõgęui. In thesauris sapiẽtię intellectus, & sciẽtię religiositas: execratio autẽ peccatoribus sapientia. ℟. Ne derelin. 288. Lctiõ ij.

Timor domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari: iracũdia enim animositatis illius, subuersio illius est. Vsque in tẽpus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Bonus sensus vsque in tempus abscõdet verba illius; & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientię significatio disciplinę: execratio autem peccatori cultura Dei. Fili concupiscẽs sapientiam conserua iustitiam: & Deus prebebit illam tibi. ℟. Magna enim. 288. Lectio iij.

Sapiẽtia enim, & disciplina timor domini: & qđ beneplaci-

placitum est illi fides ꝛ mansuetudo, ꝛ adimplebit thesauros illius. Ne sis incredibilis timori domini: ꝛ ne accesseris ad illuz duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominū, ꝛ nō scandalizeris in labijs tuis. Attende in illis, ne forte cadas, ꝛ adducas animę tuę ihonorationē: ꝛ reuelet deus absconsa tua, ꝛ in medio synagogę elidat te: quoniaz accessisti maligne ad dominum, ꝛ cor tuum plenū est dolo ꝛ fallacia. ℞. Que sunt. 288.

FERIA TERTIA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

Fili accedens ad seruitutez dei, sta in iustitia, ꝛ in timore, ꝛ prępara aiam tuam ad tētationē. Deprime cor tuuz, ꝛ sustine, iclina aurē tuā, ꝛ suscipe verba intellectus: ꝛ ne festines i tpe obductionis. Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, ꝛ sustine vt crescat i nouissimo vita tua. ℞. Prębe fili. 288. Le. ij.

Omne, qđ tibi applicitum fuerit, accipe: ꝛ in dolore sustine: ꝛ i humilitate tua patiētiā habe: qm̄ in igne probaᵗ aurū ꝛ argētū: homines vero receptibiles i camino humiliatiōis. Crede Deo, ꝛ recuperabit te, ꝛ dirige viā tuā, ꝛ spera in illū: serua timorē illius, ꝛ in illo veterasce. ℞. Initium. 287. Lectio iij.

Metuentes dominum sustinete misericordiam eius, ꝛ non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dominum, credite illi, ꝛ non euacuabitur merces vestra. Qui timetis dominū, sperate in illum: ꝛ in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui timetis dominum diligite illum: ꝛ illuminabuntur corda vestra. ℞. Verbum. 288.

FERIA QVARTA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

Filij sapientię, ecclesia iustorum, ꝛ natio illoruz, obedientia, ꝛ dilectio. Judicium patris audite filij, ꝛ sic facite, vt salui sitis. Deus enim honorauit patrem in filijs: ꝛ iudicium matris exquirēs firmauit in filios. Qui diligit Deuz, exorabit pro peccatis, ꝛ ꝯtinebit se ab illis: ꝛ in oratione dierum exaudietur. ℞. Dñe pater. 288. Lectio ij. 3. ca.

Et sicut qui thesaurizat, ita ꝛ qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrē suum, iucundabitur in filijs, ꝛ in die orationis suę exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita viuet lōgiore: ꝛ qui obedit patri, refrigerabit matrez. Qui timet dñm, honorat parentes, ꝛ quasi dominis seruiet ijs qui se genuerunt. ℞. Magna. 288. Lctō iij.

In ope, ꝛ sermone, ꝛ omni patientia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio a Deo, ꝛ benedicio illius in nouissimo maneat. Benedictio

ctio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundaměta. Ne glorieris in contumelia patris tui: nō enim est tibi gloria, sed cōfusio: gloria enim hominis ex honore patris sui, ⁊ dedecus filij pater sine honore. ℟. Que sunt. 288.

FERIA QVINTA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

ca. 3. Altiora te ne quęsieris, ⁊ fortiora te ne scrutatus fueris: sed quę pręcepit tibi Deus, illa cogita semper: ⁊ in pluribꝰ operibus eius ne fueris curiosus: non est enim tibi necessariū, ea, quę abscondita sunt, videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter: ⁊ in pluribꝰ operibus eius non eris curiosus: plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorū, ⁊ in vanitate detinuit sensus illorum. ℟. In principio. 287. Lectio secunda.

Cor durum habebit male in nouissimo: ⁊ qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, ⁊ prauus corde in illis scandalizabitur. Cor nequā grauabitur in doloribus, ⁊ peccator adijciet ad peccandū. Synagogę superborum non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, ⁊ non intelligetur. ℟. Styrum celi. 287. Lec. iij.

Cor sapiētis intelligitur in sapientia, ⁊ auris bona audiet cū omni concupiscentia sapientiā. Sapiens cor ⁊ intelligibile abstinebit se a peccatis, ⁊ in operibus iustitię successus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua, ⁊ eleemosyna resistit peccatis: ⁊ Deus prospector est eius, qui reddit gratiam. Meminit in posterū, ⁊ in tempore casus sui inueniet firmamentū. ℟. Emitte domine sapien. 287.

FERIA SEXTA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

Fili eleemosynā pauperis ne d̄fraudes, ⁊ oculos tuos ne trāsuertas a paupere. Animam esurientem ne despexeris, ⁊ non exasperes pauperē i inopia sua. 4. ca.
Cor inopis ne afflixeris, ⁊ non protrahas datū angustianti. Rogationē cōtribulati ne abijcias: ⁊ nō auertas faciē tuam ab egeno. ℟. Da mihi. 287. Lectio ij.

Ab inope ne auertas oculos tuos propter irā: ⁊ non relinquas q̄rētibus tibi retro maledicere. Maledicētis enim tibi in amaritudine animę exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autē eum, qui fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito, ⁊ presbytero humilia aiam tuā, ⁊ magnato humilia caput tuum. ℟. Initium. 287. Le. iij.

Declina pauperi sine tristitia aurē tuā, ⁊ redde debitum

tum tuū, ⁊ respōde illi pacifice: in māsuetudine libera eū, q in iuriaꝫ patiť de manu superbi: ⁊ non acide feras in aīa tua. In iu dicādo esto pupillis misericors, vt pater, ⁊ pro viro matri illoꝝ: ⁊ eris tu velut fili⁹ altissimi obe diens, ⁊ miserebitur tui magis, quā mater. ℟. Verbum. 288.

SABBATHO.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

ca. 4. Fili conserua tempus, ⁊ de uita a malo. Pro aīa tua ne confundaris dicere verū: est enim confusio adducens peccatum, ⁊ est confusio adducēs gloriam, ⁊ gratiam. Ne accipias faciem aduersus faciem tuaꝫ: nec aduersus animam tuaꝫ mendacium. Ne reuerearis proximuꝫ tuū in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis, non abscondas sapientiam tuā in decore suo. ℟. Dñe pater. 288. L. ij.

In lingua enim sapiētia dignoscit, ⁊ sensus, ⁊ scientia ⁊ doctrina in verbo sensati, ⁊ firmamentuꝫ in operibus iustitię. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, ⁊ de mēdacio ineruditionis tuę cōfundere. Non cōfundaris cōfiteri peccata tua, ⁊ ne subijcias te oi homini pro pctō. Noli resistere contra faciē potētis, nec coneris ɔtra ictū fulminis. ℟. Magna. 288. Lec. iij.

Pro iustitia agonizare pro anima tua, ⁊ vsqꝫ ad mortem certa pro iustitia: ⁊ deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua, ⁊ inutilis, ⁊ remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, ⁊ opprimēs subiectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, ⁊ ad danduꝫ collecta. ℟. Quę sunt in corde. 288.

Dñ augustus ⁊ sequētes mēses habēt tm̄ q̄tuor: Dñicas, Dñica v. omittitur cū añ. ⁊ tota hebdo. ⁊ ponit Dñica j. sequētis mēsis. Sabb. ante Dñicam v. Augu. nisi fuerit alia propinquior kal. Septē. qa tūc ista cū sua hebdo. omittit, ⁊ ponit Añ. pro j. dñica Septē. vt infra. 300. Ad Mag. Añ. Obserua fili pręcepta pr̄is tui, ⁊ ne dimittas legem matris tuę, sed liga eā semper in corde tuo.

DOMINICA V.

Augusti.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.



5. ca. Noli attendere ad possessiones iniquas: ⁊ nē dixeris, est mihi sufficiens vita: Nihil eniꝫ ꝓderit ī tpe vindictę, ⁊ obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscētiā cordis tui: ⁊ ne dixeris, Quomodo potui? aut qs me subijciet ꝓpter facta mea? De⁹ enī vindicans vindicabit. Ne dixeris, Peccaui, ⁊ qd mihi accidit

triste. Altissim⁹ enim est patiēs redditor. De propitiato pecca/to noli esse sine metu, neq3 adij/cias peccatum super peccatum. ℟ In principio. 287. Lectio ij.

Ne nō dicas: Miseratio do/mini magna est: multitudi nis peccatorū meoꝝ miserebit. Misericordia enim, ⁊ ira ab illo cito proximant, ⁊ in peccatores respicit ira illius. Nō tardes cō uerti ad dñm, ⁊ ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, ⁊ in tempore vindictę disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis: non enim pro/derunt tibi in die obductionis ⁊ vindictę. Non ventiles te in omnem ventū, ⁊ non eas in om/nem viam: sic enim omnis pec/cator probat in duplici lingua. ℟ Gyrum celi. 287. Lectio iij.

Esto firmus in via dñi ⁊ in veritate sensus tui, ⁊ scien/tia: ⁊ prosequatur te verbū pa/cis, ⁊ iustitię. Esto māsuetus ad audiendum verbū Dei, vt intel ligas, ⁊ cum sapientia proferas responsu3 verum. Si est tibi in/tellectus responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuū, ne capiaris in verbo indisci plinato, ⁊ cōfundaris. Honor ⁊ gloria i sermone sensati: lingua vero imprudentis subuersio est ipsius. Nō appelleris susurro in vita tua: ⁊ lingua tua, ne capia/ris, ⁊ ɔfundaris. ℟ Emitte. 187.

Sermo S. Iohā. Chryso. Lectio iiij.

Ne moreris ɔuerti ad dñm, ⁊ ne differas de die in die3: nescis qd paritura sit superuen/tura dies. Periculū enim ⁊ me/tus est in differendo: salus vero certa ac secura, si nulla sit dila/tio. Virtutē igitur cole: sic eni3, licet iuuenis moriare, secure di/scesseris: qd si ad senectutē per/ueneris, cu3 multa abundantia salutē habiturus es, duplicēque festiuitatem, nempe abstinens a vitę malitia, ⁊ virtutem colens: Ne dicas: erit aliquando tēpus quādo conuerti licebit: verba enim hęc Deū valde exasperāt. ℟ Da mihi. 287. Lectio quīta.

Cur nam, cu3 ipse tibi ęter/na secula ꝓmisit, tu in pręsenti vita laborare non vis, quę parua, ⁊ momentanea est, sed sic marcid⁹, ac dissolut⁹ agis, quasi hac breuiorem aliam quanda3 inquiras? Nonne illę quotidia/nę comessationes, nonne illę mē sę, nonne scorta illa, nonne thea/tra illa, nōne diuitię illę id testā/tur, inexplebilem malitię concu piscentiā? Cogita bene, ꝙ quo/ties scortatus es, toties condem nasti te ipsum: peccatum enim ita se habet, vt mox atq3 patra/tum fuerit, sententiam ferat iu/dex? ℟ Initium. 286. Lec. vi.

Inebriatus es? ventri in/dulsisti? rapuisti? siste iam gradū: verte te in diuersu3, con/fitere

fitere Deo gratias, quod non in medijs peccatis te abstulit: ne quęre aliud priuilegiū, vt male opereris. Multi, cū iam alijs damnum fraudulenter facerent, subito perierūt, et ad manifestum iudiciū abierunt: time, ne et tu hoc patiare inexcusabilis. Sed multis, inquis, dedit deus priuilegium, vt in vltima senecta confiterentur. Quid igitur? nunquid et tibi dabit? Fortasse dabit, inquis. Cur dicis fortasse? Contigit aliquoties? Cogita quod de anima deliberas: proinde etiam de cōtrario cogita, et dic: Quid autem, si non det? Quid autem, si det, inquis? Dat quidem ipse, veruntamen hoc illo certius, et vtilius. ℟. Verbum. 288.

FERIA SECVNDA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

ca. 7. Noli facere mala, et non te apprehendent: discede ab iniquo, et deficient mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis iniustitię, et nō metes ea in septuplū. Noli qrere ab homine ducatū, neque a rege cathedram honoris. Nō te iustifices ante deū: qm̄ agnitor cordis ipse est: et penes regē noli velle videri sapiēs. ℟. Ne derelin. 288. Lectio ij.

Noli quęrere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciē potentis, et ponas scandalum in agilitate tua. Non pecces in multitudine ciuitatis: nec te immittas in populū: neque alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. Noli esse pusillanimis in aīo tuo. Exorare, et facere eleemosinā ne despicias. ℟. Magna. 288. Lectō. iij.

Ne dicas: i multitudine munerum meorum respiciet Deus, et offerēte me Deo altissimo munera mea suscipiet. Non irrideas hominem in amaritudine animę: est enim, q humiliat, et exaltat, circūspector Deus. Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. Noli velle mētiri oē mendaciū: assiduitas enim illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum: et non iteres verbū in oratione tua. ℟. Quę sunt. 288.

FERIA TERTIA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

Iudex sapiēs iudicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit: sm̄ iudicem populi, sic et ministri eius: et qualis rector est ciuitatis, tales et inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, et ciuitates inhabitabuntur per sensus prudētium. In manu Dei potestas terrę: et execrabilis ois iniquitas gentium, et vtilē rectorē suscitabit in tempus super illam. In manu Dei potestas hominis, et super faciem scribę imponet honorem ca. 10.

norez suũ. ℟. Prebe. 288. L. ii.

Omnis iniurię proximi ne memineris: ⁊ nihil agas i operibus iniurię. Odibilis corã Deo est, ⁊ hominib⁹ superbia. ⁊ execrabilis oĩs iniquitas gẽtiũ. Regnũ a gente in gentem transfertur propter iniustitias, ⁊ iniurias, ⁊ contumelias, ⁊ diuersos dolos. Auaro autez nihil est scelestius. Quid superbis terra, ⁊ cinis? Nihil est iniquius, quam amare pecunias: hic enim ⁊ animam suam venalem habet, quĩ in vita sua proiecit intima sua. ℟. Initium. 287. Lectio tertia.

Omnis potẽtatus vita breuis. Languor plixior grauat medicum. Breuem languorem pręcidit medicus: sic ⁊ rex hodie est, ⁊ cras moritur. Cum enim morietur homo, hereditabit serpentes, ⁊ bestias, ⁊ vermes. Initiuz superbię hominis, apostatare a Deo, quoniam ab eo qui fecit illũ, recessit cor eius: quoniam initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, ⁊ subuertet eum in finẽ. Propterea exhonorauit oẽs conuentus malorum, ⁊ destruxit eos vsque in finem. ℟. Uerbum ini. 288.

FERIA QVARTA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

c. 13. Qui tetigerit picez, inquinabitur ab ea: ⁊ qui communicauerit superbo, induet superbiam. Pondus super se tollet, qui honestiori se cõmunicat. Et ditiori te ne socius fueris. Quid cõmunicabit cacabus ad ollã? qũ enim se colliserint, confringentur. Diues iniuste egit, ⁊ fremet: pauper autẽ lęsus tacebit. Si largit⁹ fueris assumet te: ⁊ si nõ habueris, derelinquet te: si habes, cõuiuet tecũ, ⁊ euacuabit te, ⁊ ipse non dolebit sup te. ℟. Domine pater. 288. Lcõ ij.

Humiliare Deo, ⁊ expecta manus eius. Attende ne seductus in stultitiam humilieris. Noli esse humilis in sapiẽtia tua: ne humiliatus in stultitiã seducaris. Aduocatus a potẽtiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus sis, ne impingaris: ⁊ ne longe sis ab eo, ne eas in obliuionẽ. Ne retineas ex ęquo loqui cuz illo: nec credas multis verbis illius: ex multa enim loquela tentabit te, ⁊ subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius ꝯseruabit verba tua, ⁊ nõ parcet de malitia, ⁊ de vinculis. ℟. Magna. 288. Lcõ iij.

Caue tibi, ⁊ attende diligẽter auditui tuo: quoniam cum subuersione tua ambulas. Audiens vero verba illa quasi i somnis vide, ⁊ vigilabis. Omni vita tua dilige Deũ: ⁊ inuoca illũ in salute tua. Omne animal diligit simile sibi: ⁊ sic omnis homo

mo pximum sibi: Omnis caro ad similē sibi cōiungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Si cōmunicabit lupus agno aliquando: sic peccator iusto. Que cōmunicatio sancto homini ad canē? aut que pars bona diuiti ad pauperē? ℞. Que sunt. 288.

FERIA QVINTA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

ca. 14. BEatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & nō est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit a spe sua. Uiro cupido, & tenaci, sine ratione est substātia: & homini liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex aīo suo iniuste, alijs congregat, & in bonis illi⁹ alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis? ℞. In principio. 287. Lectio ij.

QUi sibi inuidet, nihil est illo nequius: & hec redditio est malitie illius: & si bene fecerit, ignoranter, & non volens facit, & ī nouissimo manifestāt malitiam suam. Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non satiabitur, donec consumat arefaciens animā suam. Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit sup mēsam suam. ℞. Sursum celi. 287. Lectio iij.

FIli, si habes, benefac tecū, & Deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniā mors non tardat, & testamentū inferorum, quia demonstratum est tibi: Testamentum enim huius mundi morte morief. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis a die bono, & particula bone diei non te pretereat. Nonne alijs relinques dolores, & labores tuos? In diuisione sortis da & accipe, & iustifica animā tuam. Ante obitum tuum operare iustitiā, quoniam non est apud inferos inuenire cibū. ℞. Emitte. 287.

FERIA SEXTA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

FIli peccasti? non adijcias iterum: sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur. 21. ca. Quasi a facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominū. Quasi rhomphea bis acuta omnis iniquitas, plage illius nō est sanitas. Obiurgatio, & iniurie annullabunt substantiam, & domus que nimis locuples est, annullabitur superbia: sic substātia superbi eradicabitur. ℞. Da mihi. 287. Lectio scdā.

DEprecatio pauperis ex ore vsq ad aures peruenie,

niet, ꝛ iudicium festinato adueniet illi. Qui odit correptiones, vestigium est peccatoris: ꝛ qui timet Deū, conuertetur ad cor suū. Notus a longe potens lingua audaci: ꝛ sensatus scit labi se ab ipso. Qui edificat domum suam impendijs alienis, quasi q colligit lapides suos in hyeme. Stupa collecta synagoga peccātiū, ꝛ consummatio illorū flāma ignis. ℟. Initium. 287. Lectio iij.

Via peccātium complanata lapidibꝰ, ꝛ in fine illorū inferi ꝛ tenebre, ꝛ pene. Qui custodit iustitiā, cōtinebit sensum eiꝰ. Consummatio timoris Dei sapientia, ꝛ sensus. Non erudietur, qui non est sapiens in bono. Est autem insipientia, que abundat in malo, ꝛ non est sensus, vbi est amaritudo. Scientia sapientis tanquā inundatio abundabit, ꝛ consilium illius sicut fons vite permanet. ℟. Verbum. 288.

S A B B A T H O.

De libro Ecclesiastici. Lectio i.

ca. 32. Rectorē te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorū habe, ꝛ sic considera, ꝛ omni cura tua explicita recumbe: vt leteris propter illos, ꝛ ornamentū gratie accipias coronā, ꝛ dignationē consequaris corrogationis. Loquere maior natu: decet enim te, primum verbum diligenti scientiam: ꝛ nō impedias musicā. ℟. Domine pater. Lectio ij.

Vbi auditus non est, nō effundas sermonē, ꝛ importune noli extolli in sapiētia tua. Gemmula carbunculi in ornamento auri, ꝛ comparatio musicorū in conuiuio vini. Sicut in fabricatione auri signū est smaragdi, sic numerus musicorum in iucūdo ꝛ moderato vino. Audi tacens, ꝛ pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adolescēs loquere in tua causa, vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. ℟. Magna. Lectio iij.

In multis esto quasi insciꝰ ꝛ audi tacens simul ꝛ querens. In medio magnatorum loqui non presumas, ꝛ vbi sunt senes, non multum loquaris. Ante grandinem preibit coruscatio: ꝛ ante verecundiam preibit gratia, ꝛ pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Et hora surgendi non te trices: precurre autem prior in domū tuam, ꝛ illic auocare, ꝛ illic lude, ꝛ age cōceptiones tuas, ꝛ non in delictis, ꝛ verbo superbo. Et super his omnibus benedicito dominū, qui fecit te, inebriantē te in omnibus bonis suis. ℟. Que sunt. 288.

Sabba. primo kalen. Septēb. Ad Magnificat. Antiphona.

Cum audisset Job nunciorum verba, sustinuit patienter, ꝛ ait: Si bona suscepimꝰ de manu domini,

mini, mala autẽ quare non susti-
neamus? In oibus his non pec
cauit Iob labijs suis, neqꝫ stultũ
aliquid contra Deũ locutus est.

DOMINICA PRIMA Septembris.

Incipit liber Iob. Lectio i.



Vir erat in terra Hus noie Iob: ꝛ erat vir ille simplex, ꝛ rectus, ac timens Deum, ꝛ recedens a malo: natiqꝫ sunt ei septem filij, ꝛ tres filię: ꝛ fuit possessio eius: septem millia ouiũ, ꝛ tria millia camelorũ, quingenta quoqꝫ iuga boũ ꝛ quingẽtę asinę, ac familia multa nimis: eratqꝫ vir ille magnus inter oēs orientales. ℟. Si bona suscepim⁹ de manu Dei, mala autẽ quare non sustineam⁹? Dñs dedit, dñs abstulit: sicut dño placuit, ita factum est: sit nomen dñi benedictũ. ℣. Nudus egressus sũ de vtero mr̃is meę, ꝛ nud⁹ reuertar illuc. Dñs. L. ij.

Et ibant filij ei⁹, ꝛ faciebãt conuiuia per domos, vnusquisqꝫ in die suo: ꝛ mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent, ꝛ biberent cum eis. Cumqꝫ in orbẽ transissent dies cõuiuij, mittebat ad eos Iob, ꝛ santificabat illos: cõsurgensqꝫ diluculo, offerebat holocausta p singulos, dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, ꝛ benedixerint Deo in cordib⁹ suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. ℟. Anteq̃ comedam, suspiro, ꝛ tanquam inundantis aquę sic rugitus meus: quia timor, quez timebã, euenit mihi, ꝛ quod verebar accidit: nonne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui? Et venit super me indignatio? ℣. Ecce non est auxilium mihi in me, ꝛ necessarij quoqꝫ mei recesserunt a me. Et ve. Lectio iij.

Quadam autem die, cũ venissent filij dei, vt assisterent coram dño, affuit inter eos etiã Satan, cui dixit dñs: Unde venis? Qui respondens ait: Circuiui terrã, ꝛ perambulaui eaꝫ. Dixitqꝫ dñs ad eum. Nunquid cõsiderasti seruum meum Iob, ꝙ non sit ei similis in terra? homo simplex ꝛ rectus, ac timens Deũ, ꝛ recedens a malo? Cui respondens ait Satan: Nunquid frustra Iob timet Deũ? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamqꝫ substãtiam eius, p circuitum? ℟. Quare detraxistis sermonibus veritatis: ad increpandũ verba componitis: ꝛ subuertere nitimini amicuꝫ vestrum? Veruntñ, quę cogitastis, explete. ℣. Quod iustum est, iudicate: ꝛ nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem. Verũtamen.

Ex libro Moralium sancti Gregorij Papę. Lectio iiij.

Scriptura sacra mẽtis ocu

lis quasi quoddam speculuz opponit, vt iterna nostra facies in ipsa videat. Ibi etenim feda, ibi pulchra nostra cognoscim⁹: ibi sentimus quantum proficimus: ibi a profectu quamlonge distamus. Narrat autez gesta sanctorum, & ad imitationē corda prouocat infirmoꝝ: dumqꝫ illoruz victricia acta cōmemorat, cōtra vitiorū prelia debilia nostra confirmat, fitqꝫ verbis illius, vt eo mēs minus inter certamina trepidet, quo ante se positos tot virorum fortium triūphos videt. ℟. Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris cutis mea aruit, & contracta est. Memēto mei dñe, qm̄ vētus est vita mea. ℣. Dies mei velocius trāsierunt, quam a texente tela succiditur: & consumpti sunt absqꝫ vlla spe. Mement[illegible] Lectio v.

Nonnunqꝫ vero non solum nobis eoruz virtutes asserit, sed etiā casus innotescit: vt & in victoria fortium quod imitādo arripere, & rursus videamus in lapsibus, qd̄ debeamus timere. Ecce enim Job describit tētatione auctus, sed Dauid tētatione postratus: vt maioruz virtus spem nostraz foueat, & maiorum casus ad cautelam nos humilitatis accingat: quatenus dū illa gaudentes subleuāt, ista me tuentes premant: & audientis animus illinc spei fiducia, hinc humilitate timoris erudit⁹, nec temeritate superbiat, qa formidine p̄mit, nec p̄ssus timore desperet, qa ad spei fiduciaz virtutis exēplo roborat. ℟. Paucitas dierū meorū finietur breui: dimitte me dñe, vt plangaz paululuz dolorē meū. Anteqꝫ vadā ad terrā tenebrosam, & opertā mortis caligine. ℣. Manus tuę dñe fecerunt me, & plasmauerūt me totū in circuitu: & sic repēte precipitas me? Antequam. Lc. vi.

Vir erat in terra Hus, noie Job. Idcirco, sanctus vir vbi habitauerit, dicitur: vt eius meritū virtutis exprimat. Hus, namqꝫ quis nesciat, qꝫ sit terra gentiliū? Gentilitas aūt eo obligata vitijs extitit, quo cognitionem sui conditoris ignorauit. Dicatur itaqꝫ vbi habitauerit, vt hoc eius laudibus pficiat: qꝫ bonus inter malos fuit. Neqꝫ enim valde laudabile est, bonū esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauioris culpę est, inter bonos bonuz non esse: ita immēsi est preconij, bonum & inter malos extitisse. ℟. Non abscondas me dñe a facie tua: manum tuaz longe fac a me. Et fortitudo tua non me terreat. ℣. Corripe me dñe i misericordia: nō in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Et. vij. ℟. Quis mihi tribuat, vt in inferno ꝓtegas me, & abscondas me,

me, donec pertrãseat furor tuus dñe, nisi tu, qui solus es Deus? Et constituas mihi tempus in quo recorderis mei? ℣. Nunquid sicut dies hominis dies tui, vt quęras iniquitatem meam: cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere? Et constituas.

viij. ℟. Duo Seraphim. 260. vt in iij. Dñica post Pentecost. Infra hebd. Fer. iiij. ꝛ Sabba. dicitur secundũ ꝛ tertium ℟. einß sequentis secundę ferię, vt infra.

FERIA SECVNDA.

De libro Job. Lectio prima.

ca. I. Vm autem quadã die filij, ꝛ filię eius comederẽt, ꝛ biberent vinũ in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Job, q diceret, Boues arabant ꝛ asinę pascebantur iuxta eos, ꝛ irruerunt Sabęi, tulerũtqꝫ omnia, ꝛ pueros percusserunt gladio: ꝛ euasi ego solus, vt nunciarem tibi. Cumqꝫ adhuc ille loqueret, venit alter, ꝛ dixit, Ignis Dei cecidit e cęlo, ꝛ tactas oues puerosqꝫ consumpsit: ꝛ effugi ego solus, vt nunciarem tibi. ℟. Versa est in luctum cithara mea, ꝛ organum meum in vocẽ flẽtium. Parce mihi dñe: nihil enim sunt dies mei. ℣. Cutis mea denigrata est sup me, ꝛ ossa mea aruerũt. Parce mihi. Lectio ij.

Ed ꝛ illo adhuc loquẽte, venit alius, ꝛ dixit: Chaldęi fecerũt tres turmas, ꝛ inuaserunt camelos, ꝛ tulerunt eos, nec non ꝛ pueros percusserunt gladio: ꝛ ego fugi solus, vt nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille, ꝛ ecce alius intrauit, ꝛ dixit: Filijs tuis, ꝛ filiabus vescẽtibus, ꝛ bibentibus vinũ in domo fratris sui primogeniti, repẽte ventus vehemens irruit a regione deserti, ꝛ cõcussit quatuor angulos domus, quę corruẽs oppressit liberos tuos, ꝛ mortui sunt: ꝛ effugi ego solus, vt nũciarẽ tibi. ℟. Vtinam appẽderẽtur peccata mea qbus iram merui. Et calamitas, quam patior, in statera. ℣. Quasi arena maris hęc grauior appareret: vnde ꝛ verba mea dolore sunt plena Et. L. iij.

Vnc surrexit Job, ꝛ scidit vestimẽtã sua, ꝛ tonso capite corruens in terram, adorauit, ꝛ dixit: Nudus egressus sum de vtero matris meę: ꝛ nudus reuertar illuc: Dominus dedit, dominꝰ abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. In omnibus his nõ peccauit Job labijs suis, neqꝫ stultum quid contra Deũ locutus est. ℟. Quare de. 300.

FERIA TERTIA.

De libro Job. Lectio prima.

Actum est autẽ, cũ quadam die venissent filij dei, ꝛ starent coram dño, venisset quoqꝫ Satan inter eos, ꝛ staret in cõspectu eiꝰ, vt diceret dñs ad Satan: 2. ca.

Vnde

Unde venis? Qui respondens ait: Circuivi terrã, et perambulavi eam. Et dixit dñs ad Satã. Nunquid considerasti servum meum Job, q non sit ei similis in terra, vir simplex, et rectus, ac timens Deuz, et recedens a malo, et adhuc retinẽs innocentiaz? Tu autem cõmovisti me adversus eũ, vt affligerem cuz frustra. Cui respondẽs Satan ait: Pellem pro pelle, et cũcta, quę habet homo, dabit p anima sua: Alioquin mitte manũ tuam, et tange os eius, et carnez, et tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. ℟. Induta est. 300. Lectio ij.

Dixit ergo dñs ad Satan: Ecce in manu tua est: verum tamen animam illius serua. Egressus igit Satan a facie domini, percussit Job vlcere pessimo, a plãta pedis vsqz ad verticem eius, qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu pmanes in simplicitate tua? benedic deo, et morere. Qui ait ad illã: Quasi vna de stultis mulierib⁹ locuta es. Si bona suscepim⁹ de manu Dei, mala quare non sustineamus? In omnibus his nõ peccauit Job labijs suis ℟. Paucitas. 300. Lectio iij.

Igitur audiẽtes tres amici Job omne malũ, quod accidisset ei, venerũt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, et Baldad Suhites, et Sophar Naamathites: cõdixerãt enim, vt pariter venĩetes visitarent eũ, et consolarent. Cumqz eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eũ, et exclamantes plorauerunt, scissisqz vestibus sparserunt puluerem super caput suũ in cęlum: et sederunt cũ eo in terra septem diebus, et septez noctibus, et nemo loquebatur ei verbũ. Videbant eni dolorẽ esse vehementez. ℟. Nõ abscon. 300.

FERIA QVARTA.

De libro Job. Lectio prima.

Post hęc aperuit Job os suũ, et maledixit diei suo, et locutus est: Pereat dies, in qua nat⁹ suz, et nox, in qua dictuz est, cõcept⁹ est homo. Dies ille vertatur in tenebras: non requirat euz deus desuper, et nõ illustret lumine: obscurent eũ tenebrę, et vmbra mortis: occupet eum caligo, et inuoluatur amaritudine. 3. ca. ℟. Quis mihi. 300. Lectio ij.

Noctez illã tenebrosus turbo possideat: non cõputet in diebus anni, nec numeretur in mẽsib⁹. Sit nox illa solitaria, nec laude digna: maledicãt ei, q maledicũt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan. Obtenebrentur stellę caligine eius: expectet lucem, et non videat, nec ortum surgentis aurorę: qa non cõclusit ostia vẽtris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis,

meis. ℟. Utinā appē. 301. Lectio iij.

Quare nō i vulua mortu⁹ sum, egressus ex vtero nō statim perij? quare exceptus genib⁹? cur lactat⁹ vberibus? Nūc enim dormiēs silerem, ⁊ somno meo requiescerē, cū regibus, ⁊ cōsulibus terrę, qui ędificāt sibi solitudines: aut cum principib⁹ qui possidēt aurū, ⁊ replent domus suas argēto: aut abortiuꝫ absconditum nō subsisterē, vel qui cōcepti non viderunt lucē. ℟. Quare detraxistis. 300.

FERIA QVINTA.

De libro Job. Lectio prima.

ca. 4. Respondens autē Eliphaz Themanites dixit, Si cępe rimus loqui tibi, forsitā moleste accipies: sed conceptū sermonē tenere quis poterit? Ecce docuisti multos, ⁊ manus lassas roborasti. Uacillantes cōfirmauerūt sermones tui, ⁊ genua tremētia confortasti: nunc autē venit super te plaga, ⁊ defecisti, ⁊ tetigit te, ⁊ conturbatus es. Ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, ⁊ perfectio viarum tuarum? ℟. Si bona. 300. Lectio ij.

Recordare, obsecro te, quis vnq̄ꝫ innocens perijt? aut qn̄ recti deleti sunt? Quinpoti⁹ vidi eos, q operant iniquitatē, ⁊ seminant dolores ⁊ metūt eos, flante Deo perijsse, ⁊ spiritu irę eius esse consumptos. Rugitus leonis, ⁊ vox leęnę, ⁊ dentes catulorum leonū contriti sunt. Tigris perijt, eo ꝙ nō haberet prędā: ⁊ catuli leonis dissipati sunt. ℟. Antequam. 300. Lectio iij.

Porro ad me dictū est verbum absconditū, ⁊ quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius. In horrore visionis nocturnę: qn̄ solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, ⁊ tremor, ⁊ omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus me pręsente transiret, inhorruerūt pili carnis meę. Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, ⁊ vocem quasi aurę lenis audiui. Nūquid homo, Dei cōparatione iustificabitur? aut factore suo purior erit vir? ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, ⁊ in angelis suis repperit prauitatem. ℟. Quare. 300.

FERIA SEXTA.

De libro Job. Lectio prima.

Respondens autem Job dixit: 6. ca. Utinam appenderent peccata mea, quib⁹ iram merui, ⁊ calamitas, quā patior, in statera: quasi arena maris hęc grauior appareret: vnde ⁊ verba mea dolore sunt plena, qa sagittę domini in me sunt, quaꝝ indignatio ebibit spiritū meū, ⁊ terrores domini militāt cōtra me. ℟. Induta est. 300. Lectio ij.

Nunquid rugiet onager, cū habuerit herbā? aut mugiet

giet bos, cum ante presepe ple- num steterit? aut poterit come di insulsum, quod nō est sale cō ditū? aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? Animę enim esurienti, etiam amara dulcia esse videtur. Quę prius nolebat tangere aia mea, nunc prę angustia cibi mei sunt. ℟. Paucitas. 300. Lectio iii.

Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expecto tri- buat mihi Deus? Et q cępit, ip- se me cōterat: soluat manū suā, & succidat me: Et hęc mihi sit consolatio, vt affligens me dolo- re, non parcat, nec contradicam sermonibus sanctis. Quę est enim fortitudo mea, vt sustineā? aut quis finis meus, vt patiēter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ę- nea est. ℟. Non abscon. 300.

SABBATHO.

De libro Job. Lectio prima

ca.7. Militia est vita hois sup ter rā, & sicut dies mercenarij dies eius. Sicut ceruus desyde- rat vmbrā, & sicut mercenarius ẽstolat finē operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero, dicā: Qñ consurgā? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. ℟. Quis. Lectio ij.

Induta est caro mea putre dine, & sordib⁹ pulueris cu tis mea aruit, & ɔtracta est. Dies mei velocius transierunt quam a texente tela succiditur, & con- sumpti sunt absq; vlla spe. Me- mēto qa vētus est vita mea, & nō reuertet oculus meus, vt videat bona, nec aspiciet me visus ho- minis: oculi tui in me, & nō subsi stam. ℟. Utinam. 301. Lec. iij.

Sicut ɔsumit nubes, & per- transit: sic qui descēderit ad inferos, non ascendet, nec re- uertetur vltra in domum suam, nec cognoscet eum amplius lo- cus eius. Quapropter & ego non parcam ori meo: loquar in tribulatione spiritus mei: confa bulabor cum amaritudine ani- mę meę. Nunquid mare ego sum, aut cetus, qa circundedisti me carcere? ℟. Quare. 300.

Ad Ma. aia. In oibus his non peccauit Job labijs suis, neque stultū aliqd ɔtra deū locut⁹ est.

DOMINICA II.

Septembris.

De libro Job. Lectio prima.

Et respōdēs Job ait: Uere scio, q̄ ita sit, & quod nō iustificet homo, compositꝰ Deo. Si voluerit ɔten dere cū eo, non poterit ei respō- dere vnū ꝓ mille. Sapiēs corde est: & fortis robore: qs restitit ei, & pacē habuit? q trāstulit mōtes, & nescierūt hi, quos subuertit i fu 9.ca.

rore

fore suo. ℟. Si bona. 300. ℣. ij. Qui cõmouet terraȝ de loco suo, ⁊ columnę eius cõcutiuntur: q pręcipit Soli, ⁊ nõ orif, ⁊ stellas claudit quasi sub signaculo: q extendit cęlos solus, ⁊ gradit super fluctus maris: q facit Arcturũ, ⁊ Oriona, ⁊ Hyadas, ⁊ interiora Austri: qui facit magna, ⁊ incomprehensibilia, ⁊ mirabilia quorũ non est numerus. ℟. Anteq̃ 300. Lectio iij.

Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit, non intelligam. Si repente interroget, quis respondebit ei? vel qs dicere ei potest, cur ita facis? Deus, cuius irę nemo resistere potest, ⁊ sub quo curuantur, qui portant orbem. Quantus ergo sum ego, vt respondeaȝ ei, ⁊ loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam iustũ, nõ respõdebo, sed meũ iudicẽ deprecabor. ℟. Quare. 300.

Ex libro Moralium sancti Gregorij Papę. Lectio quarta.

Vere scio, q ita sit, ⁊ non iustificabitur homo compositus Deo. Homo qppe deo nõ compositus iustitiam percipit, compositus amittit, quia quisquis se auctori bonorum comparat, bono se qd acceperat, priuat. Qui enim accepta bona sibi arrogat, suis cõtra Deum donis pugnat. Vnde ergo despectus erigitur, dignum est, vt erectus inde destruatur. Sanctus autem vir, qa omne virtutis nostrę meritum, esse vitium cõspicit, si ab interno arbitro districte iudicetur, recte subiũgit. Si voluerit contendere cũ eo non poterit respondere ei vnũ pro mille. ℟. Induta est. 300. Lec. v.

In scriptura sancta millenarius numerus pro vniuersitate solet intelligi. Hinc enim Psalmista ait: Verbi, qd mãdauit in mille generationes: cum profecto constet, q ab ipso mundi exordio vsq; ad redemptionis aduentũ, per euãgelium non amplius, quam septuaginta septem propagines numerentur. Quid ergo i millenario numero, nisi ad proferendã nouaȝ sobolẽ perfecta vniuersitas pręscitę generationis exprimitur? Hinc, ⁊ per Iohannem dicitur: Et regnabunt cum eo mille annis: qa videlicet regnum sanctę Ecclesię vniuersitatis pfectione solidaf. ℟. Paucitas. 300. ℣. vi.

Quia ergo monas, decies multiplicata, in denariuȝ ducitur, denarius p semetipsum ductus in centenarium dilataf, qui rursus per denariũ ductus in millenariũ tenditur: cum ab vno incipimus, vt ad millenarium veniamus, quid hoc loco vni⁹ appellatione, nisi, bene viuendi initiũ? qd millenarij numeri amplitudinę, nisi eiusdem

vitę

vite bone perfectio designatur? Cũ Deo autẽ cõtendere, est, nõ ei tribuere sed sibi, gloriam sue virtutis arrogare. Sed sanctus vir cõspiciat, quia ꝛ qui summa Dei dona percipit, si de acceptis extollitur, cuncta que acceperat amittit. ℟. Non abscon. 300.

FERIA SECVNDA

De libro Job. Lectio prima.

ca. 20. Addidit quoque Job assumẽs parabolã suaꝫ, ꝛ dixit, Viuit Deus, q abstulit iudiciuꝫ meũ, ꝛ oipotens qui ad amaritudineꝫ adduxit aiam meã. Quia donec superest halitus in me, ꝛ spiritus Dei in naribus meis, non loquẽtur labia mea iniquitateꝫ, nec lingua mea meditabitur mendaciũ. Absit a me, vt iustos vos esse iudicẽ: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. ℟. Si bona. 300. L. ii.

Iustificationem meã, quaꝫ cepi tenere, nõ deserã: neque enim reprehendit me cor meuꝫ, in oi vita mea. Sit vt impius inimic⁹ me⁹, ꝛ aduersarius meus, quasi iniquus. Que est enim spes hypocrite, si auare rapiat, ꝛ non liberet Deus animã eius? nũquid Deus audiet clamorem eius, cũ venerit sup euꝫ angustia? aut poterit in oipotẽte delectari, ꝛ inuocare deuꝫ omni tẽpore? ℟. Anteq̃ꝫ. 300. Lec. iii.

Docebo vos p manũ Dei que oipotẽs habeat, nec abscõdaꝫ. Ecce vos oẽs nostis, ꝛ vt qd hec sine causa vana loquimini? Hec est pars hominis impij apud Deũ, ꝛ hereditas violẽtorum, quã ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filij ei⁹, in gladio erũt, ꝛ nepotes eius nõ saturabũtur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, sepeliẽtur in interitu, ꝛ vidue illius non plorabunt. ℟. Quare. 300.

FERIA TERTIA.

De libro Job. Lectio prima.

Sapiẽtia vbi inuenitur? ꝛ que est locus intelligentie? 28. ca
Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuẽtiũ. Abyssus dicit nõ est in me: ꝛ mare loquitur, non est mecum. Non dabitur aurũ obrizum pro ea, nec appendetur argentuꝫ in cõmutatione eius. Nõ conferetur tinctis Indie coloribus, nec lapidi sardonicho pretiosissimo, vel sapphiro. ℟. Induta. 300. L. ii.

Non adequabit ei aurum, vel vitrum: nec commutabunt pro ea vasa auri. Excelsa ꝛ eminẽtia non memorabũtur, comparatione eius, trahit autẽ sapiẽtia de occultis. Non adequabitur ei topazius de Æthiopia, nec tincture mundissime componentur. Vnde ergo sapientia venit? ꝛ quis est locus intelligẽtie? Abscondita est ab oculis omnium viuentium: volucres quoque celi latet. Perditio et mors

mors dixerūt: Auribus nostris audiuimus famam eius. ℟. Paucitas. 300. Lectio tertia.
DEus intelligit viā eius, & ipse nouit locū illi⁹. Ipse enim fines mūdi intuetur, & oia quę sub cęlo sunt, respicit, Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura, qñ ponebat pluuijs legē, & viam procellis sonantibus, tunc vidit illā, & enarrauit, & preparauit, inuestigauit, & dixit homini: Ecce timor dñi: ipsa est sapētia, & recedere a malo itelligētia. ℟ Nō abs. 300.

FERIA QVARTA.

De libro Job. Lectio prima.

31 PEpigi fęd⁹ cū oculis meis, vt ne cogitarem quidē de virgine. Quā enim partem haberet in me Deus desuper, & hęreditatem oipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiam? Nonne ipse considerat vias meas & cūctos gressus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate: & festinauit in dolo pes me⁹, appēdat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatē meā. ℟ Quis mihi. 300. L. ij.
SI declinauit gressus me⁹ de via: & si secut⁹ est ocul⁹ meus cor meū: & si in manibus meis adhęsit macula: seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meū super muliere: & si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortum alterius sit vxor mea, & super illa incuruentur alij. Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima. Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. ℟. Vtinam ap. 301. Lectio tertia.
SI contempsi subire iudicium cū seruo meo, & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Quid enim faciam, cū surrexerit ad iudicādū de⁹? Et cum quęsierit, quid respōdebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in vulua vn⁹? Si negaui, quod volebant pauperibus, & oculos viduę expectare feci: Si comedi buccellam meā solus, & nō comedit pupill⁹ ex ea, qa ab infantia mea creuit mecū miseratio. ℟ Quare detr.

FERIA QVINTA.

De libro Job. Lectio prima.

REspondenS autē dñs Job de turbine, dixit: Quis est 38. ca iste inuoluēs sententias sermonibus imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & responde mihi: vbi eras, quando ponebam fundamenta terrę: indica mihi, si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius, si nosti? vel qs tetendit super eam lineam? sup quo bases illius solidatę sunt? aut quis demisit lapidem angularē eius? Cum

Cum me laudarent simul astra matutina, ꝛ iubilarent oẽs filij Dei? ℟. Si bona. ꝫoo. Lec.ij.

QVis cõclusit ostijs mare, quando erũpebat quasi de vulua procedẽs? Cum ponerem nubem vestimentũ eius, ꝛ caligine illud quasi pãnis infantię obuoluerem? Circundedi illud terminis meis, ꝛ posui vectẽ ꝛ ostia, ꝛ dixi: Usqꝫ huc venies, ꝛ non procedes amplius, ꝛ hic confringes tumẽtes fluctꝰ tuos. Nunquid post ortum tuũ pręcepisti diluculo, ꝛ ostendisti aurorę locũ suum? ꝛ tenuisti cõcutiẽs extrema terrę, ꝛ excussisti impios ex ea? ℟. Anteqꝫ. ꝫoo. Lec.iij.

REstituetur vt lutũ signaculum, ꝛ stabit sicut vestimẽtũ. Auferet ab impijs lux sua, ꝛ brachium excelsuꝫ confringet. Nunquid ingressus es profunda maris, ꝛ in nouissimis abyssi deambulasti? Nunquid apertę sunt tibi portę mortis: ꝛ ostia tenebrosa vidisti? Nunquid considerasti latitudineꝫ terrę? indica mihi, si nosti omnia, i qua via lux habitet, ꝛ tenebrarũ qs locꝰ sit: vt ducas vnũquodqꝫ ad terminos suos, ꝛ intelligas semitas domus eius. ℟. Quare. ꝫoo.

FERIA SEXTA.

De libro Job. Lectio prima.

ca. 40. REspondens autẽ dñs Job de turbine, dixit: Accinge sicut vir lũbos tuos: interrogabo te, ꝛ indica mihi: nunqd irritum facies iudiciũ meũ, ꝛ condẽnabis me, vt tu iustificeris? Et si habes brachiũ sicut Deus: ꝛ si voce simili tonas: circũda tibi decorem, ꝛ in sublime erigere, et esto gloriosus, ꝛ speciosis indue re vestibꝰ. ℟. Induta. ꝫoo. Lec.ij.

DIsperge superbos in furore tuo, ꝛ respiciẽs oẽm arrogantẽ humilia. Respice cũctos superbos, ꝛ confunde eos, ꝛ cõtere impios in loco suo. Abscõde eos in puluere simul, ꝛ facies eorum demerge in foueaꝫ: ꝛ ego confitebor, q̄ saluare te possit dextera tua. Ecce Behemoth, quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius, ꝛ virtus, illius in vmbilico ventris eiꝰ. ℟. Paucitas. ꝫoo. Lectio tertia.

REspondens auteꝫ Job domino dixit, Scio quia omnia potes, ꝛ nullla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat consiliũ absqꝫ scientia? Ideo insipiẽter locutus sum, ꝛ quę vltra modum excederent sciẽtiã meam. Audi, ꝛ ego loquar: interrogabo te, ꝛ rñde mihi. Auditu auris audiui te: nũc aũt oculꝰ meꝰ videt te. Idcirco ipse me reprehendo, ꝛ ago pęnitentiã in fauilla ꝛ cinere. ℟. Nõ abscon. ꝫoo.

SABBATHO.

De libro Job. Lectio j.

POstquam autem locutus 42. ca. est

est dominus verba hec ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitē: Iratus est furor meus in te, et in duos amicos tuos, qm̄ non estis locuti coram me rectū, sicut seruus me⁹ Job. Sumite ergo vobis septem tauros, et septē arietes, et ite ad seruum meum Job, et offerte holocaustū pro vobis: Job autem seruus meus orabit pro vobis. faciem eius suscipiā, vt non vobis imputetur stultitia: neque enim locuti estis ad me recta, sicut seruus me⁹ Job. ℞. Quis mihi. 300. [illegible]

Dixerunt ergo Eliphaz Themanites, et Baldad Suhites. et Sophar Naamathites: et fecerūt sicut locut⁹ fuerat dn̄s ad eos, et suscepit dn̄s faciē Job. Dn̄s quoqz cōuersus est ad penitētiā Job, cū oraret ille pro amicis suis. Et addidit dn̄s oia quecunqz fuerāt Job, duplicia. Uenerunt autem ad eū oēs fratres sui: et vniuerse sorores sue, et cuncti q nouerant eū prius: et comederūt cū eo panem in domo eius: et mouerūt sup eū caput, et cōsolati sunt eum sup omni malo quod intulerat dn̄s sup eum: et dederunt ei vnusquisqz ouem vnam, et inaurem auream vnā. ℞. Uidi. 301. Lectio tertia.

Dominus autē benedixit nouissimis Job magis, quā principio eius: et facta sunt ei quatuordecim millia ouium, et sex millia camelorū, et mille iuga boū, et mille asine. Et fuerunt ei septē filij, et tres filie. Et vocauit nomē vnius Diē, et nomē secūde Cassiā, et nomē tertie Cornustibij. Nō sunt aūt inuēte, mulieres speciose sicut filie Job, in vniuersa terra: deditque eis pater suus hereditatē inter fratres eorū. Uixit autē Job post flagella hec centū quadraginta annis, et vidit filios suos, et filios filiorū suorum, vsqz ad quartā generationē: et mortuus est senex, et plenus dierum. ℞. Quare. 300. [illegible] Ne reminiscaris dn̄e delicta mea vel parentum meorum, neqz vindictam sumas de peccatis meis.

DOMINICA TERTIA Septembris.

Incipit liber Tobie. Lectio i.



Obias, ex tribu et ciuitate Nephtalim, q̄ est in superioribus Galilee supra Naason, post viā, que ducit ad occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sephet, cū captiuus esset in diebus Salmanasar regis assyriorū, in captiuitate tamen positus, viā veritatis nō deseruit: ita vt oia que habere poterat, quotidie cōcaptiuis fratribus, qui erāt ex eius genere, impertiret. Cumque esset iunior oibus in tribu Nephtalim, nihil

nihil tñ puerile gessit in opere. R. Peto dñe. vt de vinculo improperij hui⁹ absoluas me, aut certe desup terram eripias me. Ne reminiscaris delicta mea vel parentū meoꝝ, neqꝫ vindictā sumas de peccatis meis: qa eruis sustinentes te dñe. V. Oia enim iudicia tua iusta sunt, ⁊ oēs vię tuę misericordię. ⁊ veritas, ⁊ nūc dñe memento mei. Ne. [illegible]

Deniqꝫ cum irent oēs ad vitulos aureos, quos, Jeroboā fecerat rex Jsrael, hic solus fugiebat ꝯsortia oiūꝫ, ⁊ pgebat in Jerusalē ad templū dñi, ⁊ ibi adorabat dñꝫ Deuꝫ Jsrael, omnia primitiua sua, ⁊ decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno ꝓselytis, ⁊ aduenis ministraret oēm decimationeꝫ. Hęc ⁊ his similia secundū legeꝫ Dei puerulus obseruabat. Cū vero fact⁹ fuisset vir, accepit vxorem Annā de tribu sua, genuitque ex ea filiū nomen suū imponens ei, quē ab infantia timere Deū docuit, ⁊ abstinere ab omni peccato. R. [O]mni tpe benedic Deum, ⁊ pete ab eo, vt vias tuas dirigat. Et in omni tpe cōsilia tua in ipso permaneant. V. Jnquire vt facias q̄ placita sunt illi in veritate, ⁊ in tota virtute tua. Et in omni. [illegible]

Tobias cum per captiuitatem deuenisset cum vxore sua, ⁊ filio in ciuitatem Niniuen cum omni tribu sua: ⁊ cū omnes ederent ex cibis gentilium: ipse custodiuit aiam suam, ⁊ nunq̄ꝫ contaminatus est in escis eorū. Et qm̄ memor fuit dñi in toto corde suo, dedit illi deus gratiā in conspectu Salmanaser regis. ⁊ dedit illi potestatem quocūqꝫ vellet ire, habens libertatē, quęcunqꝫ facere voluisset. Pergebat ergo ad oēs, qui erāt in captiuitate, ⁊ monita salutis dabat eis. R. [M]emor esto, fili, qm̄ pauperem vitam gerimus: Habebis multa bona, si timueris Deū. V. Jn mente habeto euꝫ, ⁊ caue nequando prętermittas pręcepta eius. Habebis multa.

[illegible]

Scio quidem dilectissimi, plurimos vestrū ita in ijs quę ad obseruātiaꝫ christianę fidei ptinent esse deuotos, vt nostris cohortationibus non indigeant admoneri: quod eniꝫ dudū, ⁊ traditio decreuit, ⁊ ꝯsuetudo firmauit, nec eruditio ignorat, nec pietas ꝑtermittit: sed qa sacerdotalis officij est, erga oēs Ecclesię filios curaꝫ habere cōmunem, in id, quod ⁊ rudibus prosit, ⁊ doctis, quos simul, diligimus, pariter incitamus: vt ieiuniū, quod nobis septimi mensis recursus indicit, fide alacri per castigationē animi, ⁊ corporis celebremus. R. [S]ufficiebat nobis paupertas nostra, vt diui-

tię, computarent: nunq̃ fuisset pecunia ipsa, pro qua misisti filium nostrũ: Baculũ senectutis nostrę. ℣. Heu me fili mi, vt qd te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorũ: Baculũ. Lectio.

T Deo enim ipsa cõtinentię obseruãtia quatuor est assignata tẽporibus, vt in idipsum totius anni redeũte decursu, cognosceremus nos indesinenter purificationibus indigere, semperq; esse nitendũ, dum huius vitę varietate iactamur: vt peccatũ, qđ fragilitate carnis, & cupiditatũ pollutione cõtrahit, ieiunijs atq; eleemosynis deleat. Esuriamus paululum, dilectissimi, & aliquãtulum, qđ iuuãdis possit prodesse pauperibus, nostrę consuetudini subtrahamus. ℟. Benedicite Deũ cęli, & corã omnibus viuentibus cõfitemini ei. Quia fecit nobiscum misericordiã suã. ℣. Ipsum benedicite, & cãtate illi: & enarrate omnia mirabilia eius. Quia fecit. Lectio.

D Electetur conscientia benignorum fructibus largitatis: & gaudia tribuẽs, quo es lętificandus, accipies. Dilectio proximi dilectio Dei, est, qui plenitudinem legis, & prophetarũ, in hac geminę charitatis vnitate constituit, vt nemo ambigeret, deo se offerre, quod homini contulisset, dicẽte dño saluatore cũ de alendis iuuãdisq; pauperibus loqueret: Quod vni eorũ fecistis, mihi fecistis. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbatho vero apud beatum Petrum apostolũ vigilias celebremus, cuius nos meritis & orationibus credimus adiuuandos, vt misericordi deo, ieiunio nostro & deuotione placeamus. ℟. Tempus est vt reuertar ad eum, qui misit me. Vos autem benedicite Deum; & enarrate oĩa mirabilia eius. ℣. Cõfitemini ei coram omnibus viuentibus: quia fecit vobiscũ misericordiam suam. Vos. [illegible] Tribulationes ciui. 309. [illegible] Duo Seraphim. 260. Infra hebdo. [illegible]

FERIA SECVNDA.

[illegible]

POst hęc vero, cũ esset dies festus dñi, & factum esset prandium bonum in domo Tobię, dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deũ, vt epulent nobiscũ. Cũq; abijsset, reuersus nũciauit ei, vnũ ex filijs Israel iugulatũ iacere in platea. Statimque exiliens de accubitu suo, relinquens prandiũ ieiunus peruenit ad corpus: tollẽsq; illud portauit ad domũ suã occulte, vt dum sol occubuisset, caute sepeliret eũ. ℟. Peto dñe. 305. Lectio.

ARguebant autem eũ omnes 2. c.

proximi eius, dicentes: Iam huius rei causa interfici iussus es: et vir effugisti mortis imperium; et iterum sepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deum, quam regem, rapiebat corpora occisorum, et occultabat in domo sua, et medijs noctibus sepeliebat ea. Contigit autem, vt quadam die fatigatus a sepultura veniens in domum suam, iactasset se iuxta parietem, et obdormisset, et ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora inciderent sup oculos eius, fieretque cecus. Hanc autem tentationem ideo permisit dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientie eius sicut et sancti Iob. R. Omni. 305. Lectio ij.

Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, et mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quod plaga cecitatis eueniret ei: sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vite sue. Nam sicut beato Iob insultabant reges: ita isti parentes et cognati eius irridebant vitam eius, dicentes: Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas et sepulturas faciebas? Tobias vero increpabat eos, dicens: Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, et vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. R. Memor. 305.

FERIA TERTIA.

De libro Tobie. Lectio j.

Anna vero vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie, et de labore manuum suarum, victum, quem consequi poterat, deferebat: vnde factum est, vt hedum caprarum accipiens detulisset domi: cuius cum vocem balantis vir eius audisset, dixit: Videte ne forte furtiuus sit: reddite eum dominis suis: quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. R. Sufficiebat. 305. L. ij. 2. ca.

Ad hec vxor eius irata respondit: Manifeste vana facta est spes tua, et eleemosyne tue modo apparuerunt. Atque his, et alijs huiusmodi verbis exprobrabat ei. Tunc Tobias ingemuit, et cepit orare cum lacrymis dicens: Iustus es domine, et omnia iudicia tua iusta sunt, et omnes vie tue misericordia, et veritas, et iudicium. Et nunc domine memor esto mei, et ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. R. Benedicite. 306. Lectio iij.

Quoniam non obediuimus preceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, et captiuitatem, et mortem: et in fabulam, et improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nunc domine magna iudicia tua: quia non egimus secundum precepta tua, et non ambulauimus sinceriter coram te.

te. Et nunc dñe ſm voluntatem tuã fac mecum, & precipe in pace recipi ſpiritum meum. Expedit enim mihi mori magis, quã viuere. ℟. Tempus eſt. 306.

FERIA QVARTA Quatuor temporum.

Lcõ ſ. euãg. ſm Marcum. Lc. ix.

ca. 9. In illo tempore: Reſpondẽs vnus de turba dixit ad Ieſum: Magiſter, attuli filium meum ad te habentem ſpiritũ immundum. Et reliqua.

Homilia venerab. Bede pſbyt.

Dæmoniacũ hunc, quẽ deſcendens de mõte dominus ſanauit, Marcus quidẽ ſurdum, mutumque, Mattheus vero lunaticum fuiſſe cõmemorat, ſignificat autem eos, de quibus ſcriptum eſt: Stultus vt luna mutatur, qui nunquam in eodem ſtatu permanentes, nunc ad hec, nunc ad illa vitia mutati, creſcunt, atque decreſcunt. Qui muti ſunt non confitendo fidem: ſurdi, nec ipſum aliquatenus veritatis audiẽdo ſermonem: ſpumant autem, cum ſtultitia tabeſcunt. Stultorũ namq; & languentium atque hebetum eſt, ſpumas ſaliuarum ex ore dimittere: ſtrident dentibus, cum iracundie furore flammeſcunt: areſcunt, cum ocio torpente languescunt, & nulla virtutis induſtria cõfortati eneruiter viuunt. ℟. Tribulationes. 309. Lcõ ij.

Quod autẽ ait: Et dixi diſcipulis tuis: vt eijcerẽt illum, & non potuerunt: latenter apl'os accuſat, cum impoſſibilitas curandi interdũ non ad imbecillitatẽ curantiũ, ſed ad eorũ q curãdi ſunt fidem, referatur dicente dño: Fiat tibi ſm fidem tuã. Qui rñdens eis, dixit: O generatio incredula, quãdiu apud vos ero? quandiu vos patiar? Non quo tędio ſuperat' ſit, mãſuetus ac mitis, qui non aperuit ſicut agn' corã tondente os ſuũ, nec in verba furoris erupit: ſed quo in ſimilitudinem medici, ſi ęgrotũ videat contra ſua precepta ſe gerere, dicat: vſquequo accedã ad domũ tuã? quouſq; artis meę perdã induſtriam, me aliud iubente, & te aliud ppetrãte? ℟. Omni tpe. 305. Lcõ iij.

Et dixit illis: Hoc gen' demoniorum in nullo poteſt exire, niſi in oratione, & ieiunio. Dũ docet apoſtolos, quomodo dæmon negſſimus debeat expelli, oẽs inſtituit ad vitã, vt ſcilicet nouerimus, grauiſſima queque, vel immundorũ ſpirituũ, vel hominũ tentamẽta, ieiunijs & orationibus eſſe ſuperãda: irã quoque dñi, cũ in vltionem noſtrorũ ſcelerũ fuerit accẽſa, & hoc remedio ſingulari poſſe placari. Ieiunium autẽ generale eſt, nõ ſolũ ab eſcis, ſed a cunctis illecebris abſtinere carnalibus, immo ab

oibus vitiosis cõtinere passionibus. Sic et oratio generalis, non in verbis solum est, quibus diuinam clementiã inuocamus, verum etiã in omnibus, q̃ in obsequiũ nostri conditoris, fidei deuotione gerimus. ℞. Memor. 305. [illegible] Hoc genus demoniorũ in nullo potest exire, nisi in oratione et ieiunio. [illegible] 25. [illegible] Oratio

Misericordię tuę remediis q̃s dñe fragilitas nr̃a subsistat: vt q̃ sua cõditione atterit: tua clementia reparet. Per do.

FERIA QVINTA.

[illegible] Tobię. [illegible]

ca. 12. Vocauit ad se Tobias filiũ suũ: dixitq; ei: Quid possumus dare viro isti sancto. qui venit tecum? Respondens Tobias dixit patri suo: Pater, quã mercedem dabimus ei? aut qd dignum poterit esse beneficijs eius? Me duxit et reduxit sanũ: pecuniã a Gabelo ipse recepit: vxorẽ ipse me habere fecit: et demoniũ ab ea ipse cõpescuit: gaudiũ parentibus eius fecit: me ipsũ a deuoratione piscis eripuit: te quoq; videre fecit lumẽ cęli: et bonis omnibus per eũ repleti sumus. Quid illi ad hęc poterimus dignum dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum: si forte dignabit medietatem de omnibus quę allata sunt, sibi assumere. ℣. Peto dñe. 305. [illegible]

Et vocantes eum, pater scilicet et filius, tulerunt eum in partem: et rogare cęperũt, vt dignaretur dimidiã partem omnium, quę attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis occulte: Benedicite Deum cęli, et corã oibus viuentibus cõfitemini ei, qa fecit vobiscũ misericordiam suã. Etenim sacramentum regis abscõdere bonũ est: opera autẽ Dei reuelare, et cõfiteri, honorificum est. Bona est oratio cũ ieiunio et eleemosyna, magis quã thesauros auri recondere: qm̃ eleemosyna a morte liberat, et ipsa est q̃ purgat peccata, et facit inuenire misericordiã, et vitã ęternam. Qui autem faciunt peccatũ, et iniq̃tatẽ, hostes sunt aię suę. ℞. Omni tẽpore. 305. [illegible]

Manifesto ergo vobis veritatẽ, et nõ abscõdam a vobis occultũ sermonem. Qñ orabas cum lacrymis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prãdium tuũ, et mortuos abscondebas per diẽ in domo tua, et nocte sepeliebas eos: ego obtuli orõnẽ tuã dño: et qa acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te: Et nũc misit me dñs, vt curarẽ te, et Sarã vxorẽ filij tui a demonio liberarẽ. Ego enim sum Raphael angelus vnus ex septem qui astamus ante dñm. Cũq; hęc audissẽt turbati sunt, et tre-

7 trementes ceciderunt super terram in faciem suam. Dixitqȝ eis angelus: Pax vobis, nolite timere. ℟ Memor esto. 305.

FERIA SEXTA

Quatuor tempoꝝ. Septēb. In

Lcō sci euang. sm Lucam. L. j.

ca. 7. IN illo tpe: Rogabat Jesuz quidā Phariseus, vt manducaret cū illo: 7 ingressus domū Pharisei discubuit. Et reli.

Homilia sancti Gregorij pape.

QUem Phariseus, de falsa iustitia p̄sumēs nisi iudaicum populum? quem peccatrix mulier, ad vestigia domini veniens, 7 plorans, nisi conuersam gentilitatez designat? Que cum alabastro venit; vnguentū fudit, retro secus pedes dñi stetit, lacrymis pedes rigauit, capillis tersit, eosdēqȝ quos infundebat, 7 tergebat: pedes osculari, non desijt. Nos ergo, nos illa mulier expreßit, si toto corde ad dñm post peccata redeamus, si eius pœnitētie luct⁹ imitemur. Quid nāqȝ vnguēto, nisi bonus odor opinionis, exprimitur? vnde Paulus dicit: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. ℟ Sufficiebat. 305. Lectio ij.

SI ergo recta opera agimus, quibus opinionis bone odore ecclesiam respergamus, quid i dñi corpore nisi vnguentum fundimus? Sed secus pedes Jesu mulier stetit: cōtra pedes enim dñi stetimus, cū in peccatis positi, eius itineribus retinebamur. Sed, si ad verām pœnitentiam post peccata cōuertimur, iam retro sec⁹ pedes astamus: qa ei⁹ vestigia sequimur, quem impugnabamus. Lacrymis mulier pedes eius rigat: quod nos quoqȝ veraciter agimus, si quibuslibet vltimis mēbris dñi per compaßionis affectū inclinamur, si sanctis eius in tribulatione compatimur, si eorum tristitiā nostram putamus. ℟ Benedicite. 306. Lectio iij.

CApillis ergo pedes dñi tergim⁹, qñ sanctis ei⁹, qbus ex charitate ꝯpatimur, etiā ex ijs, que nobis superfluūt, miseremur: quatenus sic mens per compaßionem doleat, vt etiam larga manus affectū doloris ostēdat. Rigat nanqȝ lacrymis redēptoris pedes, sed capillis nō tergit, qui vtcunqȝ proximorū dolori cōpatit, sed tamē eis ex ijs, q̄ sibi superfluūt, nō miseretur. Plorat 7 nō tergit, q verba quidē doloris tribuit, sed non ministrādo, q̄ desunt, vim doloris minime abscindit. Osculatur mulier pedes, quos tergit: qđ nos quoqȝ plene agimus, si studiose diligimus, quos ex largitate cōtinemus: ne grauis nobis sit necessitas proximi: ne ipsa nobis eius indigentia, q̄ sustentat, fiat onerosa; 7 cum manus necessa-

ria tribuit, animus a dilectione torpescat. ℟. Tempus est. 306. Ad Benedictus. Antiphona. Mulier, que erat i ciuitate peccatrix, stans retro secus pedes domini, lacrymis cepit rigare pedes eius, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes eius, et vnguento vngebat. Cap... 25. Oratio.

Presta qs ops Deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus, et mente. Per.

SABBATHO

Quatuor temporum.

Lectio sci euang. scdm Lucam. L. 5.

Ca. 13. In illo tempore: Dicebat Jesus turbis similitudinem hanc: Arborē fici habebat quidam plantatum in vinea sua: et venit querens fructum in illa, et non inuenit. ... sup q. Homilia sancti Gregorij pape.

Dominus et redēptor noster per euangeliū suum aliquando verbis, aliquādo rebus loquitur: aliquando aliud verbis, atqz aliud rebus, aliquādo autē hoc verbis, quod reb⁹. Duas etenim res ex euangelio fratres audistis, ficulneaz infructuosaz, et mulierē curuā: et vtrique rei est pietas impensa: illud aūt dixit per similitudinē, istud egit per exhibitionez. Sed hoc significat ficulnea infructuosa, quod mulier inclinata: et hoc ficulnea reseruata, quod mulier erecta. ℟. Tribula 309. Lcō ij.

Quid arbor fici, nisi humanā naturaz designat? qd mulier inclinata nisi eādē naturā significando denūciat? Que et bene plantata est sicut ficus, et bene creata sicut mulier, sed in culpam propria sponte lapsa, neque fructuz seruat operationis, neqz statū rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruēs, quia fructuz obediētie ferre noluit, statū rectitudinis amisit: que ad Dei similitudinē condita, dū in sua dignitate nō perstitit, quod plantata vel creata fuerat cōtempsit. Tertio dñs vineę ad ficulneaz venit: quia naturam generis humani ante legem, et sub lege, sub gratia expectando, admonendo, visitādo requisiuit. ℟. Omni. 305. Lc. iij.

Venit ante legez, quia per naturalez intellectū quid vnusquisqz exēplo sui qualiter erga proximuz agere debuisset innotuit. Venit i lege, qa, precipiēda docuit. Venit post legem per gratiā, quia pietatis sue presentiam exhibendo monstrauit. Sed tamē in trib⁹ annis fructū se nō inuenisse conqueritur: quia quorundam prauorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec precepta erudiūt, nec incarnationis eius miracula cōuertunt. Quid vero per cultorē

vinee

vineę, nisi pręposítorũ ordo exprimitur? qui dũ pręsunt ecclesię, nimirũ dominicę vineę curam gerunt. R. Memor. 305.

Ad Benedictus antiphona.

Illuminare domine his, q in tenebris sedent, & dirige pedes nostros in viã pacis Deus Israel. Preces et oratio Psalm. 25. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per continẽtiã salutarẽ corporibus mederis, & mentibus: maiestatem tuã suppliciter exoramus: vt pia ieiunantiũ deprecatione placatus, & pręsentia nobis subsidia tribuas: & futura. Per dominum.

Sabbato ante Dñicã iiij. Septẽb. in

Ad Mag. An. Adonai domine De⁹ magne & mirabilis, qui dedisti salutem in manu feminę, exaudi preces seruorum tuorũ.

DOMINICA QVARTA Septembris.

Incipit liber Judith. Lectio j.



ARPHAXAD, rex Medorũ, subiugauerat multas gẽtes imperio suo: & ipse ędificauit ciuitatẽ potẽtissimam, quã appellauit Ecbathanis, ex lapidib⁹ quadratis, & sectis: Fecit muros eius in altitudine cubitorum septuaginta, & in latitudine cubitorum triginta: turres vero eius posuit in altitudine cubitorum centum: per quadrũ vero earum latus vtrunq; vicenorum pedum spacio tẽdebatur: posuitq; portas eius in altitudine turrium, & gloriabatur quasi potẽs in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarũ. R. Adonai dñe Deus magne, & mirabilis, qui dedisti salutẽ in manu feminę; Exaudi preces seruorum tuorum. V. Benedictus es dñe qui non derelinquis pręsumentes de te, & de sua virtute gloriãtes humilias. Exaudi. Lectio ij.

ANno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex Assyriorũ, qui regnabat in Niniue, ciuitate magna pugnauit ctra Arphaxad, & obtinuit eũ in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratẽ, & Tigrin, & Jadason, in campo Erioch, regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnũ Nabuchodonosor, & cor eius eleuatũ est: & misit ad oẽs, qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano, & ad gẽtes, quę sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilęam in cãpo magno Esdrelon, & ad omnes, qui erãt in Samaria, & trans flumen Jordanem vsq; in Jerusalem, & ad omnem terram Jesse, quousq; perueniatur ad terminos Æthiopię. R. Tribulationes ciuitatũ audiuimus, quas passę sunt & defecimus: timor, & hebetudo mentis

tis cecidit super nos, ꝛ sup liberos nr̃os: ipsi montes nolũt recipere fugam nostram. Dñe miserere. [illegible] Peccauimus cũ patribus nostris: iniuste egimus: iniquitatẽ fecimus. Dñe. [illegible]

[illegible] Ad hos oẽs misit nuntios Nabuchodonosoꝛ rex Assirioꝝ: qui oẽs vno animo ↄtradixerunt, ꝛ remiserunt eos vacuos, ac sine honore abiecerũt. Tunc indignatus Nabuchodonosoꝛ rex ad oẽm terram illam, Iurauit per thronum ꝛ regnum suũ, quod defenderet se de omnibus his regionibus. Anno decimotertio Nabuchodonosoꝛ regis, vicesima ꝛ secũda die mẽsis primi, factũ est verbũ in domo Nabuchodonosoꝛ regis Assirioꝝ: vt defenderet se: Uocauitque oẽs maioꝛes natu: oẽsqꝫ duces ꝛ bellatoꝛes suos, ꝛ habuit cũ eis mysterium ↄsilij sui: dixitqꝫ cogitationẽ suã in eo esse, vt oẽm terraꝫ suo subiugaret imperio. [illegible] Benedicat te dñs in virtute sua, qui p te ab nihilũ redegit inimicos nostros: Ut nõ deficiat laus tua de oꝛe hoium. ℣. Bñdictus dñs, qui creauit cęlum ꝛ terram, qa hodie nomẽ tuum ita magnificauit. Ut non.

[illegible]

Potentes, vinũ prohibent bibere, ne, cum biberint, obliuiscant sapientiã: bibebant vinum in ebrietate potẽtes, qui Holoferni, principi militię regis Assirioꝛum, se tradere gestiebant: sed non bibebat fęmina Iudith, ieiunans oĩbus diebus viduitatis suę, pręter festoꝛum dierum solennitates. His armis munita processit, ꝛ omnem Assirioꝛuꝫ circumuenit exercituꝫ: sobrij vigoꝛe cõsilij abstulit Holofernis caput, seruauit pudiciciam, ꝛ victoꝛiam repoꝛtauit. [illegible] Nos aliũ Deuꝫ nescimꝰ, pręter dñm, in quo speramus. Qui non despicit nos, nec amouet salutem suam a genere nostro. ℣. Indulgentiã ipsius fusis lacrymis postulemus, ꝛ humiliemus illi animas nostras. Qui. [illegible]

Hęc eniꝫ succincta ieiunio in castris se ↄtendebat alienis: ille vino sepultus iacebat: vt ictũ vulneris sentire non posset. Itaque vnius mulieris ieiuniũ innumeros strauit exercitus ebrioꝝ. Esther quoqꝫ pulchrioꝛ facta est ieiunio: dñs eniꝫ gratiã sobrię mentis augebat. Omne genus suũ: idest totũ populum Iudęoꝛuꝫ a persecutionis acerbitate liberauit, ita vt regem sibi faceret esse subiectũ. [illegible] Dominatoꝛ dñe cęloꝝ ꝛ terrę, creatoꝛ aquaruꝫ, rex vniuersę creaturę. Exaudi oꝛationem seruoꝛuꝫ tuoꝝ. ℣. Tu dñe, cui humilium semper ꝛ mansuetoꝛum placuit depꝛecatio. Exaudi. [illegible]

Itaque illa, quę triduo ieiunauit continuo, et corpus suum aqua lauit, plus placuit, et vindictam retulit: Aman autem, dum se regali iactat conuiuio, inter ipsa vina pęnam suę ebrietatis exoluit. Est ergo ieiuniũ reconciliationis sacrificium, virtutis incrementũ, quod fecit etiam fęminas fortiores augmẽto gratię. Ieiuniũ nescit fęneratorem, non fortem fęnoris nouit, non redolet vsuras: etiã ipsis ieiuniũ conuiuijs dat gratiã: Dulciores post famem epulę fiunt, quę assiduitate fastidio sunt, et diurna cõtinuatione vilescunt. Condimentum cibi ieiuniũ est. Quanto auidior appetentia, tãto esca iucundior. ℟. O -ﬆe deus, q̃ conteris bella ab initio, eleua brachium tuum super gentes, quę cogitant seruis tuis mala: Et dextera tua glorificetur in nobis. ℣. Allide virtutem eorum in virtute tua: cadat robur eorum in iracundia tua. Et dextera tua glorificetur. ℟. Conforta me. 312. q̃ su- ma[illegible] ex [illegible] sequẽtis Dñicę. vii. ℟. Duo Seraphim. 260. [illegible] hebd. fer. iiij. et Sabba. oĩ [illegible] ℟. primi noc. hui⁹ Dñicę.

FERIA SECVNDA.

De libro Iudith. Lectio prima.

ca. 4. Filij Israel, qui habitabãt in terra Iuda timuerunt valde a facie Holofernis: tremor etiã et horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem, et templo Dñi, q̃d fecerat cęteris ciuitatibus, et templis earũ, et miserunt in oẽm Samariã per circuitum vsque Iericho: et præoccupauerunt omnes vertices montium: et muris circundederunt vicos suos: et cõgregauerunt frumẽta in præparationẽm pugnę. ℟. Adonai Dñe. 309. Lectio ij.

Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos, qui erãt contra Esdrelon, q̃ est contra faciem campi magni iuxta Dothain, et vniuersos per quos vię transitus esse poterat, vt obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, et illic custodirent, vbi angustum iter esse poterat inter montes. Et fecerunt filij Israel secundũ quod constituerat ei sacerdos Dñi Eliachim. Et clamauit omnis populus ad Dñm instantia magna: et humiliauerunt animas suas in ieiunijs, et orationibus, ipsi et mulieres eorum. ℟. Tribulationes. 309. Lectio iij.

Et induerunt se sacerdotes cilicijs, et infantes prostrauerunt contra faciẽ templi Dñi, et altare Dñi operuerunt cilicio. Et clamauerunt ad Dñm Deum Israel vnanimiter, ne darent in prędam infantes eorum, et vxores eorum in diuisionem, et ciuitates eorum in exterminium, et sancta eorum in pollutionem, et

fierent

fierent in opprobrium gentibus. Tūc Eliacbim sacerdos dñi magnus circuiuit oēm Israel, allocutusqꝫ est eos, dicens: Scitote quoniā exaudiet dñs preces vestras, si manentes permāseritis in ieiunijs ꝛ orationibus in cōspectu dñi. ℟. Benedicat. 309.

FERIA TERTIA.

De libro Judith. Lectio prima.

ca.8. ET factū est cū audisset hęc verba Judith vidua, quę erat filia Merari, filij Idox, filij Joseph, filii Ozię, filij Elai, filij Jānor, filij Gedeō filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchię, filij Euā, filij Nathanię, filij Salathiel: filij Simeō, filij Rubē, ꝛ vir eiꝰ Manasses, q mortuus est in dieꝰ messis hordeaceę: instabat enim sup alligātes manipulos in cāpo, ꝛ venit ęstus sup caput eiꝰ, ꝛ mortuꝰ est in Bethulia in ciuitate sua, ꝛ sepultus est illic cum patribus suis, erat autem Judith, relicta eius, vidua iam annis tribus, ꝛ mensibꝰ sex. ℟. Nos alium. 309. Lectio ij.

ET in superioribꝰ domꝰ suę fecit sibi secreto cubiculū: in quo cū puellis suis clausa morabat: ꝛ habens super lūbos cilicū, ieiunabat oibus diebus vitę suę preter sabbatha, ꝛ neomenias, ꝛ festa domus Israel. Erat autē eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas, ꝛ familiam copiosam ac possessiones armētis boū, ꝛ gregibus ouiū plenas. Et erat hęc in omnibus famosissima, qm̄ timebat dñm valde, nec erat qui loqueretur de illa verbū malum. ℟. Dominator. 309. Lectio iij.

HÆc itaqꝫ cū audisset qm̄ Ozias promisisset quod trāsacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad presbyteros Chabri, ꝛ Charmi: ꝛ venerunt ad illam: ꝛ dixit illis: Quod est hoc verbum: in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyrijs, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? Et qui estis vos, qui tentatis dominum? ℟. Domine Deus. 310.

FERIA QVARTA.

De libro Judith. Lectio prima.

FActū est autē, cū cessasset clamare ad dñm, surrexit 10. ca de loco, in quo iacuerat prostrata ad dñm, vocauitqꝫ Abrā suā, ꝛ descendens in domum suam, abstulit a se cilicium, ꝛ exuit se vestimentis viduitatis suę, ꝛ lauit corpus suū, ꝛ vnxit se myrto optimo: ꝛ discriminauit crinē capitis sui, ꝛ imposuit mitrā super caput suū, ꝛ induit se vestimentis iucunditatis suę, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitqꝫ dextrariola, ꝛ lilia, ꝛ inaures, ꝛ annulos: ꝛ oibus ornamētis suis ornauit se, cui etiā dominus contulit splendorem. ℟. Conforta me. 312. Lectio ij.

 actum

Factum est autē, cū descē-deret montem circa ortū diei, occurrerūt ei exploratores Assyriorū, & tenuerunt eam dicentes: Unde venis, aut quo vadis? Quę respondit, Filia sum Hebręorū: ideo ego fugi a facie eorum, quoniam futurum agnoui, quod dentur vobis in deprędationē, pro eo, quod cōtemnentes vos noluerunt vltro tradere se ipsos, vt inuenirent misericordiam in cōspectu vestro. ℟. Tribulationes. 309. Lectio sexta.

Duxeruntq; illam ad tabernaculū Holofernis annunciantes eā: cumq; intrasset ante faciē eius, statim captus est in suis oculis Holofernes. Dixeruntq; ad eum satellites eius, Quis contemnat populū Hebręorum, q tam decoras mulieres habent, vt nō pro his merito pugnare contra eos debeamus? Uidēs itaq; Judith Holofernem sedentē in conopęo, qđ erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum: & cū in faciē eius intendisset, adorauit eū, pstemens se super terrā. ℟. Bñdicat. 309.

FERIA QVINTA.

De libro Judith, lectio prima.

c. 12. Et factum est in quarto die Holofernes fecit cęnā seruis suis, & dixit ad Uagao eunuchū suū: Uade, & suade Hebręā illā, vt sponte cōsentiat habitare mecum, fędum est eniā apud Assyrios, si fęmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat. Tunc introiuit Uagao ad Judith, & dixit: Non vereatur bona puella itroire ad dominū meum, vt honorificetur ante faciem eius, & manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. Cui Judith respōdit: Quę ego sum, vt cōtradicā domino meo? ℟. Adonai. 309. Lectio sexta.

Ut autem sero factū est, festinauerūt serui illius ad hospitia sua, & conclusit Uagao ostia cubiculi, & abijt. Erant autem oēs fatigati a vino: eratque Judith sola in cubiculo. Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ębrietate sopitus. Dixitq; Judith puellę suę, vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret: stetitq; Judith ante lectū orans cum lacrymis, & labiorum motu in silentio, dicens: Confirma me domine Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt, sicut promisisti, Jerusalem ciuitatem tuam erigas, & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiā. ℟. Tribulationes. 309. Lectio iij.

Et cū hęc dixisset, accessit ad columnam, quę erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius: qui in ea ligatus pēdebat, exoluit, cūq; euaginasset illum apprehendit comā capitis eius, & ait:

& ait: Cōfirma me dñe Deus in hac hora: & pcussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopęum eius a columnis, & euoluit corpus eius truncum: & post pusillū exiuit & tradidit caput Holofernis ancille suę. & iussit vt mitteret illud in perā suā. ℟ Benedicat. 309.

Si hec fuerit vltima hebdomada Septēb. hac nocte ponit̄ Liber Hester cū suis hystoriis, vt infra in Octobr. [illegible] Cū si hoc [illegible] fer. in qua ponitur [illegible] fiat Officiū de fer. [illegible] simpl. in ca [illegible] rit [illegible] tunc de feria [illegible] precedenti [illegible].

FERIA SEXTA.

De libro Judith. Lectio prima.

ca. 15. Vmqꝫ ois exercitus decollatū Holofernem audisset, fugit mens, & consiliū ab eis: & solo tremore, & metu agitati, fugę pręsidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cū proximo suo, sed inclinato capite relictis oibus, euadere festinabant Hebręos, quos armatos sup se venire audierant, fugientes p vias cāpoꝝ, & semitas colliū. Videntes itaqꝫ filij Israel fugiētes, secuti sunt illos, descenderuntqꝫ clangentes tubis, & vlulantes post ipsos. ℟ Nos aliū. 309. [illegible]

Isit itaqꝫ Ozias nuncios per oēs ciuitates, & regiones Israel. Ois itaqꝫ regio, oisque vrbs electā iuuētutē armatā misit post eos: & psecuti sunt eos in ore gladij, quousqꝫ peruenirent ad extremitatē finiū suorum. Reliqui autem, q erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyrioꝝ: & pręda, quā fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde. ℟ Dominator. 309. Lectio tertia.

Oachin aūt summus Pōtifex, de Jerusalē venit in Bethuliā cū vniuersis presbyteris suis, vt videret Judith. Quę cū exisset ad illum, benedixerunt eam oēs vna voce, dicentes: Tu gloria Jerusalem, tu lętitia Israel, tu honorificētia populi nostri: quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatē amaueris, & post virum tuum, alterum nescieris: ideo & manus dñi cōfortauit te, & ideo eris benedicta in ęternū. Et dixit omnis populus: fiat, fiat. ℟ Domine Deus. 310.

SABBATHO.

De libro Judith. Lectio prima.

Et factum est, post hęc om- 16. ca
nis populus post victoriā venit in Jerusalē adorare dñm: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. Porro Judith vniuersa vasa bellica Holofernis, quę dedit illi populus, & conopęum, quod ipsa sustule-

fuerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. ℟. Conforta me. 312. Lectio [illegible]

Erat autē populus iocundus secundū faciē sanctorum, ⁊ p tres mēses gaudiū huius victorię celebratum est cum Judith. Post dies autem illos vnusquisq; rediit in domū suā: ⁊ Judith magna facta est i Bethulia, ⁊ pręclarior erat vniuersę terrę Israel. Erat etiā virtuti castitas adiūcta: ita vt non cognosceret virum omnibus diebus vitę suę, ex quo defunct⁹ est Manasses vir ei⁹: Erat aūt diebus festis pcedēs cū magna gloria. ℣. Tribulatio. 309. [illegible]


Mansit autē in domo viri sui annos centū quinq;, ⁊ dimisit Abram suā liberam: ⁊ defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia: luxitq; illam omnis populus diebus septem. In omni autem spatio vitę eius non fuit qui perturbaret Israel, ⁊ post mortem eius annis multis. Dies autem victorię huius festiuitatis ab Hebręis in numero sanctorum dierū accipitur, ⁊ colitur a Judęis ex illo tempore vsque in pręsentem diem. ℟. Benedicat. 309.

[illegible] 311. [illegible]

Dñe rex omnipotēs, in ditione tua cuncta sunt posita: ⁊ non est qui possit tuę resistere volūtati.

DOMINICA QVINTA
Septembris.

Incipit liber Esther. Lectio i.



In diebus Assueri regis, qui regnauit ab India vsque ad Æthiopiam, super centū viginti septē prouincias, quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit. Tertio igit anno imperii sui fecit grande conuiuiū cunctis principib⁹ ⁊ pueris suis fortissimis Persarum, ⁊ Medorū inclytis, ⁊ pręfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias glorię regni sui, ac magnitudinem atq; iactātiam potētię suę, multo tpe, centū videlicet ⁊ octoginta diebus. ℟. Dñe mi rex oipotens, in ditione tua cūcta sunt posita, ⁊ nō est, q possit resistere voluntati tuę: Libera nos propter nomē tuū. ℣. Exaudi orationē nostram, ⁊ conuerte luctū nostrū in gaudium. Libera. Lectio ii.

Cumq; implerentur dies conuiuii inuitauit oēm populum, qui inuentus est in Susan, a maximo vsq; ad minimū, ⁊ septem diebus iussit cōuiuiū pręparari in vestibulo horti, ⁊ nemoris, qd regio cultu, ⁊ manu cōsitū erat: ⁊ pendebāt ex oi parte tētoria aerei coloris, ⁊ carbasini, ac hyacinthini, sustentata

tata funibus byssinis, atq; pur-
pureis, q eburneis circulis inser-
ti erant, & columnis marmoreis
fulciebantur: lectuli quoq; aurei,
& argentei, super pauimentū sma-
ragdino, & pario stratum lapide,
dispositi erant, quod mira va-
rietate pictura decorabat. [R.]
Conforta me rex sanctorū prin-
cipatum tenens. Et da sermonē
rectum, & bene sonantem in os
meum. [V.] Domine rex vniuer-
sę potestatis, conuerte consilium
eorum super eos. Et. Lectio v.

Bibebant autem, qui inui-
tati erāt aureis poculis:
& alijs atq; alijs vasis cibi infere-
bantur. Vinum quoq;, vt ma-
gnificētia regia dignū erat, abū-
dans, & precipuum ponebatur: nec
erat, qui nolentes cogeret ad bi-
bendū, sed sicut rex statuerat, p-
ponens mēsis singulos de prin-
cipibus suis, vt sumeret vnusquis-
que qđ vellet. Vasthi quoq; re-
gina fecit conuiuium feminarum in
palatio, vbi rex Assuerus mane-
re cōsueuerat. [R.] Spem in aliū
nunquam habui, preter q̄ in te
Deus Israel: Qui irasceris: &
propitius eris: & oia peccata hoium
in tribulatiōe dimittis. [V.] Dñe
Deus, creator cęli, & terrę, respi-
ce ad humilitatem nostrā. Qui.

Ex libro [illegible] Ambro-
sij [illegible]. Lectio quarta.

Quid Esther regina, non-
ne vt populū suū pericu-
lo exueret, qđ erat decorū atque
honestū, morti se obtulit, nec im-
mitis regis trepidauit furorem? &
Ipse quoq; rex Persarum ferox,
atque tumido corde, tamen de-
corum iudicauit, indici insidia-
rum, quę sibi paratę forent, gra-
tiam repręsentare, populumq;
liberū a seruitute eripere, erue-
re neci, nec parcere neci eius, q
tam indecora suasisset. Deniq;
quem secundū a se & pręcipuū
inter oēs amicos haberet, cruci
tradidit, qđ dehonestatum se eius
fraudulentis consilijs animad-
uertisset. [R.] Memento mei do-
mine Deus in bonum. Et ne de-
leas miserationes meas, quas
feci in domo Dei mei, & in cere-
monijs eius. [V.] Recordare mei
dñe Deus meus. Et ne. Lectio vi.

Ea enim amicitia probabilis
quę, honestatem tuetur, prę-
ferenda sane opibus, honoribus,
potestatibus: honestati vero prę-
ferri non solet, sed honestatem
sequi, qualis fuit Ionathę: qui
pro pietate nec offensam patris,
nec salutis periculū re fugiebat,
qualis fuit Abimelech, qui pro
hospitalis gratię officijs necem,
potius sibi, quam perditionem
fugientis amici subeundā arbi-
trabatur. Nihil igitur prę feren-
dū honestati: quę tamen ne ami-
citię studio pretereatur, etiam
hoc scriptura admonet. [R.] Tri-
bulationes ciuitatū audiuimus,
quas

quas passi sunt, et defecimus: timor, et hebetudo mentis cecidit super nos, et super liberos nostros, ipsi montes nolũt recipere fugam nostrã. Dñe miserere. ℣. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Domine. Lcõ vj.

Sunt eniz plerȩq3 philosophoꝝ questiones: Utruz amici causa quisquã ɔtra patriã sentire, necne, debeat, vt amico obediat: Utruz oporteat vt fidẽ deserat, dũ idulget, atq3 intẽdit amici cõmoditatib⁹. Et scriptura quidẽ ait. Claua, et gladius, et sagitta ferrata: sic homo est, testimoniũ dãs falsuz, aduersus amicũ suũ. Sed ɔsidera, qd astruat. Non testimoniũ reprehẽdit dictum in amicũ, sed falsum testimonium. Quid eniz, si Dei causa, quid si patrię cogatur aliquis dicere testimonium? nunquid prȩponderare debet amicitia religioni? prȩponderare charitati ciuiũ? ℟. Benedicat te domin⁹ in virtute sua, qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Ut non deficiat laus tua de ore hominum. ℣. Benedictus dominus, qui creauit cęlum et terram, quia hodie nomen suum ita magnificauit. Ut non defic. vij. ℟. Nos aliũ Deũ nescim⁹, p̃ter dñz, i quo speram⁹: Qui nõ despicit nos, nec amouet salutẽ suam a genere nostro. ℣. Indulgentiam ipsius fusis lacrymis postulemus, et humiliemus illi animas nostras. Qui non despi. viij ℟. Duo seraphi3. 260. vid. Quarta feria et Sabbato dicitur secundum, et tertium ℟. primi nocturni huius Dominicȩ.

FERIA SECVNDA.

De libro Esther. Lectio prima.

2. ca. Erat vir Iudȩus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochȩus, filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Ierusalem eo tpe, quo Iechoniã, regez Iuda Nabuchodonosor, rex Babylonis, trãstulerat: q fuit nutritius filię, fratris sui Edissę, quę altero noie vocabatur Esther, et vtrunq3 parentẽ amiserat, pulchra nimis, et decora facie: mortuisq3 patre ei⁹, ac matre, Mardochȩus sibi ea3 adoptauit in filiam. ℟. Domine mi. 312. Lc. ij.

Cumq3 percrebuisset regis imperiũ, et iuxta mãdatuz illius multę pulchrę virgines adducerent Susan, et Egeo traderentur eunucho, Esther quoq3 inter cęteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero feminarum: quę placuit ei, et inuenit gratiam in conspectu illius. Et pręcepit eunucho, vt accelerarct mundũ muliebrem, et traderet ei partes suas, septem puellas speciosissimas de domo regis, et tam ipsam, quam pedissequas

quas eius ornaret, atque extolle
ret. Que noluit indicare ei po
pulũ, ⁊ patriam suam. Mardo
cheus enim preceperat ei, vt de
hac re omnino reticeret: q am
bulabat quotidie ante vestibu
lũ domus in qua electe virgines
seruabant, curam agens salutis
Esther. ℟. Conforta. 312. L. iij.

ca. 2 EVoluto autem tempore p
ordinez instabat dies quo
Esther filia Abigail fris Mar
dochei, quam sibi adoptauerat
in filiam, deberet intrare ad re
gem. Que non quesiuit mulie
brem cultum, sed quecunqz vo
luit Egeus eunuchus, custos vir
ginum, hec ei ad ornatuz dedit:
erat eniz formosa valde, ⁊ incre
dibili pulchritudine, omnium
oculis gratiosa ⁊ amabilis vide
bat. Ducta est itaqz ad cubicu
lũ regis Assueri mense decimo,
q vocat Tebeth, septimo anno
regni eius. Et adamauit eaz rex
plusquam omnes mulieres, ha
buitque gratiam, ⁊ misericor
diam corã eo super omnes mu
lieres, et posuit diadema regni
in capite eius, fecitqz eaz regna
re in loco Vasthi. ℟. Spez. 313.

FERIA TERTIA.

De libro Esther. Lectio prima.

ca. 3 POst hec rex Assuerus ex
altauit Aman filiũ Ama
dathi; qui erat de stirpe Agag:
⁊ posuit soliũ eius sup oẽs prin
cipes, quos habebat; cunctique
serui regis, qui in foribus pala
tij versabant, flectebant genua,
⁊ adorabãt Aman: sic enim pre
ceperat eis impator: solus Mar
docheus non flectebat genu, ne
que adorabat eũ. Cui dixerunt
pueri regis, qui ad fores palatij
presidebant, Cur preter ceteros
non obseruas mandatũ regis?
℟. Memento mei. 312. Lectio ij.

CUmqz hoc crebrius dice
rent, et ille nollet audire,
nunciauerũt Aman, scire cupiẽ
tes vtrũ perseueraret in senten
tia: dixerat enim eis, se esse Iu
deum: quod cũ audisset Aman,
⁊ experimento probasset, quod
Mardocheus non flecteret sibi
genu: nec se adoraret, iratus est
valde, ⁊ pro nihilo duxit, in vnũ
Mardocheũ mittere manꝰ suas.
℟. Tribulationes. 312. Lectio iij.

AUdierat enim, quod esset
gentis Iudee: magisqz vo
luit omnem Iudeorũ, qui erant
in regno Assueri, pdere natio
nẽ. Mense primo, cuius vocabu
lum est Nisan, anno duodecimo
regni Assueri, missa est sors i vr
nam, que Hebraice dr Phur, co
ram Amã, quo die, ⁊ quo mẽse
gens Iudeoꝝ deberet interfici,
⁊ exijt mensis duodecimus q
vocat Adar. ℟. Benedicat. 313

FERIA QVARTA.

De libro Esther. Lectio prima.

QVe cuz audisset Mardo
cheus, scidit vestimenta ca. 4

sua: & indutus est sacco spargēs cinerē capiti: & in platea medię ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu vsque ad fores palatij gradiens: non enim erat licitum indutū sacco aulam regis intrare. In omnibus quoq; prouincijs, oppidis, ac locis, ad quę crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Judęos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco, & cinere multis pro stratu vtentibus. Ingressę autem sunt puellę Esther, & eunuchi, nūciauerūtq; ei. Quod audiens consternata est, & vestē misit, vt ablato sacco, indueret eam: quam accipere noluit: accitoque Athach eunucho, quem rex ministrum ei dederat, pręcepit vt iret ad Mardochęum, & disceret ab eo cur hoc faceret. ℟. Nos alium. 313. Lectio ij.

Egressusq; Athach iuit ad Mardochęū stātē in platea ciuitatis ante ostium palatij: qui indicauit ei omnia, quę acciderant: quomodo Aman promisisset vt in thesauros regis pro Judęorū nece inferret argentū: exemplar quoque edicti, quod pendebat in Susan, dedit ei, vt reginę ostenderet, & moneret eā vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo. Regressusque Athach, nunciauit Esther omnia, quę Mardochęus dixerat: Quę respōdit ei, & iussit vt diceret Mardochęo: Omnes serui regis, & cunctę, quę sub ditione eius sunt, norunt prouincię, quod siue vir siue mulier, nō vocatus, interius atrium regis intrauerit, absque vlla cūctatione statim interficiatur: nisi forte rex auream virgā ad eū tetenderit, pro signo clementię, atq; ita possit viuere. Ego igitur quomodo ad regē intrare potero, quę triginta iā diebus nō sū vocata ad eū? ℟. Cōforta. 312. Lectio iij.

Quod cū audisset Mardochęus, rursum mandauit Esther, dicens: Ne putes quod animā tuam tantū liberes, quia in domo regis es prę,cunctis Judęis: si enim nunc silueris, per aliā occasionem liberabuntur Judęi: & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit, vtrum idcirco ad regnū veneris, vt in tali tempore parareris? Rursumq; Esther hęc Mardochęo verba mādauit: Vade, & congrega oēs Judęos quos in Susan repereris, & orate pro me. Nō comedatis, & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus: & ego cū ancillis meis similiter ieiunabo: & tunc ingrediar ad regē, contra legē faciens nō vocata, tradensque me morti, & periculo. Iuit itaq; Mardochęus, & fecit omnia, quę ei Esther pręceperat. ℟. Spem in alium. 312.

FERIA QVINTA.
De libro Esther. Lectio prima.
ca. 5. Die autē tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regię, quod erat interius contra basilicā regis. At ille sedebat super soliū suū in consistorio palatij contra ostium domus: cumq; vidisset Esther reginā stantem, placuit oculis eius, & extēdit cōtra eam virgam auream, quam tenebat manu. Quę accedens osculata est summitatem virgę eius. Dixitq; ad eam rex: Quid vis Esther regina? & quę est petitio tua? etiam si dimidiā partem regni petieris, dabitur tibi. At illa respōdit: Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Aman tecū ad cōuiuiū, qd̄ paraui. Statimq; rex, Vocate, inqt, cito Aman, vt Esther obediat voluntati. ℟. Dñe mi rex. 312. Lect. ij.

Egressus est itaque illo die Amā lętus, & alacer. Cūq; vidisset Mardochęum sedētem ante fores palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidē de loco sessionis suę, indignatus est valde: & dissimulata ira reuersus in domū suam, conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam, & exposuit illis magnitudinē diuitiarum suarum, filiorumq; turbā, & quanta eum gloria super omnes principes, & seruos suos rex eleuasset. Et post hęc ait: Regina quoq; Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege pręter me: apud quā etiā cras cū rege prāsurus sum: & cū hęc oia habeam, nihil me habere puto: quandiu videro Mardochęum Judęum sedentem ante fores regias. ℟. Conforta me rex. 312. Lect. iij.

Responderuntq; ei Zares vxor eius, & cęteri amici: Jube parari excelsam trabē habentē altitudinis quinquaginta cubitos: & dic, mane regi, vt appendatur super eam Mardochęus: & sic ibis cum rege lętus ad cōuiuium. Placuit ei consilium, & iussit excelsam pręparari crucem. ℟. Spem in. 312.

FERIA SEXTA.
De libro Esther. Lectio prima.
Noctem illam duxit rex insomnem, iussitq; sibi afferri historias, & annales priorum temporum: quę cum illo pręsente legerentur, ventum est ad illum locum, vbi scriptum erat, quomodo nunciasset Mardochęus insidias Bagathan, & Thares eunuchorum, regem Assuerum iugulare cupientium. Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac pręmij Mardochęus consecutus est? Dixerunt ei serui illius, ac ministri: Nihil omnino mercedis accepit. Statimq; rex: Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium 6. ca.

atrium domus regię intrauerat vt suggereret regi, ꝛ iuberet Mardochęum affigi patibulo, qđ ei fuerat pręparatū. Respon derūt pueri: Amā stat in atrio. Dixitq3 rex: Ingrediatur. ℟. Memento mei. 312. Lectio ij.

Cumq3 esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro quem rex honorare desiderat? Cogitās aūt in corde suo Amā, ꝛ reputans ꝙ nullum aliū3 rex, nisi se vellet honorare, respondit: Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs, ꝛ imponi super equum, qui de sella regis est, ꝛ accipere regiū3 diadema super caput suū: ꝛ primus de regijs principibus, ac tyrannis teneat equum eius, ꝛ per plateā3 ciuitatis incedens clamet, ꝛ dicat: sic honorabitur, quēcunq3 voluerit rex honorare. ℟. Tribulationes. 312. L iij.

Dixitq3 ei rex: Festina, ꝛ sumpta stola, ꝛ equo, fac vt locutus es Mardochęo Iudęo, qui sedet ante fores palatij: caue, ne quidquam de his, quę locutus es, pręternittas. Tulit itaque Aman stolam, ꝛ equum, indutumq3 Mardochęū in platea ciuitatis, ꝛ impositum equo pręcedebat, atq3 clamabat: Hoc honore cōdignus est, quēcunq3 rex voluerit honorare. Reuersusq3 est Mardochęus ad ianuā palatij: ꝛ Aman festinauit ire in domum suam, lugens, ꝛ operto capite: narrauitque Zares vxori suę, ꝛ amicis omnia, quę euenissent sibi. ℟. Benedicat. 313.

SABBATHO.

De libro Esther. Lectio prima.

Intrauit itaq3 rex, ꝛ Aman 7.c. vt biberent cum regina: dixitque ei rex etiam secunda die postquā3 vino incaluerat, Quę est petitio tua Esther, vt detur tibi? ꝛ quid vis fieri? etiam si dimidiam partē regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit: Si inueni gratiā3 in oculis tuis, o rex, ꝛ si tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, ꝛ populum meū, pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego, ꝛ populus meus, vt cōteramur, iugulemur, ꝛ pereamus: atque vtinam in seruos, ꝛ famulas venderemur, esset tolerabile malū, ꝛ gemens tacerem: nunc autē3 hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem. ℟. Nos alium. 313. L ij.

Respondensq3 rex Assuerus ait: Quis est iste, ꝛ cuius potentię, vt hęc audeat facere? Dixitq3 Esther: Hostis ꝛ inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiens illico obstupuit, vultū3 regis, ac reginę ferre non sustinens. Rex autem iratus surrexit, de loco conuiuij, ꝛ intrauit in hortū arboribus consitum. Aman quoque

que surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua, intellexit enim a rege sibi paratum malum. R. Cõforta me. 312. L. iij.

Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuij locũ, reperit Aman super lectulum corruisse: in quo iacebat Esther: & ait, Etiam reginam vult opprimere, me pſente, in domo mea? Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciẽ eius: dixitq; Harbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignũ, quod parauerat Mardocheo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habẽs altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex, Appendite eum in eo. Suspensus est itaq; Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo: & regis ira quieuit. R. Spem. 312. Sabbatho ante Dominicã primam Octobris. Ad Mag. Añ. Adaperiat dñs cor vestrũ in lege sua, & i pceptis suis, & faciat pacem dominus Deus noster.

DOMINICA I. Octobris.

Incipit liber j. Machab. Lcõ j.



Et factum est, postquã pcussit Alexãder Philippi Macedo, qui primus regnauit in Grecia, egressus de terra Cethim, Darium regem Persarum & Medorum, constituit prelia multa, & omnium obtinuit munitiones: & interfecit reges terre: & pertrãsijt vsq; ad fines terre: & accepit spolia multitudinis gentium: & siluit terra in ɔspectu eius: & ɔgregauit virtutẽ, & exercitũ forte nimis: & exaltatũ est & eleuatũ cor ei?: & obtinuit regiones gẽtiũ, & tyrãnos: & facti sunt illi in tributum. Et post hec decidit in lectum: & cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti a iuuentute, & diuisit illis regnum suum, cum adhuc viueret. R. A daperiat dominus cor vestrum in lege sua, & in preceptis suis, & faciat pacem in diebus vestris: Concedat vobis salutem, & redimat vos a malis. V. Exaudiat domin? oratiões vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Concedat vobis. Lcõ ij.

Et regnauit Alexander annis duodecim; & mortuus est: & obtinuerunt pueri eius regnũ vnusquisq; in loco suo. Et imposuerunt sibi oẽs diademata post mortem eius, & filij eorũ post eos annis multis: & multiplicata sunt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Rome obses: & regnauit in anno cẽtesimo trigesimo

gesimo septimo regni Grecorum. ℟. Exaudiat dñs orones vras, & reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo Dñs Deus noster. ℣. Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem. Dñs. Lectio iij.

In diebus illis exierunt ex Israel filij iniq, & suaserunt multis dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, que circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis: inuenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorum: & destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & dedit eis potestatem, vt facerent iustitiam gentium. Et edificauerunt gymnasium in Jerosolymis secundum leges nationum: & fecerunt sibi preputia, & recesserunt a testamento sancto: & iuncti sunt nationibus, & venundati sunt, vt facerent malum. ℟. Congregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua. Contere fortitudinem illorum domine, & disperge illos. Ut cognoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. ℣. Disperge illos in virtute tua, & destrue eos protector noster domine. Ut co.

Ex libro officiorum sancti Ambrosij episcopi. Lectio quarta.

Fortasse aliquos bellica defixos gloria tenet, vt putent solam esse preliarem fortitudinem, & ideo me ad istam deflexisse, quia illa nostris deforet. Quam fortis Jesus Naue, vt vno prelio quinque reges captos sterneret cum populis suis? Deinde cum aduersum Gabaonitas surgeret prelium, & vereretur ne nox impediret victoriam, magnitudine mentis, & fidei clamauit: stet sol: & stetit sol, donec victoria consummaretur. Gedeon in trecentis viris de ingenti populo, & acerbo hoste reuexit triumphum. Jonathas adolescens virtutem fecit in magno prelio. ℟. Impetum inimicorum ne timueritis: memores estote quomodo salui facti sunt patres nostri. Et nunc clamemus in celum: & miserebitur nostri Deus nr. ℣. Mementote mirabilium eius, que fecit Pharaoni, & exercitui eius in mari Rubro. Et nunc. Lec. v.

Quid de Machabeis loquar? Sed prius de populo dicam patrum, q cum essent parati ad repugnandum pro templo Dei, & pro legitimis suis, dolo hostium die lacessiti sabbathi, maluerunt vulneribus offerre nuda corpora, quam repugnare, ne violarent sabbathum. Itaq omnes leti se obtulerunt morti. Sed Machabei considerantes, quod hoc exemplo gens ois posset perire, sabbatho etiam cum ipsi in bellum prouocarentur, vlti sunt innocentium necem fratrum suorum.

Unde postea simulat⁹ rex Antiochus cũ bellũ accéderet pou ces suos, Lysiã, Nicanorẽ, ⁊ Gorgiam, ita cũ orientalibus suis, ⁊ Assyriis attritus est copiis: vt quadraginta ⁊ octo millia i medio cãpi a tribus millibus psterneren. R. Congregatę sunt gẽtes in multitudine, vt dimicent contra nos, ⁊ ignoramus qd agere debeamus. Dñe Deus ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. V. Tu scis quę cogitant in nos: quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum, nisi tu adiuues nos ⁊ Domine. Lectio vj.

Virtutem ducis Judę Machabęi de vno eius milite considerate. Namq; Eleazarus, cum supereminentẽ cęteris elephantẽ lorica vestitũ regia aduerteret, arbitratus quod in eo esset rex, cursu concito in medium legionis se proripuit: ⁊ abiecto clypeo, vtraque manu interficiebat bestias, atq; intrauit sub eam, ⁊ subiecto gladio interemit eam: itaq; cadens bestia oppressit Eleazarum, atque ita mortuus est. Quanta igitur virtus animi: primo vt mortem non timeret: deinde vt circumfusus legionibus inimicorum, in confertos raperetur hostes, mediũ penetraret agmen, ⁊ cõtempta morte, ferocior, abiecto clypeo, vtraque manu vulneratę molem bestię subiret, ac sustineret: post infra ipsam succederet, quo plenior feriret ictu: cuius ruina inclusus magis quã oppressus, suo est sepultus triũpho. R. Tua est potentia, tuũ regnum domine: tu es super omnes gentes, Da pacem domine, in diebus nostris. V. Creator omnium Deus, terribilis, ⁊ fortis, iustus, ⁊ misericors. Da pa. vij. R. Refulsit Sol in clypeos aureos, ⁊ resplenduerunt montes ab eis: Et fortitudo gentiũ dissipata est. V. Erat enim exercitus magnus valde, ⁊ fortis: ⁊ appropiauit Judas, ⁊ exercitus eius in prelio. Et fortitudo. viij. R. Duo Seraphim. 260. Infra heb. j. Fer. iiij. ⁊ Sabb. dĩ ij. ⁊ iij. R. fcõẽ seq fer. Scia huius Dñicę dñr in seq. Dñicis vsque ad Dominicam j. Nouembris.

FERIA SECVNDA.

De libro j. Machabeorum. L. j.

Páratũ est regnum in conspectu Antiochi, ⁊ cępit regnare in terra Ægypti, vt regnaret super duo regna, ⁊ intrauit in Ægyptum in multitudine graui, in curribus, ⁊ elephantis, ⁊ equitibus, ⁊ copiosa nauium multitudine, ⁊ constituit bellũ aduersus Ptolemęum regem Ægypti: ⁊ verit⁹ est Ptolemęus a facie eius, ⁊ fugit, ⁊ ceciderunt vulnerati multi. Et cõprehẽdit ciuitates munitas in terra Ægypti, ⁊ accepit spolia terrę Ægypti, 1.Ca.

pis. ℟. Dixit Judas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, et vade, libera fratres tuos in Galileam: ego autem, et Jonathas, frater tuus, ibimus in Galatim. Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. ℣. Accingimini filij potentes, et estote parati: quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostre, et sanctorum. Sicut fuerit. Lectio ii.

Et convertit se Antiochus, postquam percussit Egyptum in centesimo, et quadragesimo tertio anno, et ascendit ad Israel, et ascendit Jerosolymam in multitudine gravi, et intravit in sanctificationem cum superbia, et accepit altare aureum, et candelabrum luminis, et universa vasa eius, et mensam propositionis, et libatoria, et phialas, et mortariola aurea, et velum, et coronas, et ornamentum aureum, quod in facie templi erat: et comminuit omnia. ℟. Ornaverunt faciem templi coronis aureis, et dedicaverunt altare domino: Et facta est leticia magna in populo. ℣. In hymnis et confessionibus benedicebant dominum. Et facta. Lectio iij.

Et accepit argentum, et aurum, et vasa concupiscibilia, et accepit thesauros occultos, quos invenit: et sublatis omnibus abijt in terram suam, et fecit cedem hominum, et locutus est in superbia magna. Et factus est planctus magnus in Israel, et in omni loco eorum: et ingemuerunt principes, et seniores, et iuvenes, et virgines infirmati sunt, et speciositas mulierum immutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum: et que sedebant in thoro maritali, lugebant: et commota est terra super habitantes in ea: et universa domus Jacob induit confusionem. ℟. In hymnis et confessionibus benedicebant dominum: Qui magna fecit in Israel, et victoriam dedit illis dominus omnipotens. ℣. Ornaverunt faciem templi coronis aureis, et dedicaverunt altare domino. Qui magna.

FERIA TERTIA.

De libro Machabeorum. L. j.

In diebus illis surrexit Mathathias filius Johannis, 2.ca
filij Simeonis, sacerdos ex filijs Joarim ab Jerusalem, et sedit in monte Modin: et habebat filios quinque, Johannem, qui cognominabatur Gaddis, et Simonem, qui cognominabatur Thasi: et Judam qui vocabatur Machabeus: et Eleazar qui cognominabatur Abaron: et Jonatha, qui cognominabatur Apphus: hi viderunt mala, que fiebant in populo Juda, et in Jerusalem. ℟. Hic est fratrum amator, et populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo, et universa sancta civitate Jerusalem. ℣. Vir iste in populo suo mitissimus apparuit. Hic. L. ij.

Et dixit Mathathias: Ve mihi: vt quid natus sum videre contritionem ppli mei, et contritionem ciuitatis sancte, et sedere illic, cum datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorum facta sunt, templum eius sicut homo ignobilis. Vasa glorie eius captiua adducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis, et iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Que gens non hereditauit regnum eius, et non obtinuit spolia eius? R. Tu dñe vniuersorum qui nullam habes indigentiam, voluisti templum tuum fieri in nobis: Conserua domum istam immaculatam in eternum dñe. V. Tu elegisti domine domum istam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt esset domus orationis, et obsecrationis populo tuo. Conser. L. iij.

Et scidit vestimenta sua Mathathias, et filij eius, et operuerunt se cilicijs, et planxerunt valde: et venerunt illuc, qui missi erant a rege Antiocho, vt cogerent eos, qui confugerant in ciuitatem Modin, imolare, et accendere tura, et a lege Dei discedere. Et multi de pplo Israel consentientes, accesserunt ad eum: sed Mathathias et filij eius constanter steterunt. R. Aperi oculos tuos domine, et vide afflictionem nostram: circundederunt nos gentes ad puniendum nos. Sed tu dñe extende brachium tuum, et libera animas nostras. V. Affli ge opprimentes nos, et contumeliam facientes in superbiam, et custodi partem tuam. Sed tu.

Ria ij. et iij. ferie huius hebd. repetunt in aliis scdo et tertijs ferijs, vsq3 ad primam dñicam Nouem.

FERIA QVARTA.

De libro j. Machabeorum. L. j.

Respondit Mathathias, et dixit magna voce: Etsi omnes gentes regi Antiocho obediunt vt discedant vnusquisq3 a seruitute legis patrum suorum, et consentiant mandatis eius, ego et filij mei, et fratres mei obediemus legi patrum nostrorum: propitius sit nobis Deus. Non est nobis vtile relinquere legem, et iustitias Dei: non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus trasgredientes legis nostre mandata, vt eamus altera via. R. Refulsit. 316. Lectio ij. 2. ca.

Et vt cessauit loqui verba hec, accessit quidam Iudeus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin secundum iussum regis: et vidit Mathathias, et doluit, et contremuerunt renes eius, et accensus est furor eius secundum iudicium legis, et insiliens trucidauit eum sup aram: sed et virum quem rex Antiochus miserat, q cogebat imolare, occidit i ipso tpe, et aram destruxit, et zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zambri filio Salomi.

domi. R. Ornauerũt. 317. Lec. iii.

Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicens: Omnis, qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me. Et fugit ipse, et filij eius in montes, et reliquerunt quęcunque habebant in ciuitate. Tunc descenderũt multi quęrentes iudicium, et iustitiam in desertũ: et sederũt ibi ipsi, et filij eius, et mulieres eorum, et pecora eorum: quoniam inundauerunt super eos mala. R. In hymnis. 317.

FERIA QVINTA.

De libro j. Machabęorum. Lec. j.

ca. 2. Et appropinquauerunt dies Mathathię moriendi, et dixit filijs suis: Nunc confortata est superbia, et castigatio, et tempus euersionis, et ira indignationis. Nũc ergo o filij ęmulatores estote legis: et date animas vestras pro testamẽto patrũ vestrorum: memẽtote operum patrum quę fecerunt in generationibus suis: et accipietis gloriã magnã, et nomẽ ęternum. Abrahã nõne in tentatione inuentus est fidelis, et reputatũ est ei ad iustitiã? Joseph in tempore angustię suę custodiuit mãdatũ, et factus est dñs Ęgypti. Phinees, pater noster zelãdo zelum Dei, accepit testamentum sacerdotij ęterni. R. Adaperiat. 316. Lec. ij.

Jesus dñi impleuit verbum, factus est dux in Israel. Caleb, dũ testificat in ecclesia, accepit hęreditatẽ. Dauid in sua misericordia, consecutus est sedem regni in sęcula. Elias dũ zelat zelum legis, receptus est in cęlũ. Ananias, et Azarias, et Misael credentes liberati sunt de flamma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonũ. Et ita cogitate per generationem, et generationem: quia oẽs qui sperant in eum, non infirmant. Et a verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius stercus, et vermis est. Hodie extollitur, et cras nõ inuenietur: quia conuersus est in terrã suã, et cogitatio eius perijt. R. Exaudiat. 316. Lect. iij.

Vos ergo filij cõfortamini, et viriliter agite in lege: quia cum feceritis quę vobis pręcepta sunt in lege a dño Deo vestro, in ipsa gloriosi eritis. Et ecce Simon frater vester: scio quod vir cõsilij est: ipsum audite semper, et ipse erit vobis pater. Et Judas Machabeus fortis viribus a iuuentute sua sit vobis princeps militię, et ipse aget bellũ populi. Et adducetis ad vos omnes factores legis, et vindicate vindictã populi vestri. Retribuite retributionem gentibus, et intendite in pręceptũ legis. Et benedixit eos, et appositus est ad patres suos. R. Congregati. 316.

FERIA SEXTA.

De libro j. Machab. Lec. j.

2. ca. Defunctus est Mathathias anno

anno centesimo, et quadragesimo sexto: et sepultus est a filijs suis in sepulcris patrum suorum in Modin; et planxerunt eum omnis Israel plãctu magno. Et surrexit Judas, qui vocabatur Machabeus filius eius pro eo: et adiuuabant eũ omnes fratres eius, et vniuersi, qui se cõiunxerant patri eius, et prȩliabantur prȩlium Israel cum lȩtitia. Et dilatauit gloriam populo suo. Et persecutus est iniquos perscrutans eos: et qui cõturbabant populum suum, eos succendit flãmis: et repulsi sunt inimici eius prȩ timore eius: et omnes operarij iniquitatis cõturbati sunt: et directa est salus in manu eius. ℟. Impetum. 316. Lectio ij.

Et exacerbabat reges multos, et lȩtificabat Jacob in operibus suis: et in sȩculum memoria eius, et in benedictione. Et perambulabat ciuitates Juda, et perdidit impios ex eis, et auertit iram ab Israel: et nominatus est vsque ad nouissimũ terrȩ, et congregauit pereuntes: et congregauit Apollonius gẽtes, et a Samaria virtutem multam, et magnã, ad bellandum contra Israel: et cognouit Judas, et exijt obuiam illi: et percussit, et occidit illũ: et ceciderunt vulnerati multi: et reliqui fugerunt: et accepit spolia eorum, et gladium Apollonij abstulit Judas, et erat pugnãs in eo in omnibus diebus. ℟. Congregatȩ sunt. 316. Lectio iij.

Et cecidit timor Judȩ ac fratrum eius, et formido super omnes gentes in circuitu eorum: et peruenit ad regem nomen eius, et de prȩlijs Judȩ narrabant omnes gentes. Et audiuit autem rex Antiochus sermones istos, iratus est animo, et misit, et congregauit exercitum vniuersi regni sui castra fortia valde: et aperuit ȩrariũ suũ, et dedit stipendia exercitui in annũ: et mãdauit illis, vt essent parati ad omnia. ℟. Tua est potẽ. 316.

SABBATHO.

De libro j. Machabeorum. L. j.

Et vidit Judas, et fratres 3.ca.
eius quia multiplicata sunt
mala: et exercitus applicabat ad
fines eorũ, et cognouerũt verba
regis, quȩ mandauit populo facere
in interitũ, et consummationem:
et dixerunt vnusquisque ad
proximum suum. Erigamus deiectionẽ
populi nostri, et pugnemus
pro populo nostro, et sanctis
nostris. Et congregatus est conuẽtus,
vt essent parati in prȩliũ,
et vt orarent, et peterent misericordiam,
et miserationes. Et Jerusalẽ
non habitabat, sed erat sicut
desertũ: non erat qui ingrederetur,
et egrederetur de natis
eius: et sanctum conculcabatur,
et filij alienigenarum erant in arce:
ibi erat habitatio gentium:
et ablata

ablata est voluptas a Jacob: et defecit ibi tibia, et cithara. Rñ. Refulsit Sol. 316. Lectio iij.

Et congregati sunt, et venerūt in Maspha contra Jerusalē: quia locus orationis erat in Maspha ante in Israel. Et ieiunauerūt illa die, et induerūt se ciliciis, et cinerē imposuerunt capiti suo, et disciderūt vestimēta sua, et expanderunt libros legis, de quibus scrutabātur gētes similitudinē simulacrorum suorū: et attulerunt ornamēta sacerdotalia, et primitias, et decimas, et suscitauerūt Nazareos, qui impleuerant dies: et clamauerūt voce magna in cęlū, dicētes: Quid faciemus istis, et quo eos ducem? et sancta tua cōculcata sunt, et cōtaminata sunt, et sacerdotes tui facti sunt in luctum, et in humilitatem: et ecce nationes conuenerunt aduersum nos, vt nos disperdant: tu scis, quę cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum, nisi tu Deus adiuues nos? Rñ. Ornauerunt faciem. 317. Lectio iiij.

Et tubis exclamauerūt voce magna. Et post hęc constituit Judas duces populi, tribunos, et cēturiones, et pētacōtarchos, et decuriones: et dixit iis qui ędificabāt domos, et sponsabant vxores, et plantabant vineas, et formidolosis, vt redirent vnusquisque in domum suā secūdum legem. Et mouerūt castra, et collocauerūt ad austrū Emmaum. Et ait Judas: Accingimini, et estote filij potētes: et estote parati i mane, vt pugnetis aduersus nationes has, quę cōuenerūt aduersus nos, disperdere nos, et sancta nostra: quoniam melius est nos mori in bello, quā videre mala gentis nostrę et sanctorum. Sicut autē fuerit voluntas in cęlo, sic fiat. Rñ. In hym. 317. Ad Mag. Aña. Refulsit sol in clypeos aureos, et resplenduerūt mōtes ab eis: et fortitudo gentium dissipata est.

DOMINICA II. Octobris.

De libro j. Machabęorum. Lectio j.



Dixit autē Judas et fratres eius, Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mūdare sancta, et renouare. Et congregatus est omnis exercitus, et ascenderunt in mōtem Sion, et viderunt sanctificationem desertā, et altare prophanatū, et portas exustas, et in atriis virgulta nata sicut i saltu, vel in montibus: et pastophoria diruta: et sciderūt vestimenta sua, et plāxerunt planctu magno, et imposuerunt cinerē super caput suū, et ceciderūt in faciem super terrā, et exclamauerūt tubis signorum, et clamauerūt in cęlū. Rñ. Adaperiat dominus. 315. Lectio ij.

4. ca.

Tunc

TUnc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos, qui erant in arce, donec emundarent sancta: & elegit sacerdotes sine macula, voluntatẽ habentes in lege Dei: & mundauerũt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locũ immũdum: & cogitauit de altari holocaustorum, quod prophanatum erat, qđ de eo faceret. Et incidit illis consiliũ bonũ, vt destruerẽt illud: ne forte illis esset in opprobriũ, qa ꝯtaminauerũt illud gẽtes, & demoliti sunt illud. Et reposuerunt lapides in monte domus, in loco apto, quoadusq; veniret ꝓpheta, & responderet de eis. ℟. Exaudiat. ꝫ 16. Lec. iiij.

ET acceperunt lapides integros ſm legẽ: & ędificauerunt altare nouũ ſm illud quod fuit prius: & ędificauerũt sancta, & quę intra domũ erant intrinsecus, & ędem: & atria sanctificauerunt: Et fecerunt vasa sancta noua, & intulerũt cãdelabrũ, & altare incensoꝝ, & mẽsaz in templũ. Et incẽsuz posuerũt sup altare, & accẽderũt lucernas, quę super candelabrũ erant, & lucebant in tẽplo. Et posuerũt super mẽsaz panes, & appenderunt velamina, & cõsummauerunt oĩa opera q̃ fecerunt. ℟. Cõgregati. ꝫ 17.

Ex libro S. Augustini episcopi de ciuitate Dei. Lec. iiij.

POsteaq̃; gens Iudęa cępit non habere prophetas, procul dubio deterior facta est: eo scilicet tempore, quo se sperabat instaurato templo post captiuitatem, quę fuit in Babylonia, futurã esse meliorẽ: sic quippe intelligebat populus ille carnalis, quod pꝛęnunciatum est per Aggęum prophetam, dicentẽ: Magna erit gloria domus istius nouissimę plusquaz primę. Quod de nouo testamẽto dictum esse, paulo superi⁹ demõstrauit, vbi ait aperte Christuz promittens: Et mouebo omnes gẽtes: & veniet desideratus cũctis gentib⁹. ℟. Impetum. ꝫ 16. Lectio v.

QUalib⁹ enim electis gentiũ domus Dei ędificatur per testamentũ nouuz lapidibus viuis, longe glorioſior, quam templum illud fuit, quod a rege Salomone constructum est, & post captiuitatem instauratuz. Propter hoc ergo nec prophetas ex illo tempore habuit illa gẽs, sed multis cladibus afflicta est ab alienigenis regib⁹, ipsisq; Romanis, ne hanc Aggęi prophetiaz in illa instauratione templi opinaretur impletaz. Non multo enim post adueniente Alexandro subiugata est: quando etsi nulla facta est vastatio, quoniam non sunt ausi ei resistere, & ideo placatum facillime subditi receperunt: non erat tamen gloria tanta domus illius, quanta fuit in

in suo℞ regnũ libera potestate. ℟. Congregatę. 316. Lectio vj.

DEinde Ptolemęus Lagi filius, post Alexandri mortẽ captiuos inde in Ægyptũ trãstulit: quos ei⁹ successor Ptolemęus Philadelphus beneuolentissime inde dimisit: per quẽ factum est, vt septuaginta interpretũ scripturas haberent⁹. Deinde attriti sunt bellis, q̃ in Machabęo℞ libris explicant̃. Post hęc capti a rege Alexãdrię Ptolemęo, q est appellatus Epiphanes, inde ab Antiocho rege Syrię multis ꝛ grauissimis malis ad idola colẽda cõpulsi: tẽplũq3 ipsũ repletũ sacrilegis supstitionibus gentium, quod tñ dux eorũ strenuissimus Judas, qui etiã Machabęus dictus est, Antiochi ducibus pulsis, ab omni illa idololatrię ꝯtaminatiõe mũdauit. ℟. Tua est potentia. 317.

FERIA SECVNDA.

De libro j. Machabęorum. L. j.

ca. 2. ANte matutinũ surrexerũt quinta ꝛ vicesima die mensis noni, (hic est mensis Casleu) centesimi quadragesimi octaui anni: ꝛ obtulerunt sacrificiũ ẜm legem super altare holocaustorũ nouũ, quod fecerunt ẜm tẽpus: ꝛ ẜm diem in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa rẽnouatum est in canticis, citharis, ꝛ cinirys, ꝛ cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem, ꝛ adorauerunt, ꝛ benedixerũt in celũ eũ, qui prosperauit eis. ℟. Dixit Judas. 317. Lectio ij.

ET fecerunt dedicationẽ altaris dieb⁹ octo: ꝛ obtulerũt holocausta cũ lętitia, ꝛ sacrificiũ salutaris ꝛ laudis. Et ornauerunt faciẽ templi coronis aureis, ꝛ scutulis: ꝛ dedicauerunt portas, ꝛ pastophoria: ꝛ imposuerũt eis ianuas, ꝛ facta est lętitia in populo magna valde, ꝛ auersum est opprobriũ gentiũ. Et statuit Judas, ꝛ fratres eius, ꝛ vniuersa eccl'ia Israel, vt agañt dies dedicationis altaris in tẽporib⁹ suis ab anno in annũ p dies octo, a qnta ꝛ vicesima die mensis Casleu, cum lętitia, ꝛ gaudio. ℟. Ornauerunt. 317. Lectio iij.

ET ędificauerunt in tempore illo montẽ Sion: ꝛ per circuitum muros altos, ꝛ turres firmas, nequando venirent gentes, ꝛ conculcarent eũ, sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum, vt seruarent eum: ꝛ muniuit eum ad custodiendam Bethsuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumęę. ℟. In hymnis. 317.

FERIA TERTIA.

De libro j. Machabęorum. L. j.

ET factum est vt audierũt gentes in circuitu, qa ędificatum est altare, ꝛ sanctuariũ sicut prius, iratę sunt valde, ꝛ cogitabant tollere genus Jacob, 5. ca.

qui erant inter eos: et ceperunt occidere de populo, et persequi. Et debellabat Judas filios Esau in Idumea. et eos, q erant in Arabathane, quia circumsedebant Israelitas: et percussit eos plaga magna. Et recordatus est maliciam filiorum Bean, qui erant populo in laqueũ, et in scandalũ, insidiantes ei in via: et conclusi sunt ab eo in turribus: et applicuit ad eos, et anathematizauit eos, et incendit turres eorũ igne cum omnibus, qui in eis erant. R. Hic est fratrum. 317. Lectio ij.

Et transiuit ad filios Ammon, et inuenit manũ fortẽ et populũ copiosũ, et Timotheũ ducem ipsorum: et commisit cum eis praelia multa; et contriti sunt in conspectu eorum: et percussit eos, et cepit Gazer ciuitatem, et filias eius, et reuersus est in Judeam: et congregate sunt gentes que sunt in Galaad, aduersus Israelitas, qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos: et fugerunt in Datheman munitionẽ. R. Tu domine. 317. Lectio iij.

Et miserunt literas ad Judam et fratres eius, dicentes: Cõgregate sunt aduersum nos gentes per circuitum, vt nos auferant: et parant venire, et occupare munitionem, in quã cõfugimus, et Timotheus est dux exercitus eorum. Nunc ergo veni, et eripe nos de manibus eorũ, qa cecidit multitudo de nobis: et omnes fratres nostri, qui erant in locis Tubin, interfecti sunt: et captiuas duxerũt vxores eorũ: et natos, et spolia, et peremerunt illic fere mille viros R. Aspi. 317.

FERIA QVARTA.

De libro j. Machabeorum. L. j.

In diebus quibus erat Judas, et Jonathas in terra Galaad, et Simon frater eius in Galilea contra faciẽ Ptolemaidis, audiuit Josephus Zacharie filius, et Azarias, principes virtutis, res bene gestas, et praelia, que facta sunt et dixit: Faciamus et ipsi nobis nomen, et eamus pugnare aduersus gentes: que in circuitu nostro sunt: et pcepit ijs, qui erant in exercitu suo: et abierunt Jamniam. R. Refulsit Sol. 316. Lectio scda. 5.ca.

Et exiuit Gorgias de ciuitate, et viri eius obuiã illis in pugnam: et fugati sunt Josephus et Azarias vsqz i fines Judee, et ceciderunt illa die de populo Israel ad duo millia viri: et facta est plaga magna in populo, quia non audierunt Judam, et fratres eius, existimantes fortiter se facturos. Ipsi autem non erant de semine virorũ illorũ, per quos salus facta est in Israel. R. Ornauerũt. 317. Lectio tertia.

Et viri Juda magnificati sunt valde in cõspectu omnis Israel, et gentium oium, vbi audiebatur

audiebatur nomen eorum, et cō uenerunt ad eos fausta acclamātes, et exiuit Judas, et fratres ei⁹, et expugnabant filios Esau in terra, quę ad austrum est: et percussit Chebron, et filios eius, et muros eius, et turres succendit igni in circuitu. Et mouit castra vt iret in terraз alienigenaruз: et perambulabat Samariaз. In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prelium. R. In hymnis. 317.

FERIA QVINTA.

De libro j. Machabęorum. L. j.

ma6. Et rex Antiochus perambulabat superiores regiones, et audiuit esse ciuitatē Elymaidē in Perside nobilissimā, et copiosam in argēto, et auro, tēplumqз in ea locuples valde: et illic velamina aurea, et lorice, et scuta, quę reliquit Alexander Philippi, rex Macedo, qui regnauit primus in Grecia. Et venit, et quęrebat capere ciuitateз, et deprędari eam, et non potuit: quoniaз innotuit sermo ijs, qui erāt in ciuitate, et insurrexerūt in prelium, et fugit inde, et abijt cum tristitia magna, et reuersus est in Babyloniam. Et venit q nunciaret ei in Perside, quia fugata sunt castra, quę erant in terra Juda, et quia abijt Lysias, cum virtute forti in primis, et fugatus est a facie Judęorum. R. Adaperiat. 315. Lectio secūda.

Et inualuerūt armis, et viribus, et spolijs multis, quę ceperunt de castris, quę exciderunt: et quia diruerunt abominationem, quam ędificauerant super altare, quod erat in Jerusalem et sanctificationem, sicut prius: circundederunt muris excelsis: sed et Bethsuram ciuitatem suam. Et factum est vt audiuit rex sermones istos, expauit, et commotus est valde, et decidit in lectum, et incidit in languorem pre tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat: et erat illic per dies multos, quia renouata est in eo tristitia magna, et arbitratus est se mori. R. Exaudiat. 315. Lectio iij.

Et vocauit omnes amicos suos, et dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, et concidi, et corrui corde pre solicitudine, et dixi in corde meo. In quātam tribulationem deueni, et in quos fluctus tristitię in qua nūc sum, qui iucundus eram, et dilectus in potestate mea: nunc vero reminiscor malorum, quę feci in Jerusalem, vnde et abstuli omnia spolia aurea et argentea, quę erant in ea, et misi auferre habitantes Judęam sine causa. Cognoui ergo, quia propterea inuenerūt me mala ista: et ecce pereo tristitia magna i terra aliena. R. Congregati. 316.

FERIA SEXTA.
De libro j. Machabęorum. L. j.

ca.7. Anno centesimo qnquagesimo primo exijt Demetri⁹ Seleuci filius ab vrbe Roma, ꝛ ascendit cū paucis viris in ciuitatem maritimam, ꝛ regnauit illic. Et sedit Demetrius super sedem regni sui: ꝛ venerunt ad eū viri iniqui, ꝛ impij ex Israel ꝛ Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos: ꝛ accusauerūt pplm apud regē dicentes: Perdidit Judas, ꝛ fratres eius oēs amicos tuos, ꝛ nos disperdidit de terra nostra, nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat, ꝛ videat exterminium oē, qd fecit nobis ꝛ regionibus regis, ꝛ puniat omnes amicos eius, ꝛ adiutores eorum. ℟ Impetum. 316. Lec. ij.

Et elegit rex ex amicis suis Bacchidē, qui dn̄abatur trans flumen magnū in regno, ꝛ fidelem regi: ꝛ misit eum vt videret exterminium, quod fecit Judas. Sed ꝛ Alcimū impium cōstituit in sacerdotium: ꝛ mandauit ei facere vltionē in filios Israel. Et surrexerunt, ꝛ venerūt cum exercitu magno in terram Juda: ꝛ miserunt nuncios: ꝛ locuti sunt ad Judam, ꝛ ad fratres eius verbis pacificis in dolo. Et non intēderunt sermonibus eorū: ꝛ viderunt eum quia venerunt cum exercitu magno. ℟ Cōgregatę sunt. 316. Lec. iij.

Et conuenerunt ad Alcimum, ꝛ Bacchidem congregatio scribarum requirere, quę iusta sunt: ꝛ primi Assidei, qui erant in filijs Israel: ꝛ exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim: Homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus est cum eis verba pacifica: ꝛ iurauit illis dicens: Non inferemus vobis malum, neq; amicis vestris. Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros, ꝛ occidit eos in vna die, secundum verbum quod scriptū est. Carnes sanctorum tuorum, ꝛ sanguinē ipsorum effuderunt in circuitu Jerusalem, ꝛ non erat qui sepeliret. ℟ Tua est potentia. 316.

SABBATHO.
De libro j. Machabęorum. L. j.

Et audiuit Judas nomen Romanorū, quia sunt potentes viribus, ꝛ acquiescunt ad oia: quę postulantur ab eis: ꝛ qcunq; accesserunt ad eos, ꝛ statuerunt cum eis amicitias, ꝛ qa sunt potentes viribus. Et audierunt pręlia eorum, ꝛ virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, qa obtinuerunt eos, ꝛ duxerūt sub tributū, ꝛ quanta fecerunt in regione Hispanię, ꝛ quod in potestatem redegerunt metalla argenti ꝛ auri, quę illic sunt, ꝛ possederunt omnem locum cōsilio suo, ꝛ patientia: locaq;, quę 8.ca.

longe

longe erāt valde ab eis, ꝛ reges qui superuenerant eis ab extremis terrę cōtriuerunt, ꝛ percusserūt eos plaga magna: cęteri autem dant eis tributū, omnibus annis. ℟. Refulsit. 316. Lcō ij.

ET elegit Judas Eupolemum filium Johannis, filij Jacob, ꝛ Jasonem filiū Eleazari, ꝛ misit eos Romā cōstituere cum illis amicitiam, ꝛ societatem: ꝛ vt auferrēt ab eis iugum Gręcorum, quia viderunt ꝙ in seruitutem premerent regnum Israel. Et abierūt Romā viam multam valde, ꝛ introierunt curiam, ꝛ dixerunt: Judas Machabęus, ꝛ fratres eius, ꝛ populus Judęorum miserunt nos ad vos, statuere vobiscum societatem, ꝛ pacem, ꝛ conscribere nos socios, ꝛ amicos vestros. Et placuit sermo in conspectu eorum: hoc rescriptum est, quod rescripserunt in tabulis ęreis, ꝛ miserunt in Jerusalē, vt esset apud eos ibi memoriale pacis, ꝛ societatis. ℟. Ornauerūt, 317. L. iij.

BEne sit Romanis, ꝛ genti Judęorū in mari, ꝛ in terra in ęternū: gladiusq; ꝛ hostis, procul sit ab eis. Quod si institerit bellū Romanis prius, aut omnibus socijs eorum: in omni dominatione eorum, auxilium feret gēs Judęorum, prout tempus dictauerit, corde pleno: ꝛ pręliantibus non dabunt, neque subministrabūt triticum, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis: ꝛ custodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. Similiter autem, ꝛ si genti Judęorum prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiserit. ℟. In hymnis ꝛ conf. 317.

Sabba. ante dñicam iij. Octob. Ad Magnificat. Antiphona.

Lugebat autem Judam Israel planctu magno, ꝛ dicebat: quomodo cecidisti potens in prelio, qui saluū faciebas populuꝫ dñi?

DOMINICA III. Octobris.

De libro j. Machabęorum. L. j.



Nterea, vt audiuit Demetri⁹ ꝙ cecidit Nicanor, ꝛ exercitus eius in ꝑlio, apposuit Bacchideꝫ, ꝛ Alcimum rursum mittere in Judęam, ꝛ dextrum cornu cū illis: ꝛ abierūt viā, quę ducit in Galgala, ꝛ castra posuerūt in Masaloth quę est in Arbellis, ꝛ occupauerunt eā: ꝛ peremerunt animas hominum multas. In mense primo anni centesimi, ꝛ quinquagesimi secūdi, applicuerūt exercitum ad Jerusaleꝫ, ꝛ surrexerunt, ꝛ abierunt in Beream viginti millia virorū, ꝛ duo millia equitum. Et Judas posuerat castra in Laisa, ꝛ tria millia viri 9. ca.

electi cũ eo. Et viderunt multitudinẽ exercitus, q̃a multi sunt: ⁊ timuerunt valde, ⁊ multi subtraxerunt se de castris: ⁊ non remanserũt ex eis, nisi octingenti viri. ℟. Adaperiat. 315. Lcõ ij.

Et vidit Judas ꝙ defluxit exercit⁹ suus, ⁊ bellũ perurgebat eũ, ⁊ confractus est corde, q̃a nõ habebat tempus congregandi eos: ⁊ dissolutus est, ⁊ dixit ijs, q̃ residui erant: Surgamus, ⁊ eam⁹ ad aduersarios nostros: si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum dicentes: Nõ poterimus: sed liberemus aĩas nr̃as modo, ⁊ reuertamur ad fratres nr̃os: ⁊ tũc pugnabimus aduersus eos, nos autẽ pauci sumus. Et ait Judas: Absit istã rẽ facere, vt fugiamus ab eis: ⁊ si appropiauit tempus nr̃m, moriamur in virtute propter fratres nr̃os, nõ inferamus crimẽ glorię nr̃ę. Et mouit exercitus de castris, ⁊ steterunt illis obuiam: ⁊ diuisi sunt equites in duas partes: ⁊ fundibularij, ⁊ sagittarij pręibãt exercitum, ⁊ primi certaminis omnes potẽtes. ℟. Exaudiat dñs. 315. Lcõ iij.

Bacchides autẽ erat in dextro cornu: ⁊ proximauit legio ex duab⁹ partibus, ⁊ clamabant tubis. Exclamauerũt autẽ ⁊ ij qui erant ex parte Judę etiã ipsi: ⁊ commota est terra a voce exercituum, ⁊ cõmissum est prę-lium a mane vsq; ad vesperam. Et vidit Judas quod firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris: ⁊ conuenerunt cũ ipso omnes constantes corde, ⁊ contrita est dextera pars ab eis, ⁊ persecutus est eos vsq; ad montẽ Azoti: ⁊ qui in sinistro cornu erant, viderunt quod cõtritum est dextrum cornu, ⁊ secuti sunt post Judam, ⁊ eos, qui cum ipso erant, a tergo: ⁊ ingrauatũ est pręliũ, ⁊ ceciderunt vulnerati multi ex his, ⁊ ex illis: ⁊ Judas cecidit, ⁊ ceteri fugerunt. Et Jonathas, ⁊ Simon tulerunt Judam fratrẽ suum, ⁊ sepelierunt eum in sepulcro patrum suorum in ciuitate Modin, ⁊ fleuerunt eum omnis populus Jsrael planctu magno. ℟. Congregati sunt. 315.

Ex libro Officiorum sancti Ambrosij episcopi. Lectio quarta.

Quia fortitudo non solum secundis rebus, sed etiam aduersis probat, spectemus Judę Machabęi exitum. Js enim post victum Nicanorem, regis Demetrij ducẽ, securior aduersus viginti millia exercit⁹ regis, cũ nongẽtis viris bellũ adortus, volẽtib⁹ his cedere ne multitudine opprimerent, gloriosam magis mortem, quã turpem fugam suasit. Ne crimẽ, inquit nr̃ę relinquamus glorię. Jtaque commisso pręlio cum a primo ortu diei in vesperam dimicaretur, dextrũ cornu,

corona in quo validissimam manũ aduertit hostiũ, aggressus, facile auertit: sed duz fugientes sequitur, a tergo vulneri locum prębuit. Itaque gloriosiorem triumphis locum mortis inuenit. ℞. Impetum ini. 316. L. v.

Quid Jonathã fratrẽ eius atteramꝰ qui cum parua manu aduersus exercitꝰ regios pugnãs, desertus a suis, & cum duobus tantũ relictus, reparauit bellum, auertit hostem, fugientes suos ad societatem reuocauit triumphi. Habes fortitudinem bellicam, in qua non mediocris honesti, ac decori forma est, quod mortem seruituti prętulerat, ac turpitudini. Quid autem de martyrũ dicaz passionibus? Et ne longius vagemur cum minorem de superbo rege Antiocho Machabei pueri retulerunt triumphũ, quam parentes proprijꝰ si quidem illi armati, isti sine armis vicerunt. ℞. Congregatę. 316. Lectio sexta.

Stetit inuicta septem puerorũ cohors regijs cincta legionibus: & defecerũt supplicia, cesserunt tortores: non defecerunt martyres: alius, corium capitis exutus speciez mutauerat: virtutem auxerat: alius, linguaz iussus amputandam promere, respondit: Non solos dominus audit loquentes, qui audiebat Moysen tacentem: plus audit tacitas cogitationes suorum; quam voces omnium. Linguę flagellum times, flagellum sanguinis non times? Habet & sanguis vocem suam, qua clamat ad Deũ, sicut clamauit in Abel. ℞. Tua est potentia. 316.

FERIA SECUNDA.

De libro j. Machabeorum. L. j.

Et congregati sunt omnes amici Judę, & dixerunt, Jonathę: ex quo frater tuus Judas defunctus est, vir similis ei non est, qui exeat cõtra inimicos nostros Bacchidem, & eos qui inimici sunt gẽtis nrę. Nunc itaque te hodie eligimus esse pro eo nobis in principem, & ducẽ ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Jonathas tẽpore illo principatum, & surrexit loco Judę fratris sui. Et cognouit Bacchides: & quęrebat eum occidere. ℞. Dixit Judas. 317. Lectio ij. 9. ca.

Et cognouit Jonathas, & Simõ frater eius, & oẽs q cum eo erant, & fugerunt in desertum Thecuę, & consederunt ad aquam lacus Asphar. Et cognouit Bacchides: & die sabbathorum venit ipse, & omnis exercitus eius trans Jordanez, & Jonathas misit fratrez suũ ducem populi, & rogauit Nabuthęos amicos suos, vt commodarent illis apparatum suum qui erat copiosus, & exierunt filij Jambri ex Madaba, & comprehẽderunt

runt Johannem, ⁊ omnia, que habebat, ⁊ abierunt habētes ea. ℟. Ornauerunt. 317. Lectio iii.

Post hec verba renūtiatū est Jonathe, ⁊ Simoni fratri eius, quia filii Jābri faciunt nuptias magnas, ⁊ ducūt spōsā ex Madaba filiā vnius de magnis principibus Chanaan cū ambitione magna, ⁊ recordati sunt sanguinis Johānis fratris sui, ⁊ ascenderunt, ⁊ absconderunt se sub tegumento montis, ⁊ eleuauerunt oculos, ⁊ viderunt, ⁊ ecce tumultus, ⁊ apparatus multus, ⁊ sponsus processit, ⁊ amici eius, ⁊ fratres eius obuiam illis cū tympanis, ⁊ musicis, ⁊ armis multis: ⁊ surrexerūt ad eos, ex insidiis, ⁊ occiderunt eos. ℟. In hymnis. 317.

FERIA TERTIA.

De libro j. Machabeorum. L. i.

ca. 12. Et vidit Jonathas, quia tēpus eum iuuat: ⁊ elegit viros, ⁊ misit eos Romam statuere, ⁊ renouare cū eis amicitiam: ⁊ ad Spartiatas, ⁊ ad alia loca misit epistolas fm eandē formā: ⁊ abierunt Romam, ⁊ intrauerunt curiam, ⁊ dixerunt: Jonathas, summus sacerdos, ⁊ gens Judeorū miserunt nos, vt renouemus amicitiam, ⁊ societatem fm pristinum: ⁊ dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt reducerent eos in terram Juda cum pace. ℟. Hic est. 317. L. ii.

Et hoc est exemplum epistolarū, quas scripsit Jonathas Spartiatis. Jonathas, summus sacerdos, ⁊ seniores gētis, ⁊ sacerdotes, ⁊ reliquus popul⁹ Judeorum Spartiatis fratrib⁹ salutem. Jam pridē missę erant epistolę ad Oniam summū sacerdotē a Dario, qui regnabat apud vos: quī estis fratres nostri, sicut scriptū continet, quod subiectū est: ⁊ suscepit Onias virum qui missus fuerat, cū honore: ⁊ accepit epistolas, in quibus significabatur de societate, ⁊ amicitia. ℟. Tu domine. 317. L. iii.

Nos enim cum nullo horū indigeremus, habētes solatio sanctos libros, qui sunt in manib⁹ nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem, ⁊ amicitiam: ne forte alieni efficiamur a vobis. Multa enim tēpora transierunt ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni tempore sine intermissione i diebus solennibus, ⁊ ceteris, quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificiis, que offerimus, ⁊ in obseruationibus, sicut fas est, ⁊ decet meminisse fratrum. ℟. Aperi oculos. 317.

FERIA QVARTA.

De libro j. Machabeorum. Le. j.

Et cū cogitasset Tryphon regnare Asię, ⁊ assumere diadema, ⁊ extēdere manum in Antiochum regem, timens ne forte 12.c

forte non permitteret eū Jonathas, sed pugnaret aduersus eū, quęrebat comprehendere eum, & occidere, & exurgens abijt in Bethsan: & exiuit Jonathas obuiam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in pręliū, & venit Bethsan, & vidit Tryphon, quia venit Jonathas cum exercitu multo, vt extenderet in eum manus, & timuit, & excepit eum cum honore, & cōmēdauit eū oībus amicis suis, & dedit ei munera: & pręcepit exercitibus suis, vt obedirent ei sicut sibi. ℟. Refulsit sol. 316. Lectio ij.

ET dixit Jonathę: vt quid vexasti vniuersum populum, cum bellum nobis nō sit? & nūc remitte eos in domos suas: elige autem tibi viros paucos, qui tecū sint, & veni mecū Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua pręsidia, & exercitum, & vniuersos prępositos negocij: & conuersus abibo: ꝓpterea enim veni. Et credidit ei, & fecit sicut dixit: & dimisit exercitum, & abierunt in terrā Juda: retinuit autē secū tria millia viroꝝ: ex quibus remisit in Galilęā duo millia, mille autem venerunt cū eo. ℟. Ornauerunt. 316. Lectio iij.

ET autem intrauit Ptolemaidam Jonathas, clauserunt portas ciuitatis Ptolemēses, & comprehenderunt eum: & oēs, qui cū eo intrauerāt, gladio interfecerūt. Et misit Tryphon exercitum, & equites in Galilęā, & in campum magnum, vt perderent omnes socios Jonathę. At illi cum cognouissent, quia comprehensus est Jonathas, & perijt, & omnes qui cū eo erant: hortati sunt semetipsos, & exierunt pariter in pręliū. Et videntes ij, qui insecuti fuerāt, quia ꝓ anima res est illis, reuersi sunt: illi autem venerunt oēs cum pace in terram Juda, & planxerūt Jonatham, & eos, qui cum ipso erāt, valde. ℟. In hymnis. 317.

FERIA QVINTA.

De libro j. Machabęorum. L. j.

ET audiuit Simō quod cōgregauit Tryphon exercitum copiosum, vt veniret in terram Juda, & attereret eam. Videns quia in tremore populus est, & in timore, ascendit Jerusalem, & congregauit populum, & adhortans dixit: Vos scitis, quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei, fecimus pro regibus, & pro sanctis pręlia, & angustias quales vidimus: horum gratia perierunt fratres mei oēs propter Jsrael, & relictus sum ego solus. Et nunc non mihi cōtingat parcere aię meę in oī tpe tribulationis: non enim melior sum fratribus meis. Vindicabo itaqꝫ gentē meā, & sancta: natos quoqꝫ nostros, & vxores: quia congregatę sunt vniuersę gen- 13.C

tes, côterere nos inimicitię gratia. ℟. Adaperiat. 315. Lectio ij.

Et accensus est spiritus populi simul vt audiuit sermones istos: ⁊ responderũt voce magna, dicentes: Tu es dux noster loco Judę ⁊ Jonathę fratris tui: pugna prælium nostrũ: ⁊ oia, quęcunque nobis dixeris, faciemus. Et congregans oẽs viros bellatores: accelerauit consummare vniuersos muros Jerusalem, ⁊ muniuit eam in gyro. Et misit Jonatham filium Absalomi, ⁊ cum eo exercitum nouum in Joppen, ⁊ eiectis ijs, q erant in arce, remansit illic ipse. Et mouit Tryphõ a Ptolemaide cum exercitu multo, vt veniret in terrã Judã, ⁊ Jonathas cũ eo in custodia: Simon autẽ applicuit in Addus contra faciem campi. ℟. Exaudiat. 316. L. iij.

Et vt cognouit Tryphon, quia surrexit Simon loco fratris sui Jonathę, ⁊ q cõmissurus esset cũ eo prælium, misit ad eũ legatos, dicens: Pro argẽto, quod debebat frater tuus Jonathas in ratione regis, propter negocia, quę habuit, detinuimus eum, ⁊ nunc mitte argẽti talenta centum: ⁊ duos filios eius obsides, vt non dimissus fugiat a nobis: ⁊ remittemus eum. Et cognouit Simon, quia cum dolo loqueretur secum: iussit tamen dari argentũ ⁊ pueros, ne inimicitiam magnã sumeret ad populum Jsrael, dicentẽ: quia non misit ei argẽtum ⁊ pueros, propterea perijt. Et misit pueros, ⁊ centum talenta: ⁊ mentitus est, ⁊ non dimisit Jonathan. ℟. Et congregati sunt. 316.

FERIA SEXTA.

De libro j. Machabæorum. L. j.

Et auditũ est Romę, q a defunctus esset Jonathas, ⁊ vsq; in Spartiatas, ⁊ contristati sunt valde. Vt audierunt autẽ quod Simon frater eius factus esset summ⁹ sacerdos loco eius, ⁊ ipse obtineret omnem regionem, ⁊ ciuitates in ea: scripserunt ad eum in tabulis ęreis, vt renouarent amicitias, ⁊ societatem quam fecerant cũ Juda, ⁊ cum Jonatha, fratribus eius: ⁊ lectę sunt in conspectu Ecclesię in Jerusalem. Et hoc exemplũ epistolarum quas Spartiatę miserunt. ℟. Jmpetum. 316. L. ij. 14. ca

Spartianorũ principes, ⁊ ciuitates, Simoni sacerdoti magno, ⁊ senioribus, ⁊ sacerdotibus, ⁊ reliquo populo Judeorum, fratribus, salutem. Legati qui missi sunt ad populum nostrum, nunciauerunt nobis de vestra gloria, ⁊ honore, ⁊ lętitia: ⁊ gauisi sumus in introitu eorum: ⁊ scripsimus, quę ab eis erant dicta in consilijs populi, sic Numenius Antiochi, ⁊ Antipater Jasonis filius, legati Judeorum,

deorũ, venerunt ad nos renouãtes nobiscum amicitiã pristinã. Et placuit populo excipere viros gloriose, ⁊ ponere exemplũ sermonum eorũ in segregatis populi libris, vt sit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autẽ horũ scripsimus Simoni, magno sacerdoti. ℟. Cõgregatę sunt. 316. Lectio tertia.

Post hęc autẽ misit Simõ Numenium Romam, habentem clypeũ aureum magnũ pondo minarũ mille, ad statuendam cum eis societatem. Cum autem audisset populus Romanus sermones istos, dixerunt: Quam gratiarum actionẽ reddem⁹ Simoni, ⁊ filijs eius? Restituit enim ipse fratres suos, ⁊ expugnauit inimicos Israel ab eis: ⁊ statuerunt ei libertatem, ⁊ descripserunt in tabulis ęreis, ⁊ posuerunt in titulis in monte Sion. ℟. Tua est potentia. 316.

SABBATHO.

De libro j. Machabęorum. L. j.

Ca. 14. Simon autẽ perambulans ciuitates, quę erant in regione Iudęę ⁊ solicitudinẽ gerens earum, descendit in Iericho, ipse ⁊ Mathathias filius eius, ⁊ Iudas, anno centesimo septuagesimo septimo, mẽse vndecimo: hic est mensis Sabath. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, q̃ vocat̃ Doch, cũ dolo, quã ędificauit: ⁊ fecit eis conuiuium magnum, ⁊ abscondit illic viros. Et cum inebriatus esset Simon, ⁊ filij eius, surrexit Ptolemęus cum suis, ⁊ sumpserunt arma sua, ⁊ intrauerunt in conuiuiũ, ⁊ occiderunt eum, ⁊ duos filios eius, ⁊ quosdam pueros eius: ⁊ fecit deceptionem magnã in Israel, ⁊ reddidit mala pro bonis. ℟. Refulsit Sol. 316. Lectio secunda.

Et scripsit hęc Ptolemęus, ⁊ misit regi, vt mitteret ei exercitũ in auxiliũ: ⁊ traderet ei regionem, ⁊ ciuitates eorũ, ⁊ tributa. Et misit alios in Gazarã tollere Iohannem: ⁊ tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, ⁊ daret eis argentum, ⁊ aurũ, ⁊ dona: ⁊ alios misit occupare Ierusalẽ, ⁊ montẽ tẽpli. Et pręcurrens quidã nunciauit Iohanni in Gazara, q̃ perijt pr̃ eius, ⁊ frater eius, ⁊ q̃ misit te quoq; interfici. ℟. Manserũt. 317. Lio.

Ut audiuit aũt, vehemẽter expauit, ⁊ comprehendit viros, qui venerãt perdere eũ, ⁊ occidit eos: cognouit enĩ, q̃ q̃rebãt eũ pdere. Et cętera sermonũ Iohãnis, ⁊ bellorũ eius, ⁊ bonarũ virtutũ, q̃bus fortiter gessit, ⁊ ędificij murorũ, quos extruxit, ⁊ rerum gestarum eius, ecce hęc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum. ℟. In hymnis. 317.

Sabbã. ante Dñicã iiij. Octob. Ad Mag. Añã. Exaudiat dñs orationes vestras, ꝛ recõciliet vobis, nec vos deserat in tempore malo dñs Deus noster.

DOMINICA IIII. Octobris.

Incipit liber in Machabeo. L. i.



Fratribus, q sunt per Ægyptũ, Judeis salutẽ dicunt fratres, q sunt in Jerosolymis Judei, ꝛ q in regione Judea, ꝛ pacem bonam. Benefaciat vobis Deus, ꝛ meminerit testamenti sui, qð locutus est ad Abraham, ꝛ Isaac, ꝛ Jacob, seruoꝝ suoꝛũ fideliũ: ꝛ det vobis coꝛ omnibus, vt colatis eũ, ꝛ faciatis eius voluntatẽ corde magno, ꝛ animo volenti. Adaperiat coꝛ vestrum in lege sua, ꝛ in pręceptis suis, ꝛ faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, ꝛ reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempoꝛe malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. ℟. Adaperiat dominus. 315.

℣. vt in Dñica j. Octobris. L. ii.

Acturi igitur quinta ꝛ vigesima die mensis Casleu purificationem templi, necessarium duxim⁹ significare vobis, vt ꝛ vos quoq agatis diem scenophegię, ꝛ diẽ ignis qui datus est, quando Nehemias ędificato tẽplo, ꝛ altari, obtulit, sacrificia. Nam cũ in Persidẽ ducerẽtur patres nostri, sacerdotes, q tunc cultores Dei erãt, acceptũ ignẽ de altari occulte absconderunt in valle, vbi erat puteus altus, ꝛ siccus, ꝛ in eo contutati sunt eũ ita vt omnibus ignotus esset locus. ℟. Exaudiat. 316. Lectio iij.

Cum autẽ pręterijssent anni multi, ꝛ placuisset Deo, vt mitteretur Nehemias a rege Persidis: nepotes sacerdotum illoꝝ, qui abscõderant, misit ad requirendũ ignem: ꝛ sicut narrauerunt nobis, non inuenerũt ignẽ, sed aquam crassam: ꝛ iussit eos haurire, ꝛ afferre sibi: ꝛ sacrificia, quę imposita erant, iussit sacerdos Nehemias aspergi aqua ipsa, ꝛ ligna, quę erant superposita. Atq hoc factum est, ꝛ tempus affuit quo sol refulsit, q prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita vt oẽs mirarentur. ℟. Congregati. 316.

Ex tractatu S. Joban. Chrysostomi super psalmos. Lectio iiij.

Deus, auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerũt nobis opus, qð operatus es in diebus eoꝝ: Hũc psalmum dicit quidam prophetа, dicit autem non ex persona propria, sed ex persona Machabeorum, narrans ꝛ pędicens quę futura erant illo tempoꝛe: Tales enim sunt prophetę: oia tempoꝛa percurrunt, pręsentia, pręterita,

preterita, et futura. Quinam sunt autē hi Machabęi, quidq; passi sunt, et quid fecerint, necessarium est primum dicere, vt sint apertiora quę in argumento dicuntur. Ii enim, cum inuasisset Iudęam Antiochus, q dict⁹ est Epiphanes, et oia deuastasset, et multos, qui tunc erant, a patrijs institutis resilire coegisset, permanserūt illęsi ab illis tentationibus. ℟. Impetū. 316. L. v.

Et quando graue quidem bellū ingruebat, nec quicq; possent facere, quod pdesset, se abscondebāt, nā hoc quoq; fecerunt apostoli: non enim semper apparentes in media irruebant pericula, sed nōnunq; et fugientes, et latentes secedebant. Post quam autem parū respirarunt, tanquam generosi quidā catuli ex antris exilientes, et e latebris emergentes statuerūt nō se amplius solos seruare, sed etiam alios quoscunq; possent: et ciuitatem, et omnem regionem obeuntes, collegerūt quotquot inuenerunt adhuc sanos, et integros, et multos etiā qui laborabant, et corrupti erant, in statum pristinum redegerunt, eis persuadentes redire ad legem patriā. ℟. Congregatę. 316. L. vj.

Deum enim dicebant esse benignum, et clemētem, nec vnquam adimere salutem, quę proficiscitur ex pęnitentia: hęc autem dicentes habuerunt delectum fortissimorū virorum. Non enim pro vxoribus, liberis, et ancillis, patrięque euersione, et captiuitate, sed pro lege et patria republica pugnabāt. Eorū autē dux erat Deus. Cum ergo aciē dirigerent, et suas aias, pdigerēt, fundebāt aduersarios, non armis fidentes, sed loco ois armaturę, pugnę causā sufficere ducentes. Ad bellū autē euntes non tragędias excitabāt, nō pęanas canebant, sicut nonnulli faciunt: nō asciuerunt tibicines, vt fit in alijs castris: sed Dei supni auxiliū inuocabant, vt adesset, opem ferret, et manus pręberet, propter quem bellum gerebant, pro cuius gloria decertabant. ℟. Tua est potentia. 316.

FERIA SECVNDA.

De libro ij. Machabęorū. L. j.

Inuenitur autem in descriptionib⁹ Ieremię prophetę, q iussit eos ignem accipere qui transmigrabant, vt significatum est, et vt mandauit trāsmigratis. Et dedit illis legē ne obliuiscerentur pręcepta dñi, et vt non exerrarent montibus, vidētes simulacra aurea et argentea, et ornamenta eorū. Et alia huiusmodi dicens hortabatur, ne legem amouerent a corde suo. ℟. Dixit Iudas. 317. L. ij. secūda. 2. ca.

Erat aūt in ipsa scriptura, quomodo tabernaculū et arcam

arcaꝫ iussit propheta diuino re- sponso ad se facto comitari secū vsquequo exijt in montem, in quo Moyses ascēdit, ⁊ vidit dei hereditatem. Et veniens ibi Je remias inuenit locum spelunce tabernaculuꝫ, ⁊ arcā ⁊ altare in- censi intulit illuc, ⁊ ostium ob- struxit. Et accesserunt quidam simul qui sequebanꝫ, vt notarēt sibi locū: ⁊ nō potuerūt inueni- re. ℟. Ornauerunt. 317. Lectio iij.

Ut autem cognouit Jere- mias, culpans illos, dixit: Quod ignotus erit loc⁹ donec cō- gregēt Deus congregationē po puli, ⁊ propitius fiat: ⁊ tunc dn̄s ostendet hec, ⁊ apparebit maie- stas domini, ⁊ nubes erit, sicut ⁊ Moysi manifestabatur, ⁊ sicut cum Salomon petijt, vt locus sanctificaretur magno Deo, ma nifestabat hec. Magnifice eniꝫ sapientiam tractabat: ⁊ vt sapiē tiam habēs obtulit sacrificium dedicationis ⁊ consummationis templi. ℟. In hymnis. 317.

FERIA TERTIA.

De libro ij Machabeorum. Lectio j.

ca. 3. Igitur cum sancta ciuitas habitaref in omni pace, le- ges etiā adhuc optime custodi- renf propter Onie pontificis di- spositionē, ⁊ pietatem, ⁊ animos odio habentes mala, fiebat vt, ⁊ ipsi reges, ⁊ principes locū sum- mo honore dignū ducerent, ⁊ tē plum maximis muneribus illu strarent, ita vt Seleucus, Asie rex, de reddtib⁹ suis prestaret oēs sumptus ad ministeriū sacri ficiorū pertinētes. Simon autēꝫ de tribu Beniamin, prepositus templi cōstitutus contendebat, obsistente sibi principe sacerdo tū, iniquū aliqd in ciuitate moli ri. ℟. Hic est fratrū. 317. Lectio ij.

Sed cū vincere Oniā non posset, venit ad Apollo- nium Tharsee filiuꝫ qui eo tpe erat dux Celesyrie, ⁊ Phenicis: ⁊ nuntiauit ei, pecunijs innume rabilibus plenum esse erarium Jerosolymis, ⁊ communes co- pias immensas esse, que nō per- tinent ad rationem sacrificiorū: esse autē possibile, sub potesta- te regis cadere vniuersa. Cum- que retulisset ad regeꝫ Apollo ni⁹ de pecunijs, que delate erāt: ille accitum Heliodorum, qui erat super negocia eius, misit cum mandatis vt predictam pe cuniā trāsportaret. Statimque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem quasi per Cele- syriam, ⁊ Phenicen ciuitates esset peragraturus, re vera aūt regis propositum perfecturus. ℟. Tu domine. 317. Lectio iij.

Sed cum venisset Jeroso- lymā, ⁊ benigne a summo sacerdote in ciuitate esset acce- ptus, narrauit de dato indicio pecuniarū, ⁊ cuius rei gratia ad- esset aperuit: interrogabat autē si vere

si vere hęc ita essent Tūc summus sacerdos ostendit deposita esse hęc victualia viduarū & pupillorū, quędam vero esse Hircani Tobię, viri valde eminentis, in his q̄ detulerat impius Simon: vniuersa autē argenti talenta esse quadringēta, & auri ducēta: decipi his vero, eos q credidissent loco & tēplo quod per vniuersum mundum honoraf, pro sui veneratione & sanctitate, oino impossibile esse. ℟. Aperi ocul. 317.

FERIA QVARTA.

De libro ij. Machabeorū. Le. j.

ca. 3. Heliodorus autē, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cū satellitibus, circa ęrariū pręsens. Sed spiritus omnipotētis dei magnā fecit suę ostensionis euidentiā, ita vt omnes, qui ausi fuerant parere ei, ruētes, Dei virtute: in dissolutionē, & formidinē conuerterentur. Apparuit enim illis qdā equus terribilem habens sessorez, optimis operimētis adornatus, isqz cum impetu Heliodoro priores calces elisit: qui autē ei sedebat, videbatur arma habere aurea. ℟. Refulsit. 316. Lectio secunda.

Alij etiam apparuerūt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosiqz amictu, qui circunsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberātes. Subito autem Heliodorus cōcidit in terram, cūmqz multa caligine circunfusum rapuerūt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is, qui cū multis cursoribus, & satellitibus pręd ictum ingressus est ęrariū, portabatur nullo sibi auxilium ferēte, manifesta dei cognita virtute, & ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe, & salute priuatus. ℟. Ornauerūt. 317. Lectio tertia.

Considerās autem summus sacerdos, ne forte rex suspicaretur malitiā aliquam ex Iudęis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem, cumqz summus sacerdos exoraret, ijdē iuuenes, eisdem vestibus amicti, astātes Heliodoro, dixerunt: Onię sacerdoti gratias age: nam propter eum dominus tibi vitā donauit: tu autē a deo flagellat⁹ nuncia omnibus magnalia Dei & potestatem. Et his dictis, non cōparuerūt. ℟. In hymnis. 317

Si hęc hebd. fuerit vij. octob. in trib⁹ seq. ferijs legunt lec. dñi cę v. & ij. & iij. fer. eiusdem hebd.

FERIA QVINTA.

De libro ij. Machab. Lectio j.

Simon autez pręd ictus pecuniarū, & patrię delator, 4. ca. male loquebaf de Onia, tāquā ipse Heliodorum instigasset ad hęc, & ipse fuisset inuentor malorum: prouisoremque ciuitatis, ac defen-

ac defensorem gentis suę ęmulatorem legis Dei, audebat insidiatorem regni dicere. Sed cum inimicitię in tantū procederent, vt etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent: considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, vt pote ducem Cęlesyrię & Phęnicis, ad augendam malitiam Simonis, ad regem se contulit, non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersę multitudinis considerans. ℟. Adaperiat. 315. Lectio secunda.

Videbat enim, sine regali prouidētia impossibile esse pacē rebus dari, nec Simonē posse cessare a stultitia sua. Sed post Seleuci vitę excessum, cum suscepisset regnū Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iason frater Onię summū sacerdotium adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex redditibus alijs talēta octoginta: super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur, gymnasium, & ephebiam sibi constituere, & eos, qui in Ierosolymis erant, Antiochenos scribere. ℟. Exaudiat. 316. Le. iij.

Quod cum rex annuisset, & obtinuisset principatū, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cępit: & amotis his, quę humanitatis causa Iudęis a regibus fuerant constituta, & per Iohannē patrē Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione legitima, ciuium iura destituens, praua instituta sanciebant. ℟. Cōgregati. 316.

FERIA SEXTA.

De libro ij. Machabęorum. Lec. j.

Eodem tēpore Antiochus secundam profectionem parauit in Ægyptum. Contigit autē per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrētes, auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cōminus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladijs districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem omnisque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti. ℟. Impetum. 316. Le. ij. 5. ca.

Sed cum falsus rumor exisset, tanquam vita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minus mille viris, & repente aggressus est ciuitatem: & ciuibus ad murū conuolantibus, ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem: Iason vero non parcebat in cęde ciuibus suis, nec cogitabat, prosperitatem aduersum cognatos, malum

malum esse maximum arbitrans hostium, et non ciuium se tropheą capturum. Et principatum quidem non obtinuit, finem vero insidiarum suarum confusionem accepit, et profugus iterum abiit in Amanitem. R. Cōgregatę. 316. L.iij.

Ad vltimum in exitium sui conclusus ab Areta Arabum tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus, vt refuga legum: et execrabilis, vt patrię et ciuium hostis, in Ægyptum extrusus est: et qui multos de patria sua expulerat, peregre periit Lacedęmona profectus, quasi pro cognatione ibi refugium habiturus. Et qui insepultos multos abiecerat, ipse et illamentatus, et insepultus abiicitur, sepultura neque peregrina vsus, neque patrio sepulcro participans. R. Tua est po. 316.

SABBATHO.

De libro ii. Machabeorum. L.j.

ca.6. Misit rex Antiochus senem quendam Antiochenum, qui cōpelleret Iudęos, vt se trāsferrent a patriis, et Dei legibus, contaminare etiam quod in Ierosolymis erat tēplum, et cognominare Iouis Olympii, et in Garizim prout erant ii, qui locum inhabitabāt, Iouis Hospitalis. Pessima aūt et vniuersis grauis erat malorum incursio: nam tēplū luxuria et comessationibus gentium erat plenum, scortantium cum meretricibus: sacratisque ędibus mulieres se vltro ingerebant, intro ferentes ea, quę non licebat. R. Refulsit. 316. L.ij.

Altare etiā plenum erat illicitis, quę legibus prohibebantur: neque autem sabbatha custodiebantur: neque dies solennes patrii seruabantur: nec simpliciter Iudęum se esse quisquam cōfitebatur. Ducebātur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: et cum Liberi sacra celebrarentur, cogebātur hedera coronati Libero circumire. Decretum autem exiit in proximas gentilium ciuitates, suggerentibus Ptolemęis, vt pari modo et ipsi aduersus Iudęos agerent, vt sacrificarent, eos autem, qui nollēt transire ad instituta Gentiū, interficerent. Erat ergo videre miseria. R. Omanerunt. 317. L.iij.

Duę enim mulieres delatę sunt, natos suos circumcidisse: quas, infantib⁹ ad vbera suspēsis, cum publice per ciuitatē circunduxissent, per muros pręcipitauerūt. Alii vero ad proximas coeuntes speluncas, et latenter sabbathi diem celebrātes, cū indicati essēt Philippo, flāmis succensi sunt: eo quod verebantur propter religionē, et obseruātiā, manu sibimet auxilium ferre. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter

pter aduersos casus; sed repu/
tent ea, quę acciderunt, non ad
interitũ, sed ad correptionẽ esse
generis nostri. ℟. In hym. 317.
Sabbatho ãte dñicã v. Octob.
secũdũ rubr. 297. Ad M. Añ.
Tua est potentia, tuum regnũ
dñe, tu es super oẽs gentes, da
pacẽ domine in diebus nostris.

DOMINICA V.
Octobris.

De libro ij. Machabęorũ, Lcõ j.

ca. 6. 

Itur Eleazar⁹, vnus de primori/
bus scribarũ, vir ętate prouectus, ꝛ
vultu decorus, aperto ore hians
compellebatur carnẽ porcinã
mãducare. At ille gloriosissimã
mortem magis quam odibilem
vitam complectens, voluntarie
pręibat ad supplicium. Intuens
autem quemadmodum oporte
ret accedere, patienter sustinẽs,
destinauit nõ admittere illicita
propter vitę amorẽ. Hi autẽ, qui
astabant, iniqua miseratione cõ
moti, propter antiquã viri ami/
citiam, tollentes eum secreto ro
gabant afferri carnes, quibus
vesci ei licebat, vt simularetur
mãducasse sicut rex imperaue/
rat: de sacrificij carnibus: vt hoc
facto a morte liberaretur: ꝛ pro
pter veterẽ viri amicitiam, hãc
in eo faciebant humanitatem.
℟. Adaperiat. 315. Lectio ij.

At ille cogitare cępit ętatis
ac senectutis suę eminẽtiã
dignaꝫ, ꝛ ingenitę nobilitatis ca
nitiẽ, atque a puero optimę con/
uersationis actus, ꝛ ſm sanctę ꝛ
a Deo conditę legis cõstituta, re
spondit cito, dicens pręmitti se
velle i infernũ. Nõ eniꝫ ętati nrę
dignũ est, inquit, fingere: vt mul
ti adolescẽtes, arbitrantes Elea
ʒarũ nonaginta annorũ transis/
se ad vitam alienigenarum, ꝛ ip
si propter meam simulationem
ꝛ propter modicum corruptibi
lis vitę tempus decipiantur, ꝛ
per hoc maculam atqꝫ execra/
tionẽ meę senectuti conquirã.
Nam etsi in pręsenti tpe suppli/
cijs hominum eripiar, sed ma/
num omnipotentis, nec viuus,
nec defunctus effugiam. Quam/
obrem fortiter vita excedendo,
senectute qdẽ dign⁹ apparebo:
adolescentibus autem exemplũ
forte relinquam, si prompto ani
mo, ac fortiter pro grauissimis,
ac sanctissimus legibus honesta
morte perfungar. His dictis, con
festim ad supplicium trahebã/
tur. ℟. Exaudiat. 316. Lcõ iij.

Ontigit autẽ septem fra/ 7. ca.
tres vna cum matre sua ap
prehensos, cõpelli a rege edere
contra fas, carnes porcinas, fla/
gris ꝛ taureis cruciatos. Unus
autem ex illis qui erat primus,
sic ait: Quid qris, ꝛ quid vis di/
scere a nobis? Parati sum⁹ mo
ri magis,

ri,magis,quã patrias Dei leges
preuaricari. Iratus itaq; rex iuſ
ſit ſartagines & ollas eneas ſuc/
cẽdi:quibus ſtatim ſuccẽſis,iuſ/
ſit ei, qui prior fuerat locutus,
amputari linguã, & cute capitis
abſtracta,ſummas quoq; man⁹
& pedes ei preſcindi,ceteris eius
fratribus & matre inſpicientib⁹.
Et cum iam per omnia inutilis
factus eſſet, iuſſit ignem admo/
ueri, & adhuc ſpirantem torreri
in ſartagine: in qua cu; diu cru/
ciaretur, ceteri vna cum matre
inuicem ſe hortabãtur mori for/
titer. ℟. Congregati.fol.316.

Sermo ſ. Greg Nazianzeni. l'iiij.

ELeazarus,primitie eorum,
qui hic ante Chriſtu; ſunt
paſſi, quemadmodũ poſt Chri/
ſtum Stephanus. Is vir & ſacer/
dos & ſenex,canus capillis. can⁹
& prudentia, prius quidem pro
populo ſacrificabat: & orabat:
nunc autem ſemetipſum hoſtiã
obtulit Deo perfectiſſimam,ad
totius populi expiatione; aptũ
certaminis initium,ad quod lo/
quens tacitusq; cohortabatur:
obtulit autem & filios ſeptem,
ſue opera diſciplinẽ hoſtiam vi/
uentem,ſanctam,beneplacitam
Deo,omni legali ſacrificio ſplẽ
didiorem,& puriorem: que ſunt
enim filiorum,ad patrem refer/
ri equiſſimum, ac iuſtiſſimum
eſt. ℟. Impetũ.316. ℣.

Tibi ſũ generoſi, & magna/
nimi pueri, & generoſe mrīs no/
bilis proles, glorioſi veritatis p/
pugnatores, Antiochi tẽporib⁹
excelſiores, veri Moſaice legis
diſcipuli,patrie,morũ, ac ritu;
obſeruãtiſſimi. Numerus apud
Hebreos laudibilis, & ꝓpter ſe/
ptẽnarie quietis myſteriũ vene/
rabilis,vnũ ſpirantes,vnum ſpe
ctantes,vnũ illud vite iter ſcien/
tes,vt mortem Dei cauſa ſuſci/
perent,non minus animis frẽs,
quam corporibus, inter ſe mu/
tue mortis emuli. Proh mira/
culũ,tormẽta quaſi theſauros ꝑ/
ripiẽtes,pro magiſtra lege peri/
cula ſubeuntes, que non magis
illata formidabant, qua; relicta
requirebant,vnum illud veriti,
ne tyrannus a pena deſiſteret,ne
quis ipſorum ſine corone ꝑmio,
diſcederet, ne inuiti fratres alij
ab alio ſeiungerẽtur, & ne, in eo
diſcrimine ſupplicia non feren/
tes,mala victoria ſuperarẽt. ℟.
Congregate.316. Lectio ſexta.

ERat ibi fortis & generoſa
mater,puerorum ſimul ac
Dei amãs, cui⁹ materna viſcera
ſupra nature conſuetudinẽ dila/
niabantur: non enim filiorum,
qui in tormentis erant, miſera/
batur,ſed timore angebatur, ne
non ea ſuſtinerent: neq; magis
eos,qui e vita migrauerant,deſi
derabat,quã precabatur,vt reli/
qui cum illis coniungerentur:
de quibus filijs magis, quam

de mortuis, erat sollicita. Horum enim dubium erat certamen, at illorum secura dissolutio. Atq3 illos quidem iam Deo adiunxe rat: de his vero, quomodo eos deus susciperet, laborabat. O virilē animū in corpore muliebri: o admirabile magni animi icre mentū. R. Tua est potētia. 316.

FERIA SECVNDA.

De libro ij. Machabeorū. Lc. j.

ca. 7. Mortuo itaque illo primo hoc modo, sequētem de ducebāt ad illudendum: & cute capitis eius cum capillis abstra cta, interrogabant, si manduca ret, priusquam toto corpore per membra singula puniretur. At ille respondēs patria voce dixit: Non faciā. Propter quod & iste sequenti loco primi tormēta su scepit: & in vltimo spiritu consti tutus sic ait: Tu quidē scelestissi me in præsenti vita nos perdis, sed rex mūdi defunctos nos pro suis legibus ęternę vitę resurre ctione suscitabit. Post hūc ter tius illuditur, & linguam postu latus, cito protulit: & manus con stanter extendit, & cum fiducia ait: E cęlo ista possideo, sed pro pter Dei leges nūc hęc ipsa de spicio: qm̄ ab ipso me ea rece pturū spero, ita vt rex, & qui cu3 ipso erant, mirarentur adolescē tis animum, quod tanquam ni hilū duceret cruciatus. R. Di xit Judas Simoni. 317. Lc. ij.

Et hoc ita defuncto, Quar tum vexabāt similiter tor quentes. Et cum iam esset ad mortem, sic ait. Potius est ab hominib9 morti datos spem ex pectare a Deo, iterum ab ipso resuscitandos, tibi enim resur rectio ad vitam nō erit. Et cum admouissent Quintū vexabant eū. At ille respiciens in eū dixit Potestatē iter homines habēs, cū sis corruptibilis, facis quod vis. Noli aūt putare, genus no strum a Deo esse derelictum: tu autē patienter sustine, videbis magnā potestatē ipsius, qualiter te, & semē tuū torquebit. Post hūc ducebant Sextū: & is mori incipiens, sic ait: Noli frustra er rare, nos enim propter nosmet ipsos hoc patimur, peccantes in Deū nostrū: & digna admiratio ne facta sunt in nobis: tu aūt nē existimes tibi impune futurū q contra Deū pugnare tētaueris. R. Ornauerunt. 317. Lc. iij.

Supra modū autē mater mirabilis, & bonorum me moria digna, quę pereuntes se ptem filios sub vnius diei tem pore cōspiciens, bono animo fe rebat ꝑpter spem, quā in Deo habebat, singulos illoru3 horta baē voce patria fortiter, repleta sapientia: & feminęę cogitationi masculinum animū inserens, di xit ad eos: Nescio qualiter in vtero meo apparuistis: neque enim

enim ego spiritū ꝛ animā dona/
ui vobis, ꝛ vitā: ꝛ singulorū mē/
bra non ego ipsa compegi: sed
enim mundi creator, qui forma/
uit hominis natiuitatem, quiqꝫ
oium inuenit originem, ꝛ spūm
vobis iterum cum misericordia
reddet, ꝛ vitam, sicut nunc vos/
metipsos despicitis propter le/
ges eius. ℟. In hymnis. 317.

FERIA TERTIA.

De libro ij. Machabeorum. Le. j.

a. 7. Antiochus autē cōtemni se
arbitratus, simul ꝛ expro/
brantis voce despecta, cū adhuc
adolescentior superesset, nō so/
lum verbis hortabatur, sed ꝛ cū
iuramento affirmabat, diuitem
se ꝛ beatum facturū, ꝛ translatū
a patrijs legibus amicum habi/
turum, ꝛ res necessarias ei pbi/
turum. Sed ad hęc cum adole/
scens nequaquam inclinaretur,
vocauit rex matrem, ꝛ suadebat
ei, vt adolescenti fieret in salutē.
Cum autem multis eam verbis
esset hortatus, promisit suasu/
ram se filio suo. Itaque inclina/
ta ad illum, ꝛ irridens crudeleꝫ
tyrannum, ait patria voce: Fili
mi miserere mei, quę te in vtero
nouem mensibus portaui, ꝛ lac
triēnio dedi, ꝛ alui, ꝛ in ętatē istā
perduxi. ℟. Hic est. 317. Le. ij.
Peto nate, vt aspicias ad
cęlū, ꝛ terram, ꝛ ad omnia
quę in eis sunt: ꝛ intelligas quia
ex nihilo fecit illa Deus, ꝛ homi
nū genus: ita fiet vt non timeas
carnificeꝫ istum: sed dignus fra/
tribus tuis effectus particeps,
suscipe morteꝫ, vt in illa misera/
tione cum fratribus tuis te reci
piam. Cum hęc illa adhuc dice/
ret, ait adolescens: Quem susti/
netis? non obedio pręcepto re/
gis, sed pręcepto legis, quę data
est nobis per Moysen. Tu vero
qui inuentor ois malitię, factus
es in Hebręos, non effugies ma
nū Dei. Nos enim pro peccatis
nr̄is hęc patimur. Et, si nobis ꝓ
pter increpationeꝫ ꝛ correptio/
nē dn̄s Deus noster modicū ira
tus est, sed iterū recōciliabit ser
uis suis. ℟. Tu dn̄e. 317. Le. iij.
Tu autem, o scelerate, ꝛ om/
nium hominum flagitiosis
sime, noli frustra extolli vanis
spebus in seruos eius inflamma
tus: nondum enim omnipoten/
tis Dei, ꝛ omnia inspicientis iu
diciuꝫ effugisti. Nā fratres mei,
modico nunc dolore sustentato
sub testamento ęternę vitę effe/
cti sunt: tu vero iudicio Dei iu/
stas superbię tuę pęnas exolues.
Ego autem sicut ꝛ fratres mei,
animam ꝛ corpus meum trado
pro patrijs legibus, inuocans
Deū maturi⁹ gēti nostrę propi/
tium fieri, teque cum tormentis
ꝛ verberibus cōfiteri, quod ip/
se est Deus solus. In me vero, ꝛ
in fratribus meis desinet omni/
potētis ira, quę sup omne genus

nostrũ iuste subducta est. Tunc rex accẽsus ira, in hunc sup omnes crudelius desæuit, indignę ferens se derisum. Et hic itaque mundus obijt, per omnia in domino confidẽs: Nouissime aũt, post filios & mater consumpta est. ℟. Aperi oculos. fol. 317.

FERIA QVARTA.

De libro ii. Machabæorũ. Le. j.

ca. 8. Constituit autem Nicanor vt regi tributũ, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorũ de captiuitate Iudæorũ suppleret: statimq; ad maritimas ciuitates misit, conuocans ad coemptionẽ Iudaicorũ mancipiorũ, promittẽs se nonaginta mancipia talento distracturum, non respiciens ad vindictã, quę eum ab omnipotente esset consecutura. Iudas autẽ vbi cõperit, indicauit ijs, qui secũ erant, Iudęis, Nicanoris aduentũ. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei iustitię, in fugam vertebantur, alij vero, siqd eis supererat vendebant, simulque dominũ deprecabantur, vt eriperet eos ab impio Nicanore. ℟. Refulsit. 316. Lectio ij.

Conuocatis autẽ Machabeus septem millibus, qui cum ipso erãt, rogabat ne hostibus reconciliarentur, neq; metuerẽt iniquã venientiũ aduersum se hostiũ multitudinẽ, sed fortiter cõtenderẽt, ante oculos habentes contumeliã, quę loco sancto ab his iniuste esset illata, itemq; & ludibrio habitę ciuitatis iniuriã, adhuc etiã veterũ instituta cõuulsa. Nã illi quidẽ armis confidunt, ait, simul & audacia: nos autẽ in omnipotẽte domino, q potest, & venientes aduersum nos, & vniuersum mũdum vno nutu delere, cõfidimus. Admonuit autem eos & de auxilijs Dei, q̃ facta sunt erga parẽtes, & quod sub Sennacherib centũ octogintaquinque millia perierunt. ℟. Ornauerũt. 317. L. iij.

His verbis cõstãtes effecti sunt, & pro legibus, & patria mori parati. Constituit itaque fratres suos duces vtrique ordini, Simonẽ, & Iosephũ, & Ionathan, subiectis vnicuiq; millenis, & qngẽtenis. Ad hoc etiã, ab Esdra lecto illis sctõ libro, & dato signo adiutorij Dei, in prima acie ipse dux cõmisit cũ Nicanore. Et facto sibi adiutore oipotente, interfecerunt sup nouẽ millia hominũ: maiorem autem partẽ exercitus Nicanoris, vulneribus debilem factam, fugere compulerunt. Pecunijs vero eorum, qui ad emptionem ipsorum venerant, sublatis, ipsos vsquequaq; persecuti sunt, sed reuersi sunt ora cõclusi: nam erat ante sabbathum: quam ob causam non perseuerauerunt insequentes. Arma autem ipsorum & spolia

& spolia cõgregantes, sabbathũ agebant, benedicẽtes dñm, qui liberauit eos in isto die, misericordię initiũ stillãs in eos. Post sabbathum vero debilibus, & orphanis, & viduis diuiserũt spolia: & residua, ipsi cum suis habuere. ℟. In hymnis. 317.

FERIA QVINTA.

De libro ij. Machab. Lectio j.

ca. 9. Eodem tẽpore Antiochus inhoneste reuertebatur de Perside, intrauerat enim in eã quę dicitur Persepolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatẽ opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt: & ita cõtigit, vt Antiochus post fugam turpiter rediret: & cum venisset circa Ecbatanam, recognouit quę erga Nicanorem & Timotheũ gesta sunt. Elatus autẽ in ira, arbitrabatse iniuriã illorũ, qui se fugauerant, posse in Iudęos retorqre: ideoque iussit agitari currũ suũ sine intermissione, agens iter, cęlesti cuz iudicio perurgẽte, eo quod ita superbe locutus est se venturum Ierosolymam, & cõgeriem sepulcri Iudęorum eã facturuz. ℟. Adaperiat. 316. Lectio ij.

Sed qui vniuersa cõspicit dñs Deus Israel, percussit eũ insanabili, & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem, apprehẽdit eum dolor dirus viscerũ, & amara internorum tormenta: & quidẽ satis iuste, quipppe qui multis, & nouis cruciatibus aliorũ torserat viscera, licet ille nullo modo a sua malitia cessaret. Super hoc autẽ superbia repletus, ignẽ spirãs animo in Iudęos, & pcipiens accelerari negocium, cõtigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione mẽbra vexari. ℟. Exaudiat. 316. L. iij.

Isq; qui sibi videbat etiã fluctib⁹ maris imperare, supra humanũ modũ superbia repletus, & mõtium altitudines in statera appendere: nũc humiliatus ad terrã in gestatorio portabatur, manifestã Dei virtutez in semetipso cõtestãs: ita vt de corpore impij vermes scaturirẽt, ac viuẽtes in doloribus carnes eius effluerent: odore etiaz illi⁹ & fętore exercitus grauaret: & q paulo ante sidera cęli cõtingere se arbitrabat, eũ nemo poterat pp intolerantiã fętoris portare. ℟. Congregati sunt. 316.

FERIA SEXTA.

De libro ij. Machabeorũ. Le. j.

Machabęus autẽ, & qui cuz eo erant, dño se protegente, templum quidem, & ciuitatez recepit: aras autẽ, quas alienigenę per plateas extruxerãt, itẽq; delubra demolitus est: & purgato templo aliud altare fecerũt: & de ignitis lapidibus igne conceptoo sacrificia obtulerunt post 10. ca.

 bien-

biennium, et incensum, et lucernas, et panes propositionis posuerunt. Quibus gestis, rogabant dominum prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent, sed et si quando peccassent, vt ab ipso mitius corriperent, et non barbaris ac blasphemis hominibus traderent. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri vicesima quinta mensis, qui fuit Casleu. ℟. Impetum. 316. Lectio ij.

Et Timotheus, qui prius a Judeis fuerat superatus conuocato exercitu peregrine multitudinis, et congregato equitatu Asiano aduenit, quasi armis Judeam capturus. Machabeus autem, et qui cum ipso erant, appropinquante illo deprecabantur dominum, caput terra aspergentes, lumbosque cilicijs precincti ad altaris crepidinem prouoluti; vt sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus, et aduersarijs aduersaretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem sumptis armis, longius de ciuitate procedentes, et proximi hostibus effecti, resederunt. ℟. Congregate. 316. Lectio iij.

Primo autem solis ortu, viri que comiserunt: isti quidem victorie, et prosperitatis sponsorem cum virtute dominum habentes: illi autem ducem belli animum habebant: sed cum vehemens pugna esset: apparuerunt aduersarijs de celo viri quinque in equis frenis aureis decori, ducatum Judeis prestantes: ex quibus duo Machabeum medium habentes, armis suis circumseptum, incolumem conseruabant, in aduersarios autem tela, et fulmina iaciebant, ex quo et cecitate confusi, et repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt autem viginti millia quingenti, et equites sexcenti. Timotheus vero confugit in Gazaram, presidium munitum, cui preerat Chereas. ℟. Tua est potentia. 316.

SABBATHO.

De libro ii. Machab. Lectio j. 15. ca.

Machabeus autem semp confidebat cum omni spe auxilium sibi a Deo affuturum, et hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de celo, et nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de lege, et prophetis, admonens etiam certamina, que fecerant prius, promptiores constituit eos: et ita animis eorum erectis simul ostendebat gentium fallaciam, et iuramentorum preuaricationem. Singulos autem illorum armauit non clypei, et haste munitione, sed sermonibus optimis, et exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod vniuersos letificauit. ℟. Refulsit. 316. Lectio ii.

Erat autem huiuscemodi visus: Oniam, qui fuerat summus

mus sacerdos, virum bonũ, ⁊ benignũ verecundũ visu, modestũ morib⁹, ⁊ eloquio decor, ⁊ qui a puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentẽ orare pro omni populo Judęorũ. Post hoc apparuisse ⁊ aliũ virũ ętate, ⁊ gloria mirabilẽ, ⁊ magni decoris habitudine circa illũ: respondentẽ vero Oniã dixisse: Hic est fratrum amator, ⁊ populi Israel, hic est, qui multum orat pro populo, ⁊ vniuersa sancta ciuitate Jeremias propheta Dei. Extẽdisse aũt Jeremiã dexterã, ⁊ dedisse Judę gladium aureũ, dicentẽ: Accipe sanctũ gladium munus a Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel. ℟. Ornauerunt. 317. Lẽc. iij.

Exhortati itaque Judę sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, ⁊ animi iuuenum cõfortati: statuerunt dimicare, ⁊ confligere fortiter: vt virtus de negocijs iudicaret, eo quod ciuitas sancta, ⁊ tẽplũ periclitarent: erat eniꝫ ꝓ vxoribus, ⁊ filijs, itemqꝫ pro fratribus, ⁊ cognatis minor solicitudo: maximus vero ⁊ primus ꝓ sanctitate timor erat tepli: sed ⁊ eos, q in ciuitate erãt, nõ minima solicitudo habebat pro ijs qui ꝓgressuri erãt. ℟. Jn hym. 317.

Sabb. ante dñicam j. Nouemb. Ad Magnificat. Antiphona. Vidi dñm sedentem super soliũ excelsum, ⁊ plena erat ois terra maiestate eius: ⁊ ea quę sub ipso erant, replebant templum.

DOMINICA PRIMA Nouembris.

Incipit lib. Ezechielis pphe. Lẽ. j.



Et factuꝫ est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mẽsis: cum essem in medio captiuorum iuxta fluuiũ Chobar, aperti sunt cęli, ⁊ vidi visiones Dei. Jn quinta mẽsis, (ipse est annus quintus transmigrationis regis Joachin) factũ est verbuꝫ domini ad Ezechielem filium Buzi, sacerdotem in terra Chaldęorum secus flumẽ Chobar: ⁊ facta est super eum ibi manus domini. Et vidi ⁊ ecce ventus turbinis veniebat ab Aqlone, ⁊ nubes magna, ⁊ ignis inuoluens, ⁊ splendor in circuitu eius, ⁊ de medio ei⁹ quasi species electri, idest de medio ignis. ℟. Vidi dñm sedentem super solium excelsum, ⁊ eleuatum, ⁊ plena erat omnis terra maiestate eius: Et ea, quę sub ipso erãt replebãt tẽplũ. ℣. Seraphiꝫ stabant subter illud: sex alę vni, ⁊ sex alę alteri. Et ea, quę. Lẽc. ij.

Et in medio eius similitudo quatuor animalium: ⁊ hic aspectus eoruꝫ. Similitudo hominis in eis: ⁊ quatuor facies vni, ⁊ quatuor pẽnę vni: ⁊ pedes

eorum pedes recti: et planta pedis eorum quasi planta pedis vituli: et scintille, quasi aspectus eris candentis: et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: et facies, et pennas per quatuor partes habebant: iuncteque erant penne eorum alterius ad alterum: Non revertebantur cum incederent: sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur. ℞. Aspice domine de sede sancta tua, et cogita de nobis: inclina Deus meus aurem tuam, et audi. Aperi oculos tuos, et vide tribulationem nostram. ℣. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph. Aperi. Lectio iij.

Similitudo autem vultus eorum facies hominis, et facies leonis a dextris ipsorum quatuor: facies autem bovis a sinistris ipsorum quatuor, et facies aquile desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, et penne eorum extente desuper. Due penne singulorum iungebant, et due tegebant corpora eorum. Et unumquodque eorum, coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur cum ambularent. ℞. Aspice domine, quia facta est desolata civitas plena divitijs, sedet in tristitia domina gentium. Non est qui consoletur eam nisi tu Deus noster. ℣. Plorans ploravit in nocte, et lacryme eius in maxillis eius. Non.

De expositione sancti Gregorij pape in Ezechielem prophetam. L. iiij.

Usus prophetice locutionis est, ut prius personam, tempus, locumque describat, et postmodum dicere mysteria prophetie incipiat, quatenus ad veritatem solidius ostendendam ante historie radicem figat, et post fructus spiritus per signa, et allegorias proferat. Ezechiel itaque etatis sue tempus indicat dicens: Et factum est in tricesimo anno, quarto mense, in quinta mensis. Locum quoque denuncians adiungit: Cum essem in medio captivorum iuxta flumen Chobar, aperti sunt celi, et vidi visiones dei. Tempus etiam insinuat, subdens: In quinta mensis: ipse est annus quintus transmigrationis regis Joacim. Qui ut bene personam indicet, etiam genus narrat, cum subditur: Et factum est verbum domini ad Ezechielem filium Buzi, sacerdotem. ℞. Super muros tuos Jerusalem constitui custodes. Tota die, et nocte, non tacebunt laudare nomen domini. ℣. Predicabunt populis fortitudinem meam, et annunciabunt gentibus gloriam meam. Tota. L. v.

Sed prima questio nobis oritur, cur is, qui nihil adhuc dixerat, ita exorsus est dicens: Et factum est in tricesimo anno: Et namque sermo coniunctionis est: et scimus, quia non coniungitur sermo subsequens, nisi sermoni-

moni pręcedēti. Qui igitur nihil dixerat cur dicit: Et factum est: cum non sit sermo, cui hoc quod incipit, subiungat? qua in re intuendum est, quia sicut nos corporalia, sic prophetę sensu spiritalia aspiciunt: eisq; ⁊ illa sunt pręsentia, quę nostrę ignorantię absentia videntur. Unde fit vt in mente prophetarū ita coniuncta sint exterioribus interiora, quatenus simul vtraque videant: simulq; in eis fiat ⁊ intus verbum qđ audiunt, ⁊ foras qđ dicūt. ℟. Muro tuo inexpugnabili circuncinge nos dñe, ⁊ armis tuę potentię protege nos semper. Libera domine Deus Israel clamātes ad te. ℣. Erue nos in mirabilib⁹ tuis, ⁊ da gloriā nomini tuo. Libera. Lco vj.

Patet igitur causa, cur qui nihil dixerat, ichoauit dicēs: Et factū est in tricesimo anno: quia hoc verbū, quod foris protulit, illi verbo, qđ intus audierat, cōiunxit. Cōtinuauit ergo verba, quę ꝓtulit visioni intimę, ⁊ idcirco incipit dicens: Et factum est. Subiunxit enim hoc quod exteri⁹ loqui inchoat: ac si ⁊ illud foris sit quod intus vidit. Hoc aūt, quod dicitur, quia in tricesimo anno spiritum prophetię acceperit, indicat aliqd nobis cōsiderandum: videlicet quia, iuxta rationis vsum doctrinę sermo nō suppetit, nisi in ętate perfecta. Unde ⁊ ipse dominus anno duodecimo ętatis suę in medio doctorum in templo sedens, non docens, sed interrogans voluit inueniri. ℟. Sustinuimus pacē, ⁊ non venit: quęsiuimus bona, ⁊ ecce turbatio: cognouimus dñe peccata nostra: Non in perpetuum obliuiscaris nos. ℣. Peccauim⁹, impie gessimus, iniquitatem fecimus dñe in omnem iustitiam tuam. Non. vij. ℟. Laudabilis populus. Quē dñs exercituum benedixit dicēs: Opus manuū mearū tu es hereditas mea Israel. ℣. Beata gēs cui⁹ est dñs Deus, populus electus in hereditatem. Quem. viij. ℟. Duo Seraphim. 260.

Infra hebd. Feria iiij. dñr ℟ia ibi assignata; in Sabbatho autē dicitur primum ℟. Laudabilis. ⁊ ij. ⁊ tertium secundę seq. ferię. ℟nsoria huius dñicę dñr in alijs Dñicis vsq; ad Aduentū.

FERIA SECVNDA.

De Ezechiele propheta. Lcō. j.

Et audiui loquentē ad me ⁊ dicentem. Fili hoīs mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices quę recesserunt a me. Ipsi ⁊ patres eoꝝ pręuaricati sunt pactū meū vsq; ad diem hūc. Et filii dura facie, ⁊ indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: ⁊ dices ad eos: Hęc dicit dominus Deus, si forte vel ipsi audiant, ⁊ si forte quiescant: qm̄ 2. ca.

domus exasperans est: & scient
quia propheta fuerit in medio eo
rum. ℟. Redemit populū suū,
& liberauit eum: & veniēt & exul
tabunt in montē Sion: & gaude
bunt de bonis dñi super frumē
to, vino, & oleo. Et Ultra nō esu
rient. ℣. Eritq; anima eoꝝ qua
si hortus irrigans. Et. Lectio ij.

Tu ergo fili hominis, ne ti
meas eos, neq; sermones
eorum metuas, quoniam incre
duli & subuersores sunt tecum, &
cum scorpionibus habitas. Uer
ba eorū ne timeas, & vultus eo
rum ne formides: quia domus exa
sperans est. Loqueris ergo ver
ba mea ad eos, si forte audiant
& quiescāt: quoniam irritatores sunt.
℟. Angustię mihi sunt vndiq;,
& quid eligam ignoro. Melius
est mihi incidere in manus ho
minum, quam derelinquere le
gem Dei mei. ℣. Si enim hoc
egero, non effugiam manus ve
stras. Melius est. Lectio tertia.

Tu autē, fili hominis, audi quę
cunque loquor ad te, & no
li esse exasperans sicut domus
exasperatrix est: aperi os tuum,
& comede quęcunque ego do ti
bi. Et vidi, & ecce manus missa
ad me, in qua erat, inuolutus li
ber: & expandit illū coram me,
qui erat scriptus intus, & foris: &
scriptę erant in eo lamentatio
nes, & carmen, & vę. ℟. Misit do
minus angelum suum, & conclu
sit ora leonum. Et non contami
nauerunt: quia coram eo iniusti
tia inuenta nō est in me. ℣. Mi
sit Deus misericordiam suam, &
veritatē suā: animā meā eripuit
de medio catuloꝝ leonū. Et nō.

FERIA TERTIA.

De Ezechiele propheta. Lectio j.

Et dixit ad me: Fili homi 3, ca.
nis, quodcūq; inueneris, co
mede, comede volumen istud, &
vadens loquere ad filios Israel
Et aperui os meū, & cibauit me
volumine illo. Et dixit ad me:
Fili hominis, venter tuus come
det, viscera tua complebuntur
volumine isto, qđ ego do tibi.
Et comedi illud: & factum est in
ore meo sicut mel dulce. Et di
xit ad me: Fili hominis vade ad do
mum Israel, & loqueris verba
mea ad eos. ℟. A facie furoris
tui Deus conturbata est omnis
terra. Sed miserere dñe: & ne fa
cias consummationē. ℣. Dñe
dominus noster, quam admira
bile est nomen tuū. Sed. Lectio ij.

Non enim ad populū pro
fundi sermonis, & ignotę
linguę tu mitteris, ad domum
Israel: neq; ad populos multos
profundi sermonis & ignotę lin
guę, quorum non possis audire
sermones: &, si ad illos mittere
ris: ipsi audirent te. Domus au
tem Israel nolūt audire te, quia
nolunt audire me. Omnis quippe
domus Israel attrita fronte est,
& duro

& duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adamantē, & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neq; metuas a facie eorum: qa domus exasperās est. ℟. Ciuitatē istā tu circunda domine: & angeli tui custodiant muros eius. Exaudi domine populum tuum cum misericordia. ℣. Auertatur furor tu⁹, domine, a populo tuo, & a ciuitate sancta tua. Exaudi. Lectio iij.

Et dixit ad me: Fili hominis, oēs sermones meos quos loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi. Et vade, ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos. Hęc dicit domin⁹ Deus: si forte audiāt, & quiescāt. Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnę. Bñdicta gloria dñi de loco suo: & vocē alarū animaliū pcutientium alteraz ad alterain: & vocem rotaꝝ sequentiuz animalia, & vocem cōmotionis magnę. ℟. Genti peccatrici, populo pleno peccato miserere Dñe Deus. ℣. Esto placabilis sup nequitiā populi tui. Dñe.

FERIA QVARTA.

De Ezechiele propheta. Lcō. j.

ca. 7. Et factus est sermo dñi ad me, dicens: Et tu fili hoīs, hęc dicit dñs Deus terrę Israel: Finis venit, venit finis sup quatuor plagas terrę: nunc finis super te, & immittā furorē meū in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te oēs abominationes tuas, & non parcet oculus meus super te: & non miserebor: sed vias tuas ponam super te: & abominationes tuę i medio tui erunt: & scietis quia ego dñs. ℟. Indicabo tibi homo, quid sit bonum, aut quid dñs requirat a te. Facere iudiciam & iustitiā, & solicitum ambulare cum dño tuo. ℣. Spera in dño, & fac bonitatē, & inhabita terram. Facere. Ria ppria vtrō repetitur in aliis hebd. vsq; ad Aduentū. Le. ij.

Hæc dicit dñs Deus: Afflictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis: euigilauit aduersuz te: ecce venit. Uenit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, prope est dies occisionis, & non glorię montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meū in te. Et iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua. Et non parcet oculus meus, nec miserebor: sed vias tuas imponā tibi, & abominationes tuę in medio tui erunt: & scietis, qa ego sum dñs pcutiens. ℟. Angustię. 333. vt in ij. feria. Le. iij.

Ecce dies, ecce venit: egressa est ɔtritio: floruit virga: germi-

germinauit superbia: iniquitas surrexit in virga impietatis, nõ ex eis, & non ex populo, neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis. Uenit tempus, appropinquauit dies, qui emit, nõ letetur: & qui vendit, nõ lugeat: quia ira super omnem populum eius: quia qui vendit, ad id, qđ vendidit, non reuertetur: & adhuc in viuentibus vita eorum. ℟. Misit dominus. folio 333.

FERIA QVINTA.

De Ezechiele propheta. Lcõ. j.

.13. Et factus est sermo dñi ad me dicẽs: Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, q prophetant: & dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum dñi: Hec dicit dñs Deus. Ue prophetis insipiẽtibus qui sequuntur spiritũ suum, & nihil vidẽt. Quasi vulpes in desertis prophete tui Israel erant. Non ascendistis ex aduerso, neq; opposuistis murum pro domo Israel: vt staretis in plio in die domini. Uident vana, & diuinant mendacium dicentes: Ait dñs: cum dñs non miserit eos, & perseuerauerunt cõfirmare sermonem. ℟. Uidi dñm. 332. Lc. ij.

Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacẽ, locuti estis? & dicitis: Ait dñs: cum ego non sim locutus? Propterea hec dicit dominus Deus: Quia locuti estis vana & vidistis mendaciũ, ideo ecce ego ad vos, dicit dominus Deus: & erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium: in concilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribẽtur, nec in terram Israel ingredient: & scietis quia ego dominus Deus: eo q deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non est pax: & ipse edificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis. ℟. Aspice domine de sede. 332. Lectio iij.

Dic ad eos qui liniũt absque tẽperatura, quod casurus sit: erit enim imber inundans: & dabo lapides pregrãdes desuper irruentes, & ventũ procelle dissipantem. Siquidẽ ecce cecidit paries: nunquid non dicetur vobis, Ubi est litura quã linistis? Propterea hec dicit dominus Deus. Et erũpere faciã spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundãs in furore meo erit, & lapides grãdes in ira, in consumptionem. Et destruam parietem, quem linistis absque temperamento. ℟. Aspice domine quia. 332.

FERIA SEXTA.

De Ezechiele propheta. Lcõ j.

Et factus est sermo domini ad me, dicens. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex oĩbus lignis nemorum, que sunt 15. ca.

inter

inter ligna syluarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce, igni datū est in escam: vtrâque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam, nūquid vtile erit ad opus? Etiam cum esset integrum, non erat aptū ad opus: quanto magis, cū illud ignis deuorauerit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis? ℟. Super muros. 332. Lectio ij.

Propterea hęc dicit dñs Deus: Quomodo lignū vitis inter ligna syluarū quod dedi igni deuorandum, sic tradam habitatores Jerusalem. Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos, & scietis, quia ego dominus cum posuero faciē meā in eos, & dedero terram inuiam, & desolatam, eo quod pręuaricatores extiterint, dicit dominus Deus. ℟. Muro tuo. 333. Lectio iij.

Et factus est sermo dñi ad me dicens: Fili hominis, notas fac Jerusalē abominationes suas, & dices: Hęc dicit dñs Deus Jerusalem: Radix tua & generatio tua de terra Chanaam, pater tuus Amorrhęus, & mater tua Cethęa. Et quādo nata es, in die ortus tui non est pręcisus vmbilicus tuus, & aqua nō es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Nō pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnū de his, misertus tui: sed proiecta es super faciē terrę in abiectione animę tuę in die qua nata es. ℟. Sustinuimus. 333.

SABBATHO.

De Ezechiele propheta. Lectio j.

Et tu assume planctum super principes Israel, & dices: Quare mater tua leęna inter leones cubauit? i medio leū culorū enutriuit catulos suos? Et eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est, & didicit capere prędā, hominemq; comedere. Et audierunt de eo gētes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum, & adduxerūt eū in catenis in terram Ægypti. Quę cum vidisset, quoniam infirmata est, & perijt expectatio eius, tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum qui incedebat inter leones, & factus est leo, & didicit prędam capere, & homines deuorare: didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertū adducere, & desolata est terra & plenitudo eius a voce rugitus illius. ℟. Laudabilis. 333. Lectio secunda.

Et conuenerunt aduersus eū gentes vndique de prouincijs, & expāderunt super eū rete suū, in vulneribus earū captus est. Et miserunt eum in caueam: in catenis adduxerunt

eum

eum ad regem Babylonis:miserũtq; eum in carcerẽ,ne audiretur vox ei⁹ vltra sup mõtes Jsrael. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo,super aquã plãtata est. Fructus eius ꝛ frondes eius creuerunt ex aquis multis. Et factę sunt ei virgę solidę in sceptra dominantium: ꝛ exaltata est statura eius inter frondes: ꝛ vidit altitudinem suã in multitudine palmitum suorum. ℟. Angustię.333. Lectio tertia.

Et euulsa est in ira, in terramque proiecta:ꝛ ventus vrens siccauit fructũ eius: marcuerunt,ꝛ arefactę sunt virgę roboris eius, ignis comedit eam. Et nunc trãsplãtata est in desertũ,i terra inuia ꝛ sitiẽti: ꝛ egressus est ignis de virga ramorum eius,q fructũ ei⁹ comedit,ꝛ non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, ꝛ erit i planctũ. ℟. Vidi dñs.333. Sabb. ante dñicã ii. Nouemb. Ad Mag. Añ. Aspice domine, qa facta est desolata ciuitas plena diuitijs: sedet in tristitia domina gentium, non est qui consoletur eam, nisi tu De⁹ noster. Si Nouẽber habeat v. dñicas, tunc ij. dñica legunt̃ seq̃ lectio. de Ezechiele:si vero habeat tantum quatuor. Scdã dñica leget̃ liber Danielis positus iij. Dominica, ꝛ duabus sequentibus Dominicis Prophetę minores.

DOMINICA II.

Nouembris.

De Ezechiele propheta. Lcõ.j.



Et factus est sermo dñi ad me,dicens: Fili hominis, pone faciem tuam ad Jerusalem,ꝛ stilla ad sanctuaria ꝛ propheta cõtra humũ Jsrael:ꝛ dices terrę Jsrael. Hęc dicit dñs Deus:Ecce ego ad te, ꝛ eijciam gladium meum de vagina sua, ꝛ occidã in te iustum, ꝛ impium. Pro eo autem quod occidi in te iustum,ꝛ impiũ:idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro vsq; ad aquilonem: vt sciat omnis caro, qa ego dñs eduxi gladium meũ de vagina sua irreuocabilem. ℟. Vidi.332. 21.c.

Responsoria dñicę pręteritę dicuntur in omnibus Dominicis vsq; ad Aduentum. Lcõ.ij.

Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborũ ꝛ in amaritudinibus ingemisce coram eis:cumq; dixerint ad te: Quare tu gemis ꝛ dices: Pro auditu qa venit, ꝛ tabescet omne cor, ꝛ dissoluent̃ vniuersę manus,ꝛ infirmabitur ois spũs, ꝛ p cuncta genua fluent aquę: ecce venit,ꝛ fiet:ait dñs Deus. Et factus est sermo dñi ad me dicẽs: Fili hominis propheta,ꝛ dices: Hęc dicit dominus Deus. Loquere:

quere: Gladius, gladius exacutus est, & limatus: vt cędat victimas, exacutus est: vt splendeat, limatus est: qui moues sceptrū filii mei succidisti omne lignu3. Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est, vt sit in manu interficientis. ℟. Aspice domine. 332. Lectio iiij.

Vlama & vlula fili hominis quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel qui fugerāt, gladio traditi sunt cū populo meo: idcirco plaude sup femur, quia probatus est, & hoc, cum sceptrum subuerterit, & non erit: dicit dominus De⁹. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicet' gladius interfectorū: hic est gladi⁹ occisionis magnę, qui obstupescere eos fecit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas. ℟. Aspice domine. 332.

De expositione S. Hier. psbyt. In Ezechielem prophetā. L. iiij.

Qvia supra dixerat: Ipsi dicunt de me, nūquid nō per parabolas loquitur iste? & apertam populus flagitabat sententiam: idcirco dominus, id qđ per metaphoram, siue parabolam, & vt alij vertere, prouerbium, est locutus, nunc manifestius loquitur: saltus Nageb, & Daron, & Theman esse Jerusalem, & templum illius, Sancta sctōrū & oēm terram Judę, flammamq3, quę cōbustura sit saltū, intelligi gladiū deuorātem, qui eductus est de vagina sua, vt interficiat iustū, & impiu3. Hoc est eni3 lignū viride, & lignū aridū. Unde & dñs: Si in ligno, ait, viridi tanta faciunt, in sicco quid facient? ℟. Super. 332. Lcō vj.

Primum dixerat: Vaticinare vel stilla ad austrum, africū, & meridię, & ad saltu3 meridianū. Quod qa videbat' obscurū, & dicta prophetę populus nesciebat, secūdo ponitur manifestius, saltum meridianu3 esse Jerusalem, & omnes infructuosas arbores, ad quarum radices securis posita sit, intelligi habitatores eius, gladiūq3 interpretari pro incendio. Tertio iubet prophetę, vt, tacentibus illis, & non interrogantib⁹, cur ista vaticinatus sit, faciat per quę interrogetur, & rñdeat q̄ dñs locutus est. ℟. Muro tuo. 333. Lcō vij.

Ingemisce, inquit, eiulare, non leui voce, nec dolore moderato, sed in cōtritione lumborū: vt gemitus tuus ex imis visceribus, & amaritudine animi proferatur. Et hoc facies corā eis, vt, cū te interrogauerint, cur tanto gemitu conteraris, & quid tibi mali acciderit, vt sic ingemiscas: tu eis meo sermone rñdeas. Idcirco plango, & dolorē cordis mei

mei dissimulare non valeo: quia auditus, q semp meis auribus insonuerat opere cōpletur, et venit imminēs, videlicet Babyloniꝫ furētis exercitus: qui cū venerit, et vallauerit Jerusalē, tunc tabescet oē cor, et dissoluētur vniuersę manus, vt occupāte pauore mentes boiū, nullus audeat repugnare. ℟. Sustinuim⁹. 333

FERIA SECVNDA.

De Ezechiele propheta. Lcō. j.

ca. 33. Et factum est verbū dñi ad me dicens: Fili hominis loquere ad filios populi tui, et dices ad eos: Terra, cum induxero super eā gladium: et tulerit populus terrę virū vnū de nouissimis suis, et constituerit eū super se speculatorem: et ille viderit gladium venientē super terrā, et cecinerit buccina, et annunciauerit populo: audiēs autem, quisquis ille est, sonitū buccinę, et nō se obseruauerit: veneritq; gladius, et tulerit eum: sanguis ipsius super caput ei⁹ erit: sonum buccinę audiuit, et non se obseruauit: sanguis eius in ipso erit: siaūt se custodierit, aiā suā saluabit. ℟. Redemit. 333. L ij.

Quod si speculator viderit gladium venientem, et non insonuerit buccina, et populus se nō custodierit, veneritq; gladius, et tulerit de eis animā: ille qdē in iniquitate sua captus est, sanguinē autē eius de manu speculatoris requiram. Et tu, fili hominis, speculatorē dedi te domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem, annūciabis eis ex me. Si, me dicente ad impium: Impie, morte morieris, nō fueris locutus, vt se custodiat impius a via sua: ipse impius in iniquitate sua morief: sanguinē autē eius de manu tua requirā. ℟. Angustię. 333. Lectio iij.

Si autē, annunciante te ad impiū, vt a vijs suis cōuertaf, nō fuerit cōuersus a via sua, ipse i iniquitate sua morief, porro tu aiam tuā liberasti. Tu ergo, fili hominis, dic ad domum Israel. Sic locuti estis: dicētes: Iniquitates nostrę et peccata nostra super nos sunt, et in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere poterim⁹? Dic ad eos, Viuo ego, dicit dñs De⁹: nolo mortē impij, sed vt conuertatur impius a via sua, et viuat. Conuertimini, conuertimini a vijs vestris pessimis: et quare moriemini dom⁹ Israel? ℟. Misit. 333.

FERIA TERTIA.

De Ezechiele propheta. Lcō. j.

Et factū est verbum dñi ad me, dicens: Fili hominis propheta de pastoribus Israel; propheta, et dices pastorib⁹. Hęc dicit dñs Deus. Vę pastoribus Israel, q pascebāt semetipsos; nonne greges a pastoribus pascūtur? lac comededebatis, et lanis 34. ca.

nis operiebamini, ꝛ qđ crassum erat, occidebatis: gregem autē meum non pascebatis: quod infirmum fuit, non consolidastis: ꝛ quod egrotum, non sanastis: qđ confractum est, non alligastis: ꝛ qđ abiectū est, non reduxistis: ꝛ quod perierat, non quesistis: sed cū austeritate imperabatis eis, ꝛ cū potētia. ℟. A facie. 333. L. ij.

Et dispersę sunt oues meę eo quod non esset pastor: ꝛ factę sunt in deuorationē omnium bestiarum agri, ꝛ dispersę sunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, ꝛ in vniuerso colle excelso: ꝛ super omnem faciē terrę dispersi sunt greges mei: ꝛ non erat qui requireret, non erat, inquā, qui requireret. Propterea pastores audite verbum dñi: Viuo ego, dicit dominus Deus: qa pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, ꝛ oues meę in deuoratione omniū bestiarum agri, eo quod non esset pastor (neqꝫ enim quesierunt pastores mei gregem meū: sed pascebant pastores semetipsos, ꝛ greges meos non pascebant) propterea pastores audite verbū dñi. ℟. Ciuitatē. 334. L. iij.

Hec dicit dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, ꝛ cessare faciā eos, vt vltra nō pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos: ꝛ liberabo gregem meum de ore eorū: ꝛ nō erit vltra eis in escam: qa hec dicit dñs Deus. Ecce ego ipse requiram oues meas: ꝛ visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suum in die, qñ fuerit in medio ouium suarū dissipatarū: sic visitabo oues meas, ꝛ liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersę fuerant in die nubis ꝛ caliginis. ℟. Genti peccatri. 339.

FERIA QVARTA.

De Ezechiele propheta. Lcō j. 40. ca.

In vicesimo quinto anno transmigrationis nostrę, in exordio āni, decima mēsis, quartodecimo anno, postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac die facta est super me manus domini, ꝛ adduxit me illuc. In visionibus Dei adduxit me in terrā Israel, ꝛ dimisit me super montem excelsum nimis, super quē erat quasi ędificiū ciuitatis vergentis ad austrum, ꝛ introduxit me illuc. ℟. Indicabo. fol. 334.

Vs fer. iiij. pcedentis hebd. L. ij.

Et ecce vir, cuius erat species quasi species ęris, ꝛ funiculus lineus in manu eius, ꝛ calamus mēsurę in manu eius. Stabat autē in porta, ꝛ locutus est ad me idē vir: Fili hominis vide oculis tuis, ꝛ auribus tuis audi, ꝛ pone cor tuū in oia, quę ego ostēdam tibi: quia vt ostendantur tibi, adductus es huc:

annūcia oia, quę tu vides domui Israel. Angustię. 333.

Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndique, et in manu viri calamus mē sure sex cubitorum, et palmo: et mē sus est latitudinem ędificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno: et venit ad portam quę respiciebat viā orientalē, et ascendit per gradus eius: et mensus est limē portę calamo vno latitudinē, idest liniē vnū calamo vno, in latitudine. Misit do. 333.

FERIA QVINTA.

ca 41. Et introduxit me in templum, et mensus est frontes sex cubitos latitudinis, hinc et sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Et latitudo portę, decem cubitorum erat: et latera portę, quinque cubitis hinc, et quinque cubitis inde: et mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, et latitudinem viginti cubitorum: Et introgressus intrinsecus, mē sus est in fronte portę duos cubitos; et portam sex cubitorum, et latitudinem portę septem cubitorū. Vidi dnm. 332.

Et mensus est longitudinē eius viginti cubitorum, et latitudinem viginti cubitorum ante faciem templi. Et dixit ad me: Hoc est sanctū sanctorum. Et mensus est parietem domus sex cubitorum, et latitudinem lateris quatuor cubitorum, vndique per circuitum domus. Latera autem latus ad latus, bis triginta tria: et erant eminentia, quę ingrederē tur per parietem domus, in lateribus per circuitum, vt continerent, et nō attingerent parietem templi. Aspice. 332.

Et platea erat in rotundum ascendens sursum per cocleam, et in cęnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum in superioribus: et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, et in medium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio, et latitudinē per parietē lateris forinsecus quinque cubitorum, et erat interior dom9 in lateribus domus. Aspice. 332.

FERIA SEXTA.

Et duxit me ad portam, quę respiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem, et vox erat ei quasi vox aquarum multarum: et terra splē debat a maiestate eius. Et vidi visionem secundū speciem, quā videram, quādo venit, vt disperderet ciuitatem: et species secundum aspectum, quem videram iuxta fluuiū Chobar, et cecidi in per faciem meā. Et maiestas dñi 43.a

ingressa

ingressa est templũ per viã por/
te, quę respiciebat ad orientem:
& eleuauit me spiritus, & intro/
duxit me in atrium interius: &
ecce repleta erat gloria dñi do/
mus. ℟. Sup muros. 332. Lectio ij.
ET audiui loquentem ad
me de domo: & vir stabat
iuxta me, & dixit ad me: Fili ho/
minis, locus solij mei, & locus ve
stigiorum pedum meorum, vbi
habito in medio filiorũ Israel
in ęternum: & non pollvent vl/
tra domus Israel, nomen san/
ctum meum ipsi, & reges eorum
in fornicationibus suis, & in rui/
nis regum suorum & in excelsis.
Qui fabricati sunt limen suum
iuxta limẽ meum, & postes suos
iuxta postes meos: & mur? erat
inter me, & eos: & polluerunt no
men sanctum meũ in abomina
tionibus, quas fecerunt: propter
quod consumpsi eos in ira mea.
℟. Muro tuo. 333. Lectio iij.
NUnc ergo repellant pro/
cul fornicationem suam, &
ruinas regũ suorum a me: & ha/
bitabo in medio eorũ semper.
Tu autem, fili hominis ostende
domui Israel templum: & con/
fundantur ab iniquitatib? suis:
& metiantur fabricam, & erube/
scant ex omnibus quę fecerunt.
Figuram domus & fabricę eius,
exitus, & introitus, & omnem de/
scriptionem eius, & vniuersa prę
cepta eius, cunctumq; ordinem
eius, & omnes leges eius osten/
de eis, & scribes in oculis eorũ:
vt custodiant omnes descriptio/
nes eius, & pręcepta illius & fa/
ciant ea. ℟. Sustinuimus. 333.

SABBATHO.

Lectio j. Ezechie. xlvij.

ET conuerti me ad portam 47.ca.
domus: & ecce aquę egre/
diebantur subter limen domus
ad Orientẽ. Facies enim domus
respiciebat ad Orientem, aquę
autem descẽdebãt in latus tem/
pli dextrũ ad meridiẽ altaris.
Et eduxit me per viã portę aqui
lonis, & conuertit me ad viã fo/
ras portam exteriorem, viã quę
respiciebat ad Orientem: & ecce
aquę redundantes a latere dex/
tro. ℟. Laudabilis. 333. Lectio ij.
CUm egrederet vir ad Oriẽ
tem, qui habebat funiculũ
in manu sua, & mensus est mille
cubitos: & traduxit me p aquas
vsq; ad talos. Rursumq; mẽsus
est mille, & traduxit me p aquas
vsq; ad genua: & mensus est mil
le, & traduxit me p aquas vsque
ad renes: & mẽsus est mille torrẽ
tẽ, quem nõ potui pertransire:
qm̃ intumuerãt aquę profundi
torrentis, qui nõ potest transua/
dari. ℟. Redemit. 333. Lectio iij.
ET dixit ad me: Certe vidi
sti fili hominis. Et eduxit
me, & conuertit ad ripam torren
tis. Cumq; me conuertissem, ec
ce in ripa torrentis ligna multa

 nimis

nimis ex vtraqз parte: ⁊ ait ad me: Aquę istę, quę egrediuntur ad tumulos Sabuli orientalis, ⁊ descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, ⁊ exibunt, ⁊ sanabuntur aquę: Et omnis anima viuens, quę serpit quocunque venerit torrens, viuet: ⁊ erũt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquę istę, ⁊ sanabuntur: ⁊ viuẽt omnia ad quę venerit torrens. ℟. Angustię. 333.

Sabba. ante Dñicã iij. Nouẽb. Ad M. Añ. Muro tuo inexpugnabili circũcinge nos dñe, ⁊ armis tuę potẽtię ꝓtege nos semꝑ.

DOMINICA TERTIA Nouembris.

Liber Danielis prophetę. Le. j.



Anno tertio regni Joacim, regis Juda, venit Nabuchodonosor, rex Babylonis, in Jerusalem, ⁊ obsedit eam: ⁊ tradidit dñs in manu eius Joacim regẽ Juda, ⁊ partẽ vasoꝝ domus Dei: ⁊ asportauit ea in terrã Sẽnaar in domũ dei sui: ⁊ vasa intulit in domũ thesauri dei sui. Et ait rex Asphenez, pręposito eunuchorũ, vt introduceret de filijs Jsrael, ⁊ de semine regio ⁊ tyrãnorum pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, ⁊ eruditos omni sapientia, cautos sciẽtia: ⁊ doctos disciplina, ⁊ qui possent stare in palatio regis: vt doceret eos literas, ⁊ linguam Chaldęorum. ℟. Vidi dñm. 332. Le. ij.

Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, ⁊ de vino vnde bibebat ipse: vt enutriti tribus annis postea starent in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filijs Judę Daniel, Ananias, Misael, ⁊ Azarias. Et imposuit eis prępositus eunuchorũ nomina, Danieli Balthassar, Ananię Sidrach, Misaeli Misach, Azarię Abdenago. Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueret de mensa regis, neqз de vino potus eius: ⁊ rogauit eunuchorum prępositum, ne contaminaretur. Dedit autẽ Deus Danieli gratiam, ⁊ misericordiã in cõspectu principis eunuchoꝝ. ℟. Aspice dñe. 332. L. iij.

Et ait princeps eunuchoꝝ ad Danielem. Timeo ego dominum meũ regem, qui constituit vobis cibum, ⁊ potum: qui si viderit vultus vestros macilentiores pręceteris adolescẽtibus coęuis vestris, condemnabitis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malasar, quem cõstituerat princeps eunuchoruз super Danielem, Ananiã, Misaelem, ⁊ Azariam. Tenta nos, obsecro, seruos tuos decem diebus: dent nobis legumina ad vescendum, ⁊ aqua ad bibendum, ⁊ cõtem-

templare vultus nostros, et vultus puerorum, qui vescuntur cibo regio: et sicut videris, facies cum servis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi tẽtauit eos diebus decem: post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores, et corpulentiores prę oibus pueris, qui vescebant cibo regio. ℟. Aspice dñe. 332.

De sermone scti Athanasij epi ad Virgines. Lectio quarta.

Si accedāt aliq, et dicant tibi, ne frequenter ieiunes, ne imbecillior fias: ne credas illis, neqꝫ ausculteς: istos eniꝫ inimicus subornat. Reminiscere sanctā scripturā, qꝫ cū tres pueri, et Daniel et alij adolescentuli ceptiui ducti essent a Nabuchodonosor rege Babylonis, iussumqꝫ esset, vt de ipsius mēsa regia comederent, et de vino biberent, Danielē et tres pueros illos noluisse pollui ex mensa illa, sed dixisse eunucho, q eos curandos susceperat: Da nobis de feminibus terrę, et vescemur. Quibus ait eunuchus: Timeo ego regē, qui constituit vobis cibuꝫ, et potum, ne forte facies vestrę appareāt regi prę cęteris pueris, qui regia mensa aluntur, squallidiores, et puniat me. ℟. Super muros. 332. Lectio quinta.

Qui dixerūt illi: Tenta servos tuos dies decē, et da nobis de feminibus: et dedit eis legumina ad vescendū, et aquā ad bibendum, et introduxit eos ad regem, et visę sunt formę ipsoruꝫ speciosiores prę̨ter cęteros pueros, qui regię mēsę cibis nutriebant. Vides ne quid faciat ieiunium? morbos sanat, destillationes exiccat, demones fugat, prauas cogitationes expellit: mentem clariorem reddit, cor mundū efficit, corpus sanctificat, denique ad thronū Dei homineꝫ sistit. Sed ne putes hęc temere dici, habes huiꝰ rei testimoniū, in euangelijs a Saluatore prolatum. Cum enim quęsiuissent discipuli quonam modo immundi spiritus eijcerent, respondit dñs: Hoc genus non eijcitur, nisi per orationem, et ieiuniuꝫ. ℟. Muro tuo. 333. Lectio sexta.

Quisquis igitur ab immūdo spiritu vexatur, certū habere debet, hoc pharmaco, ieiunio, inquam, statim spiritus malos afflictos abscedere, vim ieiunij metuentes. Valde enim demones oblectantur crapula, et ocio corporis. Magna vis in ieiunio: et magna et pręclara fiūt per illud, alioqui vnde fieri posset, vt hoies tā mirifica pręstēt, vt dominus p eos vel signa faciat, vel sanitatem laborantibus donet, nisi plane ob deuotas meditationes et humilitatem animi, et cōuersationeꝫ bonā? Ieiuniū enim Angelorꝫ cibus est: et qui

eo utitur, ordinis angelici censendus est. ℟. Sustinuim⁹. ꝫ ꝫ ꝫ.

FERIA SECVNDA.

De Daniele propheta. Lectio j.

ca.2. Tu rex videbas, ꝛ ecce quasi statua vna grandis, statua illa magna, ꝛ statura sublimis stabat contra te: ꝛ intuitus eius erat terribilis. Huius statuę caput ex auro optimo erat, pect⁹ autē ꝛ brachia de argento, porro venter, ꝛ femora ex ęre: tibię autem ferreę, pedum quędam pars erat ferrea, quędam autem fictilis, videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, ꝛ percussit statuā in pedibus eius ferreis, ꝛ fictilibus, ꝛ cōminuit eos. Tūc ꝯtrita sunt pariter ferrum, testa, ęs, argentū, ꝛ aurū, ꝛ redacta quasi in fauillam, ęstiuę areę, quę rapta sunt vēto, nullusq; loc⁹ inuētus est eis. Lapis autē, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, ꝛ impleuit vniuersam terram. ℟. Redemit. ꝫ ꝫ ꝫ. Lcō ij.

Hoc est somniū. Interpretationem quoq; eius dicemus coram te rex. Tu rex regū es: ꝛ De⁹ cęli, regnū, ꝛ fortitudinem, ꝛ imperium, ꝛ gloriam dedit tibi, ꝛ omnia, in quibus habitant filij hominum, ꝛ bestię agri. Uolucres quoque cęli dedit in manu tua, ꝛ sub ditione tua vniuersa constituit. Tu es ergo caput aureum; ꝛ post te consurget regnum aliud minus te, argenteum: ꝛ regnū tertiū aliud ęreum, quod imperabit vniuersę terrę: ꝛ regnum quartum erit velut ferreū. Quomodo ferrum comminuit, ꝛ domat omnia: sic cōminuet, ꝛ conteret oia hęc. ℟. Angustię. ꝫ ꝫ ꝫ. L. iij.

Porro quia vidisti pedū, ꝛ digitorum partem testeā figuli, ꝛ partem ferreā, regnum diuisū erit, quod tamen de plātario ferri orietur, secūdū quod vidisti ferrum mistum testę ex luto: ꝛ digitos pedum ex parte ferreos, ꝛ ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, ꝛ ex parte contritum. Quod autem vidisti ferrum mistum testę ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhęrebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testę. In diebus autē regnorum illorum suscitabit Deus cęli regnū, quod in ęternum non dissipabitur, ꝛ regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autē: ꝛ cōsumet vniuersa regna hęc: ꝛ ipsū stabit in ęternū. ℟. Uisit. ꝫ ꝫ ꝫ.

FERIA TERTIA.

De Daniele propheta. Lectio j.

Pronūcians Nabuchodonosor rex, ait eis: Uere ne 3.ca. Sidrach, Misach, ꝛ Abdenago deos meos non colitis, ꝛ statuā auream, quam constitui, non adoratis? Nunc ergo si estis parati,

rati, quacunque hora audieri-tis sonitum tubę fistulę, citharę, sambucę, psalterij, & symphonię omnisque generis musicorum, prosternite vos, & adorate statuam quã feci: quod si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacẽ ignis ardentis, Et quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? ℟. A facie. 333. Lectio ij.

Respõdentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerũt regi Nabuchodonosor: Nõ oportet nos de hac re respõdere tibi. Ecce enim De⁹ noster, quẽ colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manib⁹ tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus. Tũc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago: & pręcepit, vt succenderetur fornax septuplum, quã succendi consueuerat. ℟. Ciuitat em. 334. Lectio tertia.

Et confestim viri illi vincti cũ brachiis suis, & tiaris, & calciamentis, & vestib⁹ missi sunt in mediũ fornacis ignis ardentis nam iussio regis vrgebat: Fornax aũt succẽsa erat nimis: Porro viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flãma ignis. Viri autẽ ij tres, idest, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati: & ambulabant in medio flãmę, laudantes Deum, & benedicentes domino. ℟. Benti. 334.

FERIA QVARTA.

[illegible]

Respõdit Balthassar, & dixit: Dñe mi, somnium his, qui te oderunt: & interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborẽ quam vidisti sublimem, atq; robustam, cuius altitudo pertingit ad cęlum, & aspectus illius in omnem terram: & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimis, & esca omnium in eã, subter eã habitantes bestię agri, & in ramis eius cõmorantes aues cęli, Tu es rex, qui magnificatus es, & inualuisti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vsque ad cęlum, & potestas tua in terminos vniuersę terrę. ℟. Indicabo tibi homo, quid sit. 334. Lectio secunda. 4.ca.

Quod autẽ vidit rex vigilem, & sanctum descendere de cęlo, & dicere: succidite arborem, & dissipate illã: attamen germen radicum eius in terra dimittite: & vinciat ferro, & ęre in herbis foris, & rore cęli cõspergatur: & cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutentur super eum. Hęc est interpretatio sententię Altissimi, quę peruenit, super dñm meum regem.

gem Eijcient te ab hominibus, & cum bestijs, ferisque erit habitatio tua, & fenum vt bos comedes: & rore celi infunderis. ℟. Angustie. 333. Lectio tertia.
SEptem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dn̄etur excelsus super regnū hominum, & cuicūque voluerit, det illud. Q̄d autē precepit, vt relinqueretur germen radicum eius, idest arboris: regnum tuū tibi manebit, postquam cognoueris potestatem esse celestem. Quamobrem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitā ignoscet delictis tuis. Omnia hec venerunt super Nabuchodonosor regē. ℟. Vidit dominus. 333.

FERIA QVINTA.

De Daniele propheta. Lectio j.

ca. 5. BAlthasar rex fecit grande conuiuiū optimatibꝰ suis mille: & vnusquisq₃ s̄m suam bibebat etatem. Precepit ergo iā temulētus, vt afferrent vasa aurea, & argētea, que asportauerat Nabuchodonosor p̄r eius de tēplo, quod fuit in Jerusalē: vt biberēt in eis rex, & optimates eiꝰ, vxoresq₃ eius & concubine. Tūc allata sunt vasa aurea, que asportauerat de templo, quod fuerat in Jerusalem: & biberunt in eis rex, & optimates eius, vxores, & cōcubine illius: bibebāt vinū & laudabant deos suos aureos, & argenteos, ereos, ferreos, ligneosq₃ & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrū in superficie parietis aule regie: & rex aspiciebat articulos manus scribentis: tūc facies regis commutata est & cogitationes eius conturbabāt eū. ℟. Vidi dominum. 332. Lec. ij.
INtroductus est Daniel corā rege: ad quē p̄fatus rex ait. Tu es Daniel de filijs captiuitatis Jude, quem adduxit pater meus rex de Judea? audiui de te, quoniam spiritum deorum habeas, & scientia, intelligētiaq₃ ac sapientia ampliores inuente sunt in te. Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapiētes Magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationes eius indicarent mihi: & nequiuerūt sensu₃ huiꝰ sermonis edicere. Porro ego audiui de te, quod possis obscura iterpretari, & ligata dissoluere: si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris. Ad que respondens Daniel ait corā rege: Munera tua sint tibi, & dona domus tue alteri da: scripturam autem legam tibi rex, & inter-

terpretationem eius ostendã ti/bi. ℟. Aspice dñe. 332. Lectio iii.

HÆc est autẽ scriptura, quę digesta est: Mane, Thecel, Phares, & hęc est interpretatio sermonis. Mane, numerauit Deus regnum tuũ, & compleuit illud. Thecel, appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares, diuisum est regnum tuum, & datũ est Medis, & Persis. Tũc iubente rege, indutus est Daniel purpura, & circundata est torques aurea collo eius: & prędicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno. Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldęus: & Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos. ℟. Aspice domine. 332.

FERIA SECVNDA.

De Daniele propheta. Lectio i.

ca. 6. VIri ergo illi curiosius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obsecrantem Deum suum, & accedentes locuti sunt regi super edicto. Rex, nunquid non constituisti, vt omnis homo qui rogaret quẽquã de diis, & hominibus, vsque ad dies triginta, nisi te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex ait: Verus est sermo iuxta decretum Medorum, atq; Persarum, quod pręuaricari non licet. Tunc respondentes dixerunt corã rege: Daniel, de filiis captiuitatis Iudę, non curauit de lege tua, & de edicto, quod constituisti: sed tribus temporibus per diẽ orat obsecratione sua. Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est: & pro Daniele posuit cor, vt liberaret eũ: & vsque ad occasum solis laborabat, vt erueret illũ. Viri autem illi intelligentes regem, dixerũt ei: Scito rex, quia lex Medorum, atq; Persarum est, vt omne decretum, quod cõstituerit rex, non liceat immutari. ℟. Super muros. 332. Lectio ii.

HUnc rex pręcepit: & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis vnus, & positus est super os laci: quẽ obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatũ suorum, nequid fieret contra Danielẽ. Et abiit rex in domum suam, & dormiuit incęnatus, cibique non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit, appropinquansque lacui, Danielem voce lacrymabili inclamauit, & affatus est eum: Daniel, serue Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis semper, putas ne valuit te liberare a leonibus? ℟. Muro tuo. 333. Lectio tertia.

Et Daniel regi respondens ait: Rex, in eternum viue: Deus meus misit angelum suum, et conclusit ora leonum, et non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me, sed et coram te, rex delictum non feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo, et Danielem precepit educi de lacu: eductusque est Daniel de lacu, et nulla lesio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo. Iubente aut rege, adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Danielem, et in lacum leonum missi sunt ipsi, et filij, et vxores eorum: et non peruenerunt vsque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones: et omnia ossa eorum comminuerunt. ℟. Sustinuimus.333.

SABBATHO.

De Daniele propheta. Lectio j.

ca.9. In anno primo Darij, filij Assueri, de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldeorum anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni: et posui faciem meam ad dominum Deum meum rogare, et deprecari in ieiunijs, sacco, et cinere: et oraui dominum Deum meum, et confessus sum, et dixi: Obsecro domine Deus, magne, et terribilis, custodiens pactum, et misericordiam diligentibus te, et custodientibus mandata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, et recessimus: et declinauimus a mandatis tuis, ac iudicijs. ℟. Laudabilis.333. Lectio secunda.

Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, et docuit me, et locutus est mihi, dixitque: Daniel, nunc egressus sum vt docerem te, et intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni, vt indicarem tibi quia vir desideriorum es: tu autem animaduerte sermonem, et intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreuiate sunt super populum tuum, et super vrbem sanctam tuam, vt consummetur preuaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur iustitia sempiterna, et impleatur visio, et prophetia, et vngatur Sanctus sanctorum. ℟. Angustie.333. Lectio iij.

Scito ergo, et animaduerte: ab exitu sermonis vt iterum edificetur Ierusalem, vsque ad Christum ducem hebdomades septem, et hebdomades sexagintadue erunt: et rursum edificabitur platea, et muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: et non erit eius populus, qui

qui cum negaturus est: ⁊ ciuitatem, ⁊ sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: ⁊ finis eius vastitas, ⁊ post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: ⁊ in dimidio hebdomadis deficiet hostia, ⁊ sacrificium: ⁊ erit in tẽplo abominatio desolationis, ⁊ vsque ad cõsummationem, ⁊ finẽ, perseuerabit desolatio. ℟. Visit dominus. 333.

Sabba. ante Dñicã iiii. Nouemb.

Ad Mag. Añ. Qui celorum cõtines thronum, ⁊ abyssos intueris dñe rex regum, mõtes ponderas, terram palmo cõcludis, exaudi nos dñe in gemitibus nostris.

DOMINICA IIII. Nouembris.

Incipit liber Osee pphete. L. j.



Erbum dñi, quod factum est ad Oseã filiũ Beeri in diebus Ozie, Joathã, Achaz, ⁊ Ezechie regum Juda, ⁊ in diebus Jeroboam filij Joas regis Jsrael. Principiũ loquendi dñi in Osea. Et dixit dñs ad Oseã: Vade, sume tibi vxorẽ fornicationum, ⁊ fac filios fornicationum: qa fornicans fornicabitur terra a dño. Et abijt, ⁊ accepit Gomer filiã Debelai, ⁊ cõcepit, ⁊ peperit ei filiũ. ℟. Vidi. 332. L. ij.

Et dixit dñs ad eum: Voca nomen eius Jezrabel: quia adhuc modicum, ⁊ visitabo sanguinẽ Jezrabel super domũ Jehu, ⁊ quiescere faciã regnum domus Jsrael: ⁊ in illa die conteram arcũ Jsrael in valle Jezrabel. Et concepit adhuc: ⁊ peperit filiã: ⁊ dixit ei: Voca nomen eius: Absque misericordia, quia nõ addam vltra misereri domui Jsrael, sed obliuione obliuiscar eorũ: ⁊ domui Juda miserebor: ⁊ saluabo eos in dño Deo suo: ⁊ non saluabo eos in arcu, ⁊ gladio, ⁊ bello, ⁊ in equis, ⁊ in equitibus. ℟. Aspice. 332. L. iij.

Et ablactauit eam, que erat absque misericordia. Et concepit, ⁊ peperit filium. Et dixit. Voca nomen eius, Non populus meus: quia vos nõ populus meus, ⁊ ego non ero vester Deus. Et erit numerus filiorum Jsrael quasi arena maris, que sine mensura est, ⁊ non numerabitur. Et erit in loco vbi dicetur eis: Non populus meus vos, dicetur eis: Filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Juda, ⁊ filij Jsrael pariter, ⁊ ponent sibimet caput vnum, ⁊ ascẽdent de terra, quia magnus dies Jezrabel. ℟. Aspice domine fol. 332.

Ex libro S. Augustini episcopi de ciuitate Dei. Lectio quarta.

Oseas propheta, quãto profundius quidẽ loquitur, tanto operosius penetratur. Sed aliqd inde sumendũ est, ⁊ hic ex nostra

nostra ꝑmissione ponendũ. Et erit, inquit, in loco quo dictũ est eis: Nõ ppl's meus vos, vocabũtur ⁊ ipsi. Filij Dei viui. Hoc testimoniũ propheticum, de vocatione ppl'i gentium, q prius nõ pertinebat ad Deũ, etiã ap'li intellexerunt. ℟. Sup. 332. Lec. v.

Et quia ipse quoqꝫ populus gentiũ spiritualiter est in filijs Abrahe, ac per hoc recte dicitur Israel: propterea sequitur, ⁊ dicit: Et cõgregabunt filij Juda, ⁊ filij Israel in idipsum: ⁊ ponent sibimet principatum vnum. ⁊ ascendent a terra. Hoc si adhuc velimus exponere, eloquij prophetici obtundetur sapor. Recolatur tamen lapis ille angularis, ⁊ duo illi parietes, vnus ex iudeis, alter ex gentibus, ille nomine filiorum Juda, iste nomine filiorum Israel, eidem vni principatui suo in idipsum innitentes, ⁊ ascendentes agnoscantur in terra. ℟. Muro tuo. 333. Lectio sexta.

Istos autẽ carnales Israelitas, qui nunc nolunt credere in Christum, postea credituros, idest filios eorũ: nam vtique isti in suum locum moriendo transibũt: idẽ propheta testatur dicens: Qm̃ diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Quis non videat, nunc sine istis esse Judeos? ℟. Sustinuimus pacem. fol. 333.

FERIA SECVNDA.

De Osee propheta. Lectio j.

Audite verbum dñi filij Israel: quia iudicium domino cum habitatoribus terre. Nõ est enim veritas, ⁊ non est misericordia, ⁊ non est scientia Dei in terra. Maledictum, ⁊ mẽdacium, ⁊ homicidium, furtum ⁊ adulterium inundauerũt, ⁊ sanguis sanguinẽ tetigit. Propter hoc lugebit terra, ⁊ infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri ⁊ in volucre celi: sed ⁊ pisces maris congregabũtur. 4. ca.

℟. Redemit. 333. Lectio ij.

Veruntamẽ vnusquisqꝫ nõ iudicet, ⁊ non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, ⁊ corruet etiam ꝑpheta tecum: nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam: ⁊ quia tu sciẽtiam repulisti, repellã te, ne sacerdotio fungaris mihi: ⁊ oblita es legis dei tui: obliuiscar filioꝝ tuorũ ⁊ ego. ℟. Angustie. 333. L. iij.


Secundum multitudinem eorum sic peccauerũt mihi: gloriam eorũ in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent: ⁊ ad iniquitatẽ eorum subleuabunt animas eorum. Et erit sicut populus, sic

sacer-

sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam dominum dereliquerũt in non custodiendo. ℟. Misit dñs 333.

FERIA TERTIA.

Joel propheta. Lectio prima.



Erbum dñi, quod factum est ad Joel, filiũ Phatuel. Audite hoc senes, & auribus percipite oẽs habitatores terrę: si factum est istud in dieb⁹ vestris, aut in diebus patrum vestrorum? Super hoc filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorum generationi alterę. Residuum eruce comedit locusta: & residuum locustę comedit bruchus: & residuum bruchi comedit rubigo. ℟. A facie furoris. 333. Lectio ij.

Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate oẽs, q bibitis vinum in dulcedine: qm̃ perijt ab ore vestro: Gens enim ascendit super terrã meã fortis, & innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis. Posuit vineã meã in desertũ, & ficũ meam decorticauit, nudans spoliauit eam, & proiecit: albi facti sunt rami ei⁹. ℟. Ciuitatem, 334. Lectio iij.

Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suę: Perijt sacrificiũ, & libatio de domo dñi, luxerunt sacerdotes ministri dñi: depopulata est regio: luxit humus: qm̃ deuastatum est triticum. Confusum est vinum, elanguit oleum, confusi sunt agricolę, vlulauerunt vinitores super frumento, & hordeo, qa perijt messis agri. ℟. Genti peccatrici. folio. 334.

FERIA QVARTA.

De Joele propheta. Lectio j.

In diebus illis, & in tempore illo, cũ conuertero captiuitatem Juda, & Jerusalem, cõgregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Josaphat, & disceptabo cũ eis ibi super populo meo, & hereditate mea Israel, quos disperserunt in nationibus, & terram meam diuiserunt: & super populum meum miserunt sortem: & posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. ℟. Judicabo. 334. L. ij. 3. ca.

Erum quid mihi, & vobis Tyrus, & Sidon, & ois terminus Palęsthinorum? nunqd vltionem vos reddetis mihi? & si vlciscimini vos contra me, cito velociter reddã vicissitudinẽ vobis super caput vestrum. Argentum enim meũ & aurum tulistis: & desiderabilia mea, & pulcherrima intulistis in delubra vestra: & filios Juda, & filios Jerusalem vendidistis filijs Grecorum,

corum, vt longe faceretis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos: et conuertam retributionem vestram in caput vestrum. ℟. Angustie. 333. Lectio tertia.

Et vendam filios vestros, et filias vestras in manibus filiorum Juda, et venundabunt eos Sabeis genti longinque, quia dominus locutus est: Clamate hoc in gentibus: sacrificate bellum: suscitate robustos. Accedant, ascendant omnes viri bellatores, concidite aratra vestra in gladios, et ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat: Quia fortis ego sum. Erumpite, et venite omnes gentes de circuitu, et congregamini: ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Consurgant, et ascendant gentes in vallem Josaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. ℟. Misit dominus. 333.

FERIA QVINTA.

Incipit Amos propheta. Lectio j.



Verba Amos, qui fuit in pastoralibus Thecue, que vidit super Israel in diebus Ozie regis Juda, et in diebus Jeroboam, filii Joas, regis Israel, ante duos annos terremotus. Et dixit: Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem dabit vocem suam: et luxerunt speciosa pastorum, et exiccatus est vertex Carmeli. ℟. Vidi dominum. 333. Lectio secunda.

Hec dicit dominus: Super tribus sceleribus Damasci, et super quatuor non conuertam eum: eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domum Azael, et deuorabit domos Benadab: et conteram vectem Damasci: et disperdam habitatorem de campo idoli, et tenentem sceptrum de domo voluptatis, et transferetur populus Syrie Cyrenen, dicit dominus. ℟. Aspice domine, 332. Lectio iii.

Hec dicit dominus: Super tribus sceleribus Gaze: et super quatuor non conuertam eum, eo quod transtulerit captiuitatem perfectam vt concluderent eam in Idumea: et mittam ignem in murum Gaze: et deuorabit edes eius, et disperdam habitatorem de Azoto, et tenentem sceptrum de Ascalone: et conuertam manum meam super Accaron: et peribunt reliqui Philisthinorum: dicit dominus Deus. ℟. Aspice domine. 332.

FERIA SEXTA.

Incipit Abdias propheta. Lectio j.



Visio Abdie: Hec dicit dominus ad Edom. Auditum audiuimus a domino, et legatum ad gentes misit: Surgite et consurgamus aduersus eum in prelium. Ecce paruulum dedi te in gentibus: contemptibilis tu es valde. Superbia

bis cordis tui extulit te, habitā-
tem in scissuris petrarū, exaltan-
tem solium tuuz, qui dicis in cor
de tuo: Quis detrahet me in
terram? Si exaltatus fueris vt
aquila, & si inter sidera posue-
ris nidum tuum, inde detrahā
te dicit dominus. Super mu
ros.333.
Si fures introissent ad te,
si latrones per noctē, quō
oticuisses? nōne furati essent suf
ficientia sibi? Si vindemiatores
introissent ad te, nūquid saltem
racemū reliquissent tibi? Quo-
modo scrutati sunt Esau, inuesti
gauerunt abscondita eius? vsq3
ad terminum emiserunt te, om-
nes viri fœderis tui illuxerunt ti
bi, inualuerunt aduersum te vi-
ri pacis tuę: qui comedunt te-
cum, ponent insidias super te:
non est prudētia in eo. Mu-
ro tuo inexpugna.333.
Nunquid non in die illa, di
cit dñs, perdam sapientes
de Idumea, & prudentiā de mon
te Esau? Et timebunt fortes tui
a meridie, vt intereat vir de mō-
te Esau: Propter interfectio-
nem, & propter iniquitatē in fra-
trem tuū Jacob, operiet te cōfu-
sio, & peribis in ęternū. In die cū
stares aduersus eū, quando ca-
piebant alieni exercitum eius, &
extranei ingrediebantur portas
eius, & super Jerusalē mittebāt
sortem: tu quoq3 eras quasi vnꝰ
ex eis. Sustinuimus.333.

SABBATHO.



Et factuz est verbū
domini ad Jonam
filium Amathi, di-
cens, Surge, & va-
de in Niniuen ciui
tatem grandem, & prędica in ea:
quia ascēdit malitia eius coram
me. Et surrexit Jonas, vt fuge-
ret in Tharsis a facie domini, &
descendit in Joppen & inuenit
nauem euntem in Tharsis: & de
dit naulum eius, & descendit in
eam: vt iret cum eis in Tharsis
a facie dñi. Dominus autem mi
sit ventum magnum in mare, &
facta est tēpestas magna in ma-
ri: & nauis periclitabatur conte-
ri. Laudabilis.333.
Et timuerunt nautę, & cla-
mauerunt viri ad deū suū:
& miserunt vasa, quę erant in na-
ui, in mare, vt alleuiaretur ab
eis. Et Jonas descendit ad inte-
riora nauis, & dormiebat sopore
graui: & accessit ad eum guber-
nator, & dixit ei: Quid tu sopore
deprimeris? surge, inuoca Deū
tuuz, si forte recogitet Deus, de
nobis, & non pereamus. Et dixit
vir ad collegam suum: Uenite,
& mittamus sortes, & sciamus,
quare hoc malum sit nobis. Et
miserunt sortes, & cecidit sors su
per Jonam. Angustię mihi
sunt vndique.333.

Et dixerunt ad eũ: Indica nobis, cuius causa malum istud sit nobis: qđ est opus tuũ? quę terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebręus ego sum, & dñm Deum cęli ego timeo: qui fecit mare, & aridã. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eũ: Quid hoc fecisti? Cognouerũt enim viri, q̃ a facie dñi fugeret, q̃a indicauerat eis. Et dixerunt ad eũ: Quid faciem⁹ tibi, & cessabit mare a nobis? quia mare ibat & intumescebat sup eos. Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare a vobis: scio enim ego, qm̃ propter me tempestas hęc grandis est sup vos. ℟. Visitat dñs. 333.

Sabbatho ante dñicam quintam Nouẽbris. Ad Mag. Añ. Sup muros tuos Jerusalẽ ↄstitui custodes: tota die & nocte nõ tacebunt laudare nomen dñi.

DOMINICA V. Nouembris.

Michęas propheta. Lectio j.



Erbũ dñi, quod factũ est ad Michęam Morasthiten in dieb⁹ Joathan, Achaz, & Ezechię regũ Juda, quod vidit super Samariã, & Jerusalẽ. Audite populi omnes: & attendat terra, & plenitudo eius: & sit dñs Deus vobis in testem, dñs de templo sancto suo. Quia ecce dominus egredietur de loco suo, & descendet & calcabit sup excelsa terrę. ℟. Vidi dominum. 333. Lectio ij.

Et cõsumentur mõtes subtus eum: & valles scindentur sicut cera a facie ignis, sicut aquę quę decurrunt in pręceps. In scelere Jacob omne istud, & in peccatis dom⁹ Israel. Quod scelus Jacob? nonne Samaria? & quę excelsa Judę? nõne Jerusalem? Et ponam Samariam, quasi aceruum lapidũ in agro, cum plantatur vinea, & detrahã in vallem lapides eius: & fundamenta eius reuelabo. ℟. Aspice dñe de sede sancta. 332. L. iij.

Et omnia sculptilia ei⁹ cõcidẽtur: & omnes mercedes eius comburẽtur igne: & omnia idola eius ponã in perditionẽ: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsq; ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam, & vlulabo: vadam spoliatus, & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctũ quasi struthionũ, quia desperata est plaga eius, quia venit vsq; ad Judam, tetigit portam populi mei vsque ad Jerusalem. ℟. Aspice dñe. 332.

De sermone S. Basilij Magni in psalmũ trigesimũ tertiũ. L. j.

Om te appetitus inuaserit peccandi, velim cogites

tes horribile illud & intolerabile Chri tribunal, i quo psidebit iudex i alto & excelso throno: adstabit aũt ois creatura, ad gloriosum illius cõspectũ cõtremiscẽs. Adducẽdi etiã nos sumus singuli, eorũ que in vita gesserimus, ratione reddituri. Mox illis, q mul ta mala i vita perpetrarint, terribiles quidã & deformes assistent angeli, igneos vultus preseferentes, atq3 ignẽ spirãtes, ea re propositi & volũtatis acerbitatẽ ostẽdẽtes, nocti vultu similes, ppter merorem & odium in humanum gen⁹. ℟. Sup muros. 332. ℒ. v.

Hec cogites profundum barathrũ, inextricabiles tenebras, & ignẽ carentẽ splẽdore, vrendi quidẽ vim habẽtem, sed priuatũ lumine: deinde vermiũ genus venenũ immittens ac carnẽ vorãs, inexplebiliter edẽs, neque vnquã saturitatẽ sentiẽs, intolerabiles dolores corrosione ipsa infigẽs: postremo, qđ suppliciorũ oiũ grauissimũ est, opprobriũ illud & cõfusionẽ sempiternã. Hec time, & hoc timore instructus, animã a peccatorũ concupiscẽtia tanq3 freno quodam reprime. ℟. Muro tuo. 333. ℒec. vj.

Hunc timorẽ dñi se doctorum ppheta promisit: docere aũt nõ simpliciter promisit, sed eos q eũ audire voluerint: nõ eos, qui lõgius prolapsi sunt, sed q salutẽ appetẽtes accurrũt: nõ alienos a promissionib⁹, sed ex baptismate filiorũ adoptionis, verbo ipsi cõciliatos atq3 cõiũctos. Propterea venite, inqt; hoc est p bona opera accedite ad me filij, quippe q p regenerationem filij lucis effici digni facti estis. Audite q aures cordis habetis apertas: timorẽ dñi docebo vos, illum scilicet, quem paulo ante oratione nr̃a descripsimus. ℟. Sustinuimus. 333.

FERIA SECVNDA.

Incipit Naum propheta. ℒe. j.

Onus Niniue. Liber visiõis Naum Elcesei. Deus emulator, & vlciscẽs dñs, vlciscẽs dñs & habens furorẽ: vlciscẽs dñs in hostes suos, & irascẽs ipse inimicis suis. Dñs patiẽs & magn⁹ fortitudine, & mũdãs non faciet innocentẽ. Dñs in tẽpestate, & turbine viẽ eius, & nebule pulvis pedum eius: increpãs mare, & exiccans illud: & oia ad desertum deducens. ℟. Redemit. 333. ℒ. ij.

Infirmat⁹ est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit: montes cõmoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra a facie eius, & orbis, & oẽs habitantes in eo. Ante faciẽ indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? & indignatio eius effusa est vt ignis: & petre dissolute sunt ab eo. ℟. Angustie. 333. ℒectio iij.

B Onus dñs, ꝛ cõfortans in die tribulationis: ꝛ sciens sperantes in se: ꝛ in diluuio prętereūte, ꝯsummationẽ faciet loci eius: ꝛ inimicos ei⁹ ꝑsequent tenebrę. Quid cogitatis ꝯtra dñz? Cõsummationẽ ipse faciet, non ꝯsurget duplex tribulatio: quia sicut spinę se inuicẽ cõplectunt, sic ꝯuiuiū eoꝝ pariter potātiū, cõsumentur quasi stipula ariditate plena. ℟. Visit dñs. 333.

FERIA TERTIA.

Incipit Habacuc propheta. L. j.



ONus, qđ vidit Habacuc propheta. Vsquequo dñe clamabo, ꝛ nõ exaudies? vociferabor ad te vim patiẽs, ꝛ nõ saluabis? Quare ostẽdisti mihi iniqtatẽ, ꝛ laborẽ, videre ꝑdaz ꝛ iniustitiā ꝯtra me? Quare respicis ꝯtemptores, ꝛ taces, ꝛ ꝯculcante impio iustiorẽ se? Et facies hoīs quasi pisces maris, ꝛ quasi reptilia non habentia ducẽ? Et factū est iudiciū, ꝛ contradictio potentior. ℟. A facie. 332. Lectio ij.

P Ropter hoc lacerata est lex, ꝛ nõ peruenit vsqz ad finẽ iudiciū: quia impius ꝑualet aduersus iustū: propterea egredit iudiciū peruersuz. Aspicite in gentibus, ꝛ videte, ꝛ admiramini, ꝛ obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, qđ nemo credet cū narrabit. Quia ecce ego suscitabo Chaldęos gẽtem amarām, velocẽ, ambulantẽ sup latitudinem terrę, vt possideat tabernacula nõ sua. Horribilis, ꝛ terribilis est: ex semetipsa iudiciū, ꝛ onus eius egredietur. ℟. Ciuitatem. 334. Lc. iij.

L Euiores pardis equi ei⁹, ꝛ velociores lupis vespertinis, ꝛ diffundẽtur equites eius: equites enim eius de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedẽdum. Oẽs ad prędā venient: facies eoꝝ ventus vrẽs, ꝛ ꝯgregabit quasi arenā, captiuitatẽ. Et ipse de regib⁹ triūphabit, ꝛ tyrāni ridiculi ei⁹ erūt, ipse super oẽm munitionẽ ridebit, ꝛ ꝯportabit aggerẽ, ꝛ capiet eam. ℟. Genti peccatrici. 334.

FERIA QVARTA.

Incipit Sophonias ꝓpha. L. j.



VErbum dñi qđ factuz est ad Sophoniā filiū Chusi filij Godolię, filij Amasię, filij Ezechię, in dieb⁹ Iosię, filij Ammõ regis Iuda. Congregās ꝯgregabo oia a facie terrę, dicit dñs: ꝯgregans hominẽ ꝛ pecus, congregans volatilia cęli, ꝛ pisces maris: ꝛ ruinę impioꝝ erūt: ꝛ disperdā hoīes a facie terrę: dicit dñs. ℟. Indicabo. 334. Lctō ij.

E T extendam manum meā super Iudam: ꝛ super oẽs habitantes Ierusalem, ꝛ disperdā de loco hoc reliquias Baal: ꝛ nomina ędituorum cuz sacerdotibus,

dotibus, et eos qui adorant super tecta militiam celi, et adorant et iurant in domino, et iurant in Melchom: et qui auertuntur de post tergum domini, et qui non quesierunt dominum, nec inuestigauerunt eum. R. Angustie. fo. 333. Lectio tertia.

Silete a facie domini Dei, quia iuxta est dies domini, quia preparauit dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos. Et erit in die hostie domini, visitabo, super principes, et super filios regis, et super omnes qui induti sunt veste peregrina: et visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum domini Dei sui iniquitate, et dolo. R. Misit.

FERIA QVINTA.

Incipit Aggeus propheta. L. j.



In anno secundo Darij regis in mense sexto, in die vna mensis: Factum est verbum domini in manu Aggei prophete ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda, et ad Iesum filium Iosedec, sacerdotem magnum, dicens: Hec ait dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit, Nondum venit tempus domus domini edificande. R. Uidi dominum. 332. Lectio ij.

Et factum est verbum domini in manu Aggei prophete: dicens: Nunquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis, et domus ista deserta: Et nunc hec dicit dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras: seminastis multum, et intulistis parum: comedistis, et non estis satiati: bibistis, et non estis inebriati: operuistis vos, et non estis calefacti: et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. R. Aspice domine. 332. L. iij.

Hec dicit dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras, ascendite in montem, portate ligna, et edificate domum, et acceptabilis mihi erit, et glorificabor: dicit dominus. Respexistis ad amplius, et ecce factum est minus, et intulistis in domum, et exufflaui illud: quam ob causam, dicit dominus exercituum? Quia domus mea deserta est, et vos festinatis vnusquisque in domum suam: propter hoc super vos prohibiti sunt celi ne darent rorem, et terra prohibita est, ne daret germen suum. R. Aspice domine quia. 332.

FERIA SEXTA.

Incipit Zacharias propheta. L. j.



In mense octauo, in anno secundo Darij, factum est verbum domini ad Zachariam, filium Barachie, filij Addo prophetam, dicens: Iratus est dominus super patres vestros iracundia. Et dices ad eos: Hec dicit dominus exercituum: conuertimini ad me: ait dominus exercituum, et conuertar ad vos, dicit dominus exercituum.

 tuum.

tuū. ℟. Super. 332. Lectio ii.
NE sitis sicut patres vestri, ad quos clamabāt ꝓphetę priores dicentes: Hęc dicit dn̄s exercituū: Cōuertimini de vijs vestris malis, ⁊ de cogitationibꝰ vestris pessimis: ⁊ nō audierūt, neqꝫ attēderūt ad me, dicit dn̄s. Patres vestri vbi sunt? ⁊ ꝓphetę, nūquid in sempiternū viuēt? ℟. Muro tuo. 333. Lectio iii.
UErumtn̄ verba mea, ⁊ legitima mea, quę mādaui seruis meis prophetis, nunqd non comprehenderunt patres vr̄os, ⁊ conuersi sunt, ⁊ dixerunt, sicut cogitauit dn̄s exercituum facere nobis ẜm vias nostras, ⁊ ẜm adinuentiones nostras, fecit nobis? ℟. Sustinuimus pacem.

SABBATHO.

Incipit Malachias ꝓpheta. L. i.
ONus verbi dn̄i ad Israel in manu Malachię ꝓphetę, Dilexi vos, dicit dn̄s, ⁊ dixistis: in quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Jacob, dicit dn̄s ⁊ dilexi Jacob, Esau aūt odio habui? ⁊ posui Seir mōtes eius in solitudinē, ⁊ hęreditatē eius in dracones deserti? Qḋ si dixerit Idumęa, Destructi sumus, sed reuertētes ędificabimꝰ q̄ destructa sunt: hęc dicit dn̄s exercituū: Isti ędificabūt, ⁊ ego destruā, ⁊ vocabunť termini impietatis, ⁊ ppl's cui iratus est dn̄s, vsqꝫ in ęternū. ℟. Laudabilis. 333. L. ii.
ET oculi vestri videbunt: ⁊ vos dicetis, Magnificetur dn̄s sup terminū Israel, Filius honorat patrē, ⁊ seruus dominū suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? ⁊ si dn̄s ego sum, vbi est timor meus, dicit dominus exercituū? Ad vos o sacerdotes: qui despicitis nomen meum, ⁊ dixistis: In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, ⁊ dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis, Mēsa domini despecta est. ℟. Angustię mihi. 333. Lectio tertia.
SI offeratis cęcū ad immolandū, nōne malū est? ⁊ si offeratis claudū, ⁊ lāguidū, nōne malū est? Offer illud duci tuo si placuerit ei, aut si susceperit faciē tuā, dicit dn̄s exercituum. Et nūc deprecamini vultū Dei: vt misereať nr̄i (de manu enim vestra factū est hoc) si quo modo suscipiat facies vestras, dicit dn̄s exercituū. Quis est in vobis, q claudat ostia, ⁊ incendat altare meū gratuito? Nō est mihi volūtas in vobis, dicit dn̄s exercituū, ⁊ munus non suscipiā de manu vestra. Ab ortu enim Solis vsqꝫ ad occasum, magnum est nomē meū in gentibus: ⁊ in omni loco sacrificať ⁊ offerť nomini meo oblatio munda: quia magnū est nomen meū in gētibus, dicit dn̄s exercituum. ℟. Misit dn̄s. 334.

HO-

HOMILIÆ IN DOMINICIS PER ORDINEM DISPOSITÆ.
A Tertia Dominica post Pentecosten vsque ad Aduentum.



Dñica iij. post Pētecostē. Orō.

PRotector in te spe rantiū Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctū, multiplica sup nos misericordiam tuā: vt te rectore, te duce, sic trāseamus per bona temporalia, vt non amittamus ęterna. Per dominum nostrum.

Lectio s. euā. scđm Lucam. L. xv.

IN illo tempore: Erant appropinquantes ad Jesum publicani, & peccatores, vt audirent illum. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij papę.

AVdistis in lectione euāgelica, fratres mei, q̄a peccatores & publicani accesserūt ad redemptorē nr̄m: & nō solū ad colloquendū, sed etiā ad conuescēdum recepti sunt: quod vidētes Pharisęi dedignati sūt. Ex qua re colligit, quia vera iustitia cōpassionē habet, falsa vero dedignationē: quāuis & iusti soleant recte peccatoribus dedignari. Sed aliud est quod agit typo superbię, aliud quod zelo disciplinę. R. Peccaui. 260. Lcō viij.

DEdignantur etenim, sed non dedignantes, desperant: non desperantes persecutionem commouent, sed amantes: quia, etsi foris increpationē per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. Preponunt sibi in aīa ipsos plerunque quos corrigunt: meliores ęstimāt eos quoque, quos iudicant. Quod videlicet agentes, & per disciplinam subditos, & per humilitatem custodiunt semetipsos. R. Duo Seraphim. 260. Lctō ix.

AT contra, ij, qui de falsa iustitia superbire solent, ceteros quoq; despiciūt, nulla infirmantibus misericordia cōdescendunt: & quo se peccatores es-

se non credũt, eo deteriꝰ pecca toꝛes fiunt. De quoꝛũ pꝛofecto numero Pharisei extiterant, q dĳudicantes dñm quod pecca/ toꝛes susciperet, arenti coꝛde ip/ sum fontem misericoꝛdie repꝛe/ hendebant. Sed quia egri erãt, ita vt se egros esse nescirẽt, qua/ tenus quod erãt agnoscerẽt, ce/ lestis eos medicus blandis so/ mentis curat, benignum para/ digma obĳcit, ꝛ in eoꝛum coꝛ/ de vulneris tumoꝛem peremit.

Ad Bñs. Ãña. Quis ex vobis homo, q habet centuꝫ oues, ꝛ si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouẽ in de/ serto, ꝛ vadit ad illaꝫ, que perie/ rat, donec inueniat eam? balab.

Ad Mag. Ãñ. Que mulier ha/ bens dꝛachmas decẽ, ꝛ si perdi/ derit dꝛachmã vnaꝫ, nõne accẽ/ dit lucernã, ꝛ euerrit domuꝫ, ꝛ querit diligẽter, donec inueniat?

Dñica iiij. post Penteco. Oro.

Da nobis, qs dñe, vt ꝛ mũdi cursus pacifice nobis tuo oꝛdine diri gat, ꝛ Eccl'ia tua trã/ quilla deuotione letetur. Per.

Lectio s. euãg. sm Lucã. L. vij.

ca. 5. In illo tpe: Cũ turbe irrue/ rẽt in Jesuꝫ, vt audirẽt ver bum Dei, ꝛ ipse stabat secus sta gnum Genesareth. Et reliqua.

Homilia s. Ambꝛosij episcopi.

Ubi dñs multis impertiuit varia genera sanitatũ, nec tempoꝛe, nec loco cepit a studio sanãdi turba cohiberi. Uesper incubuit, populi sequebantur: stagnũ occurrit, turbe vrgebãt: ꝛ ideo ascendit in Petri nauiꝫ. Hec est illa nauis, que secunduꝫ Matthеum adhuc fluctuat, se/ cundum Lucam repletur pisci bus, vt ꝛ pꝛincipia Ecclesie flu/ ctuantis, ꝛ posterioꝛa exuberã/ tis agnoscas. Lectio octaua.

Pisces enim sunt, qui hãc enauigant vitam: ibi ad/ huc discipulis Chꝛistꝰ doꝛmit: hic pcipit: doꝛmit enim tepidis, vigilat pfectis. Deniqꝫ etsi alĳs imperat, vt laxent retia sua, soli tamen Petro dicit: duc in altũ, hoc est in pꝛofunduꝫ disputatio num. Quid enim tam altũ, quã altitudinem diuitiaruꝫ videre, scire Dei filium ꝛ pꝛomissionẽ Diuine generationis assumere? quam licet mens humana non queat plene rationis inuestiga/ tione cõpꝛehendere, fidei tamẽ plenitudo complectitur. Le. ix.

Nam etsi non licet mihi sci/ re, quemadmodum natus sit, non licet tamẽ nescire, quod natus sit. Seriem generationis ignoꝛo: sed auctoꝛitateꝫ genera/ tionis agnosco. Nõ interfuimꝰ, cuꝫ ex patre Dei filius nascere/ tur, sed interfuimus, cũ a patre Dei filius diceret. Si Deo non credimus, cui credimus? Om/ nia enim que credimus, vel visu credi/

credimus, vel auditu. Visus sepe fallitur, auditus in fide est.
Ad Benedictus. Antiphona.
Ascēdens Jesus in nauim, et sedens, docebat turbas, haleluiah.
Ad Magnificat. Antiphona.
Preceptor per totam noctē laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.
Dñica v. post Pentecostē. Oro.
Deus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectū: vt te in oibus, et sup omnia diligentes, promissiones tuas, que omne desiderium superāt, consequamur. Per dominum.
Lcō s. euā. sm Matthēū. L. vij.
5. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amē, dico vobis: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quā Scribarū, et Phariseorū, non intrabitis in regnum celorum. Et reliqua.
Homilia sancti Augustini epi.
Iustitia Phariseorum est, vt non occidāt, iustitia eorum, qui intraturi sunt in regnū Dei, vt non irascantur sine causa. Minimum est ergo, non occidere: et qui illud soluerit, minimus vocabit in regno celorum: qui autē illud impleuerit, vt non occidat, nō continuo magnus erit, et idoneus regno celorum, sed tamē ascendit aliquem gradum: perficietur autem, si non irascat sine causa: quod si perfecerit, multo remotior erit ab homicidio. Quapropter q docet vt non irascamur, non soluit legem, ne occidamus, sed implet potius, vt et foris, dum non occidimus, et in corde, dum nō irascimur, innocētiam custodiamus. Lectio viij.
Gradus itaq; sunt in istis peccatis: vt primo quisq; irascat, et eum motū retineat corde conceptum: iam si extorserit vocē indignantis ipsa cōmotio, nō significantem aliquid, sed illum animi motum ipsa eruptione testante, qua feriatur ille, cui irascitur, plus est vtiq;, quam si surgēs ira silentio premeretur. Sin vero non solū vox indignātis audiatur, sed etiā verbū, quo iam certam eius vituperationē in quem pfertur designet, et notet, quis dubitet, amplius hoc esse, quam si solus indignationis sonus ederetur? Lectio ix.
Vide nunc etiam tres reatus, iudicij, concilij, et gehenne ignis. Nam in iudicio adhuc defensioni dat locus: in cōcilio autē quanq; et iudicium esse soleat, tamen qa interesse aliqd hoc loco fateri cogit ipsa distinctio, videt ad conciliū pertinere sententie prolatio, quādo nō iam cum ipso reo agitur vtrum damnādus sit, sed inter se, qui iudicant, conferunt quo supplicio

dānari oporteat, quē cōstat esse dānādū. Gehēna vero ignis nec dānationē habet dubiā, sicut iudiciū, nec dānati pęnā sicut cōciliū: in gehēna quippe ignis, certa est & damnatio, & pęna damnati.

Ad Benedictus. Antiphona.

Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Ad Magni. Añ. Si offers munus tuū ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum, hal.

Dominica vj. post Pente. Oro.



Deus virtutum, cuius est totum quod est optimum: insere pectoribus nostris amorem tui nominis, & presta in nobis religionis augmentum: vt, quę sunt bona, nutrias, ac pietatis studio quę sunt nutrita, custodias. Per do.

Lcō sci euāg. sm Marcū. L. vij.

ca.8. In illo tempore: Cū turba multa esset cū Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis, Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent, quod manducent. Et rel.

Homilia S. Ambrosij episcopi.

Posteaquā illa, quę ecclesię typum accepit, a fluxu curata est sanguinis, posteaquā apostoli ad euangelizandum regnum Dei sunt destinati, gratię cęlestis impartitur alimentum: sed quibus impartiatur, aduerte: non ociosis, non in ciuitate, quasi in synagoga, vel scli digni tate residētibus, sed inter deserta quęrentibus Christū. L. viij.

Qui enim nō fastidiunt, ipsi recipiuntur a Christo, & cum ipsis loquitur Dei verbum, non de sęcularibus, sed de Dei regno. Et siqui corporalis gerunt vulnera passionis, his medicinam suam libēter indulget. Consequens igitur erat, vt, quos a vulnerum dolore sanauerat, eos alimonijs spiritualibus a ieiunio liberaret. Lectio ix.

Itaque nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus: & illi qui vocantur ad cęnā, prius vocādo sanant. Si claudus fuerit, gradiendi facultatem vt veniret, accepit: si lumine priuatus erat oculorū, domum vtique dñi, nisi refusa luce, intrare non potuit. Vbique ergo mysterij ordo seruatur, vt prius per remissionem peccatorū vulneribus medicina tribuatur, postea alimonia mēsę cęlestis exuberet.

Ad Benedictus. Antiphona.

Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberēt, qđ manducarēt, conuocatis discipulis, ait illis, Misereor super turbam: quia ecce

ecce iá triduo sustinent me, nec habent quod manducent, hal. Ad Mag. Añ. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habẽt, quod mãducent: et, si dimisero eos ieiunos, deficient in via, haleluiah.

Dñica vij. post Pentecoste. Oro.



Deus, cuius prouidẽtia in sui dispositione nõ fallitur: te supplices exoram⁹ vt noxia cũcta submoueas, et oia nobis profutura concedas. Per dominũ nostrũ. Lcõ s. euã. sm Mattheũ. L. vij.

ca.7. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et reliqua. Homilia. scti Hilarij episcopi.

Blandimẽta verbo℞, et mãsuetudinis, simulationem admonet fructu operationis expendi oportere: vt non qualem quis verbis referat, sed qualem se rebus efficiat, spectemus: qa in multis vestitu ouiũ rabies lupina contegitur. Ergo vt spinę vuas, tribuli ficus nõ generant: vt iniquę arbores vtilia poma nõ afferũt: ita ne in istis qdẽ consistere docet boni operis effectum, et idcirco oẽs cognoscẽdos esse de fructibus. Regnũ enim cęlo℞ sola verborum officia non obtinent, neqꝫ qui dixerit, dñe dñe, hęres illius erit. Lectio.

Quid enim meriti est dñodicere, domine? Nũquid dominus non erit, nisi fuerit dictus a nobis? et quę officij sanctitas est, nominis nuncupatio, cũ cęlestis regni iter obedientia potius voluntatis dei, nõ nuncupatio repertura sit? Multi mihi dicent in illa die: Dñe dñe, nonne in tuo noie prophetauimus? Etiã nunc pseudoprophetarũ fraudulentiam, et hypocritarũ simulamenta cõdemnat, q gloriã sibi ex verbi virtute pręsumũt, in doctrinę prophetia, et dęmoniorum fuga, et in istiusmodi operum virtutibus. Lectio nona.

Atque hinc sibi regnum cęlorũ pollicentur: quasi vero eorum aliquid proprium sit, q̃ loquuntur, aut faciunt, et non omnia virtus Dei inuocata pficiat, cum doctrinę scientiam lectio afferat, dęmonia Christi nomen exagitet. De nostro igitur est beata illa ęternitas promerẽda, pręstandumqꝫ est aliquid ex proprio, vt bonum velimus, malum omne vitemus, totoqꝫ affectu pręceptis cęlestibus obtemperemus, ac talib⁹ officijs cogniti Deo simus: agamusqꝫ potius quod vult, quam quod potest gloriemur, repudians eos ac repellens, quos a cognitione sua opera inquitatis auerterint.

Ad

Ad Bñs. Añ. Attēdite a falsis, prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces: a fructibus eorū cognoscetis eos, hal.
Ad Magnificat. Antiphona. Non potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos facere: oīs arbor quę nō facit fructum bonū excidet, & in ignem mittetur, haleluiah.
Dñica viij. post Penteco. Oro.



Largire nobis, q̄s dñe, semper spūm cogitādi quę recta sunt propitius, & agendi: vt qui sine te esse non possumus, secundū te viuere valeamus. Per dñm.
Lectio s. euā. fm Lucam. L. vij.
ca. 16. In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hāc. Homo quidā erat diues, q̄ habebat villicum, & hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset bona ipsius. Et reliqua.
Homilia sc̄ti Hieronymi presb.
Si dispēsator iniqui mammonę dñi voce laudat, quod de re iniqua sibi iustitiā pparauit, & passus dispēdium dñs laudat dispensatoris prudentiā, quod aduersus dominum quidē fraudulenter, sed pro se prudenter egerit: quanto magis Chr̄s, qui nullum damnum sustinere potest, & pronus est ad clementiā, laudabit discipulos suos, si in eos, qui credituri sibi sunt, misericordes fuerint? Lectio viij.
Denique post parabolam intulit: Et ego vobis dico, facite vobis amicos de iniquo Mamona. Mammona autem non Hebręorum, sed Syrorū lingua diuitię nūcupantur, quod de iniquitate collectę sint. Si ergo iniquitas bene dispensata vertitur in iustitiam, quanto magis sermo diuinus, in quo nulla est iniquitas, qui & apostolis creditus est, si bene fuerit dispensatus dispensatores suos leuabit in cęlum? Lectio nona.
Quamobrē sequit: Qui fidelis est in minimo, hoc est in carnalibus, & in multis fidelis erit, hoc, est, in spiritualibus. Qui autē in paruo iniquus est, vt non det fratribus ad vtendū, quod a Deo pro omnibus est creatū, iste & in spirituali pecunia diuidenda iniquus erit, vt non pro necessitate: sed pro personis doctrinā dñi diuidat. Si autē, inquit, carnales diuitias, quę labuntur, non bene dispensatis, veras ęternasq; diuitias doctrinę Dei quis credet vobis?
Ad Benedictus. Antiphona. Ait dñs villico: Quid hoc audio de te? redde ratione villicationis tuę, halab. Ad Mag. Añ. Quid faciam, quia dñs meus aufert a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco?

desco: scio quid faciam, vt, cum amotus fuero a villicatione, re/
cipiant me in domos suas.

Dominica ix post Pente. Oro.

Pateant aures mise
ricordię tuę domi/
ne precibus suppli
cantium: & vt petē/
tib⁹ desiderata cō/
cedas: fac, eos, quę tibi sunt pla/
cita, postulare. Per dominum.

Lcō sci euāg. fm Lucam. L. vij.

ca. 19. In illo tēpore: Cum appro/
pinquaret Jesus Jerusalē,
videns ciuitatē fleuit super illā
dicens: Quia si cognouisses, &
tu, & qdē in hac die tua, quę ad
pacem tibi: nūc autē abscondita
sunt ab oculis tuis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij papę.

Qod flēte dño illa Jero/
solymorū subuersio de/
scribatur, quę a Vespasiano, &
Tito, Romanis principibus, fa/
cta est, nullus qui historiā euer/
sionis eiusdē legit, ignorat. Ro/
mani etenim principes designā
tur, cum dicitur: Quia venient
dies in te, & circundabunt te ini/
mici tui vallo. Hoc quoq; quod
additur, Nō relinquent in te la/
pidem super lapidem: etiam ip/
sa ciuitatis eiusdem transmigra
tio testatur: quia, dum in eo lo/
co nūc constructa est, vbi extra
portam dñs fuerat crucifixus:
prior illa Jerusalem, vt dicitur,
funditus est euersa. Lectio viij.

Qui etiā ex qua culpa euer
sionis suę pęna fuerit illa/
ta, subiungitur: Eo q non co/
gnoueris tempus visitationis
tuę. Creator quippe omnium
per incarnationis suę mysteriū
hāc visitare dignatus est: sed ip/
sa timoris & amoris illius recor/
data non est. Unde etiā per pro
phetam in increpatione cordis
humani, aues cęli ad testimoniū
deducuntur, dum dicitur. Mil/
uus in cęlo cognouit tēpus suū:
turtur, & hirundo, & ciconia cu/
stodierunt tēpus aduentus sui:
populus autem me⁹ non cogno
uit iudiciū domini. Lectio ix.

Flevit prius redēptor rui/
nam perfidę ciuitatis, quā
ipsa sibi ciuitas nō cognoscebat
esse venturam. Qui a flente dño
recte dicitur. Quia si cognouis/
ses, & tu, subaudi, fleres: quę mo
do, quia nescis quod imminet,
exultas. Unde & subdit. Et qui
dem in hac die tua, quę ad pacē
tibi. Cum enim carnis se volu/
ptatibus daret, & ventura mala
non prospiceret, in die sua q̄ ad
pacē ei esse poterant, habebat.

Ad Benedictus. Antiphona.

Cū appropinquaret dñs Jeru/
salem, vidēs ciuitatem fleuit su/
per illā, & dixit: Quia si cogno/
uisses, & tu: quia venient dies in
te, & circundabunt te inimici tui
vallo, & circundabūt te, & coan/
gustabūt te vndiq;, & ad terram
proster/

prosternent te, eo q non cogno/
uisti tẽpus visitationis tuę, bal.
Ad di Magnificat. Antiphona.
Scriptum est, enim: Quia do/
mus mea, domus orationis est
cunctis gentibus, vos autem fe/
cistis illam speluncam latronũ.
Et erat quotidie docẽs in tẽplo.
Dñica x. post Pentecoste Oro.



Eus, qui omnipo/
tentiã tuam, parcẽ/
do maxime, & mise
rando, manifestas:
multiplica sup nos
misericordiã tuã, vt ad tua pro/
missa currentes, cęlestium bono
rum facias esse consortes. Per.
Lcõ sci euãg. sm Lucam. L. xij.

ce, 18. IN illo tẽpore: Dixit Jesus
ad quosdã, qui in se cõfide
bant tanquam iusti, & asperna/
bantur cęteros, parabolam istã.
Duo homines ascenderũt in tẽ/
plũ, vt orarẽt, vnus Phariśeus,
& alter publicanus. Et reliqua.
Homelia sancti Augustini epi.

Jceret saltẽ Phariśeus:
nõ sũ sicut multi hoĩes.
Quid est cęteri homines, nisi
oẽs pręter ipsum? Ego, inquit,
iustus sum, cęteri peccatores: nõ
sum sicut cęteri homines, iniu/
sti, auari, raptores, adulteri. Et
ecce tibi ex vicino publicano
maior est tumoris occasio: sicut,
inquit, publicanus iste. Ego eni,
inquit, solus sum, iste de cęteris
est. Nõ sum, inquit, talis, qualis
iste, p iustitias meas, quibus ini
quus non sum. Lectio octaua.

Eiuno bis in sabbatho, de/
cimas do oium q̃ possideo.
Quid rogauerit Deũ, quere in
verbis eius, & nihil inuenies.
Ascendit orare, noluit rogare
Deũ, sed se laudare. Parũ est,
nõ Deũ rogare: sed se laudare,
insuper & rogãti insultare. Pu/
blicanus autẽ de longinquo sta
bat, & tamẽ Deo ipse appropin
quabat: cordis cõscientia remo/
uebat, pietas applicabat. Pu/
blicanus autem de longinquo
stabat, sed dominus eum de pro
pinquo attendebat. Lectio ix.

Xcelsus enim dñs, humi/
lia respicit: excelsos autẽ,
qualis erat ille Phariśeus, a lõ/
ge cognoscit. Deus autẽ a longe
cognoscit, sed non ignoscit. Ad/
huc autem audi humilitatẽ pu/
blicani. Paruz est, qa de longin/
quo stabat: nec suos oculos ad
cęlum leuabat: vt aspiceret, non
aspiciebat: premebat cõscentia,
subleuabat spes. Adhuc audi.
Percutiebat pectus suum, pę/
nas de se ipso exigebat: ppterea
dñs cõfitenti parcebat. Percu/
tiebat pectus suum dicẽs: Deus
propitius esto mihi peccatori.
Ecce qd rogat: quid miraris, si
dñs ignoscit, qñ ipse se agnoscit?
Ad Bñs. Añ. Stans a lõge pu
blicanus, nolebat oculos ad cęlũ
leuare: sed percutiebat pectus/
suum

suū dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Ad Mag. Añā. Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.

Dñica xj. post Pentec. Oratio.



Omnipotens sempiterne De⁹, q abundantia pietatis tuę & merita supplicū excedis, & vota: effunde super nos misericordiam tuam: vt dimittas, quę consciētia metuit, & adijcias, qđ oratio non pręsumit. Per dominum.

Lcō j. euāg. sm Marcū. L. vii.

ca. 7. In illo tpe: Exiēs Iesus de finibus Tyri, venit p Sidonem ad mare Galilęę, inter medios fines Decapoleos. Et rel.

Homilia sancti Gregorij pape.

Quid est, q creator omniū Deus, cū surdum & mutū sanare voluisset, in aures illi⁹ suos digitos misit, & expuēs linguam eius tetigit? Quid p digitos redēptoris, nisi dona sancti spiritus designantur? Unde cū in alio loco eiecisset dęmonium dixit: Si in digito Dei eijcio dęmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Qua de re p euāgelistam aliū dixisse describit: Si ergo in spiritu Dei eijcio dęmonia, igitur puenit in vos regnum Dei. Ex quo vtroq loco colligitur, quia digitus Dei vocatur spiritus. Digitos autē in auriculam mittere, est, per dona sancti spiritus mentem surdi ad obediendum aperire. Lcō viij.

Quid vero est, q expuens linguā eius tetigit? saliua nobis est ex ore redēptoris, accepta sapientia in eloquio diuino: saliua quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapiētia, quę ipse est, dum lingua nostra tangitur, vox ad pręedicationis verba formatur. Quod suspiciens in cęlū ingemuit, nō quod ipse necessarius gemitū haberet, qui dabat quod postulabat: sed nos ad eū gemere, q cęlo pręsidet, docuit: vt & aures nostrę per dona spiritus sancti aperiri, & lingua per saliuam oris, id est per scientiam diuinę locutionis solui debeat ad verba pręedicationis. Lcō ix.

Et mox epheta, id est adaperire, dicit, & statim apertę sunt aures eius, & solutum est vinculum linguę eius. Qua in re notandum est, quod propter clausas aures dictum est adaperire. Sed cui aures cordis ad obediendum apertę fuerint, ex subsequēti proculdubio etiam linguę eius vinculum soluitur, vt bona, quę ipse fecerit, etiam facienda alijs loquatur. Unde & bene additur, Et loquebatur recte. Ille enim recta loquitur, qui prius obediēdo fecerit, quę loquēdo admonet esse faciēda.

Ad

Ad Bñs. Añа. Dū trāsiret dñs per medios fines Tyri, surdos fecit audire, ꝛ mutos loqui.
Ad Magnificat. Antiphona. Bene omnia fecit: surdos fecit audire, ꝛ mutos loqui.
Dñica xij. post Pentecost. Oro.



Omnipotens ꝛ misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi a fidelibus tuis digne, ꝛ laudabiliter seruiat: tribue q̄s nobis: vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per.
Lcō sci euāg. sm Lucā. Le. vij.
ca. 10. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Beati oculi q vident q̄ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi ꝓphetę ꝛ reges voluerunt videre, quę vos videtis, ꝛ non viderunt. Et rel. Homilia venerab. Bedę p̄sbyt.
Non oculi scribarum ꝛ Phariseorum, qui corpus tantum domini videre, sed illi beati oculi q eius possunt cognoscere sacramenta, de quibus dicit: Et reuelasti ea paruulis. Beati oculi paruulorum, quibus, ꝛ se, ꝛ patrem filius reuelare dignatur. Abraham exultauit, vt videret diē Christi, ꝛ vidit, ꝛ gauisus est, Jsaias quoque, ꝛ Michęas, ꝛ multi alij prophetę viderunt gloriam domini: qui ꝛ propterea videntes sunt appellati, sed hi omnes a longe aspicientes: ꝛ salutantes, per speculum ꝛ in ęnigmate viderunt. Lectio octaua.
Apostoli autem in presentiarum habentes dominū, conuescentesq; ei, ꝛ quęcunque voluissent interrogando discentes, nequaquā per angelos aut varias visionum species opus habebāt doceri. Quos vero Lucas multos prophetas, ꝛ reges dicit, Matthęus apertius prophetas, ꝛ iustos appellet. Ipsi sunt enim reges magni: quia tētationū suarū motibus non consentiendo succūbere, sed regendo preesse nouerunt. Lectio ix.
Et ecce quidam legis peritus surrexit, tentans eum, ꝛ dicēs: Magister, quid faciēdo vitam ęternam possidebo? Legis peritus, qui de vita ęterna dñm tentans interrogat, occasionem, vt reor, tētandi de ipsis domini sermonibꝰ sumpsit vbi ait: Gaudete autē, q̄ nomina vestra scripta sunt in cęlis. Sed ipsa sua tētatione declarat: quā vera sit illa Dñi confessio, qua patri loquitur: Quod abscondisti hęc a sapiētibus, ꝛ prudētibus, ꝛ reuelasti ea paruulis. Ad Bñs. Añа. Magister, qd faciendo vitā ęternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Diliges dñm Deū tuū ex toto corde tuo. Hal.
Ad Magnificat. Antiphona. Homo quidam descendebat ab Jeru-

Jerusalem in Jericho, ꝛ incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, ꝛ plagis impositis, abierunt, semiuiuo relicto.

Dñica xiij. post Penteco. Oro.



Omnipotens sempiterne Deus: da nobis fidei, spei, ꝛ charitatis augmẽtum: ꝛ vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod pręcipis. Per do.

Lectio s. euãg. sc. Lucam. L. vij.

ca. 17. In illo tempore: Cum iret Jesus in Jerusalem, transibat per mediam Samariam, ꝛ Galilęam, ꝛ cum ingrederetur quoddã castellum, occurrerunt ei decẽ viri leprosi. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini epi.

De decem leprosis, quos dñs ita mundauit cũ ait: Ite, ostẽdite vos sacerdotibus: quęri potest, cur ad sacerdotes eos miserit, vt, cum irent, mũdarentur. Nullum enim eorũ quibus corporalia hęc beneficia pręstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos. Nã ꝛ illuz a lepra mũdauerat, cui dixit: Vade, ꝛ ostẽde te sacerdoti, ꝛ offer pro te sacrificiuz, quod pręcepit Moyses i testimoniũ illis. Quęrendũ est igitur quid ipsa lepra significet: non enim sanati, sed mundati dicuntur, qui ea caruerunt. Coloris quippe vitiũ est nõ valetudinis, aut integritatis sensuum atqz membrorum. L. viij.

Leprosi ergo non absurde intelligi possunt, qui sciẽtiam verę fidei non habẽtes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim abscondũt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferũt in lucez, ꝛ iactãtia sermonis ostentant. Nulla porro, falsa doctrina est, quę non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permista, in vna disputatione, vel narratione hominis, tanqz in vni⁹ corporis colore apparẽtia, significant leprã, tanqz veris falsisqz colorũ fucis humana corpora variantem, atqz maculãtem. Lectio ix.

Hi autẽ tam vitãdi sunt ecclesię, vt, si fieri potest longius remoti, magno clamore Christum interpellent, sicut isti decẽ steterũt a lõge, ꝛ leuauerũt vocẽ dicẽtes: Jesu pręceptor miserere nostri. Naz ꝛ ꝙ pręceptorem vocant, quo nomine nescio vtrũ quisquã dñm interpellauerit pro medicina corporali, satis puto significare, lepram falsam esse doctrinã quaz bonus pręceptor abstergit. Ad Bñs. Ana.

Cum transiret Jesus quoddam castellũ: occurrerũt ei, decẽ viri leprosi: qui steterunt a longe, ꝛ leuauerunt vocem dicentes: Jesu pręceptor miserere nostri.

Ad Magnificat. Antiphona.

Unus autem ex illis, vt vidit ꝙ mun/

mũdatus eſt regreſſus eſt cũ magna voce, magnificans deuz, hal.

Dñica xiiij. poſt Penteco. Oro.



Cuſtodi dñe, quęſumus, eccleſiã tuam propitiatione perpetua: ⁊ quia ſine te labitur humana mortalitas: tuis ſemp auxilijs, ⁊ abſtrahatur a noxijs, ⁊ ad ſalutaria dirigatur. Per dominum.

Lcō ſci euã. ſcd'm Mattheũ. Le. vij.

ca. 6. In illo tpe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Et reliq.

Homilia Sancti Auguſtini epi.

Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Ad hanc ipſaz intentionẽ referendũ eſt, qđ conſequẽter exponit, dicẽs: Aut enim vnũ odio habebit, ⁊ alteruz diliget: aut alterum patietur, ⁊ alterum contemnet. Quę verba diligenter conſideranda ſunt: naz qui ſint duo dñi, deinceps oſtendit, cum dicit: Nõ poteſtis Deo ſeruire ⁊ mammonę. Mammona apud hebręos diuitię appellari dicuntur. Congruit ⁊ Punicum nomen: nam lucrũ Punice mammon dicitur. Le. viij.

Sed qui ſeruit mãmonę, illi vtiq3 ſeruit, q reb⁹ iſtis terrenis merito ſuę puerſitatis prępoſitus, magiſtratus huius ſęculi a dño dicit. Aut enim vnũ odio habebit, ⁊ alterũ diliget homo, ideſt Deũ: aut alterũ patiet, ⁊ alteꝝ contemnet. Patiet enim durũ ⁊ pernicioſum dñm; quiſquis ſeruit mammonę: ſua eniz cupiditate implicatus, ſubditur diabolo, ⁊ nõ eum diligit. Quis enim eſt, qui diligat diabolum? ſed tamẽ patitur. Le. ix.

Ideo, inquit, dico vobis, nõ habere ſolicitudinẽ animę veſtrę quid edatis, neq3 corpori veſtro qđ induatis, ne forte, quãuis iam ſuperflua non quęrant, ꝓpter ipſa neceſſaria cor duplicetur, ⁊ ad ipſa cõquirenda noſtra detorqueatur intentio, cuz aliqđ quaſi miſericorditer operamur, ideſt vt, cũ conſulere alij videri volumus, noſtrum emolumentum ibi potius, quam illius vtilitatem, attendamus: ⁊ ideo nobis nõ videamur peccare, qa non ſuperflua, ſed neceſſaria ſunt, quę conſequi volumus.

Ad Bñs. Añ. Nolite ſoliciti eſſe dicẽtes, qđ mãducabimus, aut quid bibemus? ſcit enim pater veſter, qđ vobis neceſſe ſit; hal.

Ad Mag. Aña. Quęrite primũ regnum Dei, ⁊ iuſtitiam eius: ⁊ hęc omnia adijciẽtur vobis, hal.

Dñica xv. poſt Pẽtecoſtẽ. Oro.

Eccleſiam tuaz dñe miſeratio cõtinuata mundet, ⁊ muniat: ⁊ quia ſine te nõ poteſt ſalua conſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur. Per dominũ noſtrũ.

Lectio

Lcō scti euāg. sm Lucam. L. vij.

ca. 7. In illo tēpore: Ibat Jesus in ciuitatem, quę vocatur Naim: ⁊ ibant cum eo discipuli eius, ⁊ turba copiosa. Et reliq. Homilia sancti Augustini epi.

De iuuene illo resuscitato gauisa est mater vidua: de hominibꝰ quotidie i spiritu resuscitatis, gaudet mater Ecclesia. Ille qdē mortuus erat corpore, illi autē mēte. Illius mors visibilis visibiliter plāgebatur: illorū mors inuisibilis, nec quęrebat, nec videbat. Quęsiuit ille, qui nouerat mortuos: ille solus nouerat mortuos, qui poterat facere viuos. Nisi enim ad mortuos suscitandos venisset, non diceret Apostolus: Surge q dormis, ⁊ exurge a mortuis: ⁊ illuminabit te Christus. L. viij.

Tres autem mortuos inuenimus a dño resuscitatos visibiliter, millia inuisibiliter. Quot autē mortuos visibiliter suscitauerit, qs nouit? non enim oīa scripta sunt, quę fecit, Johānes hoc dicit: Multa, ⁊ alia signa fecit Jesus: quę si scripta essent, arbitror totū mundū non posse libros capere. Multi sunt ergo alibi suscitati sine dubio fortasse, sed nō frustra tres commemorati. Dñs enim noster Jesus Christus ea, quę faciebat corporaliter, etiam spiritualiter volebat intelligi: neqꝫ enim tantū miracula propter miracula faciebat, sed vt illa, quę faciebat, mira essent videntibus, vera essent intelligentibus. Lectio ix.

Quemadmodū qui videt literas in codice optime scripto, ⁊ non nouit legere, laudat quidē antiquarij manum, admirans apicum pulchritudinem: sed quid sibi velint, quid indicent illi apices, nescit: ⁊ est oculis laudator, mente non cognitor: alius autem laudat artificiū, ⁊ capit intellectū: ille vtiqꝫ q nō solū videre, quod cōmune est omnibus, potest, sed etiā legere: quod qui, non didicit non potest: ita qui viderūt Chrī miracula, ⁊ nō intellexerūt, qd sibi vellēt, ⁊ qd intelligētibꝰ quodā modo innuerēt, mirati sunt tm̄ qa facta sūt: alij vero ⁊ facta mirati, ⁊ intellectū assecuti. Tales nos in schola Chrī esse debemꝰ.

Ad Benedictus. Antiphona. Ibat Jesus in ciuitatem, quę vocat Naim: ⁊ ecce defunctus efferebat filius vnicus matris suę.

Ad Mag. Aña. Propheta magnus surrexit in nobis, ⁊ quia Deus visitauit plebem suam.

Dñica xvj. post Pētecost. Oro.

Tua nos quęsumus dñe, gratia semp ⁊ pueniat ⁊ sequatur: ac bonis operibus iugiter pręstet esse intentos. Per dñm nostrū.

Lectio sancti euangelii secundum Lucam. L. vii.

ca. 14. IN illo tempore: Cum intrasset Jesus in domum cuiusdam principis Pbariseorum sabbatbo manducare panem: et ipsi obseruabāt eum: et ecce bomo quidam bydropicus erat ante illum. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii episcopi.

Quraf bydropicus, in quo fluxus carnis exuberans, animę grauabat officia, spiritus extinguebat ardorem. Deinde docef bumilitas, dum in illo conuiuio nuptiali: appetētia loci superioris arcetur, clementer tamen, vt persuasionis bumilitas asperitatem correptionis excluderet, ratio proficeret ad psuasionis effectum: et correctio emēdaret effectum. Huic quasi proximo limine bumanitas copulatur.: quę ita dominicę sententię definitione, distinguif, si in pauperes et debiles conferatur, nam bospitalē esse remuneraturis, affectus auaritię est. Lectio viii.

POstremo q̄si emeritę militię viro contemnēdarum stipendium facultatum pręscribitur, quod neq; ille, qui studiis intentus inferioribus possessiones sibi terrenas coemit, regnū cęlorum posit adipisci, cum dominus dicat. Uende omnia tua, et sequere me: nec ille, qui emat boues: cum Eliseus occiderit, et populo diuiserit quos babebat: ille qui i duxit vxorem, cogitet quę mundi sunt, non quę Dei: non quo coniugium reprebendatur, sed quia ad maiorem bonorem vocef integritas: quoniam mulier innupta, et virgo cogitat quę sunt dñi: vt sit sancta corpore, et spiritu. Lectio nona.

SEd vt in gratiam, vt supra cū viduis, ita nunc etiam cum coniugibus reuertamur, non refugimus opinionem quā sequuntur pleriq;, vt tria genera bominum a consortio magnę illius cęnę ęstimemus excludi, Gentilium, Judęorum, et Hęreticorum. Et ideo apostolus auaritiam dicit esse fugiendam, ne impediti more gentili iniquitate, malitia, impudicitia, auaritia ad regnū Christi peruenire nequeamus. Omnis enim immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non babet bęreditatem in regno Christi, et Dei.

Ad Benedictus. Antiphona.

Dum intraret Jesus in domum cuiusdam principis Pbariseorum sabbatbo māducare panē, ecce bomo quidam bydropicus erat ante illum: ipse vero apprebensum sanauit eum, ac dimisit.

Ad Mag. Ant. Cum vocatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco: vt dicat tibi qui te inuitauit: Amice ascende superius, et erit tibi gloria coram simul discumbentibus, bal.

Dñica xvij. post Pētecost. Orõ.



Da q̄s dñe populo tuo diabolica vitare contagia: ⁊ te solū Deū pura mēte sectari. Per dñm.

Lectio euāg. sm Mattheū. L. vij.

ca. 22. In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisęi: ⁊ interrogabat eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Et reliqua.

Homilia S. Johannis Chrysost.

Adductis confusis, Pharisęi rursus aggrediūtur: cūq; quiescere oporteret, decertare voluerunt, ⁊ legis peritiam profitentem pręmittunt, non discere, sed tentare cupientes: ac ita interrogant: Quodnam primum mandatum in lege sit. Nā cum primum illud sit: Diliges dñm Deū tuum: putantes causas sibi allaturum, ad mandatuz hoc corrigēdū aliquid addēdo, qm̄ Deū se faciebat, hoc modo interrogant: Quid igitur Christus? Ut ostēdat idcirco ad hęc eos deuenisse, quia nulla in eis esset charitas, sed inuidię liuore tabescerēt: Diliges, inquit, dñm Deum tuuz: hoc primum ⁊ magnum mandatū est: secundū autē simile est huic: Diliges proximum tuū sicut te ipsum. L. viij.

Quāobrē simile est huic? qm̄ hoc illud inducit, ⁊ ab illo rursus munit. Quicūq; eniz male agit, odio habet lucē, ⁊ nō venit ad lucem: Et rursus: Dixit insipiens in corde suo, nō est Deus. Deinde sequit: Corrupti sunt, ⁊ abominabiles facti sunt in studijs suis. Et iterum: Radix omnium malorum auaritia est, quam quidā appetētes errauerunt a fide. Et: Qui diligit me, mandata mea seruabit quorum caput ⁊ radix est, Diliges dñm Deum tuum, ⁊ proximum tuum sicut te ipsuz. L. ix.

Si ergo diligere Deū, diligere proximū est: (nam si diligis me, o Petre, inquit, pasce oues meas) si etiam dilectio proximi facit vt mandata custodias, merito ait in his totam legem, ⁊ prophetas pendere: Et quemadmodū in superioribus, cum de resurrectione interrogaretur, plus docuit quam tentantes petebant: sic in hoc loco de primo interrogatus mandato, secundum etiam, nō valde quaz primum inferius sponte attulit, secundum eniz est primo simile. Ita occulte insinuauit, odio illos ad quęrenduz incitari: Charitas, enim inquit nō ęmulatur.

Ad Bñc. Añ. Magister, quod est mandatuz magnum in lege? Ait illi Jesus: Diliges dominū Deū tuū ex toto corde tuo, hal.

Ad Magnificat. Antiphona. Quid vobis videt de Christo?

cuius filius est? Dicunt ei oēs, Dauid. Dicit eis Jesus: Quomodo Dauid i spiritu vocat eū dominum, dicens: Dixit dñs do mino meo, sede a dextris meis?

Dñica xviij. post Pentec. Orō.



Dirigat corda nrã, quęsumus dñe, tuę miserationis operatio: qa tibi sine te, placere non possumus. Per dominum nostrū.

Lcōs. euāg. sm Mattheū. L. vij. ca. 9.

In illo tpe: Ascendēs Jesus in nauiculā transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et rel.

Homilia S. Petri Chrysologi.

Christum in humanis actibus diuina gessisse mysteria, & in rebus visibilibus, inuisibilia exercuisse negotia, lectio hodierna mōstrauit. Ascendit, inquit in nauiculam, & transfretauit, & venit in ciuitatem suā. Nonne ipse est, qui fugatis fluctibus maris profunda nudauit, vt Israeliticus populus inter stupentes vndas sicco vestigio velut montium concaua trāsiret? Nonne hic est, qui Petri pedibus marinos vortices inclinauit, vt iter liquidū humanis gressibus solidum pręberet obsequium? Lectio octaua.

Et quid est, q ipse sibi sic maris denegat seruitutē, vt breuissimi lacus transitū sub mercede nautica transfretaret? Ascendit, inquit, in nauiculam, & trāsfretauit. Et quid mirū fratres? Christus venit suscipere infirmitates nrãs, & suas nobis conferre virtutes: humana qrere, prestare diuina: accipere iniurias, reddere dignitates: ferre tędia, referre sanitates: qa medicus, q nō infert sanitatē, infirmitatē curare nescit: & q nō fuerit cū infirmo infirmatus, infirmo nō potest conferre sanitatem. Lc. ix.

Christus ergo, si in suis nō sisset virtutibus, cōmune cū hominib9 nihil haberet: & si nō implesset carnis ordinē: carnis in illo esset ociosa susceptio. Ascendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Creator oium Deus, postq se propter nos nostra angustauit in carne, cępit habere humanā patriam: cępit ciuitatis Judaicę esse ciuis: parentes habere cępit parentū oiū ipse parens, vt inuitaret amor, attraheret charitas, vinciret affectio, suaderet humanitas, quos fugarat dñatio, metus disperserat, & fecerat vis potestatis extorres.

Ad Benedictus. Antiphona. Dixit dñs paralytico, confide fili: remittuntur tibi peccata tua.

Ad Magnificat. Antiphona. Tulit ergo paralyticus lectum suū in quo iacebat, magnificans Deum: & omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.

Dñica

Dñica xix. post Penteco. Oro.



Omnipotens & misericors Deus, universa nobis adversantia propitiatus exclude: ut mente & corpore pariter expediti, quę tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per dominum nostrũ.

Lcō s euā. 9m Matthęũ. L. vij.

Ca. 12. In illo tempore: Loquebatur Jesus principibus sacerdotum & Phariseis in parabolis, dicens: Simile factũ est regnũ cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii papę.

Sæpe iam me dixisse memini: quod plerunq; in sancto euangelio regnum cęlorũ pręsens ecclesia nominatur: congregatio quippe iustorum, regnum cęlorum dicitur, quia enim per prophetam dominus dicit: Cęlum mihi sedes est: Et Salomō ait: Anima iusti sedes est sapientię: Paulus etiā dicit, Christum Dei virtutem, & Dei sapiētiam: liquido colligere debemus, quia si Deus est sapientia, anima autem iusti, sedes sapientię: dum cęlũ dicitur sedes Dei, cęlum ergo est anima iusti. Hinc per psalmistam de sanctis pdicatoribus dicitur: Cęli enarrant gloriā Dei. Lectio octaua.

Regnum ergo cęlorum est ecclesia iustorũ, quia dum eorũ corda in terra nil ambiunt, per hoc quod ad superna suspirant, iam in eis dominus quasi in cęlestibus regnat. Dicatur ergo: Simile est regnum cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Jam intelligit charitas vestra, quis est iste rex, regis filij pater, ille nimirum, cui psalmista ait: Deus iudicium tuum regi dā, & iustitiam tuam filio regis. Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim Deus pater Deo filio suo nuptias fecit, quādo hũc in utero virginis humanę naturę coniunxit, quando Deum ante sęcula fieri voluit hominem, in fine sęculorum. Lectio nona.

Sed quia ex duabus personis fieri solet ista coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, ut personam Dei & hominis redemptoris nostri Jesu Christi, ex duabus personis credamus unitam. Ex duabus quippe, atq; in duabus hũc naturis existere dicimus: sed ex duabus personis compositum credi, ut nefas, vitamus. Apertius igitur, atq; securius dici potest, quia in hoc pater regi filio nuptias fecit, quando ei per incarnationis mysterium sanctam ecclesiam sociauit. Uterus autē genitricis virginis huius sponsi thalamus fuit. Unde & psalmista dicit: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanq; spon-

sus procedens de thalamo suo. Ad Bñs. Añ. Dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui, venite ad nuptias, haleluiah. Ad Mag. Aña. Intrauit autē rex, vt videret discumbentes, et vidit ibi hominem non vestitū veste nuptiali: et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?

Dñica xx. post Penteco. Oro.

Largire, q̄s dñe, fidelibus tuis indulgentiam placatus, et pacem: vt pariter ab omnibus mundētur offensis, et secura tibi mēte deseruiant. Per dñm nostrū.

Lcō scti euāg. fz Johānē. Lc. iiii.

Ca. 4. In illo tēpore: Erat quidā regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Et rel. Homilia sancti Gregorii pape.

LEctio sancti euāgelij, quā modo fratres audistis, expositione nō indiget: sed ne hāc tacite preterijsse videamur, exhortādo potius, quā exponēdo in ea aliqd loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione video esse requirēdum, cur is, qui ad salutem filio petēdam venerat: audiuit: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis? Qui enim salutē querebat filio, proculdubio credebat: neqz enim ab eo quereret salutem, quē nō crederet Saluatorem, Quare ergo ei dicitur: Nisi signa, et prodigia videritis, nō creditis, qui ante credidit, quam signū videret? Lectio octaua.

SEd mementote qd petijt: et aperte cognoscetis: qa in fide dubitauit. Poposcit nāque vt descenderet, et sanaret filium eius. Corporalē ergo dñi presentiā querebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaqz in illum credidit, quem nō putauit salutem posse dare, nisi presens esset et corpore. Si enim pfecte credidisset, proculdubio sciret, quia non esset locus, vbi non esset Deus. Lectio nona.

EX magna ergo parte diffisus est, qui virtutis honorē nō dedit maiestati, sed presentie corporali: salutē itaqz filio petijt, et tamē in fide dubitauit: qa eum, ad quem venerat, et potentem ad curandum credidit, et tamen morienti filio esse absentē putauit, sed dñs, qui rogatur vt vadat, quia nō desit vbi inuitatur, indicat, solo iussu salutē reddidit, qui voluntate oia creauit. Ad Bñs. Añ. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum: hic cum audisset q Jesus veniret in Galileā, rogabat eū, vt sanaret filium eius. Ad Mag. Añ. Cognouit autē pater, quia illa hora erat, in qua dixit Jesus, filius tuus viuit, et credidit ipse, et domus ei[us] tota.

Dñica xxj. post Penteco. Oro.



Familiam tuam, q̄s dñe, cōtinua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus te protegente sit libera, et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum.

Lcō s. euāg. s. m Matthē. c. xviij.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hac: Simile est regnū celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cū seruis suis. Et reliqua.

Omilia s. Hieronymi presby.

Familiare est Syris, et maxime Palestinis, ad om̄ sermonem suū parabolas iungere: vt quod p simplex preceptum teneri ab auditorib⁹ nō potest, per similitudinem exemplaque teneatur. Precepit itaq̄ dominus Petro sub cōparatione regis, et dñi, et serui qui debitor decem milliū talentorum a dño rogans veniam impetrauerat, vt ipse quoque dimittat conseruis suis minora peccantib⁹. Si enim ille rex et dominus seruo suo debitori decem millia talentorum tam facile dimisit: quāto magis serui conseruis suis debent minora dimittere? Lectio octaua.

Quod vt manifestius fiat, dicamus sub exēplo. Siquis nostrum cōmiserit adulteriū, homicidiū, sacrilegiū, maiora crimina: decem millia talentorū rogantibus dimittunt, si et ipsi dimittant minora peccantibus: sin autē ob factam cōtumeliam simus implacabiles, et propter amarius verbum perpetes habem⁹ discordias, nōne nobis videmur recte redigendi in carcerem, et sub exemplo operis nostri hoc agere, vt maiorum nobis delictorū venia nō relaxet? L. ix.

Sic et pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Formidolosa sententia, si iuxta nostrā mentem sentētia dei flectit, atq̄ mutat: si parua fratribus nō dimittimus, magna nobis a Deo nō dimittēt. Et q̄a potest vnusquisq̄ dicere. Nihil habeo cōtra eū, ipse nouit, habet Deum iudicem, nō mihi cure est, quid velit agere, ego ignoui ei: Cōfirmat sententiam suam, et omnem simulationem ficte pacis euertit, dicens, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

Ad Bñs. An. Dixit autem dñs seruo: redde, quod debes. Procidens autem seruus ille rogabat eum dicens, patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Ap Magnificat. Antiphona. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nōne ergo oportuit et te misereri conserui tui, sicut et ego tui misertus sum? halelujah.

Dñica xxij. post Penteco. Oro.



Deus refugium nostrũ, et virtus, adesto piis ecclesię tuę precibus auctor ipse pietatis: et pręsta, vt quod fideliter petimus, efficaciter cõsequamur. Per dñm nr̃z.

Lcõ s. euã. scḋm Matthęũ. C. xxij.

ca. 22. In illo tpe: Abeũtes Pharisei consiliũ inierũt: vt caperent Jesuz in sermone. Et reli.

Homilia sancti Hilarij episcopi.

Frequenter Pharisęi cõmouent, et occasionem insimulandi eum, habere ex pręteritis non possunt: cadere enim vitium in gesta eius, et dicta nõ poterat: sed de malitię affectu i omnem se inquisitionem reperiun dę accusationis extẽdunt. Namque a sęculi vitijs atqz a superstitionibus humanarum religionum vniuersos ad spez regni cęlestis vocabat. Igitur an violaret sęculi potestatem, de propositę interrogationis cõditione pertentãt, an videlicet reddi tributum Cęsari oporteret. Lcõ viij.

Qui interna cogitationuz secreta cognoscẽs (Deus enim nihil eorũ, q̃ intra hominẽ sunt absconsa, non speculatur) afferri sibi denariũ iussit, et quęsiuit, cui⁹ et inscriptio esset, et forma. Pharisęi respõderũt, Cęsaris eam esse. Quibus ait, Cęsari reddẽda esse quę Cęsaris sunt: Deo autẽ reddẽda esse, quę Dei sunt. O plenam miraculi respõsionẽ, et pfectam dicti cęlestis absolutionẽ. Ita oia inter contemptum sęculi, et contumeliam lędendi Cęsaris tẽperauit, vt curis omnibus, et officijs humanis deuotas Deo mentes absolueret, cum Cęsari, quę eius essent, reddẽda decernit. Lectio nona.

Si enim nihil ei⁹ penes nos resederit, conditione reddendi ei quę sua sunt nõ tenebimur. Porro antẽ si rebus illius incumbamus, si iure potestatis eius vtimur, et nos tanq̃ mercenarios alieni patrimonij, procuratione subijcimus, extra querelam iniurię est, Cęsari reddi qḋ Cęsaris est. Deo autez quę eius sunt propria, reddere nos oportere, corpus, animam, voluntatem. Ab eo eniz profecta hęc atque aucta retinemus: et perinde condignum est, vt ei se totuz reddant, cui debere se recolunt et originem, et profectum.

Ad Bñs. Añ. Magister scimus quia verax es, et viã Dei in veritate doces, hal. Ad Mag. Aña. Reddite ergo, quę sunt Cęsaris Cęsari, et q̃ sunt Dei, Deo, hal.

Si sequens Dñica fuerit vltima post Pentec. eius loco ponitur xxiiij. vt infra, et officiũ hui⁹ Dñicę ponitur in sabbatho pręcedẽti, nõ impedito festo ix. lect. alioqn fer. vj. vel alia nr̃ nõ ipedita.

Dñica

Dñica xxiij.post Pentec. Oro.


Absolue qs dñe tuorum delicta populorum: z a peccatorum nostrorū nexibus, que p nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per dñm
Lcō sci euā. sm Mattheū. L. vij.

ca.9. In illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, z adorauit eum dicens: Domine, filia mea modo defuncta est. Et reliqua.
Homilia S. Hieronymi presby.

Octauum signū est, in quo princeps suscitari postulat filiam suam, nolens de mysterio vere circuncisionis excludi: sed subintrat mulier sanguine fluēs z octauo sanatur loco, vt principis filia de hoc exclusa numero, veniat ad nonum, iuxta illud quod in psalmo dicitur: Ethiopia preueniet manus ei⁹ Deo: z cū intrauerit plenitudo gentiū, tūc ois Israel saluus fiet. L. viij.

Et ecce mulier, q̄ sanguinis fluxu3 patiebat duodecim annis, accessit retro, z tetigit fimbriā vestimēti eius. In euāgelio sm Lucam scribitur, quod principis filia, duodeci3 annos haberet etatis, Nota ergo, quod eo tpe hec mulier, idest gentiū populus, ceperit egrotare, quo genus crediderat Iudeorum. Nisi enim ex cōparatione virtutum vitium non ostenditur. Lcō ix.

Hec autē mulier sanguine fluens, non in domo, nō in vrbe accedit ad dñm, qa iuxta legē vrbibus excludebat, sed in itinere ambulante dño, vt, dum pgit ad aliā, alia curaret, vnde dicūt z apostoli: Uobis qdē prius oportebat pdicare verbu3 Dei, sed qm̄ indignos vos iudicastis salute, trāsgredimur ad gentes.
Ad Bñs. aſi. Dicebat enim intra se: si tetigero fimbriam vestimenti eius tantum, salua ero.
Ad Mag. Añ. At Iesus cōuersus, z videns eam dixit: Confide filia: fides tua te saluā fecit, hal.

Dñice post Pentec. nō pñt esse minus xxiij. neq3 plures xxviij. Cū aūt fuerint plures xxiij. tunc post xxiij. Dñicā ponunt q̄ supfuerūt post Epiph. hoc ordine.

Si Dñice post Penteco. fuerint xxv. Dñica xxiij. post Penteco. erit que est vj. post Epiph.
Si fuerint xxvj. xxiiij. erit q̄ est v. post Epipha. z xxv. que est vj.
Si fuerint 27. 24. erit iiij. post Epiph xxv. erit v. z xxvj. erit vj.
Si fuerint xxviij. xxiiij. erit iij. post Epipha. xxv. erit iiij: xxvj. erit v. xxvij. erit vj. z vlt. loco sem p ponit q̄ sequit in ordine xxiiij.

Dñi. 24. vel vlt. post. Pēte. Orō.


Excita, q̄s dñe, tuorum fidelium voluntates: z vt diuini operis fructum propensius exequentes,

quentes, pietatis tuę remedia, maiora percipiant. Per dñm.

Lcō s. euāg sz Matthęū. Le. vij.

a. 24. In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum videritis abominationē desolationis, quę dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi presby.

Quando ad intelligentiam prouocamur, mysticum mōstratur esse quod dictū est. Legimus autem in Daniele hoc modo. In dimidio hebdomadis deficiēt hostia, et sacrificium, et erit in templo abominatio desolationum vsque ad consummationem temporis, et consummatio dabitur super solitudine. De hoc et apostolus loquitur, quod homo iniquitatis: et aduersarius eleuandus sit cōtra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt audeat stare in tēplo Dei, et ostendere quod ipse sit deus: cuius aduentus secundum operationem Satanę destruet eos: et ad Dei solitudinem rediget qui se susceperint. Lectio octaua.

Potest autem simpliciter aut de Antichristo accipi aut de imagine Cęsaris, quam Pilatus posuit in tēplo, aut de Hadriani equestri statua: quę in ipso Sancto sanctorū loco vsque in pręsentē diem stetit. Abominatio quoque secundum veterem scripturam, idolum nuncupatur, et idcirco additur, desolationis, quod in desolato templo atque destructo, idolum positum sit. Lectio nona.

Abominatio desolationis intelligi potest omne dogma peruersum: quod cum viderimus stare in loco sancto, hoc est in ecclesia, et se ostēdere deum, debemus fugere de Iudęa ad montes, hoc est, dimissa occidente litera, et Iudaica prauitate, appropinquare montibus ęternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus, et esse in tecto, et in dogmate, quo non possint ignita diaboli iacula peruenire: nec descēdere, et tollere aliquid de domo conuersationis pristinę, nec quęrere quę retrorsum sunt, sed magis serere in agro spiritualiū scripturarum: vt fructus capiamus ex eo, nec tollere alteram tunicā, quā apostoli habere prohibęnt. Ad Bñe. Añ.

Cum videritis abominationem desolationis, quę dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.

Ad Magnificat. Antiphona.

Amē dico vobis, qa nō pteribit generatio hęc, donec oia fiāt: cęlū, et terra trāsibunt, verba autē mea non transibunt, dicit dñs.

Finit Dominicale.

PRO-

PROPRIVM SANCTORVM.

Die 29. B Nouē. SANCTI SATVRNINI Martyris. Commemoratio. Ad Vesperas. Antiphona. Iste sanctus. 505. ℣. Gloria & honore. de cōi vnius mar. Oro.



Deus, q nos beati Saturnini martyris tui, concedis natalitio, perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dñm nřm Iesum Christū.

De festis occurrentibus in Aduentu nō fit Offm, nisi fuerit festum dup. vel semid. qd si venerit in Dñica trāsferť in secundā feriam, simili festo nō impeditā. ¶ De simpl. autem fit tm̄ cōme. Idem seruari debet in Quadr. Quatuor Tpibus & in Vigiliis vt in rub. generalibus dictū est.

IN VIGILIA S. Andreę apostoli.

Si hęc vigil. venerit in Aduētu nihil fit de ea, nisi in Missa. Si vero non venerit in Aduētu, fit Offm̄ de feria, vt dictū est in rubricis gñalibus, cū Hom. & Orōne de Vigilia, vt inf. & ℟. de historia currētis dñicę cū precibus ad om. hor. fo.25. & horas, quod seruatur in aliis Vigiliis occurrētibus in Aduētu in Quadragesima, & in Quatuor Tēporibus. Si autem S. Andreę celebretur feria secunda de Vigilia fit officium in Sabbatho, & cōmemoratio S. Saturnini in Dñica. Lectō scti euāg. sm Iohānē. C. j.

In illo tpe: Stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo, Et respiciens Iesum ambulantē dixit: Ecce agnus Dei, Et rel. 1. ca.

Homilia sancti Augustini epi.

Quia talis erat Iohannes amicus sponsi, nō quęrebat gloriā suā, sed testimonium perhibebat veritati: nunquid voluit apud se remanere discipulos suos, vt non sequerentur dñm? Magis ipse ostendit discipulis suis, quem sequerent: habebāt enim illū tanq̄ agnū: & ille: Quid me attenditis? ego non sum agnus. Ecce agnus Dei, De quo & superius dixerat, Ecce agn⁹ Dei. Et qd nobis prodest agnus Dei? Ecce, ait, q tollit pcā mūdi. Secuti sunt illū hoc audito duo q erant cū Iohāne, L. ii.

Videamus sequentia. Ecce agnus dei. Hoc Iohānes.

Et

Et audierunt eum duo discipuli loquētē, & secuti sunt Jesum. Nō sic illū sequebant, quasi iam inhęrerēt illi. Nam manifestuz est quando illi inhęserunt, qa de naui eos vocauit. In his enim duobus erat Andreas, sicut modo audistis. Andreas autem frater Petri erat: & nouim⁹ in euāgelio quod Petrum & Andream dñs de naui vocauit dicēs: Venite post me, & faciā vos piscatores hominū: & ex illo iam inhęserūt illi, vt non recederent. R cō iii.

Modo ergo quod illum sequunt isti duo, non quasi non recessuri sequuntur, sed videre voluerunt vbi habitaret, & facere quod scriptum est: Limen ostiorum eius exterat pes tuus, surge venire ad illum assidue, & erudire pręceptis eius. Ostendit eis ille, vbi maneret; & venerunt, & fuerunt cum illo. Quam beatum diem duxerūt? quam beataz noctem? quis est, qui nobis dicat, quę audierint illi a dño? Ędificem⁹ nosmetipsi in corde nostro, & faciamus domum, quo veniat ille, & doceat nos, & colloquatur nobis. Oro.

Quęsumus ops Deus: vt beatus Andreas apostolus, cuius pręuenimus festiuitatem, tuum pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per dominuz no.

Deinde pro cōm. S. Saturnini. Aña. Qui odit animā suā. 509. ℣. Justus vt palma. de cōmuni vnius martyris. Oratio vt supra.

IN FESTO S. ANDREÆ Duplex. Die 30.

Ad Vesperas. Aña. Salue crux. cū reliq Laud. ps. Dixit dñs. 52. cum reliq. de dñica. & loco vlt. dī ps. Laudate dñm oēs gen. 54. Cap. Rom. 10.



Fratres Corde enim creditur ad iustitiā, ore autez confessio fit ad salutē, dicit enim scriptura: Omnis, qui credit in illū, nō confundet. Hym. Exultet. 497. ℣. In oēm terrā. de cōi aplor. Ad Magnifi. Añ. Unus ex duobus, q secuti sunt dominum, erat Andreas frater Simonis Petri, hala. Oratio.

Maiestatem tuam dñe suppliciter exoramus: vt sicut Ecclesię tuę beat⁹ Andreas apostolus extitit pr̄dicator & rector: ita apud te sit ꝓ nobis perpetuus intercessor. Per dñm. Ad Mat. Inui. Regem apostolorum. 497. ps. Venite. 1. Hym. Æterna Chri. 498. de cōi aplor. In primo nocturno. Añ. Vidit dñs Petrum & Andream, & vocauit eos. ps. Cęli enarrāt. 497.

Aña.

Añ. Venite post me, dicit dñs, faciam vos fieri piscatores hominum. ps. Benedicam. 497. Añ. Relictis retibus suis secuti sunt dñm redemptorem. ps. Eructauit 498. ℣. In oẽm terram exiuit sonus eorũ. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Deinde dicitur Pater noster. Absolutiones, & Bñdictiones, vt habetur in j. Dñica de Aduentu. De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos: Lectio prima.

10, Finis legis Christus, ad iustitiã omni credenti. Moyses enim scripsit: qm̃ iustitiam, que ex lege est, q fecerit homo, viuet in ea. Que autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in celum? id est Christum deducere: aut quis descendet in abyssum, hoc est Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbũ in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod predicamus: quia si confitearis in ore tuo dñm Iesum, & in corde tuo credideris q Deus illũ suscitauit a mortuis, saluus eris. ℟. Cum perambularet dñs iuxta mare secus litus Galilee, vidit Petrũ & Andreã retia mittentes in mare, & vocauit eos dicẽs: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominũ. ℣. Erant enim piscatores, & ait illis. Venite post me. Lec. ij.

Corde enim credit ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutẽ. Dicit enim scriptura: Omnis, qui credit in illũ, nõ confundetur. Non enim est distinctio Iudei, & Greci, nã idem dñs omnium, diues in oẽs, qui inuocãt illũ. Omnis enim, quicunq; inuocauerit nomẽ dñi, saluus erit. Quomodo ergo inuocabũt in quẽ nõ crediderũt? Aut quomodo credent ei quẽ nõ audierũt? Quomodo autẽ audiẽt sine predicante? Quomodo vero predicabũt, nisi mittantur? Sicut scriptũ est: quã speciosi pedes euãgelizantium pacem, euangelizãtiũ bona? ℟. Mox vt voces dñi predicantis audiuit beatus Andreas, relictis retibus, quorum vsu, actuque viuebat, Æterne vite secutus est premia largientem. ℣. Hic est, qui pro amore Christi pependit in cruce, & pro lege eius sustinuit passionem. Æterne vite secu. Lectio tertia.

Sed nõ oẽs obediũt euangelio. Isaias enĩ dicit: dñe, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbũ Christi. Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terre verba eorum. Sed dico: Nunquid Israel non cognouit? Prim᷒ Moyses dicit: Ego ad emulationem vos adducam in

re. cui similia verba nihil pro fuerūt quo minus a Iudęis cru cifigeret. Andreā vero de Christo nihilominus libere prędicantem, q pro salute humani generis se crucifigendum obtulisset, impia oratione interpellat, ac demum hortatur, vt sibi consulens, dijs velit immolare. Cui Andreas: Ego oipotenti Deo, qui vnus, et verus est, immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorū sanguinem, sed immaculatū agnu; in altari: cuius carnem postea quam ois populus credentium manducauerit, Agnus, qui sacrificatus est, integer perseuerat et viuus. Quam ob rem ira accēsus Ægeas, iubet eū in carcerē detrudi: vnde populus Andream facile liberasset, nisi ipse sedasset multitudinem, vehementius rogans, ne se ad optatissmam martyrij coronam properantem impedirent. R. O bona crux, q̄ decorē et pulchritudinem de membris dñi suscepisti, accipe me ab hoībus, et redde me magistro meo, Vt p te me recipiat, q per te me redemit. V. Btūs Andreas expāsis manibus ad cęlū, orabat dicens: Salua me bona crux. Vt. L. vj.

Ducitur paulo post in tribunal pductum, cum Ægeas crucis extollentē mysteria, sibique suam impietatem exprobrātes, diutius ferre non posset, in crucem tolli, et Christi mortem imitari iussit. Adduct⁹ Andreas ad locū martyrij, cum crucem vidisset, longe exclamare cępit, O bona crux, quę decorē ex mēbris dñi suscepisti, diu desiderata, solicite amata, sine intermissione quęsita, et aliquando cupiēti animo pręparata, accipe me ab hominibus, et redde me magistro meo: vt p te me recipiat, qui per te me redemit. Itaque cruci affixus est: in qua biduu; viuus pendens, et Christi fidem prędicare, nunq̄ intermittens, ad eum migrauit, cuius mortis similitudinē concupierat. Quę omnia, presbyteri et diaconi Achaię, qui eius passionem scripserunt, se ita vt commemorata sunt audisse et vidisse testant. Eius ossa primum, Constantino Imperatore, Cōstātinopolim, deinde Malphim trāslata sūt. Caput, Pio scdo Pōtifice, Romam allatu; in basilica sancti Petri collocatū est. R. Expandi manus meas tota die in cruce ad populū non credentē, sed cōtradicētes mihi: Qui ambulant vias non bonas, sed post peccata sua. V. Deus vltionum dñs, De⁹ vltionū libere egit: ex altare qui iudicas terrā, redde retributionem superbis. Qui. Gl̃a. Qui. In iij. noctur. Aña. Non me permittas, dñe, famulū tuum a te separari: tempus est, vt

vt cōmēdesterrę corpus meū, ⁊ me ad te venire iubeas. Ps. Cōfitebimur. soo. Añā. Andreas vero rogabat pplīn, vt nō impediret passionē ipsi⁹. ps. Dñs regna. ex. soo. Añ. Accipe me ab hoibus, ⁊ redde me magistro meo, vt p te me recipiat, q p te me redemit, hal'. ps. Dñs regn. iras. soo. ℣. Nimis honorati sūt amici tui Deus. ℞. Nimis confortatus est principatus eorum. Lcō sc̄i euā. sm Matthęi. L. vij.

ca. 4. In illo tpe: Ambulās Jesus iuxta mare Galilęę, vidit duos fratres. Simonē qui vocat Petrus, ⁊ Andream fratrē eius mittentes rete in mare. Et rel.

Homilia sancti Gregorij Papę.

Audistis, fratres carissimi quod ad vni⁹ iussionis vocem Petrus ⁊ Andreas, relictis retibus secuti sunt redemptorē. Nulla vero hunc facere adhuc miracula viderāt, nihil ab eo de premio ęternę retributionis audierant: ⁊ tamē ad vnū dñi pręceptum, hoc, quod possidere videbantur, obliti sunt. Quanta nos ei⁹ miracula videmus, quot flagellis affligimur, quātis minarum asperitatibus deterremur? ⁊ tamen vocantem, sequi contēnimus? ℞. Orauit sanctus Andreas, dum respiceret in cęlum, ⁊ voce magna clamauit, ⁊ dixit Tu es Deus meus, quem vidi: ne me patiaris ab impio iudice deponi: Quia virtutem sanctę crucis agnoui. ℣. Tu es magister meus Christus, quē dilexi: quem cognoui: quem confessus sum: tantummodo in ista voce exaudi me. Quia. Lectio viij.

Iam cęlo iā sedet, qui de conuersione nos admonet: iā iugo fidei colla gentium subdidit, iam mundi gloriā strauit: iā ruinis eius crebrescentibus, districti sui iudicij propinquantē denūtiat diem: ⁊ tamen superba mens nostra, adhuc non vult hoc sponte dese[...]re, quod quotidie perdit inuita. Quid ergo, fratres carissimi, quid in eius iudicio dicturi sumus, qui amore pręsentis sęculi, nec pręceptis flectimur, nec verberibus emēdamur? ℞. Uidens crucē Andreas exclamauit, dicēs. O crux admirabilis, o crux desiderabilis, o crux quę per totū mundū rutilas, Suscipe discipulū Christi, ac per te me recipiat, qui per te moriens me redemit. ℣. O bona crux, q̄ decorē ⁊ pulchritudinē de membris dñi suscepisti. Suscipe. Glo. Suscipe. Le. ix.

Sed fortasse aliquis tacitis secū cogitationibus dicat. Ad vocē dñicā vterq; iste piscator, quid aut quantum dimisit, qui pene nihil habuit? Sed in hac re, fratres carissimi, affectū debemus potius pensare, quam censum. Multum reliquit qui

sibi

sibi nihil retinuit, multũ reliqt qui quantumlibet parum, totũ deseruit. Certe nos 7 habita cũ amore possidemus, 7 ea quę minime habem⁹, ex desiderio quęrimus. Multũ ergo Petrus, 7 Andreas dimisit, quãdo vterq3 etiã desideria habendi reliquit. Ad Laudes, 7 per Horas. Ana.

Salue crux pretiosa, suscipe discipulũ eius, q pepẽdit in te magister meus Chrs. Ps. Dñs reg. 8. cũ rel. Añ. Beatus Andreas orabat dicẽs: Dñe rex ęternę glorię, suscipe me pendẽtẽ in patibulo. Añ. Andreas Chri famulus, dignus Dei apostolus, germanus Petri, 7 in Passione socius. Añ. Maximilla, Chro amabilis, tulit corpus apli, optimo loco cũ aromatib⁹ sepeliuit. Añ. Qui psequebant iustũ demersisti eos dñe in infernũ 7 in ligno crucis dux iusti fui sti. Cap. Fratres, corde. 358. R. Annunciauerũt opera Dei. R. Et facta eius intellexerunt. Ad Bñs. Añ. Concede nobis hoiem iustũ, redde nobis hoiez sctiñ, ne interficias hoiem Deo carũ, iustum, mansuetum, 7 piũ. Ořo vt in j. Vesp. Ad iij. Capłs. Fratres, Corde, 358. R. br. ĩ. In oẽm ter. 501. V. Constitues. De cõi aplorum. Ad vi. Capłm.

Rom. 10. Non enim est distinctio Judęi, 7 Gręci: nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illũ. Omnis enim quicunq3 inuocauerit nomẽ domini saluus erit. R. bre. Constitues. 501. V. Nimis honorati.

Ad Nonam. Capitulum.

Isaias enim dicit: dñe qs credidit auditui nřo? ergo fides ex auditu, auditus aũt per verbũ Chri, sed dico: Nunquid nõ audierunt? Et quidẽ, In oẽs terram exiuit sonus eorum, 7 in fines orbis terrę verba eorum. R. br. Nimis ho. V. Annũciaue. Ad Vesperas. Añ. Salue crux. cũ reliq. de Laud. Ps. Dixit do. 52. Laudate pueri. Credidi. In conuertendo, Domine probasti. vt in ij. vespe. de cõi apostolorũ. Cap. vtš. Hym. Exultet. 497. V. Annunciauerũt opera Dei. R. Et facta eius intellexerunt. Ad Magnificat. Antiphona. Cum peruenisset beatus Andreas ad locum, vbi crux parata erat, exclamauit 7 dixit: O bona crux, diu desiderata, 7 iam concupiscẽti animo pręparata, securus, 7 gaudens venio ad te: ita 7 tu exultans suscipias me discipulũ eius, qui pependit in te.

DECEMBRIS FESTA.

Añi dečanc. j. die nõ impedita.

Die I. F.

Bibianę virginis, 7 martyr. Die 2. B
Si hoc festũ venerit in Aduẽtu, de eo fit tm cõmem. si non venerit in Aduen. fit de eo ordine in rubricis generalib. descripto in rub.

rub. de festo simpl. et iij. lco. legit vt infra. Oro. Indulgentiã. 528. vt in communi virginum. L. iiij.



Bibiana virgo Romana. Fausti et Dafrose martyrũ filia, a tenera etate sic a parẽtibus imbuta est Christiana religione, vt neque p̃cibus neq; terroribus Juliani Imperatoris a Jesu Christi cultu deterreri potuerit. Quamobrẽ plũbatis vsq; ad necẽ cesa, virginalẽ palmã martyrij corona decorauit. Cuius corpus cũ nefarij Imperatoris iussu proiectũ biduo iacuisset inhumatũ, a Johãne p̃sbytero sepultũ est quarto Nonas Decẽbris, prope matris et sororis Demetrie sepulcrum, ad palatium Licinianum.

Die 3. A.

Die 4. B ¶ S. Barbare virg. et m. cõme. Ãñ. Ñ. et Oro. Deus, qui inter ẽet. 529. de cõmuni Virginum.

Die 5. C ¶ S. Sabbe abb. cõme. Intercessio. 524. de cõi cõf. nõ Põtifi.

Die 6. D ¶ S. Nicolai epi, et cõfess. semid. offiñ fit vt in rub generalib⁹ de festo semidu. oia dñr de cõi vni⁹ confesso. pontifi. 518. exceptis his que hic sunt ppria. Oratio.



Deus qui beatũ Nicolaum Pontificẽ tuũ innumeris decorasti miraculis: tribue quesumus: vt eius meritis et precibus, a gehenne incendijs liberemur: Per dominum nostrũ Jesum. In j. noct. legunt lcões de Ysaia que occurrunt per ordinem in officio de tẽpore: quod et in alijs festis seruatur, cũ alie lectiones in primo noct. nõ assignant. L. iiij.

Nicolaũ, illustri loco Patare in Lycia natum, parentes steriles a Deo p̃cibus impetrarũt. Cuius viri sanctitas quãta futura esset, iam ab incunabulis apparuit. Nam infans, cum reliquos dies lac nutricis frequens sugeret, quarta et sexta feria semel duntaxat, idque vespe ri, sugebat: quam ieiunij consuetudinẽ in reliqua vita semper tenuit. Adolescens, parentibus orbatus, facultates suas pauperibus distribuit. Cuius illud insigne est Christiane benignitatis exemplum, quod, cũ eius ciuis egens tres filias iam nubiles in matrimonio collocare non posset, earumq; pudicitiam prostituere cogitaret, re cognita Nicolaus, noctu per fenestram tantũ pecunie in eius domum iniecit, quantum vnius virginis doti satis esset: quod cũ iterum, et tertio fecisset, tres ille virgines honestis viris in matrimoniũ date sunt. Ñ. Inueni. 520. Lcõ v.

Qui vero se totũ Deo dedisset, in Palestinã profectus est, vt loca sancta viseret, et presens veneraretur. Qua in peregri

peregrinatione nauem conscen
dens, sereno cęlo, ⁊ trāquillo ma
ri horribilem nautis tempesta/
tem prędixit, moxq; ortam, cum
essent oēs in summo periculo,
orans mirabiliter sedauit. Un/
de cū domum reuersus singula/
ris sanctitatis omnibus docu/
menta prębeREt, Dei admonitu
Myream, quę Lycie metropo/
lis erat, venit, quo tempore eius
vrbis episcopo mortuo, prouin/
ciales episcopi de successore de/
ligendo consultabant. Itaq; in
ea deliberatione diuinitus ad/
moniti sunt, vt eum eligerent, q
Nicolaus nomine postridie ma/
ne primus in Ecclesiā ingrede
retur. Qua obseruatione adhi/
bita, in Ecclesię ianua deprehē/
sus est Nicolaus, ⁊ summo om/
niū cōsensu Myreę episcopus
creatur. In episcopatu castita/
tem, quā semper coluerat, graui
tatem, orationis assiduitatem, vi
gilias, abstinētiā: liberalitatem,
⁊ hospitalitatē, in adhortando
māsuetudinē, in reprehendēdo
seueritatē perpetuo adhibuit.
℟. Posui adiut. 520. Lectio vj.
Viduis ⁊ orphanis pecu/
nia, consilio, opera non de/
fuit. Oppressos adeo subleua/
uit, vt etiam tres tribunos, per
calumniā a Constantino Augu
sto condemnatos, qui se propter
famam eius miraculorum ora/
tionibus longissime absenti cō/
mendarant, adhuc viuens cum
Imperatori minaciter eum ter/
rens apparuisset, liberauerit.
Cum vero contra edictū Dio/
clitiani, ⁊ Maximiani Christia
nę fidei veritatem Myreę prędi
caret, ab Imperatorum satelli/
tibus comprehensus, ⁊ longissi/
me abductus, in carcerem conie
ctus est: vbi fuit vsq; ad Constā
tinum Imperatorem: cuius ius/
su ex custodia ereptus, Myreā
rediit, mox ad Nicęnum conci/
lium se contulit: vbi cum trecē/
tis illis decem ⁊ octo patribus
Arianam heresim condemna/
uit. Inde reuersus ad episcopa/
tum, non ita multo post, instan/
te morte, suspiciens in cęlum, cū
angelos sibi occurrentes intue/
retur, illo psalmo pronunciato.
In te dñe speraui, vsq; ad eum
locum: In manus tuas commen
do spiritum meum, in cęlestem
patriam migrauit, octauo Idus
Decēbris, anno salutis humanę
trecētesimo quadragesimo ter/
tio. ℟. Iste est qui ante Deum.
In iij. noctur. Homilia in euāg.
Homo qdā peregre pfic. 422.
vt in communi confes. Pontif.
¶ Sācti Ambrosij episcopi, con/ Die
fesso. ⁊ Eccle. Doct. duplex. 7. E
Ad vesperas. Antiphona.
Ecce sacerdos magnus. fol. 521.
cum rel. de cōi conf. T. Pontif.
Ad Magnificat. Antiphona.
O doctor optime. 518. Oratio.

 Deus,



Deus, q populo tuo eternę salutis beatū Ambrosium ministrum tribuisti: p̄sta quęsum⁹, vt quem doctorez vitę habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cęlis. Per dominū nostrū. ¶ Deinde fit cōme. sci Nicolai, nisi trāsferatur: postea de feria. Ad Matu. & alias horas oia de cōi cōfessoris pontifi. folio. 518. In j. noct. Lcōnes. Fidelis sermo. de eodē cōi. fol. 528. L. iiij.

Ambrosius, Episcop⁹ Mediolanensis, Ambrosij ciuis Romani filius, patre Gallię prefecto natus est. In hui⁹ infantis ore examen apum cōsedisse dr̄: quę res diuinā viri eloquentiam pręmōstrabat. Romę liberalibus disciplinis eruditus est. Post a Probo p̄fecto. Ligurię & Æmilię prepositus: vnde postea eiusdē Probi iussu cū potestate Mediolanum venit: vbi, mortuo Auxētio, Ariano Ep̄o, populus de successore deligēdo dissidebat. Quare Ambrosius p officij sui munere Ecclesiā ingressus, vt cōmotam seditionez sedaret, cum multa de quiete, & tranquillitate reipublicę pręclare dixisset de repēte puero Ambrosiū Ep̄m exclamāte, vniuersi populi vox erupit, Ambrosiū episcopū deposcentis. ℟. Inueni Dauid seruum. 520. Lctō v.

Recusante illo, & eoz precibus resistente, ardens populi studium ad Valentinianū Imperatorē delatū est: cui gratissimū fuit, a se delectos iudices ad sacerdotiū postulari. Fuit id etiā Probo pręfecto iucūdum; qui Ambrosio proficiscēti quasi diuinās dixerat: Vade age; non vt iudex, sed vt episcopus. Itaqz cū ad populi desideriū Imperatoris volūtas accederet. Ambrosius baptizatus (erat enim catechumenus) sacrisqz initiatus, ac seruatis omnibus ex instituto ecclesię ordinum gradibus octauo die, q fuit septimo Idus Decēbris, episcopale onus suscepit. Factus ep̄s, catholicā fidez, & disciplinā Ecclesiasticā acerrime defendit: multosqz Arianos & alios hereticos ad fidei veritatem conuertit, in quibus clarissimum Ecclesię lumen sanctuz Augustinū Jesu Christo peperit. ℟. Posui adiutor. 520. L. vj.

Ratiano Imperatore occiso, ad Maximum, eius interfectorem, legatus p̄fectus est, eumqz penitentiā agere recusantem, a fidelium cōmunione remouit: Theodosium Imperatorez, propter cędem Thessalonicę

salonicę factam, ingressu Ecclesię prohibuit. Cui cum ille, David quoque regē adulterum, & homicidā fuisse, dixisset: respondit Ambrosius: Qui secutus es errantem, sequere pęnitentem. Quare Theodosius sibi ab eo impositam publicam pęnitētiā humiliter egit. Ergo sanct⁹ episcopus, pro Ecclesia Dei maximis laboribus curisq́ perfunctus: multis libris etiā egregie ɔscriptis, antequā in morbū incideret, mortis suę diē prędixit. Ad quem ęgrotum Honoratus Vercellensis episcopus, Dei voce ter admonitus, accurrit, eiq́ sanctum domini corpus pbuit: quo illo sumpto, conformatis in crucis similitudinem manibus, orans animā Deo reddidit pridie nonas Aprilis, anno post Christum natum trecentesimo octuagesimo. ℟. Iste est q.5 20. In iij. noctur. Homilia in euāg. Vos estis. 523. de cōi Doctor.

Die 8. E CONCEPTIO B. MARIÆ virginis. duplex.

Omnia pręter lcō. primi noct. ūt in Nati. eiusdē mutato nomine Natiuitatis, in nomen Conceptionis. In j. vespe ris, diuīa de Conceptione, cū cōmemoratione scti Ambrosij. Ad Magnificat. Aā. Gloriosę Virginis Marię conceptionē dignissimam recolamus. 457.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.



Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnes creaturam. Ego feci i cęlis, vt oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitaui: & thronus meus in columna nubis: gyrum cęli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui: & in omni terra steti. Et in omni populo, & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium, & humiliū corda virtute calcaui, & in his omnibus requiem quęsiui, & in hęreditate domini morabor. Tunc pręcepit & dixit mihi creator oium: & q creauit me, requieuit i tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Isrł hęreditare, & in electis meis mitte radices. ℟. Hodie concepta. Rā vt in festo Nati. 457. Le. ij. 24. ca.

Ab initio & ante sęcula creata sum, & vsq́ ad futurum sęculum non desinam, & in habitatiōe sancta corā ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalē po-

testas mea. Et radicaui in populo honorificato, ⁊ in partes dei mei hereditas illi⁹, ⁊ in plenitudine sanctorum detētio mea. Quasi cedr⁹ exaltata sum in Libano, ⁊ quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, ⁊ quasi plantatio rose in Jerico. Quasi oliua speciosa in campis, ⁊ quasi platanus exaltata sum iuxta aquas. In plateis sicut cinnamomum ⁊ balsamū aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris: Et quasi storax, ⁊ galbanus, vngula, ⁊ gutta, ⁊ quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam, ⁊ quasi balsamum non mistum odor me⁹. ℟. Beatissime virginis Marie conceptionem. L. iij.

Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, ⁊ rami mei honoris ⁊ gratie. Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris: ⁊ flores mei fructus honoris ⁊ honestatis. Ego mater pulcre dilectionis, ⁊ timoris, ⁊ agnitionis, ⁊ sancte spei. In me gratia omnis vie ⁊ veritatis, in me omnis spes vite ⁊ virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, ⁊ a generationibus meis implemini. Spiritus enim me⁹ super mel dulcis, ⁊ hereditas mea super mel ⁊ fauum. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: ⁊ qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me, nō confundetur: ⁊ qui operant in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitā eternam habebūt. ℟. Gloriose virginis Marie cōceptio. Sermo Sancti Ambrosii epi. ex libro de Uirginibus. Le. iiij.

Sit vobis tanquā in imagine, descripta virginitas, vitaque beate Marie, de qua velut speculo refulget species castitatis, ⁊ forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exēplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, qd effugere, qd tenere debeatis, ostendunt. Prim⁹ discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobili⁹ dei matre? Quid splēdidius ea, quam splēdor elegit? Quid castius ea, quā corpus sine corporis cōtagione generauit? ℟. Conceptio gloriose virginis Marie. 457. L. v.

Nam de ceteris eius virtutibus quid loquar? virgo erat non solum corpore, sed etiā mēte, que nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectū. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum querere. Non ledere

lędere reos, bene velle omnib⁹, assurgere maiorib⁹ natu, ęqualibus non inuidere, vrgere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem. ℟. Cū iucūditate. Lc. vj.

Quādo ista, vultu lęsit parētes? Quī dissensit ꝓpinquis? Quando fastidiuit humilem? Quē derisit debilem? Quē vitauit inopem? eos solos solita cętus virorū inuisere, quos misericordia nō erubesceret, neqꝫ pręteriret verecundia: nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum. Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior: vt ipsa corporis species simulacrum fuerit mētis, figura ꝓbitatis. ℟. Cōceptio tua. 458. In iij. noctur. Homilia in euāg. Liber generationis. 468. vt in Natiuitate, et ix. lectō sumitur de eadem Homilia infra octa. eiusdem, quę incipit. Joram. fo. 459

Die 9. B.

Die 10. A ¶ S. Melchiadis pp. et m. Oro. Infirmitatem nostram. 505. vt in cōi martyrum Pontificum.

Die 11. B ¶ S. Damasi pp. et cf. semid. Oro.



Exaudi, dñe, preces nostras, et interueniente beato Damaso, cōfessore tuo, atqꝫ pōtifice, indulgentiam nobis tribue placatus, et pacē. Per dñm. Lc. iiij.

Damasus Hispanus vir egregius, et eruditus in scripturis, indicto primo Constantinopolitano ꝯcilio, nefariā Eunomij, et Macedonij hęresis extinxit. Idē Ariminensem ꝯuentum cōdēnauit, in quo vt scribit sanctus Hieronymus, Ualentis potissimū, et Ursatij fraudibus damnatio Nicenę fidei ꝯclamata fuit: et ingemiscens orbis terrarum Arianū esse miratus est. ℟. Inueni Dauid. 520. Lcō v.

Basilicas duas ędificauit, alteram sancti Laurentij nomine, ad theatrum Pompeij, quammaximis muneribus auxit, eique domos et prędia attribuit, alteram via Ardeatina ad Catacumbas, Platoniam etiā vbi corpora sanctorum Petri, et Pauli aliquādiu iacuerunt, dedicauit, et exornauit elegātibus versibus. Idemqꝫ prosa, et versu scripsit librum de Uirginitate, multaqꝫ alia metro edidit. ℟. Posui adiutorium. 520. Lc. vj.

Poenam talionis cōstituit ijs, qui alterum falsi criminis accusassent. Instituit, vt in ecclesia psalmi ab alternis canerentur, et in fine cuiusque psalmi diceretur, Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Et vt confessio, Missę esset exordiū. Eius iussu sanctus Hieronym⁹ diuinę scripturę libros in latinū ꝯuertit. Cum Ecclesiā rexisset annos decē et octo, menses tres, dies vndecim: et habuisset ordinationes

quinque mense Decẽbri, quib⁹ creauit p̃sbyteros trigintaduos, diaconos vndecim, episcopos per diuersa loca sexaginta duos, vir tute, doctrina, ac prudentia cla rus, prope octogenarius. Theo dosio seniore Imperatore, obdor miuit in dño: & via Ardeatina, vna cũ matre, & sorore, sepultus est in basilica, quã ipse ędificaue rat. Eius reliquię postea transla tę sunt in ecclesiã sancti Lauren tij in Damaso, quã idem Pōti fex ad theatrum Pompeij con struxerat. R. Iste est qui. 520. In iij. noctur. Homilia in euãg. Vigilate. de cõi cõfes. põt. 522.

Die 12. C.

Die 13. D.

S. Luciæ virg. & marty. dupl. Ad vesp. Añ. Orãte scã Lucia. cũ rel. de Laudi. Psalmi, Cap. Hymn. & V. de cõi virg. fol. 527. Ad Magn. Añ. In tua patiẽtia possedisti aiam tuã Lucia spõsa Christi: odisti quę in mundo sunt, & coruscas cũ angelis: sanguine proprio inimicum vicisti. Oro. Exaudi nos deus salutaris noster: vt si cut de beatę Lucię virgi nis, & marty ris tuę festi uitate gau dem⁹: ita pię deuotiõis erudiamur affectu. p.

Ad Matutinum. Inuit. Hymn. cũ. psal. ant. & V. noc. de cõi vir. 527. Lec. j. noctur. de epla j. ad Cor. De virginibus. 528. vt i eo cõi. j. R. Lucia virgo quid a me pe tis quod ipsa poteris p̃stare con tinuo matri tuę? nã & fides tua illi subuenit: & ecce saluata est: Quia iucũdũ Deo in tua virgi nitate habitaculũ pręparasti. V. Sicut p me ciuitas Catanensiũ sublimat a Christo: ita p te Syra cusana ciuitas decorabit. Quia. ij. R. Rogaui dñm meũ Iesum Christũ, vt ignis iste non dñetur mei. Et impetraui a dño indu tias martyrij mei. V. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mi hi: ego autem orabam. Et impe. iij. R. Grata facta est a dño i cer tamine, qa apud Deum, & apud hoies glorificata est: in cõspectu principis loquebatur sapientiã. Et dñs oium dilexit eã. V. Ad iuuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius non com mouebitur. Et. Glo. Et. Lectio.

Lucia, virgo Syracusana, genere, & Christiana, fide, ab infantia nobilis, vna cum mr̃e Eutitia quę sanguinis fluxu la borabat, Catanam, ad veneran dum corpus beatę Agathę, ve nit: quę ad eius sepulcrum cum suppliciter orasset, Agathę, inter cessione, matri sanitatem impe trauit. Statim vero matrẽ exo rauit, vt quã dotẽ sibi datura es set,

set, Chri pauperib⁹ tribui pateret. Ut igitur Syriacusas rediit, oēm pecuniā, quā ex facultatib⁹ vēditis redegerat, pauperibus distribuit. ℟. Ueni spōsa. 528. In sequentibus lec. dicr ... ni, & secūdi nocturni de cō. virginum per ordinem. Lectio v.

QUod vbi resciuisset is, cui eam parentes contra virginis voluntatē despōderāt, apud Paschasiū prefectum Luciam, quod Christiana esset, accusauit. Quam ille, cū nec precibus, nec minis ad cultum idolorum posset pducere, immo tāto magis incēsam videret ad celebrandas Christianę fidei laudes, quanto magis ipse eā a sententia auertere conabatur, Cessabunt, inquit verba, cum ventū erit, ad verbera. Cui virgo: Dei seruis verba deesse nō possunt, quibus a Christo domino dictum est: Cum steteritis ante reges, & presides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos estis, q loquimini, sed spiritus sanctus, qui loquitur in vobis. ℟. Diffusa. 528. Lectio vi.

QUam cum Paschasius interrogasset: Est ne in te spiritus sanctus? Respondit: Caste, & pie viuētes, tēplum sunt spiritus sancti. At ille: Iubebo te ad Lupanar duci, vt te spūs sanctus deserat. Cui virgo: Si inuitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronā. Quare Paschasius ira inflāmatus, Luciā eo trahi iussit, vbi ei⁹ virginitas violaret: sed diuinit⁹ factū est, vt firma virgo ita consisteret, vt nulla vi, de loco dimoueri posset. Quāobrē pfect⁹ circum ipsam, pice, resina, ac feruēti oleo perfusam: ignē accendi imperauit: sed cū nec flāma quidem eā lęderet, multis tormētis excruciata, guttur gladio trāsfigi iubet. Quo vulnere accepto, Lucia, predicēs ecclesię trāquillitatē, q̄ futura erat, Maximiano, & Diocletiano mortuis, vigesimo Calendas Ianuarij spūm Deo reddidit. Cui⁹ corpus Syracusis sepultū, deinde Constātinopolim, postremo Venetias trāslatū est. ℟. Specie tua. 529. In iij. noc. ... Simile est regnū cęlorū thesauro absc. 533. de cōi sanctę m. tm. Ad Laudes, & per horas. Añ.

ORante sancta Lucia, apparuit ei beata Agatha, & cōsolabatur ancillā Christi. ps. Dñs regnauit. 8. cum rel. Aña. Lucia virgo, qd a me petis, qd ipsa poteris prestare ptinuo matri tuę? Aña. Per te, Lucia virgo, ciuitas Syracusana decorabitur a dño Iesu Christo. Añ. Benedico te pr dñi mei Iesu Chri, q per filiū tuū ignis extinctus est

est a latere meo. Añ. Soror mea Lucia virgo Deo deuota, quid a me petis, quod ipsa poteris prestare continuo matri tuę? Cap. ... & Vsic. de cõi virgi. Ad Bñs. Aña. Columna es immobilis Lucia sponsa Christi: quia omnis plebs te expectat: vt accipias coronam vitę, halelu. Ad horas Aiię de Laudib. alia de cõi virg. Ad Vesperas. Añ. Orãte sancta Lucia. cũ rel. vts. Psal. Cap. & ... de cõi virgi. Ad Mag. Añ. Tãto põdere eã fixit spiritus sanctus, vt virgo Christi immobilis permaneret.

Die 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

De Vigilia sancti Thomę apostoli nihil fit, nisi in Missa.

Die 21. E S. Thomę apostoli. dup. oia de cõi aplor. exceptis ijs, q̃ hic sunt ppria. Ad Mag. in vtrisq; Vesp. & ad Bñs in Laudi. Aña. Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt, halelu. Oratio.

Da q̃s domine btī aplī tui Thomę solennitatibus gloriari: vt eius semper, & patrocinijs subleuemur, & fidez congrua deuotione sectemur. Per dñm nostrũ Jesuz Chrm.

Deinde pro cõmem. Aduentus. Añ. O. 21. fol. 76. In j. nocturn. Lcõ. de epla prima ad Corinth. Sic nos existimet homo. f. 498. de cõi Apostolorum. Lectio iiij.

Thomas apls, qui, & Didymus, Galileus post acceptũ spiritum sctũ: in multas puincias profectus est ad pdicanduz Chri Euãgeliũ, Parthis, Medis, Persis, Bracmanis, Hyrcanis, & Bactris, Christianę fidei, & vitę pcepta tradidit. Postremo ad Indos se conferens, eos in Christiana religione erudiuit: qui ad extremuz, vitę doctrinęq; sanctitate, & miraculorum magnitudine, cuz ceteris oibus sui admiratione, ad Jesu Chri amorem commouisset, illius gentis regem idolorum cultorẽ, magis ad iram accendit: cuius sententia condemnatus, telisq; cõfossus, Calaminę apostolatus honorem martyrij corona decorauit. Jc. Vidi coniunctos. 520.

In quinta, & sexta lectione legit Sermo sancti Gregorij pape. Scriptũ est. vt i cõi aplor. 499.

Lcõ s. euãg. scḋm Joannem. L. vij.

In illo tempore: Thomas 20. d
vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Et reli.

Homilia sancti Gregorij papę.

Quid, fratres carissimi, qd iter hęc animaduertitis? nũquid casu gestum creditis, vt electus

electus ille discipul⁹ tūc deesset, post autem veniēs audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpās crederet? Nō hoc casu, sed diuina dispēsatione gestum est; Egit nāq₃ miro modo diuina clementia, vt discipulus dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis sanaret vulnera īfidelitatis. Plus enim nobis Thomę infidelitas ad fidem, quam fides discipulorū credētium profuit: qa dum ille ad fidē palpando reducitur, nostra mens omni dubitatione postposita, in fide solidat. ℟. Isti sunt qui. 502. Lcō viii.

Sic quippe discipulū post resurrectionē suam dubitare permisit dn̄s, nec tamē i dubitatione deseruit, sicut ante natiuitatē suam Mariā spōsum habere, voluit, q tamen ad eius nuptias nō peruenit. Nā ita factus est discipulus dubitās ꝛ palpās testis verę resurrectionis, sicut spōsus matris fuerat custos intergerrimę virginitatis. Palpauit autē ꝛ exclamauit: Dn̄s meus, ꝛ Deus me⁹. Dicit ei Jesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti. Cū Paulus apostol⁹ dicat: Est autē fides sperādarū substantia rerū, argumētum nō apparētiū: profecto liquet, quod fides illarū rerū argumentū est, quę apparere nō possunt: quę enim apparēt, iā fidē nō habēt, sed agnitionē. ℟. Isti sunt viri. Lcō ix.

Dum ergo vidit Thomas dum palpauit, cur ei dicitur, qa vidisti me Thoma, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit, a mortali quippe homine diuinitas videri non potuit, hominem ergo vidit ꝛ Deum confessus est dicens: Dn̄s meus, ꝛ Deus meus: vidēdo ergo credidit, qui cōsiderādo verū hominē, hūc Deū, quē videre nō poterat exclamauit. Letificat valde quod sequitur: Beati qui nō viderunt, ꝛ crediderūt. In qua nimirū sentētia nos specialiter signati sumus, qui eū, quē carne nō vidimus: mente retinemus. Nos signati sumus, sed si fidem nostram operibus sequimur: Ille etenim vere credit, qui exercet operando quod credit.

Ad Lau. ꝛ alias Hor. oia de cōi aplor, exceptis aīis, ad Bn̄s, ꝛ Mag. ꝛ Oratione, que dicun svis.

Die 22. F Die 23. G
Die 24. A Vigilia Nati. Dn̄i.
Die 25. B Natiuita. Dn̄i. dup.
Die 26. C Steph. ptom. dupl.
Die 27. D Johan. Euāg. dupl.
Die 28. E Innocētiū mar. dup.
Die 29. F Thomę cāt. m. semi.
Die 30. G De offica infra octa.
Die 31. A Siluest. pp. ꝛ cf. dup.

IANVARII FESTA.

Offm defunc. j. die nō impedita.
Die 1. A Circuncisio dn̄i dup.
Die 2. B Oct. S. Stepha. dup.

Die

Die 3. C. Octa. S. Joban. dup.
Die 4. D. Octa. Innocen. dupl.
Die 5. E. De Vigilia.
Die 6. F. Epiphania Dñi. dup.
Die 7. g 8. a 9. b. 10. c. De octa.
Die 11. D ¶ De oct. & cõme. Higinij Pa/ pe & mar. infra oct. Epiph. Oro. Infirmitatem nostram. fol. 505.
Die 12. E. De Octaua.
Die 13. F. Oct. Epiph. duplex.
Die 14. G ¶ Sancti Hilarij episcopi & cõ fessoris. semiduplex. Oratio.



Deus q populo tuo eterne salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti: presta quesumus: vt quẽ doctorẽ vite habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in celis. Per dñm. Si hoc festũ venerit in Dñica, transfert in vj. Feriam, & cõme. cũ ix. Lec. S. Felicis fit i Dñica. Cõm. S. Felicis i Pincis. Oro.

Concede quesumus omnipotẽs Deus, vt ad meliorem vitam sanctoꝝ tuorũ exempla nos prouocent: quatenus quorum solennia agimus, etiaȝ actus imitemur. Per d. Lc. iiij.

Hilarius, in Aquitania nobili genere natus, doctrina & eloquentia excelluit, qui primũ in matrimonio, quasi monachi vitã egit: deinde, mortua vxore, propter singulares virtutes, Pictauoruȝ Episcop⁹ creatur: quod mun⁹ epale sic gessit, vt a fidelibus summam laudem consequeretur. Quo tẽpore cuȝ terroribus, bonorũ spoliatione, exilio, & oi crudelitate Constantius catholicos vexaret, nisi ad Arianas partes transirent, Hilarius tanq̃ firmissimũ murũ se Arianis opponẽs, illoruȝ furorẽ in se cõcitauit. Itaqȝ multis petitus insidijs, tandem dolo Saturnini Arelatensis episcopi, a synodo Biterensi in Phrigiaȝ relegatus est: vbi & mortuum suscitauit, & libros duodecim scripsit de Trinitate ɔtra Arianos, ℟. Inueni Dauid. 520. Lectõ v.

Cum in Seleuciensi post coacto ɔcilio ad Seleuciã Isauriẽ vrbem, vbi disputaretur, An Deo patri filius consubstãtialis esset, Constantius Hilarium ab exilio reuocauit, marime ob eã causam, q̃ ei librũ Cõstantinopoli detulisset: Verum cũ Vrsatius, & Valẽs, Ariani epi quos Hilari⁹ scriptis cõfutarat, psentis eruditionẽ pertimescerent, Cõstantino psuaserũt, vt specie honoris eũ in suũ episcopatũ restitueret. Quare Seleuciẽsi concilio non interfuit: cui⁹ tamen, & Ariminẽsis cõcilij scripsit historiam. Tũc Hilariũ e prelio here ticoruȝ reuertentẽ, vt inquit sanctus Hieronymus, Galliarũ ecclesia cõplexa est: quẽ ad episcopatum secutus est Martinus: q postea Turonẽsi prefuit ecclesie: tantumqȝ

tantumq; illo doctore profecit, quantū eius postea sanctitas declarauit. ℟. Posui ad. Lectio vi.

Magna deinceps tranquillitate, Pictauorum ecclesiā administrauit. Galliamque vniuersam adduxit, vt Arianorum impietatem cōdemnaret. Multos libros scripsit mira eruditione: quos oēs sanctus Hierōnymus ad Letā sine vlla erroris suspitione legi posse testatur illis verbis: Hilarij libros inoffenso decurrat pede. Migrauit in cęlū Idibus Januarij, Ualētiniano, & Ualēte Imperatorib⁹, anno post Christū natū, trecētesimo septuagesimo tertio. ℟. Iste est qui ante. 520.

Lectio s. euāg. sm Mattheū. L. vij.

ca. 5. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Uos estis sal terrę, quod si sal euanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii episcopi.

Uos estis sal terrę: qd̄ si sal infatuatū fuerit, ad nihilum valet, id, quod salietur. Sal, vt arbitror, terrę nullū est: quomodo ergo apostolos sal terrę nuncupauit? sed proprietas est quęrenda dictorum, quam & apostolorū officiū, & ipsius salis natura mōstrabit. Sal est in se vno ɔtinēs aquę, & ignis elementū, & hoc e duobus est vnū. Hic igit in omnē vsum humani generis effectus: incorruptionē corporibus, qb⁹ fuerit aspersus, impertit, & ad oēm sensum ɔditi saporis aptissim⁹ est. Apostoli aūt sunt rerū cęlestiū prędicatores, & ęternitatis velut satores, immortalitatē oibus corporibus, qb⁹ eorum sermo aspersus fuerit, conferentes. ℟. Amauit. 521. Lcō viij.

Merito igitur sal terrę sunt nuncupati, p doctrinę virtutem saliendi modo, ęternitati corpora reseruantes. Sed natura salis semp eadem est, nec immutari vnq̄ potest: verum quia cōuersioni homo subiacet, & solus beatus, qui vsq; ad finem in oibus Dei operibus permanserit, ideo eos sal terrę nūcupatos monet in tradite sibi potestatis virtute pſistere, ne infatuati nihil saliant, & ipsi, sensu accepti saporis amisso, viuificare corrupta non possint, & proiecti de ecclesię prōptuarijs, cū ijs, quos salierint, pedibus incedentiū proterantur. ℟. Sint lumbi. 521.

Pro Sancto Felice. Lectio ix.

Felix Nolanus presbyter, cum in idola vehementius inueheretur, ab infidelibus varie vexatus in carcerē conijcitur, vnde ab angelo nocte educt⁹, quęrere iuss⁹ est Maximianū Nolę episcopū: qui cū senio ɔfect⁹ desperaret se ferre posse supplicia psequentiū, se abdiderat in syluā, quo cum Felix Deo duce puenisset, sanctum episcopū humi iacentem pene mortuum videt: quem

quem recreatum, ac sublatum in humeros, apud fidelem viduam reficiendum curauit. Sed cum is iterum idolorum cultores impietatis argueret, facto in ipsum impetu, fugiens in angusto duorum parietum intervallo se occultauit. Qui aditus cum repente aranearum telis, pertextus visus esset, nemini recentis latebre suspitionem reliquit. Inde igitur euadens Felix, in edibus pie mulieris tres menses latuit. Cum vero Dei ecclesia regescere cepisset, Nolam rediens, multisque ibi vite exemplis et doctrine prece ptis miraculisque ad Christi fidem conuersis, constanter etiam recusato eius vrbis episcopatu; obdormiuit in domino, sepultusque est prope Nolam in loco, quem in Pincis appellabant.

Die 15. A C S. Pauli primi Eremite. Semid. Officium fit de com. confess. non pontifi. Oro. Deus qui nos beati Pauli confessoris tui annua. 514. Pro s. Hilario. An. Amauit eum dominus. V. Elegit eum dominus. Oro. Deus qui populo tuo. vide. 367. Et fit comme. s. Mauri abba. An. Hic vir despi. V. Iustum deduxit. 536. Et i lau. An. Similabo. V. Amauit. Oro. Intercessio. 524. Lectio i.


Paulus eremitarum auctor et magister, apud inferiorem Thebaidem natus, cum quindecim esset annorum orbatus parentibus, declinande cause persecutionis Decij et Valeriani, et Deo liberius inseruiendi, in eremi speluncam se contulit: vbi palma ei victum et vestitum prebente, vixit ad centesimum, et decimum tertium annum: quo tempore ab Antonio nonagenario Dei admonitu inuisitur. Quibus inter se, cum antea non nossent, proprio nomine consalutantibus, et multa de regno Dei colloquentibus, coruus qui antea semper Paulo dimidiatum panem attulerat, integrum detulit. R. Iste est qui an. 525. Lectio ij.

Post corui discessum, Eia, inquit Paulus, dominus nobis prandium misit, vere pius, vere misericors. Sexaginta iam anni sunt cum accipio quotidie dimidij panis fragmentum, nunc ad aduentum tuum militibus suis Christus duplicauit annonam. Quare cum gratiarum actione ad fontem capientes cibum, vbi tantisper recreati sunt, iterum gratijs de more Deo actis, noctem in diuinis laudibus consumpserunt. Diluculo Paulus de morte, que sibi instaret, admonens Antonium, hortatur, vt pallium, quod ab Athanasio acceperat, ad inuoluendum suum corpus afferret. Quo ex itinere rediens, ille vidit inter angelorum choros, inter prophetarum, et apostolorum cetus Pauli animam in celum ascendere. R. Amauit eum. 525. Lectio iij.

Cumque

Cumq; ad eius cellã per/uenisset, inuenit genibus complicatis erecta ceruice,extẽsisq; in altum manibus corpus exanime,quod pallio obuoluẽs hymnosq;, et psalmos ex Christiana traditione decantans,cum sarculum,quo terram foderet, non haberet, duo leones ex interiore eremo rapido cursu ad beati senis corpus feruntur: vt facile intelligeretur, eos quomodo poterant ploratum edere:qui certatim terram pedibus effodientes:foueam,quę hominem commode caperet, effecerunt:Qui cum abijssent, Antonius sanctum corpus in eum locum intulit, et iniecta humo tumulum ex Christiano more cõposuit:tunicam vero Pauli,quã in sportę modum ex palmę folijs ille sibi contexuerat,secum aufe rẽs, et eo vestitu diebus solennibus Paschę et Pentecostes, quoad vixit,vsus est. Tu autem. In iij.noctur. Homilia in euãg. Confiteor tibi pã. 383, q̃ habet paulo infra in festo S. Matthię. In Vesp. a Cap. fit de S. Marcello cum commemoratione S. Pauli primi eremitę.

Die i. B ❡ S. Marcelli papę et m̃r. Oro.



Reces populi tui, q̃s dñe, clementer exaudi:vt bti Marcelli martyris tui atque Pontificis meritis adiuuemur, cuius passione lętamur. Per dñm. L. iiij.

Marcellus Roman⁹ a Cõstãtio et Valerio vsque ad Maxẽtiũ pontificatũ gessit. Cuius hortatu duę matronę Romanę Priscilla cęmeteriũ suis sumptibus via Salaria ędificandum curauit, Lucina bonorũ suorum Dei ecclesiam fecit hęredẽ. Viginti quinq; titulos in vrbe instituit,quasi diœceses quasdam, et ad baptismũ pęnitentiamq; eorũ, qui ex infidelibus Christianã religionem susciperent, et ad martyrũ sepulturã. Quibus rebus ira incensus Maxentius, Lucina relegata, Marcello grauia supplicia minatur, nisi, deposito põtificatu,idolis immolaret. ℟. Honestum. 507. Lcõ v.

Vi cum insanas hominis voces negligeret, misit eum in catabulum, vt bestiarũ, quę publicę alebantur, curam sustineret. Vbi Marcell⁹ assiduis ieiunijs et precibus nouẽ mẽses vitã duxit, parochias quas pręsens non poterat, visitans p epistolas. Inde ereptus a clericis, hospitio recipitur a beata Lucina: in cuius ędibus Ecclesiam dedicauit, quę hodie titulo sctĩ Marcelli nominatur, in qua et Christiani orabant, et ipse beatus Marcellus pręedicabat. ℟. Desiderium. 507. L. vj.

Vibus cognitis Maxentius,

tius, in eam ecclesiam catabuli
bestias transferri, & a Marcello
custodiri iubet, vbi propter loci
fęditatē, pedore cōfectus, obdor/
miuit in domino. Cuius corpus
in Cęmeterio Priscillę via Sa/
laria a beata Lucina sepultum
est decimo septimo Calēdas Fe
bruarij. Sedit annos quinque,
menses sex, dies viginti unum:
scripsit epistolam ad episcopos
Antiochenę prouincię de prima/
tu Romanę Ecclesię, quam ca/
put Ecclesiarum appellandam
demonstrat. Ubi etiā illud scri/
ptū est, nullū Conciliū iure cele
brari, nisi ex auctoritate Roma/
ni Pontificis. Ordinauit mēse
Decēbri Romę presbyteros vi/
gintiquinque, diaconos duos,
episcopos per diuersa loca vi/
gintiunum. ℟. Stola iucundi.
In iij. noct. Dom. in euāg. Si qs
vult. 509. de cōmuni vnius mar.
viii. ℟. Dñe preuenisti eū 508.
Die ¶ S. Antonij Abba. dup. Ora.
17. C Intercessio. 524. & cō. S. nō pōt.
Deide fit cō. S. Marcelli Le. iij.



Antoni9 Ægy/
ptius nobi/
libus, & Chri
stianis parē/
tibus natus,
quib9 adole
scēs orbatus
est, cū ingres
sus Ecclesiā
ex euangelio audiuisset: Si vis
pfectus esse, vade, & vēde oia quę
habes, & da pauperibus: tanquā
ea sibi dicta essent, sic Chro do/
mino, obtemperandum existi/
mauit. Itaque, vendita re fami/
liari, pecuniam omnem paupe/
ribus distribuit. Quibus solu/
tus impedimentis, cęlestis vitę
genus in terris colere instituit.
Sed cum in periculosum illud
certamen descenderet, ad fidei
presidiū quo erat armatus, ad/
hibēdum sibi putauit subsidiū
reliquarum virtutum: quarum
tanto studio incensus fuit, vt
quemcunqz videret aliqua vir/
tutis laude excellentem, illum
imitari studeret. ℣. Iste est
qui. fo. 525. Lectio quinta.
Nihil igitur eo ↄtinentius,
nihil vigilantius erat. Pa
tientia, māsuetudine, misericor/
dia, humilitate, labore ac studio
diuinarum scripturarum supe/
rabat omnes. Ab hereticorum
& schismaticorum hominū ma/
xime Arianorum congressu, &
colloquio sic abhorrebat, vt ne
prope quidem ad eos acceden/
dum diceret. Humi iacebat, cuꝫ
eum necessarius somnus occu/
passet. Ieiunium autem adeo
coluit, vt salem tantummodo ad
panem adhiberet: sitim aqua
extingueret: neque se ante so/
lis occasum cibo, aut potu re/
creabat: sępe etiam biduum ci/
bo

bo abstinebat, sepissime in oratione pernoctabat. Cum talis tantusq; Dei miles euasisset Antonius, sanctissimum iuuenē hostis humani generis varijs tentationibus aggreditur, quas ille ieiunio, & oratione vincebat. Nec vero frequens de sathana triūphus securū reddebat Antonium, qui dioboli innumerabiles artes nocendi nouerat. ℟. Amauit eum. 525. Lectio vj.

Itaq; contulit se in vastissimam Ægypti solitudinē, vbi quotidie ad Christianam perfectionem proficiens, dęmones (quorum tāto erant acriores impetus, quanto Antonius ad resistendum, fortior euadebat) ita contempsit, vt illis exprobraret imbecillitatem: ac sępe discipulos suos excitans ad pugnandū contra diabolum, docensq; quibus armis vinceretur. Mihi credite, dicebat, fratres, pertimescit sathanas piorū vigilias, orationes, ieiunia, voluntariam paupertatē, misericordiā, & humilitatem, maxime vero ardentem amorē, in Christum dominum, cuius vnico sanctissimę crucis signo debilitatus aufugit. Sic autem dęmonibus erat formidolosus, vt multi p Ægyptum ab illis agitati, inuocato nomine Antonij liberarentur: tantaq; erat eius fama sanctitatis, vt per literas se eius orationibus Constantinus Magnus & filij commēdarent. Qui aliquādo, quintum & centesimum annum agens, cum innumerabiles sui instituti imitatores haberet, conuocatis monachis, & ad perfectam Christianę vitę regulam instructis, sanctitate & miraculis clarus, migrauit in cęlum, decimo sexto Calendas Februarij. ℟. Iste homo perfecit omnia. 525.

In iij. noctur. Homil. sup euāg. Sint lumbi vestri pręcin. f. 525. de cōi confessoris non pontificis.

Die 18. D.

C Cathedra s. Petri. dup. qua Romę primū sedit. Ad ves. Añ. Ecce sacerdos. 525. cum reliq. de vno confes. Pont. ps. Dixit. 52. cū rel. loco vlt. ps. Laudate. 54. Cap. Ecce sacer. 528. Hymnus.

Quodcunque vinclis sup terram strinxeris,
Erit in astris religatum fortiter,
Et quod resoluis in terris arbitrio,
Erit solutum super cęli radiū;
In fine mūdi iudex eris sęculi.
Gloria Deo per immēsa sęcula,
Sit tibi nate decus, & imperium,
Honor potestas sctōq; spiritui
Sit Trinitati salus indiuidua
Per infinita sęculorum sęcula. Amen.

℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ędificabo ecclesiā meam. Ad Magnificat. Añ. Tu es pastor ouium, princeps apostolorum, tibi traditę sunt claues

nes regni celorum. Oratio.



Deus qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clauibus regni celestis, animas ligādi atq; soluendi pōtificium tradidisti: concede, vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis & regn. &c. Deinde fit cōme. s. Pauli ante alias quascunq; cōme. etiā Dominice, quod & seruat in cōme. s. Petri que fit in festo s. Pauli. Aña. Sancte Paule Apostole, predicator veritatis, & doctor gētiū, intercede p nobis ad Deum, qui te elegit. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule apostole, ℟. Predicator veritatis in vniuerso mundo. Oratio.

Deus qui multitudinem gentiū beati Pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis quesumus: vt cuius commemorationem colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Postea fit cōme. s. Antonij. Aña. Hic vir despiciens mundū. 525. ℣. Justum deduxit. Oro. Inter celestio. 524. vt in fe. i. ofesso pōt. Postremo fit commemoratio S. Prisce virgi. & mart. Aña. Veni sponsa. ℣. Specie tua. De communi virginum. 527. Oro.

Da q̄s ops Deus: vt qui beate Prisce virginis & martyris tue natalitia colimus: & annua solennitate letemur, & tāte fidei, proficiamus exemplo. Per dn̄m. Ad Matu. Inuitat. Tu es pastor oui, princeps apostolorum, Tibi tradidit Deus claues regni celorū. ps. Venite exultemus. Hym. Quodcūq;. vt sup. Ad noctur. Aña. Beatus. 18. cum alijs añis. psal. & versiculis de communi confessorū pontific. Epla j. beati Petri apostoli. Ki.



Petrus Apls Jesu Christi electis aduenis dispersionis Pōti, Galatie, Cappadocie, Asie, & Bithynie, secundū prescientiā Dei pris in sanctificationē spiritus, in obedientiā, & aspersionē sanguinis Jesu Christi. Gratia vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deus & pater dn̄i nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionē Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilē & incōtaminatam, & immarcescibilem, conseruatā in celis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidē in salutē paratā reuelari in tempore nouissimo. ℟. Simō Petre. 412. Pria hūr sicut

sicut i festo aplo. Petri & Pauli
pter ps. & viij. q̃ hic sũt ppria. L. ij.

In quo exultabitis, modicum nunc si oportet cõtristari in varijs tentationibus, vt probatio fidei vestrę multo pręciosior auro, qđ per ignẽ proba tur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelationẽ Jesu Christi: quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autẽ exultabitis lętitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestrę, salutem animarum vestrarũ. ℟. Si diligis me. 413. Lcõ tertia.

De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt prophetę, qui de futura i vobis gratia pphetauerunt: scrutantes in quod, vel quale tẽpus significaret in eis spiritus Christi, pręnuncians eas, quę in Chrõ sunt, passiones, & posteriores glorias: quibus reuelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quę nunc nunciata sunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis spiritu sancto misso de cęlo, i quẽ desiderãt angeli pspicere. ℟. Tu es Petr⁹.

Sermo S. Leonis Papę. L. iiij.

Cum duodecim apostoli, accepta per spiritum sanctũ omniũ locutione linguarũ, imbuendum euangelio mundũ, distribuiis sibi terrarũ partibus suscepissent, beatissim⁹ Petrus princeps apostolici ordinis ad arcẽ Romani destinatur imperij: vt lux veritatis, quę i omniũ gentium reuelabatur salutẽ, efficacius se ab ipso capite per totũ mũdi corpus effunderet. Cuius autẽ nationis hoies in hac tunc vrbe non essent, aut q̃ vsq̃ gẽtes ignorarent, quod Roma didicisset? ℟. Tu es past. 413. L. v.

Hic cõculcãdę philosophię opiniones, hic dissoluẽdę erant terrenę sapiẽtię vanitates, hic cõfutandi dęmonũ cultus, hic omniũ sacrilegiorum impietas destruenda, vbi diligentissima superstitione habebat collectum, quicquid vsquam fuerat vanis erroribus institutum. Ad hanc ergo vrbem, tu beatissime apostole Petre, venire nõ metuis, & cõsorte glorię tuę Paulo apostolo, aliarũ adhuc ecclesiarum ordinationibus occupato, syluam istam frementiũ bestiarum, & turbulentissimę profunditatis oceanũ constantior, quã cum supra mare gradereris, ingrederis. ℟. Ego pro te. L. vj.

Iam populos, qui ex circũcisione crediderãt, erudieras. Iam Antiochenam ecclesiam, vbi primum Christiani nominis dignitas est orta fundaueras. Iam Pontum, Galatiã, Cappadociam, Asiam, atq; Bithyniam legibus euangelicę pręg

dicationis impleueras: nec vt dubius de prouectu operis, aut de spatio tuę ignarus ętatis, tropheū crucis Christi Romanis arcibus inferebas, quo te diuinis preordinationibus anteibant, et honor potestatis, et gloria passionis. ℟. Petre, amas me? tu scis domine, quia amo te. Pasce oues meas. ℣. Simon Johannis diligis me plus his? tu scis domine, quia amo te. Pasce oues. Gloria. Pasce.

In iij. noct. Lectio vij. et viij. legitur de homil. S. Hierony. in euangelio Matthei. Venit Jesus in partes Cesareę Philippi. folio. 423. quę habetur in festo apostolorum Petri et Pauli. vij. ℟. Quem dicunt homines. viij. ℟. Elegit te dominus sacerdotem sibi ad sacrificandum ei hostiam laudis. ℣. Immola Deo sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua. Hostiā, Gloria. Hostiam.

Si festū Cathedrę celebret in Dominica, nona lectio legit de homil. Dominice; omissa lect. S. Priscę, quod et in similib⁹ obseruet.

Pro sancta Prisca. Lectio ix.

Prisca nobilis virgo Romana tredecim annos nata, Claudio Imperatore Christianę fidei accusata, eiusdem iussu ducta ad Apollinis templum vt idolis immolaret, cū rem detestaretur, colaphis cęsa, in carcerem traditur: atque inde emissa, cū in fidei constantia perseueraret, affecta verberibus, feruentique adipe delibuta: rursus in carcerem includitur. Post triduū in amphitheatrū producta, leoni obijcitur: qui suę feritatis oblitus, humiliter se ad eius pedes abiecit. Quę postea in ergastulo triduū inedia afflicta, in equuleo suspēditur, et vngulis ferreis excarnificata, in rogum inijcitur, vnde etiā mirabiliter euasit incolumis. Denique extra vrbem capite abscisso, virginitatis palmam martyrij corona cumulauit. Cuius corpus via Ostiensi, decimo ab vrbe milliario, a Christianis decimoquinto Calendas Februarij sepelitur.

Ad Laudes, et per Horas. Ana. Ecce sacerdos magnus. 521. cum reliq. de cōi. Cap. Ecce sacerdos magnus. 528. Hymnus.

Iam bone pastor Petre clemens accipe.
Vota precantum, et peccati vincula
Resolue tibi potestate tradita
Qua cunctis cęlum verbo claudis, aperis.
Sit trinitati sempiterna gloria,
Honor potestas atque iubilatio,
In vnitate cui manet imperiū,
Ex tunc, et modo, per ęterna secula. Amen.

℣. Exaltent eum in ecclesia plebis. ℟. Et in cathedra seniorum laudent eum. Ad Bñs. Ana. Quodcunque ligaueris super terram,

terram, erit ligatum, & in cęlis: & quodcūq; solueris super terrā: erit solutū & in cęlis: dicit domi/nus Simoni Petro. Oio vtā. Deinde fit cōmemoratio sancti Pauli, & sanctę Priscę vt supra. Ad horas omnia dn̄r de cōi cō fessore pōtifice, excepta Orone. Ad Vesp. Añ. Ecce sacer. 521. cū reliq. Psal. de ɔfess. pōtifice. Cap. Ecce sacerd. 518. Hym. Quodcūque. 369. ℣. Elegit te dn̄s, sacerdotem sibi. ℟. Ad sa/crificandum ei hostiam laudis. Ad Magnificat. Antiphona. Dū esset summus pontifex ter/rena non metuit, sed ad cęlestia regna gloriosus migrauit. Post orationē diei fit cōme. S. Pauli, vtā. postea de scis vt ifra.

Die 19 E ¶ SS. martyrū Marij, Mar/thę, Audifacis, & Abachū: Oro.



Exaudi dn̄e populū tuū cum sanctoꝝ tuorū patrocinio supplicantē: vt & tē poralis vitę nos tri buas pace gaudere, & ęternę re/perire subsidium. Per. Lec. ij.

Marius Persa, nobili, lo/co natus, cum Martha, coniuge pari nobilitate, & duo/bus filijs Audiface & Abachu; Romā venit: Claudio Impera tore: vt Apostoloꝝ, & Martyru; sepulcra veneraret, Ibi Chria/nos in vincula coniectos foue/bant, & opera ac facultatib⁹ suis sustentabant, & sanctoꝝ corpora sepeliebant. Quāobrē compre/hensi oēs, cum nec impiorū mi nis, nec terrore commouerētur vt dijs sacrificarēt, primū fusti/bus debilitati, deinde funib⁹ at tracti, tū admotis candentibus laminis combusti, & vngulis fer rеis excarnificati sunt. Lec. iij.

Postremo pręcisis mani/bus, & ad colluꝫ alligatis, ducti p mediam vrbem, via Cor nelia ad tertiūdecimum ab Ur be milliarum, in eum locū, qui Nimphe dicebatur, necātur: ac primum Marthę, quę virum, ac filios ad supplicia p Jesu Chri/sti fide constanter perferenda vehementer fuerat cohortata, mox cęteris in eadem arenaria, ceruices abscindūtur, eorūmq; corpora conijciunt in ignē. Quę semiusta Felicitas, matrona Ro mana nobilis, colligenda & in sub prędio sepelienda curauit.

¶ Sanctorum martyꝝ Fabia/ni, & Sebastiani. duplex. Oratio. Die 20. F

Infirmitatē nostrā respice omnipotēs Deus: & quia pon/dus proprię actio/nis grauat, beato/rum martyrū tuorū Fabiani & Sebastiani intercessio glorio/sa nos protegat. Per do. L. iij.

Fabian⁹ Roman⁹ a Ma/ximino vsq; ad Deciū re/gēs ecclesiā, septē diaconis regio

nes diuisit, q pauperū curā hā berēt. Totidē subdiaconos creauit, qui res gestas martyrū a septē notarijs scriptas colligerēt. Idez statuit, vt quot annis feria quinta in Cęna dñi, vetere combusto, Chrysma renouaret. Eo Pontifice excitata est hęresis a Nouato cōtendēte apostatas pęnitētes ab ecclesia recipiēdos nō esse. Quamobrez Romę postea concilio coacto sexagita episcoporuz, Nouatus damnatus est, & vna cōdēnatus error Helcbesetarum, qui affirmabāt Christū in tormentis ore negari posse sine peccato, modo corde credat. Denique decimo tertio Calendas Februarij in persecutione Decij, martyrio, coronatus, in cęmeterio Calisti via Appia sepelitur, cū sedisset annos, quatuordecim, menses vndecim, dies quindecim. Hic fecit ordinationes quinque mense Decembri: quibus creauit presbyteros viginti duos, diaconos septez, episcopos per diuersa loca vndecim. ℟. Sancti tui. 514. Le. v.

Sebastianus ex patre Narbonensi, matre Mediolanensi natus, ob generis nobilitatem, & virtutem Diocletiano carus fuit, dux primę cohortis. Christianos, quorū fidem clam colebat, opera, & facultatib⁹ adiuuabat: & qui ex eis tormentorum vim reformidare videbantur cohortatione sic confirmabat, vt pro Iesu Christo multi se vltro tortoribus offerrent. In illis fuere Marcus, & Marcellianus fratres, qui Romę in custodia erant apud Nicostratuz. Cuius vxor Zoe vocem, quam amiserat, Sebastiani oratiōe recuperauit. Quib⁹ Diocletiano delatis, Sebastianum accersit, & vehementius obiurgatū oībus artificijs: a Christi fide conat auertere. Sed cū nihil, nec pollicēdo nec terrendo proficeret, ad palum alligatum sagittis configi iubet. ℟. Verbera. 515. Le. vi.

Quem omnium opinione mortuū noctu sancta mulier Hirene sepeliendi gratia iussit auferri, sed viuum repertum domi suę curauit. Itaque paulo post cōfirmata valetudine, Diocletiano obuiam factus, eius impietatem liberius accusauit. Cuius aspectu cum ille primū obstupuisset, quod mortuum crederet, rei nouitate, & acri Sebastiani reprehensione excandescens, eum tandiu virgis cędi imperauit, donec animam Deo redderet. Eius corpus, in cloacam deiectum, Lucina a Sebastiano i somnis admonita, vbi esset, & quo loco humari vellet, ad Catacumbas sepeliuit, vbi Sancti Sebastiani nomine celebris ecclesia est edificata. ℟. Tanquam aurum. 515.

In iij. noc. legit̃ hom. sup euãg. Descendens Jesus de mõ. 517. de cõi plur. mar. In ij. Uesperis a Cap. fit de Sancta Agnete.

Die I. O. Eccle. I. ¶ S. Agnetis virg. ⁊ mar. dup. Ad Uesperas. Capitulum.



Confitebor tibi dñe rex ⁊ collaudabo te Deuȝ Saluatoreȝ meũ: cõfitebor noi tuo, qm̃ adiutor ⁊ protector factus es mihi, ⁊ liberasti corp⁹ meuȝ a perditione. Hym. Jesu corona virginum. 527. ℣. Specie tua. de communi virginum. Ad Magnificat. Antiphona. Beata Agnes in medio flãmarum expansis manibus orabat: Te deprecor omnipotens, adorande, colende, pater metuẽde, quia per sanctum filium tuum euasi minas sacrilegi tyranni, ⁊ carnis spurcitias immaculato calle transiui: ⁊ ecce venio ad te, quem amaui, quem quęsiui, quem semper optaui. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, q infirma mũdi eligis vt fortia queqȝ confundas: concede ꝓpitius: vt qui beatę Agnetis virginis ⁊ martyris tuę solennia colimus, eius apud te, patrocinia sentiamus. Per do.

Deinde fit cõme. SS m. Fabiani, ⁊ Sebast. Ad Matut. Inuit. Regem virginum dñm. Hym. Uirginis ples. 528. de cõi virg. In j. noctur. Añа. Discede a me pabulum mortis, qr iam ab alio amatore pꝛeuenta sum. Ps. Beatus vir. 2. Añ. Dexteraȝ meam; ⁊ colluȝ meum cinxit lapidibus preciosis, tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Ps. Quare fre. 2. Añ. Posuit signũ in faciem meam, vt nullum pter eum amatorem admittam. Ps. Dñe quid. 2. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, ⁊ regna.

Lec. j. noc. Cõfitebor tibi domine. 530. de cõi sanctarũ mulierũ. Primum ℟. Diem festum sacratissimę virginis celebremus, qualiter passa sit beata Agnes ad memoriam reuocemus: tertiodecimo ętatis suę anno mortem perdidit, ⁊ vitam inuenit: Quia solum vitę dilexit auctorem. ℣. Infantia quidem computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa. Quia. ij. ℟. Dexterã meam ⁊ collum meum cinxit lapidibus preciosis, tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Et circundedit me vernantibus atqȝ coruscantibus gemmis. ℣. Posuit signum in faciem meam, vt nullum preter eum amatorem admittam. Et circundedit me.

iiij. R. Amo Christum, in cuius thalamum introibo, cuius mater virgo est, cuius pater feminã nescit, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Quem cũ amauero casta sum, cũ tetigero munda sum, cum accepero virgo sum. V. Annulo fidei suę subarrauit me, & immensis monilibus ornauit me. Quem. In ij. noct. Añã. Induit me dñs cyclade auro texta, & immensis monilibus ornauit me. ps. Cũ inuocarem. 506. Añ. Mel & lac ex eius ore suscepi, et sanguis eius ornauit genas meas. ps. Verba mea. 506. Añã. Ipsi soli seruo fidem: ipsi me tota deuotione cõmitto. ps. Domine dñs noster. 506. V. Adiuuabit eam De⁹ vultu suo. R. Deus in medio eius non cõmouebit. L. iiij.

Agnes, Romana, virgo, nobili genere nata, tredecim annorũ, a pręfecti Vrbis filio, q ei⁹ amore flagrabat, magnis muneribus tentatur, an sibi nubere velit. Quę se pręstantiori despõsaz respondit, nec adduci posse, vt fidem falleret quam ei dedisset. At ille insana cupiditate stimulatus, cum pretiosiora ei in singulas preces, offerret munera, & ingentes polliceretur diuitias, ijs conteptis, & irrisis omnibus virgo, Discede, inquit, a me pabulũ mortis, fomes pcti: nam multo vberiora, & pręclariora mihi deferẽs, me nobilior ille prior occupauit sponsus, is annulo dato sibi despõsauit, is collũ ac dexterã meam fulgẽtibus ac sempiternis gemmis ornauit: quẽ ego & amans casta, & tangens munda, & accipiens virgo sũ. Ea repulsa furens pręfecti filius, rem ad Symphronium patrem detulit. Is indigne ferens, quẽquã filio suo pręferri, cum a suis quęsisset qui nã ille esset, cui Agnes se desponsam diceret, intellexit, Agnetem a prima ętate Christianam adeo magicis artibus addictam, vt, sponsum suum esse Christum, sibi persuadeat. R. Induit me dominus vestimento salutis, & indumẽto lętitię circundedit me. Et tanquam sponsam decorauit me corona. V. Tradidit auribus meis inęstimabiles margaritas, & circundedit me vernãtibus, atq; coruscantibus gemmis. Et. Lcõ v.

Quo audito pręfectus virginem vna cum parentibus accersit, eamque monet, vt neglecta Christianorum superstitione, honestissimã filij sui cõditionez acciperet. Quę cũ virũ & dñm suuz esse Christũ affirmaret, parẽtes hortatur pręfectus, vt puellam de illa mente deducant. Postridie eius diei ipse vocat Agnetem, & frustra adhibito omni persuadendi artificio: iubet puellam, si virginitas

tas tantopere ei placeret, cum virginibus Vestalibus viuere, sin minus, cum scortis vitam agere. Cui illa: Nec dominu bonorem Vestę, inquit, habere volo, quę nihil aliud est, nisi ligneum aut lapideum simulacrū, et si virginitatē meā in discrimē adduxeris, mecū habeo custodem corporis mei angelum dñi, q me inuiolatā seruabit. Quibus verbis furore inflāmatus Symphronius virginē ad scorta duci iubet. ℟. Mel et lac ex eius ore suscepi. Et sanguis eius ornauit genas meas. ℣. Ostendit mihi thesauros incomparabiles, quos mihi se daturum repromisit. Et. Lcō. vij.

Quo cum, eam violaturus prefecti filius, esset ingressus, vidit ipsam clarissima luce circūfusam: sed nihilominus in insania pseuerās, cōtinuo concidit mortuus. Qui mox oratione virginis reuiuiscens, prodijt in publicū exclamans, tēpla deorū esse demonum domicilia. Quare idolorum ignominia magnopere cōmoti pontifices, Agnetem apud Symproniū magicarum cantionū accusant. Qui etsi virginē libenter absoluisset, tamen pontificum calumniam veritus, causę cognitionē Aspasio Vicario dedit. Is in ardentem rogum puellam inijci imperat: quam diuisa in duas partes flamma non attigit: immo vero, orante ipsa extinctus est ignis. Quo facto usque adeo Aspasius ira concitatus est, ut eā securi percuti iuberet, duodecimo Calē. Februarij, Cuius corpus parentes in suo prędio via Romētana sepelierunt. ℟. Iam corpus eius corpori meo sociatum est, et sanguis eius ornauit genas meas: Cuius mater virgo est, cuius pater fęminam nescit. ℣. Ipsi sum desponsata, cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinē sol, et luna mirantur. Cuius mater. In iij. noc. Aña. Cuius pulchritudinem sol, et luna mirantur: ipsi soli seruo fidē. ps. Domine quis ha. 507. Aña. Christus circundedit me vernantibus, atque coruscantibus gemmis pretiosis. ps. Eructauit. 546. Aña. Ipsi sum despōsata, cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinē sol et luna mirant. ps. Deus noster refugium. 546. ℣. Elegit eā Deus et pręelegit eam. ℟. In tabernaculo suo habitare facit eam. In iij noc. legit hom. in euang. Simile est regnum cęlorū decem virginibus. 529. de cōi virginū. vij. ℟. Ipsi sum desponsata cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol et Luna mirātur. Ipsi soli seruo fidem: ipsi me tota deuotione cōmitto. ℣. Dexteram meam, et collum meum cinxit lapidibus pretiosis: tradidit auribus meis inestimabiles

les margaritas. Ipsi soli seruo. viij. R. Omnipotens adorande, colende, tremende, benedico te, Quia per filium tuum vnigenitum euasi minas hominum impiorum, et spurcitias diaboli, impolluto calle transiui. V. Te offiteor labijs, te corde, te totis visceribus concupisco. Quia per. Ad Laudes, et per horas. Aña. Ingressa Agnes turpitudinis locũ, angelũ dñi preparatum inuenit. Ps. Dñs regn. 8 cũ rel. Aña. Mecum enim habeo, custodem corporis mei, angelũ dñi. Aña. Annulo suo subarrauit me dñs meus Jesus Chrs, et tanquam sponsam decorauit me corona. Aña. Benedico te pater dñi mei Jesu Chri: quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. Aña. Congaudete mecum et congratulamini: quia cum his oibus lucidas sedes accepi. Cap. Cõfitebor tibi. 531. Hymn. Jesu corona virginum. 527. V. Diffusa est gratia in labijs tuis. R. Propterea bñdixit te Deus in eternum. Ad Bñs. Antiph. Ecce qd concupiui iã video: quod speraui iã teneo: ipsi sum iuncta in celis, quem in terris posita, tota deuotione dilexi. Oro vt s. Ad horas oĩa ut de Laudib. Ad iij. Caplz. Confitebor. 531. R. brẽ. de cõi virg. Oratio vt sup. Ad vi. Cap. Liberasti. 533. de cõi vĩg. Ad Nonam. Cap. Laudabit. Ad vesp. Añ. Ingressa Agnes. vt sup. ps. Dixit. 52. cũ reliq. de Dñica, et loco vl. ps. Lauda Jerusalem. 60. Cap. vt in j. vesp. Hymn. Jesu coro. 527. V. Diffusa est gratia in labijs tuis. R. Propterea benedixit te Deus in eternũ. Ad Mag. Añ. Stãs beata Agnes in medio flãme, expãsis manibus orabat ad dñm: Omnipotẽs adorande, colẽde, tremẽde, benedico te, et glorifico nomen tuum in eternum. Oro vt s. Reide pfctis vt infra. Añ. Istorum est enim regnum celorum. 513. V. Letamini in dño.

Die 22.

¶ Sanctorũ Uincentij, et Anastasij martyrum. semidup. Oro.



A Desto dñe supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beatorum martyrum tuorum Uincentij, et Anastasij intercessione liberemur. Per dñm. Lco iij.

Uincẽtius Osche in Hispania citeriore nat⁹, a prima etate studijs deditus, sacras literas a Ualerio, Cesaraugustano episcopo didicit, cuius etiã partes suscepit predicandi euangelium, quod episcopus, propter lingue impedimentum, predicationis officio fungi non poterat. Ea re ad Dacianum prouincie a Diocletiano, et Maximiano prepositum, delata, Uincentius, Cesar

Cęsaraugustę comprehenditur, & vinctus ad Dacianum Valentiam adducitur. Ubi verberibus & equuleo tortus, multis pręsentibus, cum nulla aut tormentorum vi, aut acerbitate, vel lenitate verborum a proposito deterreri posset, iterum ducitur in carcerē stratum testaceis fragmētis, vt eius nudū corpus, somno oppressum, a subiectis etiam testarum aculeis torqueretur. ℟. Sancti tui. 514. Lcō quinta.

Verum, illo in tenebricosa incluso custodia, clarissimus splēdor obortus, totum carcerem illustrauit: quę lux cum summa admiratione omnes, q aderant, affecisset, res a custode carceris ad Dacianū deferf, qui eductū, i molli culcitra collocat: & quē cruciatibus in suam sentētiā trahere nō poterat, delicijs p ducere conaf. Sed inuict⁹ Vincentij animus Jesu Christi fide speq; munitus, vicit oia. Itaque in craticula impositus, prunis ardentibus suppositis, & ferreis vnguibus excarnificatus, cādentibusq; laminis exustus, ignis ferri, tortorꝫ immanitate superata, victor ad celestē martyrij coronā aduolauit vndecimo Calēdas Februarij. Cuius corpus cū piectū esset inhumatū, coru⁹ a volucribus, & a lupo, vnguibus, rostro, & alis mirabiliter defendit. Qua re cognita Dacianus, illud in altum mare demergi iubet: sed inde etiam diuinitus eiectū, ad litus, Christiani sepeliunt. ℟. Verbera. 515. L. vj.

Anastasius Persa, monachus, Heraclio Imperatore, cum sanctam Jerosolymorum terram visitasset, ad Cęsaream Palestinę pro Christi religione vincula, & verbera cōstanter perpessus est. Mox a Persis ob eandem causa; varijs crucia tibus affectus, a rege Cosdroa vna cum septuaginta alijs Christianis, securi percutitur. Cuius reliquię primum Jerosolymam ad monasterium in quo monasticam vitam professus erat, deinde Romam delatę & collocatę sunt in monasterio ad aquas Saluias. ℟. Tanq̄ aurū. 515. In iij. noctur. Homil. sup euāge. Cū audier. 516. de cōi plur. m̄r.

S. Emerētianę v. & m̄ Oro. Die Indulgētiā. de cōi v̄g 528. L. iiij. 23. B



Emerētiana virgo, Romana, collactanea Btē Agnetis, adhuc catechumena, fide & charitate flagrās, furētes in Chrianos idoloꝝ cultores cū vehemēti⁹ accusaret, a cōcitata multitudine est obruta lapidib⁹. Quę in cruciatibus orans, ad sepulcrū sanctę Agnetis, ꝓprio sanguinę, quem pro Chrō cōstanter effudit, baptizata, animam Deo, reddidit.

ᑕ Lv

m... i

Die 24. C ¶ S. Timothei epi. et m. Dio. infirmita. 505. cõi vni. m. l. ij.

Timotheus, Lystris, in Lycaonia natus ex patre gentili, et matre Iudea, Christianã colebat religionẽ, cũ i ea loca venit Paulus apostolus. Qui fama cõmotus, q de Timothei sanctitate percrebuerat, ipsum adhibuit socium suę peregrinationis: sed propter Iudęos, q se ad Christũ cõuerterant, sciẽtes Timothei patrẽ esse gentilẽ, eũ circũcidit. Cũ igitur ambo Ephesum venissent, ibi ordinatus, est eps ab apostolo, vt eã ecclesiã gubernaret. L. iij.

Ad quẽ Apostolus duas epistolas scripsit, alterã Laodicea, alterã Roma, qbus in pastoralis officij cura cõfirmatus, cũ sacrificiũ, q d vni Deo debetur, fieri dęmonum simulacris ferre nõ posset, populũ Ephesinum Dianę in eius celebritate immolantẽ, ab illa impietate remouere conatus, lapidibus obrutus est ac pene mortuus, a Christianis ereptus, et in montẽ oppido vicinũ delatus: nono Calẽdas Februarij obdormiuit in domino.

Die 25. B ¶ In Cõuersione S. Pauli ano. Ad omnia dicitur sicut in cõmune in idẽ mense Junio. 415. exceptio his, q hic sunt propria. Resp. Ego plãtaui, cũ rel. vt i cõmune eiusdem mense Junio. 416.

Ad Vesperas. Capitulum.

Saulus adhuc spirans minarum, et cędis in discipulos dñi accessit ad principẽ sacerdotum, et petijt ab eo epistolas in Damascũ ad synagogas: vt, si quos inuenisset huius vię viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem. Hymn. 9. Ac

Doctor egregie Paule mores instrue,
Et mente polum nos trãsferre satage:
Donec perfectũ largiatur plenius;
Euacuato qd ex parte gerimus.
Sit Trinitati sẽpiterna gloria,
Honor potestas atq; iubilatio:
In vnitate cui manet imperiũ,
Ex tunc et modo per ęterna sęcula. Amen.

V. Tu es vas electionis Sancte Paule apostole. R. Prędicator veritatis i vniuerso mundo. Ad Magn. aña. Vade Anania, et quęre Saulũ, ecce enim orat, quia vas electionis est mihi, vt portet nomẽ meũ corã gẽtibus, et regibus et filijs Israel. Oratio.

Deus qui vniuersũ mundũ beati Pauli apostoli prędicatione docuisti, da nobis qs: vt qui eius hodie Cõuersionem

nem colimus, per eius ad te exē
pla gradiamur. Per dominū.
Pro commemo. S. Petri. An.
Tu es pastor ouiū, princeps apo
stolorū, tibi traditę sunt claues
regni cęlorū. ℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram ędifi
cabo ecclesiam meam. Oratio.
Deus, q beato Petro apo
stolo tuo, collatis claui
bus regni cęlestis, animas ligan
di atque soluendi Pontificium
tradidisti: ꝯcede, vt intercessio
nis eius auxilio, a peccatorū no
strorū nexibus liberemur. Per.
Ad Mat. Inui. Laudem⁹ Deū
nostrum, In ꝯuersione doctoris
gentiū. Hym. Añe, noct. Psal. ꝛ
versi. ac ℟. vt in eius cōme. 417.
De Act. Apostolorum. Lectō j.
ca.9. Saulus adhuc spirans mi
narum, ꝛ cędis in discipu
los dñi, accessit ad principes sa
cerdotum, ꝛ petijt ab eo episto
las in Damascū ad synagogas,
vt si quos inuenisset huius vię vi
ros, ac mulieres, vinctos pduce
ret in Jerusalem. Et cū iter face
ret, contigit vt appropinquaret
Damasco: ꝛ subito circumfulsit
eū lux de cęlo, ꝛ cadens in terrā
audiuit vocē dicentē sibi: Sau
le, Saule, quid me persequeris?
Qui dixit: Quis es dñe? Et il
le: Ego sum Jesus Nazarenus,
quem tu persequeris. Durū est
tibi ꝯtra stimulū calcitrare: ℟.
Qui operatus. 415. Lectio ij.

Et tremens, ac stupēs dixit:
Dñe quid me vis facere?
Et dñs ad eum: Surge, ꝛ ingre
dere ciuitatē, ꝛ dicet tibi, qd te
oporteat facere. Uiri aūt illi, q
comitabant eum, stabāt stupefa
cti, audientes qdē vocē, neminē
autē videntes. Surrexit autem
Saulus de terra, apertisqꝫ ocu
lis nihil videbat. Ad manus au
tē illū trahentes, introduxerūt
Damascū. Et erat ibi trib⁹ die
bus nō vidēs, ꝛ nō manducauit,
neqꝫ bibit. ℟. Bonū cer. Lē iij.
Erat autē quidā discipul⁹
Damasci, noie Ananias.
Et dixit ad illū in visu dñs: Ana
nia. At ille ait: Ecce ego dñe. Et
dñs ad illū: Surge, ꝛ vade in vi
cū, q vocat Rectus, ꝛ quęre in
domo Judę Saulū, noie Thar
sensem, ecce enim orat. Et vidit
virū Ananiā noie introeuntē, ꝛ
imponentē sibi manus, vt visū
recipiat. Rñdit autē Ananias:
Domine audiui a multis de vi
ro hoc, quanta mala fecerit sctis
tuis in Jerusalē: ꝛ hic habet po
testatē, a principibus sacerdotū
alligādi oēs, qui inuocant nomē
tuū. Dixit autē ad eum dñs: Ua
de, quia vas electionis est mihi
iste, vt portet nomen meum co
ram gentibus, ꝛ regibus, ꝛ filijs
Israel. ℟. Reposita est mihi.
Sermo S. Augustini epi. L. iiij.
Hodie, dilectissimi, nobis le
ctio de Actibus Apostolo
rum

rum hęc pronũciata est: vbi apo
stolus Paulus ex persecutore
Christianorũ annunciator factus
est Christi, percutiens eũ Chri/
stus, & sanans: occidens, & viui/
ficãs, occisus agnus a lupis, & fa
ciens agnũ de lupis. Predictuz
eniz erat in preclara illa prophe
tia, cũ Jacob patriarcha bñdi/
ceret filios suos, presentia tãgẽs
& futura ꝓspiciẽs, quod in Pau
lo cõtigit. Erat autẽ Paulus si/
cut ipse testat, de tribu Benia/
min. Cũ autẽ Jacob bñdicẽs fi/
lios suos venisset ab bñdicendũ
Beniamin, ait ꝺ illo, Beniamin
lupꝰ rapax. R. Tu es. 415. V. ...
Quid ergo, lupus semper
rapax? Absit, sed quid?
mane rapiet prędam, & ad vespe
ram diuidet escas. Hoc in apo/
stolo Paulo impletũ est, qa de il
lo dictũ erat. Jaz si placet audia
mus illũ mane rapientem & ad
vesperam escas diuidentẽ. Ma/
ne & vespere posita sunt pro eo,
ac si diceret prius, & postea. Sic
igitur accipiamus, prius rapiet,
postea diuidet escas: attendite
raptorem, Saulus, inquit, acce/
ptis epistolis a principibꝰ sacer/
dotum ibat, vt vbicunque inue/
niret Chrianos, ad sacerdotes
traheret, & adduceret vtiqz pu/
niẽdos. R. Gra Dei, 416. L. vj.
Ibat spirans, & anhelans in
cędes, hoc est mane rapiẽs.
Nã & quãdo lapidatus est Ste/
phanus primus martyr pro noie
Chri euidẽtius erat ibi Saulus,
& sic aderat lapidantibus, vt nõ
ei sufficeret, si tantũ suis manibꝰ
lapidaret: vt enim esset in oium
lapidantiũ manibus, ipse oium
vestimẽta seruabat, magis sęuiẽs
omnes adiuuando, quam suis
manibꝰ lapidando. Audiuimꝰ,
mane rapiet: videamus ad ve/
speram qualiter diuidat escas.
Voce Christi de cęlo ꝓstratus,
& accipiens desuper edictũ, iam
non sęuiendi, cecidit in faciẽ suã
prius prosternendus, postea eri/
gendus, prius percutiendus, po
stea sanandus. R. Saulus qui.
In .ij. noct. Hom. super euange.
Ecce nos reliquimꝰ omnia. 502.
de cõi apostolorum. Ad Lau. Añ.
Ego plantaui. 416. & reliq. vt in
cõme, eiusdẽ misse Junio. Cap.
Saulus. 374. vñ. Hym. Exul/
tet. 497. V. Tu es vas elec. Añ.
Vos qui reliquistis omnia. 501.
Ad Tertiam idem Cap. R. bre.
In oẽm terrã. 501. & Cõstitues.
de cõi Apostolorum. Ad Sextã. Cap.
Surrexit autez Saulus de Act.
terra, apertisqz oculis nihil 6. ca.
videbat. Ad Manus aũt illũ tra
hẽtes, introduxerunt Damascũ,
& erat ibi tribꝰ diebus nõ vidẽs:
& non manducauit, neqz bibit.
R. br. Cõstitues. 501. & Nimis h.
Ad Nonam. Capitulum.
Saulꝰ aũt multo magis cõ 9. Act
ualescebat, & cõfundebat
Judęos,

Judeos, q habitabat Damasci, affirmans, qm̄ hic est Christus. R. br. Nimis ho. V. Annūciaue. Ad vesp. Añ. Jurauit dñs. 501. cū rel. Añis, et psal. de cōi apost. Cap. Saulus adhuc spirans. vt ĩ in j. Uesper. Hym. Doctor egregie. 375. V. Tu es vas ele. Ad Mag. Añ. Sancte Paule apostole predicator veritatis, et doctor gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Oro vtã. Deinde fit cōmemor. S. Petri, vt in primis Uesper.

Die 26. E ¶ S. Polycarpi epi. et m̄ Oro. De⁹ q nos. 505. de cōi vnius m̄. Ex libro S. Hieronymi presbyteri de scriptorib⁹ eccl̃ia. Le. iij.



Olycarpus, Johannis apl̄i discipulus, et ab eo Smyrnę episcopus ordinat⁹, toti⁹ Asię princeps fuit, quippe qui nonnullos apostolorum, et eorum qui viderant dñm, magistros habuerit, et viderit. Hic propter quasdam super die Paschę quęstiones sub Imperatore Antonino Pio, ecclesiam in Urbe regente Aniceto Romā venit, vbi plurimos credentium, Marcionis, et Ualentini persuasione deceptos, reduxit ad fidem. Cumq; ei fortuito obuiam fuisset Marcion, et diceret. Cognoscis nos? Respondit: Cognosco primogenitū diaboli. Postea vero, regnante Marco Antonino, et Lucio Aurelio Cōmodo, quarta post Neronē persecutione. Smyrnę sedente proconsule, et vniuerso populo in amphitheatro aduersus eū personante, igni traditus est. Scripsit ad Philippenses valde vtilem epistolam, quę vsque hodie in Asię cōuentu, legitur.

¶ Sancti Johānis Chrysostomi episcopi et confesso. duplex. Die 27. F. In vtrisq; vesp. Añ. O doctor opti. vt in cōi cōf. pōti. 518. Oro.



Eclesiam tuā quęsumus dñe, gratia cęlestis amplificet: quam beati Johānis Chrysostomi confessoris tui atq; pontificis, illustrare voluisti gloriosis meritis, et doctrinis. Per do. L. iiij.

Johannes Antiochenus, propter aureū eloquentię flumen cognomento Chrysostomus, a forensibus et sęcularibus, studijs ad diuinas literas summa cū ingenij et industrię laude se cōtulit. Itaq; sacris initiatus, ac pr̄sbytēr Antiochenę ecclesię fact⁹, mortuo Nectario, Archadij Imperatoris opera innitus Constātinopolitanę ecclesię pręficitur. Quo suscepto pastorali munere, depravatos mores, et nobiliorū hominū viuendi licentiā vehemēti⁹ obiurgare cępit. Qua ex libertate, magnam multorū subijt inuidiā. Apud Eudoxiam

doxiā etiā, quod eā propter adē ptum Callitropę viduę agrum reprehēdisset, grauiter offendit. ℟. Inueni Dauid. ς 10. Lec. v.

Quare aliquot episcoporum acto Calcedone conuentu, quo ipse vocatus ire noluit, ꝙ nec legitimū cōcilium, nec publicū esse diceret, nitente in primis ipsa contra Chrysostomum Eudoxia, eijcitur in exiliū: sed paulo post propter eius desiderium seditione populi facta, admirabili ciuitatis plausu ab exilio reuocatur. Uerum cum perditos mores increpare non desisteret, & ad argenteam Eudoxię statuam in foro sanctę Sophię ludos fieri prohiberet, conspiratione inimicorum episcoporum iterū exulare cogitur, viduis & egentibus omnibus communis parentis, eiectionem lugentibus, in exilio Chrysostomus, incredibile est, & quanta mala perpessus sit, & quam multos ad Jesu Christi fidem conuerterit. ℟. Posui adiutorium. Lectio vj.

Uerum dum, concilio Romę habito, decreto Innocentij primi Pontificis restituitur, a militibus, qui eum custodiebant, miris in itinere malis, & calamitatibus afficitur. Cūq; per Armeniā duceretur, sanctus Basiliscus martyr, in cuius tēplo antea orauerat, noctu sic eū affatus est, Johannes, frater, crastinus dies nos loco cōiunget. Quare postridie sumpto eucharistię sacramēto, seq; crucis signo muniens, animā Deo reddidit decimo octauo calendas Octobris: quo mortuo horribilis grando Cōstātinopoli cecidit, & quartiduo Augusta cessit e vita. Eius corpus insigni pōpa & bonorum multitudine celebratū, Theodosius, Archadij filius, Cōstantinopolim portandū, & honorifice sepeliēdum curauit, sexto Calendas Februarij, cuius etiā reliquias venerat⁹, parētum suorum veniā petijt: quod deinde Romā translatum, in basilica Uaticana cōditum est. Multitudinē pietatē, ac splēdorē concionum, cęterorūq; eius scriptorum, interpretādi etiā rationē, & inhęrentē, sententię sacrorum librorū explanationē: oēs admirantur: dignumq; existimāt, cui Paulus apl's, quem ille mirifice coluit, scribēdi & pdicādi multa ostasse videat. ℟. Iste est q ante. Lcō s. euā. scd'm Mattheū. L. vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Uos estis sal terrę: quod si sal euanuerit, in quo salietur? Et reliqua. 5. ca.

Homilia S. Johānis Chrysost.

Uide quid dixerit, Uos estis sal terrę: per quod ostendit quā necessarie, ista pręcipiat. Non enim pro vestra, inquit, salute tantummodo, sed pro vniuerso prorsus orbe hęc vobis

vobis doctrina cōmittitur. Non ad duas quippe vrbes, aut decem, aut viginti, neque ad vnaȝ vos mitto gentē, sicut mittebam prophetas, sed ad omnem terrā prorsus, ac mare totumqȝ mundum, ⁊ hunc varijs criminibus oppressum. ℟. Amauit. Lectio viii.

Dicendo enim, Uos estis sal terrę, ostēdit oium hominū infatuatam esse naturaȝ ⁊ putrefactā a peccatis: ⁊ iccirco illas ab eis maxime virtutes requirit, q̄ cunctis necessarię atqȝ vtiles sunt futurę. Cū enim mā suetus aliquis, ac modestus, cuȝ misericors fuerit, ⁊ iustus, nō in semetipso tantūmodo hęc recte facta concludet, verum in aliorum quoqȝ vtilitatē bonos hos faciet emanare fontes. Sed q mundo corde est, atqȝ pacificus, ⁊ qui persecutionē pro veritate ppetit, nibi lominus in cōmune cōmodū vitę suę statuit exēplū. ℟. Sint lū. Lectio ix.

Ne igitur opinemini, ad mediocria vos ducendos esse certamina, neqȝ pro exiguis rebus vobis hunc insonare sermonem, Uos estis sal terrę. Quid igitur? Ipsi ne putrefacta medicati sunt? nequaquam: nec enim possibile est vt ea, quę corrupta sunt salis pfricatione reparent. Nō hoc fecerūt ergo, sed ante renouata, sibiqȝ tradita, atqȝ ab illa iā putredine liberata perfricabant sale, ⁊ in ea nouitate seruabāt, quā a dn̄o vtiqȝ susceperāt.

¶ Sancte Agnetis secundo. Die 28. B.

Ad Magnificat. Aña. Stans a dextris eius agnus niue candidior, Christus, sibi sponsam ⁊ martyrē consecrauit. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua. ℟. Intende prospere procede, ⁊ regna. Orō.



Deus, q nos annua beatę Agnetis, virginis et martyris tuę, solennitate lętificas: da q̄s: vt quā veneramur officio, etiāȝ pię conuersationis sequamur exēplo. p.

Ad Matutinum. Inuitatorium. ⁊ Hymnus de cōi virg. fo. 527. Nocturnum ferię currentis. Psalmi leguntur ex primo nocturno ferię. folio. 372. Lectio iii.

Beata Agnes parentibus, ad eius sepulcrum assidue vigilātibus, quadā nocte, choro virginū comitata, cum apparuisset, sic ad eos locuta dicitur. Ne me parētes mortuam lugeatis: nam vna cum his virginibus viuo apud illum in cęlis, quem in terris tota mente dilexi. Cū aliquot post annos Cōstantia, Constantini Imperatoris filia, insanabili vlceri medicinā quęrens, nōdum Christiana, ad idem sepulcrū accessisset, obdormiscēs, sibi audire visa est vocem hanc Agnetis: Constanter age Constantia crede in Jesum Christū filiū Dei, q te sanam faciet. Quę sanata

sanata paulo post vna cum multis ex familia Imperatoris baptismum suscipiens, ibi ecclesiã nomine btẽ Agnetis edificauit.

Ad Laudes. Antiphona.

Ingressa Agnes, 373. cum rel. vt i die festi. Similiter et ad horas oia vt annotat in festo, et oc in ceps post Nonam nihil fit de ea.

Die 29. A. 30. B. 31. C.

FEBRVARII FESTA.

Offiñ defunctor. j. die nõ impe.

Die 1. B S. Ignatij epi, et m. femi Oro. De⁹ q nos, 505. de cõi vni⁹mar. Ex libro S. Hieronymi presbyteri de scriptorib⁹ ecclesi. L. iiij.



Ignatius, Antiochenę ecclesię tertius post Petrum aplm epũs, commouente persecutionẽ Traiano, dãnatus ad bestias Romã vinctus mittit: cumque nauigans Smyrnã venisset, vbi Polycarpus, auditor Johãnis, episcopus erat, scripsit vnã epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiã ad Trallẽses, quartam ad Romanos, et inde egrediens scripsit ad Philadelphios et ad Smyrneos, et propriam ad Polycarpum, cõmendans illi Antiochẽsem ecclesiã, in qua et de euangelio, quod nuper a me trãslatum est, sup personã Christi ponit testimonium.

R. Honestum. 507. L. v.

Dignũ autẽ videt, quia tãti viri fecimus mentionem, et de epistola eius, quam ad Romanos scribit pauca ponere. De Syria vsq ad Romam pugno ad bestias in mari, et in terra, nocte dieq ligatus cũ decem leopardis, hoc est militibus, qui me custodiũt, quibus et cum benefeceris, peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina est, sed non idcirco iustificatus sum. Vtinam fruar bestijs quę mihi sunt pręparatę, quas et oro mihi veloces esse ad interitũ et ad supplicia, allici ad comedendũ me, ne sicut et alior martyrum, non audeãt corpus attingere. Quod si venire noluerint, ego vim faciã, ego me vrgebo, vt deuorer. Ignoscite mihi filioli, qd mihi psit, ego scio. R. Desideriũ. L. vj.

Nunc incipio Christi esse discipulus: nihil de his q̃ vident, desiderans, vt Jesum Christum inueniã. Ignis, crux, bestię, confractio ossium, membror diuisio, et totius corporis ptritio, et tota tormẽta diaboli in me veniãt, tantum Christo fruar. Cumq iam dãnatus esset ad bestias, et ardore patiendi rugiẽtes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarũ molar, vt panis mundus inueniar. Passus est anno vndecimo Traiani. Reliquię corporis eius Antiochię iacent, extra portã Daphniticã in cęmeterio. R. Stola incũdi.

In iij. noct. Homilia in evange. Nisi granum frumen. 439. quę habetur in festo S. Laurentii.

Die 2. E PVRIFICATIO B. MARIÆ virginis. duplex.

Ad Vesp. Aña. O admirabile commerciū. 351. cū rel. aiis, vt in officio S. Marię post Nativi. Psal. cōsueti de eadem. Cap.

Mal. 3. 

Ecce ego mitto angelum meū, q pręparabit viā ante faciem meam: & statim veniet ad templū sanctum suum dñator, quem vos quęritis, & angelus testamēti, quē vos vultis. Hymn⁹. Ave maris stella. 544. ℣. Responsum accepit Simeō a spiritu sancto. ℟. Nō visurum se mortē nisi videret Chrm̄ dñi. Ad Magnificat. Antiphona. Senex puerum portabat, puer autem senem regebat: quē virgo peperit, & post partum virgo permansit, ipsum, quem genuit adoravit. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tu⁹ hodierna die cum nostrę carnis substantia in templo est pręsentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus pręsentari. Per eundem dñm. Et non fit cōmemo. S. Ignatij. Ad Cōpletoriū, & alias horas, in fine oiū hym. dr̄ Gloria tibi domine, Qui natus es de virgine. Quod semp servat, q̄n fit offm̄ de sancta Maria, pręterquam in hymno. Ave maris stel. 544. vt dicit in rubricis generalibus. Ad Matutinum. Invitatoriū. Ecce venit ad templū sanctum suum dñator dñs. Gaude & lętare Siō occurrēs deo tuo. ps. Venite. 1. Hym. Quem terra. 535. Aña. Benedicta tu. & ps. Dñe dñs nr̄. 545. nocturnorū dnr vt in offō parvo S. Marię, q sunt in officio eius. ℣. Specie tua & pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, & regna. De libro Exodi. Lectio prima.

Exo. 12. ca. Locutus est dñs ad Moysen, dicēs: Sanctifica mihi omne primogenitū quod aperit vulvā in filijs Israel, tam de hominibus quā de iumentis: mea sunt enim oia. Et ait Moyses ad populum: Cū introduxerit te dominus in terrā Chananęi, sicut iuravit tibi, & patribus tuis: & dederit tibi eā: separabis omne quod aperit vulvā domino, & quod primitivum est in pecoribus tuis. Quicquid habueris masculini sexus, consecrabis domino. Primogenitū asini mutabis ove. Quod si nō redemeris, interficies. Omne autē primoge

 nitum

nitum hominis de filijs tuis pretio redimes. ℟. Adorna thalamuȝ tuū Sion, ⁊ suscipe regem Christū. Quem virgo cōcepit, virgo peperit, virgo post partū quem genuit, adorauit. ℣. Accipiens Simeō puerū in manibꝰ, grās agēs benedixit dn̄m. Quē.

De libro Leuitici. Lectio scd̃a.

ca. 12. Locutus est dn̄s ad Moysen dicens. Loquere filijs Israel ⁊ dices ad eos. Mulier si suscepto semine pepererit masculū, immūda erit septē diebꝰ: iuxta dies separationis mēstruę, ⁊ die octauo circūcidetur infantulus: ipsa vero triginta tribus diebꝰ manebit in sanguine purificationis suę. Omne sanctū non tanget: nec ingredietur in sanctuarium, donec impleātur dies purificationis suę. Sin autem fęminaȝ pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta rituȝ fluxus mēstrui, ⁊ sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suę. ℟. Postquā impleti sunt dies purgationis Marię secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Jerusaleȝ: vt sisterēt eū dn̄o. Sicut scriptuȝ est in lege domini: qȝ oē masculi nū adaperiēs vuluā, sanctū dn̄o vocabit. ℣. Obtulerunt pro eo dn̄o par turturuȝ, aut duos pullos columbaruȝ. Sicut. Lec. iij.

Omnisqȝ expleti fuerint dies purificationis suę: p filio: siue pro filia, deferet agnum anniculū in holocaustum, ⁊ pulluȝ columbę, siue turturē pro peccato ad ostiū tabernaculi testimonij. Et tradet sacerdoti q offeret illa corā dn̄o, ⁊ orabit pro ea, ⁊ sic mūdabitur a profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculū, aut fęminam. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet, duos turtures, vel duos pullos columbarū, vnū in holocaustuȝ, ⁊ alterum pro peccato, orabitqȝ pro ea sacerdos, ⁊ sic mundabitur. ℟. Obtulerunt pro eo dn̄o, par turturū aut duos pullos colūbarū. Sicut scriptuȝ est in lege dn̄i. ℣. Postq̄ aūt impleti sunt dies purgationis Marię, ſm legē Moysi, tulerunt illū in Jerusalē vt sisterent eum dn̄o. Sicut. In ij. noc Aña. Specie tua. ps. Eructauit. 546. ℣. Adiuuabit eā Deus vultu suo. ℟. Deꝰ in medio eius non cōmouebitur.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Sic olim prędictū est, Mater Siō dicet homo, ⁊ homo natꝰ est in ea, ⁊ ipse fundauit eā altissimus. O oipotētia nascētis, o magnificētia de cęlo ad terrā descēdētis: adhuc i vtero portabat, ⁊ ex vtero matris a Johāne Baptista salutabat: in tēplo pręsentabatur, ⁊ a Simeone, sene, annoso, probato, coronato, agnoscebatur: Tunc cognouit, tunc

tunc adorauit, tūc dixit: Et nūc domine dimitte seruū tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuū. R. Simeon iustus & timoratus expectabat redēptionē Israel. Et spiritus sctūs erat in eo. V. Responsum accepit Simeon a spiritu sancto, non visurum se mortē, nisi videret Christum domini. Et spiri. Lectio v.

Differebat exire de seculo vt videret natū, per quē conditum est seculum. Agnouit infantem senex, factus est in puero puer, Innouatus in etate, qui plenus erat pietate. Simeon senex ferebat Christum infantē, Christus regebat Simeonis senectutē. Dictū ei fuerat a domino, quod nō gustaret mortē, nisi videret Iesum Christū natum: natus est Christus, & impletum est desiderium senis in mūdi ipsius senectute: ipse ad senē hominē venit, qui mūdum inueteratū inuenit. R. Responsū acceperat Simeō a spiritu sancto non visurū se mortē nisi videret Christū dñi. Et benedixit Deū, & dixit: Nūc dimittis seruū tuū in pace, quia viderūt oculi mei salutare tuum dñe. V. Cum inducerent puerum Iesum parētes eius, vt facerent secundū cōsuetudinē legis pro eo: ipse accepit eū in vlnas suas. Et. Lcō vj.

In isto quidē seculo diu esse nolebat, & Christum in hoc seculo videre cupiebat, cantans cū pphēta & dicens: Ostende nobis domine misericordiā tuam, & salutare tuum da nobis. Denique vt noueritis ita esse illius letitiā cōclusit dicēs: Nūc dimittis dñe seruū tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuū: Propt[illegible] cecinerunt, cōditorem celi & terre cū hominibus futurū: Angelus nūciauit, creatorē carnis & spūs in carne venturum. Salutauit Iohānes ex vtero in vtero saluatorē. Simeō senex Deū agnouit infantem. R. Cum inducerent puerū Iesum parētes eius, in tēplo, vt facerēt secundum consuetudinē legis pro eo, accepit eum Simeon in vlnas suas, & benedixit Deum, dicens. Nunc dimittis domine seruum tuum in pace. V. Suscipiens Simeon puerum in manibus exclamauit dicens. Nunc. In iii. noc. Añ. Gaude Maria. ps. Cantate. 527. V. Elegit eum Deus, & preelegit eā. R. In tabernaculo suo habitare facit eā. Lectio s. euāg. sm Lucam. L. ij.

In illo tpe: Postquam impleti sunt dies purgationis Marie secūdum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalē, vt sisterent eum dño, sicut scriptum est in lege domini. Et reliqua. Homilia s. Ambrosij episcopi. 1. ca.

Ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo

homo iste iustus, & timoratus, expectans cōsolationem Israel. Non solum ab angelis, et prophetis, a parentibus, & pastoribus, sed etiam a senioribus, & iustis, generatio domini accepit testimonium, Omnis ętas, & vterque sexus venturorum miraculorum fidem astruunt. Virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, Magus adorat, vtero clausus Ioannes exultat, vidua confitetur, iustus expectat. ℟. Suscipiens Iesum in vlnas suas Simeō, exclamauit, & dixit: Tu es vere lumen ad illuminationem gentium, & gloriam plebis tuę Israel. ℣. Cum inducerent puerū Iesum parentes eius, & ipse accepit eū in vlnas suas, & benedixit Deū, & dixit. Tu es vere. Lectio viij.

Et bene iustus, qui nō suam, sed populi gratiam requirebat, cupiens ipse corporeę vinculis fragilitatis exolui, sed expectans videre promissum. Sciebat enim, quia beati oculi qui viderent Christum dn̄i. Et accepit eum in manibus suis, & benedixit Deum, & dixit: Nunc, inquit, dn̄e dimitte seruum tuum in pace. Videte iustum, velut corporeę carcere molis inclusum, velle dissolui, vt incipiat esse cum Christo. Dissolui enim & esse cū Christo multo melius est. ℟. Senex puerū portabat, puer autem senem regebat: Quē virgo concepit, virgo peperit, virgo post partum, quem genuit, adorauit. ℣. Accipiens Simeō puerum in manibus, gratias agens benedixit dominum. Quē. Lectio ix.

Sed qui vult dimitti veniat in templū: veniat in Ierusalem, expectet Christum dominum, accipiat in manibus verbum domini, complectatur velut quibusdā fidei suę brachijs: tunc dimittetur, vt non videat mortem, qui viderit vitam. Vides vberem in omnes gratiam domini generatione diffusam, & prophetiam incredulis esse negatā, non iustis? Et ecce Simeō prophetat in ruinam, & in resurrectionem multorum venisse dominum Iesum Christum: vt iustorum, & iniquorum merita discernat, & pro nostrorū qualitate factorū, verus iudex & iustus, aut supplicia decernat, aut pręmia. Ad Laudes, & per Horas. Añа.

Simeon iustus & timoratus expectabat redemptionē Israel, & spūs sanctus erat in eo. ps. Dn̄s reg. 8. cū rel. Añ. Responsum accepit Simeon a spū sancto, non visurum se mortē, nisi videret dn̄m. Añа. Accipiens Simeon puerū in manibus, gratias agens benedixit dn̄m. Añ. Reuertere in terrā Iuda: mortui sunt enim qui quęrebāt animam pueri. Añа. Obtulerunt pro

pro eo domino par turturū, aut duos pullos columbaruꝫ. Cap. Ecce ego mitto. 378. Hym. O gloriosa. 548. ℣. Diffusa est grā, Ad Benedictus. Antiphona. Cum inducerent puerum Jesum parentes eius, accepit eum Simeon in vlnas suas, & benedixit Deum, dicens: Nunc dimittis seruum tuum in pace. Ad j. ℟. bř Chr̄e fili dei viui. ℣. Qui natus es de Maria virgi. Et fic oꝛ semp qn̄ fit de B. Vir. Ad iij. Capl'm. Ecce ego. 378. ℟. bř. dn̄r de cōi virgi. Specie tua & pul. 530. & Adiuuabit eā. Ad Sextam. Capitulum.

Mal. 3. Ecce veniet, dicit dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius: & quis stabit ad videnduꝫ euꝫ: Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. ℟. breue. Adiuuabit eam. 530. & Elegit eā. Ad Nonam. Cap.

Et placebit dn̄o sacrificiuꝫ Juda, & Jerusalem, sicut dies seculi: & sicut anni antiqui. dicit dn̄s omnipotens. ℟. bre. Elegit eam. 530. & Diffusa est. Ad Vesp. An. Simeon iustus, cum reliq. de Laudibus. psal. de Sancta Maria. Capit Hym. & ℣. vt supra in primis Vesperis. Ad Magnificat. Antiphona. Hodie beata virgo Maria puerū Jesuꝫ pſentauit in tēplo, & Simeon repletus spiritu sancto accepit eū in vlnas suas, & benedixit Deuꝫ in eternum. Oro vt s. S. Blasij epi, & mar. Oratio.

Die 3. F.



Deus qui nos beati Blasij, martyris tui, atqꝫ pōtificis, annua solēnitate letificas: cōcede propitius: vt cuius natalitia colimus: de eiusdem protectione gaudeamus. Per dominuꝫ. Lectio iij.

Blasi⁹ Sebaste, in Cappadocia cuꝫ virtutum laude floreret, eiusdeꝫ ciuitatis episcopus eligitur: qui, quo tempore Diocliti anus insatiabilem crudelitatem in Christianos exercebat, se in speluncā abdidit mōtis Argei: vbi tamdiu latuit: dū ab Agricolai pꝛefecti militibus venantibus deprehensus, & ad pꝛefectum ductus, eius iussu coniectus est in vincula. Quo in loco multos egrotos sanauit, qui ad Blasium, eius fama sanctitatis adducti, deferebantur. In illis puer fuit, q. desperata a medicis salute, transuersa spina faucibus inherente, animā agebat. Productus autem ad pꝛefectū Blasius, semel & iteruꝫ, cuꝫ nec blāditijs, nec minis adduci posset, vt dijs sacrificaret, pꝛimum virgis cesus, deinde in equuleo ferreis pectinibus dilaniatus: postremo, dēpto capite, illustre fidei testimonium Christo dn̄o reddit, tertio Nonas Februarij.

Die 4. B.

Die 5. A. In S. Agathe virg. et m. semid. Ad Vesp. Añ. Quis es tu. 382. cũ rel. de Lau. ps. Dixit do. 520 cũ rel' et lo. ult Laud. o. oés. Cap. Confitebor. de cõi Sãcte mart. tm. 531. Hym. Jesu coro. 527. V. Specie tua. ut in cõi Virgi. Ad Mag. Añ. Stãs beata Agatha in medio carceris, expansis manib⁹ orabat ad dñz: Dñe Jesu Chre, magister bone, gratias tibi ago, q me fecisti vincere tormenta carnificum: iube me domine ad tuam immarcescibilez gloriã feliciter puenire. Oratio.



Deus, q inter cetera potẽtie tue miracula, etiaz in sexu fragili victoriam martyrij ptulisti, concede propitius: vt qui beate Agathe virginis et martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dñm nostrum. Ad matutinum. Inuitatoriũ. Regem virginum. 528. Hym. Virginis proles. de cõi Virgi. In i. noc. Añ. Ingenua sum, expectabili genere, vt ois parentela mea testat. ps. Beatus vir. 2. Añ. Sũma ingenuitas ista est, in qua seruitus Christi pproba-

tur. ps. Quare fre. 2. Añ. Ancilla Chri sum, ideo me ostendo seruilem habere personam. ps. Domine quid. fol. 2. V. Specie tua, et pulchritudine tua. R. Intende, prospere, pcede, et regna. Lectiones. Confitebor tibi. 530. de communi virginum et mart. i. R. Dum torqueretur beata Agatha in mammilla grauiter, dixit ad iudicem: Impie, crudelis, et dire tyranne, non es pfusus amputare in femina, quod ipse in matre suxisti? V. Ego enim habeo mammillas integras intus in anima mea, quas ab infantia domino consecraui. Impie. ii. R. Agatha letissime, et gloriãter ibat ad carcerez. Et quasi ad epulas inuitata, agonem suum domino precibus pmendabat. V. Nobilissimis orta natalibus ab ignobili gaudens trahebat ad carcerez, Et quasi ad epulas. iii. R. Quis es tu, q venisti ad me curare vulnera mea? ego sum apostolus Christi: nihil in me dubites filia: ipse me misit ad te. Quẽ dilexisti mente, et puro corde. V. Nam et ego Apostolus eius sum, et in nomine ei⁹ scias te esse curandaz. Quẽ dilexisti. In ii. noc. Añ. Agatha sancta dixit: Si feras mihi promittis, audito Christi noie mãsuescũt. ps. Cum inuocarem. 506. Añ. Si ignem adhibeas: rorez mihi salutificũ de celo angeli ministrabunt.

bunt. ps. Verba mea. 506. An. Agatha letissime, et gloriantur ibat ad carcerē, et quasi ad epulas inuitata, agonē suū dño precibus cōmendabat. ps. Dñe dñs nr. 506. ℣. Adiuuabit eā Deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non cōmouebitur. Lec. iiii.

Agatha virgo, Catanę i Sicilia nobilibus parētibus nata, cum pari pulchritudinis et castitatis laude cōmendaretur, Quintianus, Decio Imperatore, Sicilię pretor, virginis amore captus est. Sed cū tētata modis oībus eius pudicitia, Agatham, in suam sententiā perducere non posset, Christianę superstitionis nomine comprehēsam, Aphrodisię cuidam, infami mulieri, depravandam tradit. Quę Aphrodisię consuetudine cum de constantia colendę Christianę fidei, et seruandę virginitatis remouere non posset, nunciat illa Quintiano, se in Agatha operam perdere. Quare ille ad se virginem adduci iubet, et, Nonne inquit, te pudet, nobili genere natam, humilem, et seruilem Christianorū vitam agere? Cui Agatha: Multo prestantior est Christiana humilitas et seruitus regum opibus ac superbia. ℟. Ego autē adiuta a dño perseuerabo in confessione eius, qui me saluam fecit. Et consolatus est me. ℣. Gratias tibi ago dñe Iesu Christe, qui misisti ad me apostolum tuum curare vulnera mea. Et consolatus. Lect. v.

Quamobrē iratus pretor hanc ei optionem dat, velit ne potius venerari Deos, aut vim tormentorū subire. At illa cōstans in fide, primum colaphis cęsa mittitur in carcerem: vnde postridie educta, cū in sententia permaneret, admotis candentibus laminis in equuleo torquetur: tum ei mamilla abscinditur: quo in vulnere Quintianū appellans virgo: Crudelis inquit, tyranne, non te pudet amputare in fęmina, qđ ipse in matre suxisti? Mox coniecta in vincula, sequenti nocte a sene quodā, qui se, Christi apostolum esse dicebat, sanata est. Rursum euocata a pretore, et in Christi cōfessione perseuerans, in acutis testulis, et cādētibus carbonibus ei subiectis volutatur. ℟. Ipse me curauit qui per apostolū Petrū in custodia me cōfortauit, pro eo quod iussa sum suspēdi in equuleo. Propter fidē castitatis adiuua me dñe Deus meus in tortura mamillarum mearū. ℣. Ipse me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillā meā meo pectori restituere. Propter. Lec. vi.

Eo tēpore ingenti terręmotu vrbs tota cōtremuit ac duo parietes corruentes Siluinum, et Falconium, intimos

pretoris

pretoris familiares, oppresserũt. Quare, vehementer commota ciuitate, verit⁹ populi tumultuz Quintianus, Agathã semimortuã clam reduci imperat in carcerem. Que sic Deum precata: Dñe qui me custodisti ab infantia, qui abstulisti a me amorez seculi, q me carnificum tormentis superiorez prestitisti, accipe animã meaz. Ea in oratione migrauit in celũ Nonis Februarij: cuius corpus a Christianis sepelit. ℞. Vidisti domine, ⁊ expectasti agonẽ meũ, quomodo pugnaui in stadio: sed qꝛ nolui obedire mandatis principum, Iussa suz in mammilla torqueri. ℣. Propter veritatẽ, ⁊ mansuetudinez, ⁊ iustitiã. Iussa. Gloria. Iussa.

In tertio noctur. Antiphona.

Nisi diligenter pceceris corpus meuz a carnificibus attrectari, non potest aia mea in paradisuz dñi cuz palma intrare martyrij. ps. In dño confi. 4. Añ. Vidisti dñe agonẽ meum, quomodo pugnaui in stadio: sꝫ qꝛ nolui obedire mandatis principum, iussa sum in mammilla torqueri. ps. Domine quis habitabit. 5. Añ. Propter fidem castitatis iussa sum suspẽdi in equuleo: adiuua me dñe Deus meus in tortura mammillarum meaꝝ. ps. Conserua me dñe. 5. ℣. Elegit eam Deus, ⁊ preelegit eaz. ℞. In tabernaculo suo habitare facit eã.

Lec. sec. euãg. sm Mattheũ. Lec. vij.

In illo tẽpore: Accesserunt ad Jesum Pharisei, tentãtes eum, ⁊ dicentes: Si licet homini dimittere vxorẽ suam quacunque ex causa. Et reliqua. 19

Homilia S. Johãnis Chrisost.

Dominus noster, quibus ad perpetuã hortari virginitatem arduũ, atqꝫ duruz videbat, necessitate legis in cupiditatẽ virginitatis ipellit. Posse autẽ nos perpetuã seruare ꝯtinentiã ostendit, dicẽs: Sunt eunuchi, q ex vẽtre matris ita nati sunt, ⁊ qui ab hoibus facti sunt, ⁊ qui seipsos castrauerunt propter regnũ celorum. His pbus ad optandam, eligẽdamqꝫ virginitatẽ inducit. ℞. Beata Agatha ingressa carcerẽ expãdit manus suas ad Deũ, ⁊ dixit: Dñe, q me fecisti vincere tormenta carnificũ. Jube me ad tuam misericordiam peruenire. ℣. Dñe, q me creasti, ⁊ tulisti a me amorez seculi, qui corpus meum a pollutione separasti. Jube. Lec. viij.

Possibile nanqꝫ id esse hominibus: hoc fere modo confirmat. Cogita tecum, si aut a natura eunuchus esses, aut iniuria hominuz sic effectus, quid faceres, cum ⁊ huiusmodi voluptate careres, ⁊ nullam carendo mercedẽ ꝯsequereris? Gratias igitur Deo agas, qꝛ magna premia, rutilãteqꝫ corona s habebis,

bis, si ita viues quemadmoduz sine aliquo vllo premio: imo vero multo facilius, tutius, atq3 iucundius, tum quia spe retributionis corroborarls, tum quia conscientia virtutis gaudes. ℟. Medicinam carnalem corpori meo nunq3 exhibui, sed habeo dnm Jesum Christuz, Qui solo sermone restaurat vniuersa. ℣. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, & mamillam meaz meo pectori restituere, ipsuz inuoco Deum viuum. Qui. Lc. ix. Um ergo de ijs eunuchis dixerit, qui nisi etiam ipsi mente se cotineant, frustra & incassum tales sunt, ac de ijs qui vt celos nanciscatur, se cotinent, subiunxit rursus dicens: Qui potest capere capiat. Ita magis animat, atque incendit, vel quia magnitudinem virtutis ostendit, vel quia inestimabili misericordia sua noluit re in necessitatem legis concludere: & ad hec possibile id esse monstrat, vt eligendi cupiditas crescere possit. Ad Laudes, & per horas an.

Uis es tu, q venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum apostolus Christi: nihil in me dubites filia. ps. Dominus regnauit. 8. cum reliq. An. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui: sed habeo dnm Jesuz Chrm, q solo sermone restaurat vniuersa. Ana. Gratias tibi ago dne Jesu Christe, quia memor es mei: & misisti ad me apl'm tuu curare vulnera mea. Ana. Benedico te pr dni mei Jesu Chri: qa p apl'm tuum mamillam meaz meo pectori restituisti. An. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, & mamillam mea meo pectori restituere ipsu inuoco deu viuu. Cap. Confitebor. 531. hy. Jesu cor. 527. ℣. Diffusa est gratias in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te De' in eternu. Ad Bns. An. Paganorum multitudo fugies ad sepulcrum virginis tulerunt velum eius contra igne: vt comprobaret dns, quoda periculis incendij, meritis beate Agathe martyris sue, eos liberaret. Ad Hor. Ane, vts. Ad iij. Cap. Confitebor. Ad Sextam. Cap. Liberasti. 533. Ad Nona. Cap. Laudabit. oia de coi sanctarum mulieru, cu suis ℟. bz, & ℣. 531. Ad Uespe. An. Quis es tu. cu rel. vts. in Lau. ps. Dixit, 52. cu rel. de dnica, loco vlt. psal. Lauda Jerusale. 60. Ad Mag. An. Stas bta Agatha. vt in j. Uesp. 380

¶ S. Dorothee vg. & mar. Oro. Indulgen. 428. de coi virg. l. iiij. Die 6. B



Orothea virgo ex Cesarea Cappadocie, pter Chri cofessionem ab Apricio pfecto copzehensa, Christe, & Caliste, sororibus; que

quę a fide, defecerāt, tradita est, vt eam a proposito remouerēt. Sed contra factū est: nā eas Dorothea ad cultū Christianę religionis reduxit, ꝑpter quā etiaꝫ martyriuꝫ susceperunt. Quare virgo equuleo diu torta, & palmis cęsis, ad extremum capitis damnata, duplicatam virginitatis & martyrij palmam accepit.

Die 7. C. Die 8. D.

Die 9. E. ¶ S. Apollonię virg. & m. Orō. Deus qui inter cętera. fol. 528. de communi virginum. Lec. iij.



Apollonia, virgo Alexandrina, Decio Imperatore, cū ingrauescente iam ętate, ad idola sisteretur, vt eis venerationem adhiberet, illis cōtēptis Iesuꝫ Chrm, verū Deū, colendum esse prędicabat. Quāobreꝫ oēs ei contusi sunt & euulsi dentes, ac nisi Christū detestata, Deos coleret, accēso rogo, cōbusturos viuā minati sunt impij carnifices: quibus illa, se quamuis mortē pro Iesu Christi fide subituraꝫ, respondit. Itaqꝫ cōprehensa vt cōbureret, cū paulisper, quasi deliberās qd agendū esset, stetisset, ex illoruꝫ manibus elapsa, alacris se in ignem sibi paratū iniecit, vnde breui cōsumpto corpore, purissimus spiritus in cęlum ad sempiternam martyrij coronam euolauit quinto Idus Februarij.

Die 10. F. 11. G. 12. A. 13. B.

¶ S. Valētini presb. & m. Orō. Die 14. C



Pręsta qs oīps De⁹: vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, a cūctis malis imminētibus, eius intercessione liberemur. Per d. Lc. iij. Sermo. Triūphalis. 506. de cōi vni⁹ m̄.

¶ SS. mar. Faustini & Iouitę. Die 15. F Orō. Deus qui nos annua. 513. de cōi pluri. martyrum. Lc. iij.



Faustin⁹ & Iouita, Brixiani, nobiles, in multis Italię vrbib⁹, quo vincti sęuiente Traiano psecutione ducebant, acerbissima supplicia ppessi, fortes in Christianę fidei confessione perstiterunt, Nā Brixię diu vinculis cōstricti, feris etiā obiecti, in ignēque iniecti, & a bestijs, & flāma integri & incolumes seruati sūt, inde vero ijsdē catenis colligatī Mediolanū venerunt, vbi eorū fides tētata, exqsitissimis tormētis, tanqꝫ igne auruꝫ, in cruciatibus magis enituit. Postea Romā missi, ab Euaristo Pōtifice confirmati, ibi quoqꝫ crudelissime torquent, Deniqꝫ perducti Neapolim, in ea etiam vrbe varie cruciati, vinctis manibus, pedibusque in mare demergūtur, vnde per angelos mirabiliter erepti sunt. Quare multos, & constan/

constantia in tormētis, et miraculorum virtute, ad Christi fidem converterunt. Postremo reducti Brixiā, initio suscepti ab Adriano Imperij, securi pcussi, illustrē martyrij coronā accepūt.

Die 16. E. 17. F.

Die 18. G S. Simeonis epi et m. Oro. Infirmitatem. 505. de communi unius martyr. Pontifi. Le. iij.



Imeon, filius Cleophe, post Jacobum proximus, Jerosolymis ordinat⁹ episcopus, Traiano Imperatore apud Atticum consularē est accusatus, quod Christian⁹ esset, et Christi propinquus. Cōprehēdebantur enim oēs eo tpe, quicunqȝ ex genere David orti essent. Quare multis cruciatus tormētis, eodē passionis genere, quod salvator nr̄ subierat, afficitur, mirantibus omnibus, quod homo ętate cōfectus (erat enim centū et viginti annorum) acerbissimos crucis dolores fortiter, constanterque pateretur.

Die 19. A. 20. B. 21. C.

Die 22. D Cathedra S. Petri Antiochię. dup. Fiat offm̄ vtē. i Cathedra Romana. 369. exceptis lcō. ij. noc. qrū loco legunt q̄ sequūt. Sermo s. Augustini epi. Le. iiij.



Nstitutio solennitatis hodiernę a seniorib⁹ nr̄is Cathedrę nomē accepit, ideo, qꝫ prim⁹ apl'oꝝ Petrus hodie ep̄atus cathedram suscepisse referat. Recte igitur ecclesię natalem sedis illius colunt, quā apostolus pro ecclesiarū salute suscepit, dicēte dn̄o: Tu es Petrus, et sup hanc petrā ędificabo Ecclesiā meā. ℟. Tu es pastor. 413. Lectio v.

Etrum itaque fundamētum Ecclesię dn̄s nominavit, et ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ędificij altitudo consurgit. Unde convenienter psalmus, qui lectus est, dicit. Exaltēt eū in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eū. Benedictus De⁹, qui exaltari i ecclesia hoc pręcepit: quia dignum est. ut fundamentum hoc in ecclesia honoretur, p quod in cęlū ascenditur. ℟. Ego pro te. 414. Le. vi.

Uod natalis ergo Cathedrę hodie colitur, sacerdotale honoratur officium. Sibi hoc Ecclesię invicem pręstant, qa tanto necesse plus habet Eccl'ia dignitatis, quanto sacerdotale officium plus honoris. Cum solennitatem hanc Ecclesijs meritō religiosa observatio introduxerit, miror cur apud quosdam infideles, hodie tam periculosus error increverit, ut super tumulos defunctoꝝ, cibos et vina conferant, quasi egressę de corporibus animę carnales cibos requirant. ℟. Petre, amas me? 370.

In

Die ¶ In vigi. S. Matthie apli. Si
13. E nõ venerit in Quadragesi. tres
F 24 lec. leguntur de Dnica. in euang.
Hoc est preceptum meum. 501.
vt in cõi apostolorum. Si autem
venerit i Quadragesima, nihil
fit de vigilia nisi in Missa. Oro.
Da qs. 497. de cõi in vigi. aplor.
Die ¶ S. Matthie apli. dupl. Oro.
24 F



Deus q beatum Matthiam apostolorũ tuorũ collegio sociasti: tribue quesumus: vt eius interuentione, tue circa nos pietatis semper viscera sentiam⁹. Per dominũ.

De Act. apostolorum. Lectio j.

ca. 1. In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit: (erat autem turba hominum simul fere centum viginti) Viri fratres, oportet ipleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum, qui cõnumeratus erat in nobis, z sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, z suspensus crepuit medius, z diffusa sunt omnia viscera eius. ℟. Ecce ego mitto. 498. Lectio secũda.

Et notum factum est oĩbus habitãtibus Jerusalez, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Haceldama, hoc est ager sanguinis. Scriptum est eniz in libro psalmorũ: Fiat commoratio eorũ deserta, z non sit qui inhabitet in ea: z episcopatũ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt cõgregati in omni tẽpore, quo intrauit, z exiuit inter nos dñs Jesus, incipiẽs a baptismate Johãnis vsq3 ad diez qua assumptus est a nobis, testez resurrectionis eius nobiscum fieri vnũ ex istis. ℟. Tollite iugum. 499. Lec. vj.

Et statuerũt duos, Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, z Matthiam, Et orantes dixerũt: Tu dñe, qui corda nosti omniũz, ostende quẽ elegeris ex his duobus vnũ accipere locũ ministerij huius z aplatus, de quo preuaricatus est Judas, vt abiret i locuz suũ. Et dederunt sortes eis, z cecidit sors super Matthiaz: z annumeratus est cum vndecim apostolis. ℟. Dum steteritis. In ij. noc. Lec. Fũdamẽta. 502. vt i cõi apostolor. In iij. noctur. Lcõs. cu... sun... L. vij.

In illo tpe: Rñdens Jesus 11. c dixit: Confiteor tibi pater dñe celi z terre, q2 abscõdisti hec a sapientibus z prudentibus, z reuelasti ea paruulis. Et reliq.

Homilia

Homilia sancti Augustini epi.

Uenite, inquit, ad me oēs q laboratis. Quare eniz oēs laboramus? nisi qr sumus mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quę faciunt inuicez angustias? Sed si angustiantur vasa carnis, dilatētur spatia charitatis. Quid ergo dicit? Uenite oēs, q laboratis, nisi vt nō laboretis? Deniqz pmissio ei⁹ in promptu est, qm̄ laborantes vocauit. Quęrēt forte, qua mercede vocati sunt. Ecce ego vos, inqt, reficiam. Tollite iugū meū sup vos, z discite a me, non mundū fabricare, non cuncta visibilia z inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, z mortuos suscitare, sed qm̄ mitis suz z humilis corde. ℟. Isti. 501. L. viij.

Magnus esse vis, a minimo incipe. Cogitas magnaz fabricaz construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantā quisqz vult z disponit super imponere molē ędificij, quanto erit maius ędificium, tāto altius fodit fundamētum. Et fabrica quidē cū cōstruitur, in suprema cōsurgit: qui autem fodit fundamentuz, ad ima deprimitur. Ergo z fabrica ante celsitudinē humiliat, z fastigiuz post humiliationē erigitur. ℟. Isti sunt viri sancti. Lectio ix.

Quod est fastigiū cōstruendę fabricę, quā molimur? quo peruenturū est cacumē ędificij? Cito dico, vsqz ad cōspectuz Dei. Uidetis, quaz excelsuz est, quāta res est conspicere Deuz? Qui cōsiderat, z qd dico, z quod audit intelligit. Promittit nobis cōspectus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc eniz bonū est, videntē videre. Nā q colūt falsos Deos, facile illos vident, sed eos vidēt, qui oculos habēt, z non vident. Nobis autē promittit visio Dei viuentis, z videntis. Tu autez.

Si hoc festum venerit in Quadragesima, nona lect. legitur de Homilia ferię occurrentis.

Ad Laudes z alias Horas omnia de cōmuni apostolorū. 501. Die 25. G 26. A 27. B 28. C.

MARTII FESTA.

Offiū defunctorūz in quadrag. dn̄ ij. feria. Psal. gradua. iiij. fer. Psalmi pęnitētiales feria sexta. Die 1. D 2. E 3. F 4. G 5. A 6. b.

¶ S. Thomę de Aquino. dup. Die Ad M. Añ O doctor opti. 518. 7. C de cōi confess. non pont. Oratio.



Deus q ecclesiam tuā beati Thomę confessoris tui mira eruditione clarificas, z sancta operatione fęcūdas: da nobis q̄s, z quę docuit, intelle-

intellecta conspicere, & quę egit imitatione complere. Per dñz. Cõme. sctarũ mar. Perpetue, & Felicitatis. In vesp. & Lau. Aña. Istarum est enim regnum cęlorum, quę contempserunt vitam mundi, & peruenerunt ad pręmia regni, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. ℣. Gloria & honore coronasti eas domine. ℟. Et constituisti eas super opera manuum tuarum. Oratio.

DA nobis quęsumus dñe sanctarũ martyrum tuarũ Perpetuę & Felicitatis palmas icessabili deuotione venerari: vt quas digna mente nõ possumus celebrare: humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per do. Deinde fit commemo. de feria. In primo noct. Lectiones. Sapiẽtiam. 521. vt in cõi noct. Lc. iii.

THomas, Landulpho comite Aquinate, & Theodora Neapolitana, nobilibus parẽtibus, natus, Aquino a Corrado Imperatore vastato, quintuz annum agẽs, monachis sancti Benedicti Casinatibus custodiendus traditur. Inde Neapolim studiorũ causa missus, iam adolescens, fratrum prędicatorũ ordinez suscepit. Sed matre ac fratribus id indigne ferẽtibus, Lutetiã Parisiorum mittitur: quẽ fratres, in itinere per vim raptũ in arcem castri sancti Johannis perducũt, vbi varie exagitatus, vt sanctum propositũz mutaret, mulierem etiam quę ad labefactandam eius constantiaz introducta fuerat, titione fugauit. Mox beatus iuuenis flexis genibus ante signuz crucis orans, ibiqz somno correptus p quietem sentire visus est, sibi ab angelis constringi lumbos: quo ex tempore omni postea libidinis sensu caruit: sororibus, quę, vt eum a pio consilio remouerent, in castrum venerunt, persuasit, vt contemptis curis sęcularibꝰ, ad exercitationẽ cęlestis vitę se ↄferrẽt. ℟. Iste est q. 525. L. v.

MIssus e castro per fenestrã, Neapolim reducit, vnde Romam, postea Parisium a fratre Johanne Theutonico ordinis prędicatorum Generali magistro, ductus, Alberto Magno doctore philosophię, ac theologię operã dedit, vigintiquinque annos natus Magister est appellatus, publiceque philosophos, ac theologos summa cum laude est interpretatus. Nunqz se lectioni aut scriptioni dedit, nisi post orationẽ. In difficultatibus locorũ sacrę scripturę ad orationẽ ieiuniũ adhibebat. Quin etiam sodali suo fratri Reginaldo dicere solebat: quicquid sciret, nõ taz studio aut labore suo peperisse, quam diuinitus traditum accepisse. Neapoli cum ad imaginẽ Crucifixi vehemẽtius orarẽt,

oraret, hanc vocē audiuit: Bene scripsisti de me Thoma: quā ergo mercedē accipies? Cui ille: Nō aliā dñe, nisi te ipsū. ℟. Amauit eum dñe. 525. Lectio vj.

Nullum fuit scriptorū genus, in quo nō esset diligētissime versat⁹. Collationes patrū assidue puolutabat: nec tamen a prędicatione diuini verbi desistebat: quod cū faceret p Octauā Paschę in basilica sancti Petri, mulierē, quę eius fimbriā tetigerat a fluxu sanguinis liberauit. Scripta eius & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles, adeo excellunt, vt ob eam causam etiā, nomen Doctoris Angelici iure sit adeptus. Ab Vrbano quarto Romā vocatus, adduci non potuit, vt honores acciperet. Archiepiscopatū Neapolitanum etiā deferēte Clemēte q̄rto Pōtifice recusauit. Miss⁹ a Gregorio decimo ad cōciliū Lugdunēse in monasterio Fossę nouę in morbum incidit, vbi ęgrotus Cantica canticorū explanauit. Ibidē obijt quinquagenarius, anno salutis millesimo ducētesimo septuagesimo quarto, nonis Martij. Miraculis & viuus & mortuus floruit. A Iohāne xxij. in sanctorum numerum relatus est, anno millesimo trecētesimo vigesimo tertio: cui⁹ corpus postea Vrbano v. Summo Pontifice Tolosam translatum est. ℟. Iste homo perfecit. 525. In iij. noct. Homil. in euāg. Vos estis sal terrę. 523. de cōi Doct. Nona lec. dē de Hom. fer. occur.

Die 8. D

Quadraginta mar. in semid. ofo. Die 9. E



Præsta q̄s omnipotens Deus: vt qui gloriosos martyres fortes in tua cōfessione cognouim⁹: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominū. In j. noct. lec. De epla ad Rom. Fratres, debitores sumus. 513. de communi plur. mar. Lec. iiij.

Rege Licinio, & Agricolao pręfecto, ad Sebasten Armenię vrbem quadraginta militū fides in Iesum Christum, & fortitudo in cruciatibus pferendis enituit. Qui sępius in horribilē carcerem detrusi, vinculisq; cōstricti, cum ipsorum ora fuissent contusa lapidibus, in stagnū gelidissimū coniecti sunt. Vna autē erat omniū oratio. Quadraginta in stagnū ingressi sumus, quadraginta itē, dñe, corona donemur, ne vna quidem huic numero desit. Est in honore hic numerus, quē tu quadraginta dierū ieiunio decorasti, per quē diuina lex ingressa est in orbem terrarum. Elias quadraginta dierum ieiunio Deum quęrens, eius visionem consecutus est.

Et hec quidem illorum erat oro. ℟. Sancti tui. 514. Lectio v.

Ceteris autem custodibus somno deditis, solus vigilabat ianitor, qui et illos orantes et luce circumfusos, et solutam glaciem, et quosdam e celo descendentes angelos tanquam a rege missos, qui coronas triginta novem militibus distribuerent, intuens: ita secum loquebatur. Quadraginta hi sunt, quadragesimi corona ubi est? Que dum cogitaret, unus ex illo numero, cui animus ad frigus ferendum defecerat, in proximum tepefactum balneum desiliens, Sanctos illos summo dolore affecit, verum, Deus illorum preces irritas esse non est passus: nam rei eventum admiratus ianitor, mox custodibus e somno excitatis, detractisque sibi vestibus, ac se Christianum esse clara voce professus, iniecit in stagnum. Postridie mane cum prefecti satellites ianitorem quoque Christianum esse cognovissent, tractis omnibus ad litus, bacillis comminuta eorum crura fregerunt. ℟. Verbera carni. 515. Lectio vi.

In eo supplicio mortui sunt omnes, preter Melithonem, natu minimum, Quem cum presens mater eius, fractis cruribus, adhuc viventem vidisset, sic cohortata est: Fili paulisper sustine, ecce Christus ad ianuam stat adiuvans te. Cum vero reliquorum corpora plaustris imponi cerneret, ut in rogum inferrent, ac filium suum relinqui, quod speraret impia turba puerum, si vixisset, ad idolorum cultum revocari posse: ipso in humeros sublato, sancta mater vehicula martyrum corporibus onusta strenue prosequebatur: in cuius amplexu Melithon spiritum Deo reddidit, eiusque corpus in eundem illum ceterorum martyrum rogum pia mater iniecit: ut qui fide et virtute coniunctissimi fuerant, funeris etiam societate copulati, una in celum pervenirent. Combustis illis, eorum reliquie proiecte, in profluentem, cum mirabiliter in unum confluxissent locum, salue et integre reperte, honorifico sepulcro condite sunt. ℟. Tanquam aurum. 515.

In iii. noct. Homilia in evangelium. Descendens Jesus de monte. 517. de communi plurimorum mar.

Die 10. F Die 11. G

S. Gregorii pape et c. et Ecclesie doct. dup. Ad Mag. Ana. Die 12. A
O doctor optime Ecclesie. 518. de communi confess. pontifi. Oro.



Deus qui anime famuli tui Gregorii eterne beatitudinis premia contulisti: concede propitius, ut qui peccatorum

rum nostrorum pondere premimur: eius apud te precibus sublevemur. Per dominũ nostrũ. In j. noc. Lec. Sapientiam omnium. 523. de cõi doctor. L. iiij.

Gregorius magnus Romanus, Gordiani senatoris filius, adolescẽs, philosophię operam dedit: ⁊ prętorio officio functus, patre mortuo, sex monasteria i Sicilia ędificauit, Romę septimuz sancti Andreę noie in suis ędibus, ppe Basilicã Sanctor Johãnis ⁊ Pauli, ad cliuum Scauri, vbi Hilarione ac Maximiano magistris Monachi vitã professus, postea Abbas fuit. A Benedicto Põtifice diaconus Cardinalis creatus: nec multo post a Pelagio, Benedicti successore, Cõstantinopolim ad Tiberiũ Constãtinum Imperatorẽ legat⁹ mittitur: apud quẽ memorabile etiã illud effecit, quod Eutychium Patriarchã, qui scripserat contra verã, ac tractabilem corpor resurrectionem, ita conuicit, vt eius librũ Imperator in ignem inijceret. Quare Euthychi⁹ paulo post cum in morbũ incidisset, instante morte, pellẽ manus suę tenebat, multis pręsentibus dicens: Confiteor quia omnes in hac carne resurgemus. ℟. Inueni Dauid. 520. Lcõ quinta.

Romam rediens, Pelagio pestilentia sublato, summo omnium cõsensu Pontifex eligitur, quem honorem ne acciperet, quandiu potuit recusauit: nam alieno vestitu in spelunca delituit, vbi deprehensus indicio ignee columnę, ad sanctuz Petrũ consecratur, In Põtificatu multa successoribus doctrinę ac sanctitatis exempla reliqt. Peregrinos quotidie ad mẽsaz adhibebat: in quibus ⁊ angelũ ⁊ dñm angelorum peregrini faciae accepit. Pauperes ⁊ vrbanos, ⁊ externos, quor numerũ descriptũ habebat, benigne sustentabat. Catholicã fidẽ multis locis labefactatam restituit. Nã Donatistas in Africa, Arianos i Hispania repressit. Agnoitas Alexandria eiecit, Pallium Syagrio Augustudunensi episcopo dare noluit, nisi Neophytos hęreticos expelleret ex Gallia. Gothos hęresim Arianã relinquere coegit. Missis in Britaniã doctis ⁊ sanctis viris Augustino ⁊ alijs Monchis insulam ad Jesu Christi fidẽ conuertit, vere a Beda p̃sbytero Anglię vocatus Apostolus, Johannis patriarchę Constantinopolitani audaciam fregit, qui sibi vniuersalis Ecclesię episcopi nomen arrogabat: Mauritiũ Imperatorem, eos, qui milites fuissent, monachos fieri prohibẽtẽ, a sententia deterruit. ℟. Posui adiutorium. Lectio sexta.

Ecclesiā ornauit sāctissimis
institutis, ⁊ legib⁹. Apud
S. Petruz coacta synodo, mul-
ta ↄstituit: in ijs, vt in Missa ky-
rie eleison nouies repeteret: vt
extra id tēpus, qd̄ continet Se-
ptuagesima ⁊ Pascha, Alla'ab
diceretur: vt adderet in Cano-
ne, Diesqȝ nostros in tua pace
disponas, Litanias Stationes,
⁊ ecclesiasticum officium auxit.
Quatuor ↄcilijs, Niceno, Cōstā-
tinopolitano, Ephesino, Calce-
donēsi, tanq̄ȝ quatuor euāgelijs
honorem haberi voluit. Episco-
pos quinto quoque anno semel
Romā venire iussit. Multos li-
bros confecit: quos cū dictaret,
testat Petrus diaconus, se spiri-
tū sanctū in colūbę specie, in ei⁹
capite sępe vidisse. Admirabi-
lia sunt, q̄ dixit, fecit, scripsit, de-
creuit, ꝑsertim infirma semp et
ęgra valetudine. Qui denique
multis editis miraculis, pōtifi-
catus anno decimotertio ac mē-
se sexto, quarto Idus Martij, q
dies festus a Gręcis etiaȝ ꝓpter
insignem huius pontificis sa-
pientiā ac sanctitatem pręcipuo
honore celebratur, ad cęlestem
beatitudinem euocatus est. Cu-
ius corpus sepultum est in basi-
lica sancti Petri prope Secre-
tariū. ℟. Iste est qui ante. 525.

Lcō sci euā Sm Matthēū. L. vij.

ca. 5. In illo tempore: Dixit Je-
sus discipulis suis: Vos
estis sal terrę: quod si sal euanue-
rit, in quo salietur? Et reliqua.
[illegible]

Onsiderādū nobis est, fra-
tres carissimi, vt, q vna ea-
demqȝ exhortationis voce nō suffi-
cit simul cunctos admonere, stu-
deat singulos in quantum valet
instruere, priuatis locutionibus
ędificare. Debemus nanqȝ pen-
sare quod a dn̄o sanctis dicitur
apostolis, ⁊ p apostolos nobis:
Vos estis sal terrę. Si igit sal su-
mus, condire mentes fideliū de-
bemus. Vos igitur qui pastores
estis pensate quia animalia Dei
pascitis: de qbus ꝓfecto anima-
libus a Deo per psalmistā dicit:
Animalia tua habitabunt i ea.
Et sępe videmus, quod petra sa-
lis brutis animalibus anteponi-
tur, vt ex eadem salis petra lam-
bere debeāt, ⁊ meliorari. Qua-
si ergo inter bruta animalia pe-
tra salis debet esse sacerdos in
populis. Curare nāqȝ sacerdoti
necesse est, q̄ singulis dicat, vnuȝ
quemqȝ qualiter moneat: vt, qs-
quis sacerdoti iungitur, quasi e
salis tactu ęternę vitę sapore cō-
diatur. ℟. Amauit. 521. L. viij.

Al etenim non sumus, si
corda audientiuȝ non con-
dimus, qd̄ cōdimentū ille proxi-
mo veraciter impendit, q prędi-
cationis verbuȝ non subtrahit.
Sed tunc alijs vere recta prędi-
camus, si dicta rebus ⁊ exēplis
ostendi-

ostendimus. Nullum autē puto, fratres carissimi, ab alijs maius preiudiciū, quaz a sacerdotibus tolerat De⁹: quando eos, quos ad aliorum correptionē posuit, dare de se exēpla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus: nulla animarum lucra q̄rimus; ad nostra quotidie studia vacamus, terrena cōcupiscimus, humanam gloriā intenta mente captamus: Et quia eo ipso, quo ceteris prelati sumus, ad agenda q̄libet maiorē licentiā habem⁹; suscepte benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum, Dei causas relinquimus, ad terrena negocia vacamus: locum sanctitatis accipimus, et terrenis actibus implicamur. ℟. Sint lumbi. 522. Lco ix. oī de sponsi, ter. occurra.

Die 13. B. 14. C. 15. 16. 17. 18.

Die 19. A ¶ S. Joseph confess. dup. Orō.

Sanctissime genitricis tue sponsi q̄s dn̄e meritis adiuuemur: vt qd̄ possibilitas nr̄a non obtinet: ei⁹ nobis intercessione donet. Qui vi. In j nocturn. lec. Justus si morte. 524. de cōi cōfes. nō pontifi.

Sermo s. Bernardi abb. Lectio iiij.

Quis et qualis homo fuerit beatus Joseph, conijce ex appellatione, quā licet dispensatoria, meruit honorari a Deo, vt pater Dei dictus et creditus sit, conijce et ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubites interpretari: et memento magni illius, quondam patriarche venditi in Egypto: et scito ipsius istum non solum vocabulum fuisse sortitum, sed et castimoniam fuisse adeptum, innocentiam assecutum et gratiā. ℟. Iste est qui ante. 525. Lectio v.

Siquidem ille Joseph fraterna ex inuidia vēditus, et ductus in Egyptū, Christi vēditionē prefigurauit: iste Joseph, Herodianam inuidiā fugiens, Christum in Egyptum portauit. Ille dn̄o suo fidē seruans, dn̄e noluit commisceri: iste dn̄am suam, dn̄i sui matrem, virginem agnoscens, et ipse continens fideliter custodiuit. Illi data est intelligētia in mysterijs somniorum: isti datum est, conscium fieri, atque participē celestium sacramentorum. ℟. Amauit. 525. Lectio vi.

Ille frumēta seruauit, non sibi, sed omni populo: iste panem viuum e celo seruandū accepit tam sibi, quam toti mūdo. Nō est dubiū, quin bonus, et fidelis homo fuerit iste Joseph; cui mr̄ despōsata est saluatoris.

Fidelis, inquam, seruus, ꝛ prudens, quem constituit dñs sue matris, solatiū, sue carnis nutricium, solum deniqꝫ in terris magni ꝯsilij coadiutorem fidelissimum. ℟ Iste homo perfecit. In iij. noc. Resp̄. in euā. Cuꝫ esset desp̄o. 84. vt in vig. Natiui.

Die 20. B

Die 21. C ℭ S. Bñdicti ab. dup. oīo. Intercessio. 524. de cōi ꝯf. nō pont. In j. noc. lec. De libro Ecclesiast. Laudemꝰ viros gloriosos. 522. vt in cōmuni plur. pōtif. Le. iiij.



Enedictus Nursie nobili genere ortꝰ, Rome liberalibus disciplinis eruditus, vt totum se Iesu Christo daret, ad eum locuꝫ qui Sublacus dicitur, in altissimam speluncam penetrauit. In qua sic per triennium delituit, vt vnus id sciret Romanus monachus, quo ad vite necessitatē ministro vtebatur. Dum igitur ei quodam die ardentes ad libidinem faces a diabolo subijcerentur, se in vepribus tandiu volutauit, dum, lacerato corpore, voluptatis sensus dolore opprimeretur. Sed iam erumpente ex illis latebris fama eius sanctitatis, quidam monachi se illi instituēdos tradiderūt: quoꝝ viuendi licentia cū eius obiurgationes ferre non possent, veneꝫ in potione dare cōstituunt. Verum poculū ei prebentibus, crucis signo vas confregit. ac relicto monasterio, in solitudinem se recepit. ℟ Iste est q. 525. Le. v.

Sed cum multi ad eū quotidie discipuli ꝯuenirent, duodeciꝫ monasteria edificauit, eaqꝫ sanctissimis legibus cōmuniuit. Postea Cassinum migrauit, vbi simulacrum Apollinis, qui adhuc ibi colebatur, cōminuit, aram euertit, ꝛ lucos succēdit, ibiqꝫ sctī Martini sacelluꝫ, ꝛ sancti Iohannis ediculam extruxit, oppidanos autem, ꝛ incolas Christianis p̄ceptis imbuit. Quare augebat̄ in dies magis diuina gratia Bñdictus, vt etiā prophetico spiritu ventura prediceret. Quod vbi accepit Totila Gothorum rex, exploraturus an re ita esset, spathariū suū regio ornatu ꝛ comitatu p̄mittit, q se regem simularet. Quem vt ille vidit, depone, inquit, fili depone, quod geris: nam tuum non est. Totile vero predixit aduentum eius in Vrbē, maris transmissionem, ꝛ post decem annos mortē. ℟ Amauit. 525. L. cō. vj.

Qui aliquot mēsibus anteqꝫ e vita migraret, premonuit discipulos, quo die esset moriturus: ac sepulcruꝫ, in quo suū corpus ꝯdi vellet, sex diebus anteqꝫ, eo inferret̄ aperiri iussit, sextoqꝫ die deferri, voluit in ecclesiā, vbi sumpta eucharistia sublatis

blatis in celū oculis orans, inter manus discipulorū efflauit animam: quā duo monachi euntez in celum viderūt, pallio ornataz pretiosissimo circū eam fulgentibus lampadibus: & clarissima & grauissima specie virū stātem supra caput ipsius dicētez audierunt: Hec est via, qua dilectus dñi Benedictus in celum ascendit. ℟. Iste homo perfecit. 525. In ij. noct. Homilia in euange. Ecce nos rel. 502. de cōi abb.

Die 22. D. 23. E. 24. F.

25. G ANNVNCIATIO BEATAE Marie virginis. dup.

Si hoc festum venerit in maiori hebd. vt infra oct. Pasche trāsfertur post oct. & in fine añarum, versi. & ℟. additur Haleluiah. quod fit in omnibus festis que celebrantur tempore Paschali. Ad Vesperas. Añs. Missus est Gabriel angelus. 389. cū rel. de Laud. psal. de beata virg. Cap.

Is. 11.



Ecce virgo concipiet, & pariet filiuz, & vocabit nomē ei⁹ Emmanuel: butyruz & mel comedet, vt sciat reprobare malū, & eligere bonū. ℣. Aue maria. 544. ℟. Aue Maria, gratia plena. ℟. Dñs tecū. Ad Mag. Añ. Spūs sanctus in te descēdet Maria, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Oro.

DEus qui de beate Marie virginis vtero verbum tuū, angelo nūciāte, carnē suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eam genitricez dei credimus, ei⁹ apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per eū. Ad Mat. inui. Aue Maria grā plena: Dñs tecū. ps. Venite. 1. Hy⁹. Quē ter. 545. Añ. Benedicta tu. ps. Dñe dñs nr. 545. cū rel. Añis vt in officio parue S. Marie in fine Brev. ℣. Specie tua & pulchritudine tua. ℟. Intēde, psp̄ere, pcede, & regna. De Isaia propheta. Lectio j.

ET adiecit dñs loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signū a dño deo tuo in profundū Inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dñm: Et dixit: Audite ergo domus David. Nunqd parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signuz. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonuz. ℟. Missus est Gabriel angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbū, & expauescit vir- Is. 7.

go de lumine. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud dñz. Ecce ɔcipies, ꝛ paries, ꝛ vocabitur altissimi filius. ℟. Dabit ei dñs Deus sedem Dauid patris eius, ꝛ regnabit in domo Jacob in eternum. Ecce conci. Lec. ij.

O Et egredief virga de radice Jesse, ꝛ flos ð radice ei⁹ ascendet. Et requiescet sup euz spūs dñi, spiritus sapientie, ꝛ intellectus, spūs ɔsilij, ꝛ fortitudinis, spūs sciencie, ꝛ pietatis, ꝛ replebit euz spiritus timoris dñi. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque ꝺm auditum aurium arguet, sed iudicabit in iusticia pauperes, ꝛ arguet in equitate pro mansuetis terre: ꝛ percutiet terram virga oris sui, ꝛ spiritu labiorꝫ suoꝝ interficiet impiuz. Et erit iusticia cingulum lumboꝝ eius, ꝛ fides cinctorium renum eius. ℟. Aue Maria, gratia plena, dñs tecum: Spūs sanctus superueniet in te, ꝛ virtus altissimi obūbrabit tibi: quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. ℣. Quomodo fiet istð qñ virū non cognosco? Et rñdens angelus, dixit ei, Spūs Lec. iij.

L Etabitur deserta, ꝛ inuia, ꝛ exultabit solitudo, ꝛ florebit quasi liliū. Germinās germinabit, ꝛ exultabit, letabunda, ꝛ laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli, ꝛ Saron: ipsi videbunt gloriam domini, ꝛ decorez Dei nostri. Confortate man⁹ dissolutas, ꝛ genua debilia roborate, Dicite pusillanimis, Confortamini, ꝛ nolite timere: ecce Deus vester vltionē adducet retributionis: de⁹ ipse veniet, ꝛ saluabit vos. Tunc aperientur oculi cecorum, ꝛ aures surdorꝫ patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, ꝛ aperta erit lingua mutorꝫ: quia scisse sunt in deserto aque, ꝛ torrentes in solitudine. Et que erat arida, erit in stagnum, ꝛ sitiens in fontes aquarū. ℟. Suscipe verbū virgo Maria, quod tibi a dño p angelum transmissum est: concipies, ꝛ paries deum pariter ꝛ homiez. Ut bñdicta dicaris inter oēs mulieres. ℣. Paries quidē filiū ꝛ virginitatis non patieris detrimentū: efficieris grauida, ꝛ eris mr̄ sēp itacta. Ut. Gl'a. Ut. In ij noc. Aña. Specie tua. ps. Eructauit. 546. ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius nō ɔmouebitur. Sermo sancti Leonis pape. Lec. iiij.

D Eus oẽs, ꝛ clemens, cuius natura bonitas, cuius volūtas potētia, cuius opus misericordia est: statim vt nos diabolica malignitas veneno suo mortificauit inuidie, predestinata renouādis mortalib⁹ sue pietatis remedia, inter ipsa mundi primordia, ꝑsignauit, denūcians serpenti

serpēti futurū semen mulieris, quod noxij capitis elationē, sua virtute cōtereret, Christum, scilicet in carne venturum. Deum hominemq; signans, qui natus ex virgine violatorem humanę progeniis, incorrupta natiuitate damnaret. ℟. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, dicit dn̄s. Et vocabitur nomen eius admirabilis, deus fortis. ℣. Super solium David, & sup regnū eius sedebit in ęternum. Et vo. L. v.

Nam qr gloriabatur diabolus, sua fraude deceptum hoiem diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatū, durā mortis subijsse sentētiā, seq; in malis suis quoddam de preuaricatoris cōsortio inuenisse solatiū: Deū quoq; iustę seueritatis exigente ratione, erga hoiem, quē in tanto honore condiderat, antiquā mutasse sententiam: Opus fuit, dilectissimi, secreti dispēsatione cōsilij, vt incōmutabilis deus, cuius voluntas nō potest sua benignitate priuari, primā pietatis suę dispositionē sacramento occultiore cōpleret: & homo diabolicę iniqtatis versutia actus in culpam, [illegible] Dei propositum nō periret. ℟. Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascēdet. Et erit iustitia cingulū lumborū eius, & fides cinctorium renum eius. ℣. Et requiescet sup eum spūs dn̄i, spūs sapientię, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis. Et erit iustitia. Lectio vj.

Aduenientibus ergo tēporibus, dilectissimi, quę redemptioni hoīum fuerāt cōstituta, ingreditur hęc infirma Jesus Christus, dn̄s nr̄, de cęlesti sede descēdens, & a paterna gloria nō recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus: nouo ordine quia inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris: incōprehensibilis, voluit cōprehēdi: ante tēpora manens esse cępit ex tpe: vniuersitatis dn̄s seruilem formam obumbrata maiestatis suę dignitate suscepit: impassibilis Deus, nō dedignatus est homo esse passibilis, & immortalis legibus subiacere. ℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudib⁹ efferā, nescio: Quia, quē cęli capere nō poterant, tuo gremio ptulisti. ℣. Bn̄dicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui. Qr. Glo. Quia. In in noc. Aña. Gaude Maria virgo. ps. Cātate 547. An. Dignare me laudare te. Aña. Angelus dn̄i nuntiauit Marię, & concepit de spū sancto. ℣. Elegit eam Deus, & pręelegit eam. ℟. In tabernaculo suo habitare facit eam. Homilia in euāge. Missus est. 78. q̄ habet lec. iij. Quatuor tempoꝝ de Aduētu. vij. ℟. O, ōgratulamini mihi oēs qui

qui diligitis dñm, qz cum essem paruula placui altissimo: Et de meis visceribus genui Deuz: ꝛ hominē. ℟. Beatam me dicent oēs generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Et dē. V. ℟. Gaude Maria virgo, cūctas hereses sola interemisti, quę Gabrielis archangeli dictis credidisti. Dū vgo deū ꝛ hoiem genuisti, ꝛ post partū virgo inuiolata pmansisti. ℣. Beata es q̄ credidisti, qz pfecta sunt ea q̄ dicta sunt tibi a dño. Dum vir.

Ad Laudes ꝛ per horas Ana.

Missus est Gabriel angel⁹ ad Mariam virginez desponsatam Joseph. ps. Dñs regna.7. cū rel. Ana. Aue Maria gratia plena, dñs tecuz: benedicta tu in mulieribus. Ana. Ne ti meas Maria: inuenisti gratiaz apud dñz: ecce ɔcipies, ꝛ paries filiū. Ana. Dabit ei dñs sedē Dauid patris eius, ꝛ regnabit in ęternum. Ana. Ecce ancilla dñi, fiat mihi ƀz verbū tuum. Cap. Ecce virgo concipiet. Hym. O gloriosa dña. 548. ℣. Aue Maria gratia plena. ℟. Dñs tecuz. Ad Bñs. Ana. Quō fiet istud angele dei, qm̄ virū non cognosco? Audi Maria virgo: Spūs sanctus superueniet in te, ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ad Tertiam. Cap. Ecce virgo ɔci. vts. ℟. br. Specie tua. 530. ℣ Adiuuabit. de cōi virginum.

Ad Sextam. Capitulum.

Dabit illi dñs Deus sedē Dauid patris eius, ꝛ regnabit in domo Jacob in ęternū, ꝛ regni eius nō erit finis. ℟. bre Adiuuabit. 530. ℣ Elegit. I. L

Ad Nonam. Capitulum.

Egredietur virga de radice Jesse, ꝛ flos de radice eius ascēdet, ꝛ requiescet super euz spiritus domini. ℟. br. Elegit eam. 530. ℣ Diffusa est gra. In ij. vesp. oia sūt vts. in j. vesp. Ad Magnificat, Antiphona. II. J

Gabriel angelus locut⁹ est Marię dicēs: Aue gratia plena: dñs tecū: bñdicta tu in mulieribus. Die 26 A. 27 B. 28 C. 29 D. 30 E. 31 F.

FESTA APRILIS.

Offm̄ defunctoꝝ j. die nō impe. Die 1 B. 2 A. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

S. Leonis pp ꝛ cf. dup. Offo: Exaudi qs. 518. de cōi cf. pont. In j noct. legit epla j. beati Petri apli. Petr⁹ Apostolus. 218. q̄ hz Dñica v. post pascha. L. iiij. Die 11. C

Leo primus Etruscus, eo tēpore pręfuit ecclesię, cū rex Hūnorum Attila; cognomento Flagellum Dei, in Italia inuadens, Aquileiam triēnij obsidione captam diripuit, ꝛ incendit: vnde cum Romam ardenti furore raperet, iamqz copias, vbi Mincius in Paduz influit, traijcere para

pararet, occurrit ei Leo: malorum Italię impendentium misericordia permotus: cuius diuina eloquētia persuasum est Attilę, vt regrederet. Qui interrogatus a suis, quid esset, quod prętër cōsuetudinem, tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret, respondit, se astantem quendam alium illo loquente, sacerdotali habitu, veritum esse, sibi stricto gladio minitātem mortē; nisi Leoni obtemperaret. Quare in Pannoniam reuersus est. ℟. Inueni Dauid. 520. Lec. v.

Leo autem Romę singulari omniū lętitia, exceptus, paulo post inuadenti vrbē Genserico, eadem eloquētię vi, ₇ sanctitatis opinione persuasit, vt ab incēdio, ignominijs, ₇ cędibus abstineret. Sed cū ecclesiā a multis hęresibus oppugnari, maximeqʒ a Nestorianis, ₇ Eutychianis exagitari videret, totū se ad eam purgandā, ₇ in fide catholica ɔfirmādā ɔtulit. Quare concilium Chalcedonense indixit, vbi sexcētis triginta coactis episcopis, Nestorius, Eutychiusqʒ cōdemnati sunt, ₇ Dioscori fracta superbia, eiusqʒ concilij decreta, sua auctoritate confirmauit. ℟. Posui adiu. Lectio vj.

His actis sanctus Pontifex se ad reficiēdas, ₇ ędificandas ecclesias conuertit. Cuius suasu Demetria, pia fęmina, sancti Stephani Ecclesiā cōstruxit, in suo fundo via Latina, tertio ab vrbe milliario: ipsa via Appia sub noīe sancti Cornelij altera cōdidit. Multas pterea ₇ sacras ędes, ₇ sacra earū vasa restituit. In tribus basilicis, Petri, Pauli, ₇ Cōstantiniana, cameras extruxit. Ædificauit monasteriū vicinū basilice sancti Petri: sepulcris apostolorū custodes adhibuit, quos cubicularios appellauit. Statuit, vt in actione mysterij diceret, Sanctū sacrificiū, immaculatā hostiā. Sanxit, ne monacha benedictum capitis velamen reciperet, nisi quadraginta annorū virginitatē probasset. His ₇ alijs pclare gestis, cum multa sancte ₇ luculēter scripsisset, tertio Idus Aprilis obdormiuit in dn̄o, sedit in pōtificatu annos vigintiunū, mensem vnū, dies tredecim. ℟. Iste est q. 520.

Lcō. s. euā. sm̄ Mattheū. L. vij.

In illo tempore: Venit Iesus in partes Cęsareę Philippi, ₇ interrogabat discipulos suos dicens: Quē dicunt homines esse filium hominis? Et rel. 16. ca.

Homilia Sancti Leonis Papę.

Cum sicut euāgelica lectione reseratū est interrogasset dn̄s discipulos, quem ipsum multis diuersa opinātibus, crederent, respondissetque beatus Petrus dicēs: Tu es Christus, filius Dei viui: dn̄s ait: Beatus es Si

es Simon Bar iona, quia caro & sanguis nõ revelavit tibi, sed pater me⁹, qui in cęlis est: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, & portę inferi nõ pręvalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni cęlorum: & quodcũq; ligaveris super terram, erit ligatũ & in cęlis: & quodcunq; solveris super terrã, erit solutum & in cęlis. Manet ergo dispositio veritatis, & beat⁹ Petrus in accepta petrę fortitudine perseverans, susceptã Ecclesię gubernacula nõ reliquit. ℞ Amavit eum. 521. Lectio viij.

In universa nãq; ecclesia, tu es Christus filius Dei vivi, quotidie Petr⁹ dicit: & omnis lingua, quę cõfitetur dñm, magisterio huius vocis imbuitur. Hęc fides diabolũ vicit, & captivorum eius vincula dissoluit. Hęc erutos mũdo, inserit cęlo: & portę inferi adversus eam prępvalere nõ possunt. Tanta enim divinitus soliditate, munita est, vt eã neq; hęretica vnquã corrumpere pravitas, nec pagana potuerit superare perfidia. His itaq; modis, dilectissimi, rationabili obsequio celebratur hodierna festivitas, vt in psona humilitatis meę ille intelligatur, ille honoretur: in quo & oium pastorum solicitudo, cũ cõmendatarũ sibi ovium custodia pseverat, & cuius etiam dignitas in indigno hęrede non deficit. ℞ Sint lumbi. Lect. ix.

Cum ergo cohortationes nostras auribus vestrę sanctitatis adhibemus, ipsum vobis, cuius vice fungimur, loqui credite: quia & illius vos affectu monem⁹, & nõ aliud vobis, quam qd docuit pdicamus: obsecrantes, vt succincti lũbos mẽtis vestrę castam & sobriã vitã in timore Dei ducatis. Corona mea, sicut Apl's ait, & gaudiũ vos estis: si fides vestra, q̃ ab initio evãgelij, & in vniverso mũdo prędicata est, in dilectione & sanctitate permanserit. Nam licet oẽm Ecclesiam, q̃ in toto est orbe terrarum cũctis oporteat florere virtutibus, vos tamẽ pcipue inter cęteros populos decet meritis pietate excellere, quos in ipsa apostolicę petrę arce fundatos dñs noster Jesus Chrs cũ omnibus redemit, & beatus apostolus Petrus prę oibus erudivit.

Die 12 D. Die 13 E.

Sanctorum martyrũ Tiburtij, Valeriani, & Maximi. Oratio. Die 14. F



Præsta q̃s omnipotens Deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum Tiburtij, Valeriani, & Maximi solẽnia colimus, eorum etiã virtutes imitemur. Per do. L. ij.

Valerianus Romanus, nobili genere ortus, Marco Aurelio

Aurelio Antonino Imperatore bonatu beatę Cecilię virginis & martyris quā sibi pari nobilitate vxorē desponderat, vna cū Tiburtio fratre a sancto Vrbano papa baptizat. Quos vbi prefect⁹ vrbis Almachi⁹ Christianos esse cognouit, & patrimonio pauperib⁹ distributo, Christianorum corpora sepelire, accersitos grauiter reprehendit, atque vbi Christum Deum constanter cōfitentes, Deos autem demoniorum inania simulacra prędicantes vidit, virgis cędi iubet. ℟. Hęc est vera frater. 515. Lec. iij.

Sed cum verberibus cogi nō possent, vt Iouis simulacrū venerarētur, immo fortes in fidei veritate permanerēt, ad quartum ab vrbe lapidem securi feriuntur. Quorum virtutē admiratus Maximus, pfecti cubicularius, qui eos ad suppliciū perduxerat. Christianū se esse professus est, cū multis ptereа pręfecti ministris: q paulo post plūbatis cōtusi, oēs ex diaboli ministris, Christi dñi martyrs euaserūt. COMMVNE SANCTOR. tēpore Paschali habet cum cōi alterius (?) ante cōe mar. 510. Die 15. B. Die 16. A.

Die 17. B ¶ S. Aniceti pp & m. oro. Deus qui nos. 505. ne cōiū dñi. L. iiij.

Anicetus Syrus, Imperatorib⁹ Vero & Marco, pręfuit ecclesię. Decreuit ne clerici comā nutrirēt. Quinquies mēse Decembri ordinauit episcopos nouem, presbyteros decē & septē, diaconos quatuor. Vixit in Pontificatu annos vndecim, mēses quatuor. Propter Christi fidem martyrio coronatus, sepultus est via Appia in cęmeterio, quod postea Calisti appellatum est, decimo quinto calendas Maias. Die 18. C. 19. D. 20. E. 21. F.

¶ S. Sotheris & Caii pontificū & martyrum (?) semid. Oratio. Die 22. G

Beatorum martyrū pariterqz Pontificum Sotheris et Caij, nos, qs dñe, festa tueātur: & eorum commendet oratio veneranda. Per dominum. Lectio iiij.

Sother Fundis in Campania natus, sanciuit ne sacrę virgines vasa sacra & pallas attingerent, neue turis ministerio in Ecclesia vterent. Idem statuit, vt Christi corpus, i cęna dñi sumeret ab omnibus, ijs exceptis, qui propter graue peccatū id facere prohiberentur. Sedit in Pontificatu annos nouē, & menses tres: martyrio coronatur, & in cęmeterio, quod postea Calisti dictū est, sepelitur, more maiorum mense Decēbri creatis episcopis vndecim, presbyteris decē & octo, diaconis nouem. ℟. Lux perpetua. 510. Lec. v.

Caius

Caius: Dalmata ex genere Dioclitiani Imperatoris, instituit: vt bis ordinum et honorum gradibus in Ecclesia ad episcopatum ascēderentur, Hostiarij, Lectoris, Exorciste, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri. Hic Dioclitiani crudelitatem in Christianos fugiens, aliquandiu in spelūca delituit: verū octo post annis vna cū Gabino fratre martyrij coronam consecutus est, cū vixisset annos vndecim, mēses quatuor, dies duodecim, creatis epis quinque, presbyteris vigintiquinqz, diaconis, octo, Sepultus est in cemeterio Calisti decimo Calendas Maij. ℟. In seruis. 510.

Lec. vj. Sermo Scti Ambrosij.

Dignū 7 cong. 510. vt iiij. noc. ℟. Filie Jerusalem, folio. 511.

In iij. noct. Homilia in euangel.

Ego suz vitis vera, 7 pater. 511. de cōmuni mar. tempore Pasc.

Die 23. A ¶ S. Georgij mar. semid. Orō.

Deus qui nos beati Georgij, martyris tui, meritis et intercessione letificas: concede propitius: vt qui tua per eum beneficia poscim⁹, dono tue gratie consequamur. Per dominuz nrm.

vt ij. noc. Lec Dignū 7 cg. 510.

In iij. noc. Homilia in euang.

Ego suz vitis 7 vos palmi. 513. de cōi mar. tempore Paschali.

Dio 24. B

¶ S. Marci euāg. dup. Oia de cōi Apostolorz tpe Paschali, preter ea que hic assignantur. Orō. Die 25. C



Deus qui btūm Marcū euangelistā tuū, euāgelice predicatiōis gratia sublimasti: tribue qs: eius nos semper 7 eruditione proficere, 7 oratione defendi. Per dnm.

In j nocturno lect. Ezechielis. Et factū. 332. que hnr Dnica j. Nouembris in Off. de tempore.

℟ j. Tristitia vra, hala. con. 505. ℟. ij. Beatus vir, q metuit. 504. ℟. iij. Preciosa in conspe. 504.

Ex libro S. Hieronymi presbyt. de scriptorib⁹ ecclesiasticis. Lec. iiij.

Marc⁹ discipul⁹ 7 interpres Petri, iuxta qd Petrum referētē audierat: rogat⁹ Rome a fratrib⁹ breue scripsit euangeliū. Qd cū Petrus audisset probauit, 7 eccl'ie legēdū sua auctoritate edidit. Assumpto itaque euāgelio, qd ipse cōfecerat, perrexit Ægyptum, 7 primus Alexādrie Chrm annūcians, cōstituit Eccl'iam tāta doctrina 7 vite cōtinentia, vt oēs sectatores Christi ad exemplūz sui cogeret. ℟. Lux perpe. 504. Lectio quinta.

Deniqz

Denique Philo disertissimus Judęorum, videns Alexandrię primam Ecclesiam adhuc Judaizantem, quasi in laudem gentis suę librum super eorum conuersatione scripsit. Et quomodo Lucas narrat Jerosolymę credentes omnia habuisse communia, sic & ille, quod Alexandrię sub Marco fieri doctore cernebat, memorię tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandrię, succedente sibi Aniano. ℟. Uirtute ma. Lectio v. Sancta quatuor animalia. ℟. Isti sunt agni. 504. Et in iij. noct. Hom. in euange. Designauit dñs. 502. Ad cõi Euã.

Die 26. D ¶ SS. Cleti & Marcellini pontificum, & martyr. semidup. Oro.



Beatorum martyrum pariterque pontificum Cleti & Marcellini nos dñe foueat pretiosa confessio, & pia iugiter intercessio tueatur. Per dominum. Lectio quarta.

Cletus Romanus patre Æmiliano, de regione Uicopatricij, Imperatoribus Uespasiano & Tito Ecclesiam gubernauit. Is ex pręcepto principis apostolorum, in Urbe uigintiquinque presbyteros ordinauit. Primus, in literis verbis illis vsus est: Salutem et Apostolicam benedictionem. Qui ecclesia optime constituta, cum ei pręfuisset annos duodecim, mensem vnũ, dies vndecim, Domitiano Imperatore, secunda post Neronẽ psecutione, martyrio coronatus est, & in Uaticano iuxta corpus beati Petri sepultus, cessauit tũc episcopatus dies viginti. ℟. Lux ppe. 510. Lc. v.

Marcellinus Romanus, in immani illa Dioclitiani Imperatoris persecutione perterritus, deorum simulacris tus adhibuit: cuius peccati mox eũ tãtopere pęnituit, vt Sinuessam ad conciliũ centũ octoginta episcoporum venerit, cilicio indutus, vbi lacrymis profusis, scelus suũ palam confessus est. Quẽ tamẽ dãnare ausus est nemo, sed oẽs vna voce clamarunt, Tuo te ore non nostro iudicio iudica. Nam prima sedes a nemine iudicatur. Petrũ quoque ppter eandẽ animi ifirmitatẽ deliquisse, & a deo similibus lacrymis veniam impetrasse. ℟. In seruis. Lec. vj.

Marcellinus Romã reuersus Dioclitianũ adit, grauiter eum accusans, quod se ad tantam impietatem impulisset. Quamobrem ille Marcellinum vna cũ tribus alijs Christianis Claudio, Cyrino, & Antonino capite plecti iubet. Quorũ proiecta corpora cum triginta sex dies iussu Imperatoris sepultura caruissent, beatus Marcellus a sancto Petro in somnis admonitus,

nitus, presbyteris, et diaconis, hymnis ac luminibus adhibitis, honorifice sepeliendu curavit in cemeterio Priscillę, via Salaria. Rexit Ecclesiā annos nouē, mēses duos, dies vigintisex. Quo tpe fecit ordinationes duas mēse Decēbri: qbus creauit psbyteros quatuor, epos p diuersa loca quinqz. R. Filię Jerlin. 511 In iij. noct. homilia sup euang. Ego sum vitis et vos palmi. 512. de cōi marty. tēpore Paschali.

Die 27. E.

Die 28. F ¶ Sancti Vitalis mart. Oro.



Resta qs ops De⁹: vt q beati Vitalis martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nois amore roboremur. p. L. ij.

Vitalis miles, sanctor Geruasij et Prothasij pater, vna cū Paulino iudice Rauennā ingressus, cū vidisset Vrficinū medicuz ob Christianę fidei confessionē ductū ad suppliciū, paululū in tormētis titubare, exclamauit: Vrficine medice, qui alios curare solitus es, caue ne te mortis ęternę iaculo cōficias. Qua voce cōfirmatus Vrficin⁹, martyriū fortiter subiuit. Quare Paulinus incēsus, Vitalē cōprehendi iubet, et equuleo torqueri, atqz in profundam foueaz demersuz lapidib⁹ obrui. Quo facto q dā Apollinis sacerdos, q Paulinuz in Vitalē incitarat, oppressus a demone clamare cępit: Tu me nimiū Vitalis Christi martyr incendis: et illo ęstu iactatus, se pręcipitauit in flumen.

Die 29. G Die 30. A.

FESTA MAII.

Die 1. B ¶ Sctōrum apostolorum Philippi et Jacobi, duplex. Omnia de cōi apostolor tpe Paschali. exceptis his, q dic sunt propria. Ad Cōp. Ain Dñe ostēde. 393. cu rel' d lau. ps. Dixit dñs. 52. Ad cp. rel. fine Laudate d. oēs gē. 54. Cap. Stabunt iusti. 503. Hym. Tristes erāt. 503. ℣. Scti et iusti. Ad Mag. An. Non turbet cor vestrum, neqz formidet: creditis in Deuz, et in me credite. In domo patris mei mansiones multę sunt, haleluiah, hal'ah. Oro.



Deus q nos annua apostolorū tuorū Philippi et Jacobi solēnitate lętificas, pręsta qsumus, vt quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dñm nostrum. In j. noct. si tunc tpis nō legitur de epla bti Jacobi, ponitur initiū eius colr pro pmis tribus lect. vt in iij. Dñica post Pasc. 214. Et R. 1. 503. Sicut legat, ponatur

tur... ea quo die ... L. iiij.

Philippus Betsaidę natus vnus ex duodecim apostolis, qui primum a Christo dño vocati sunt: a quo cũ accepisset Nathanael venisse Messiam in lege pmissum, ad dñm deduct⁹ est. Quam vero Christus eũ familiariter adhiberet, illud facile declarat, quod gẽtiles Saluatorem videre cupiẽtes ad Philippũ accesserunt: & dñs cum in solitudine hominũ multitudinẽ pascere vellet, sic Philippũ affatus est: Unde ememus panes, vt manducent hi? Js, accepto spiritu sctõ, cum ei Scythia ad prędicandum euangeliũ obtigisset, oẽm fere illã gentẽ ad Christianam fidem cõuertit. Postremo cum Hierapolim Phrigię venisset, pro Christi nomine cruci affixus, lapidibusq; obrutus est Calẽdis Maij. E... corp⁹ ibidẽ a Christianis sepultum, postea Romã delatũ, in ecclesia duodecim apostolorũ vna cum corpore beati Jacobi apostoli conditum est. ℟. Lux perp. 503. L. v.

Jacobus, frater dñi: cognomẽto Just⁹, ab ineũte ętate vinũ & siceram non bibit, carne abstinuit, nunq̃ tonsus est, nec vnguẽto, nec balneo vsus. Huic vni licebat ingredi in Sãcta sanctorũ: idem lineis vestibus vtebatur: cui etiam assiduitas orãdi ita callũ genibus obduxerat, vt duritie, cameli pellẽ imitaretur. Eũ post Christi ascensionẽ apostoli Jerosolymor. epm creauerunt: ad quem etiã princeps apostolorũ misit, qui nunciaret se e carcere ab angelo eductum fuisse. Cũ autẽ in Cõcilio Jerosolymis controuersia esset orta de lege & circuncisione: Jacob⁹ Petri sententiã secutus, ad fratres habuit concionẽ: in qua vocationẽ gentium probauit: fratribusq; absentibus scribendũ esse dixit, ne gẽtibus iugũ Moysaicę legis imponerent. De quo & loquitur Apostolus ad Galatas: Aliũ autem apostolorũ vidi neminẽ, nisi Jacobũ fratrẽ dñi. ℟. Uirtute magna. 504. L. vj.

Tanta autẽ erat Jacobi vitę sanctitas, vt fimbriã vestimenti eius certatim homines cuperent attingere. Nã is sexaginta sex annos nat⁹, cũ triginta annos illi ecclesię sãctissime prę fuisset, Christũ dei filiũ constantissime prędicãs, lapidibus primum appetit, mox in altissimũ tẽpli locũ adductus, inde pręcipitatus est. Qui cõfractis cruribus, iacens semiuiuus manus tẽdebat ad cęlũ, deũq; pro illorum salute deprecabat his verbis: Jgnosce eis dñe, qa nesciũt quid faciunt. Qua in oratione, grauiter ei⁹ capite fullonis fuste pcusso, aiã Deo reddidit septimo Neronis anno, & iuxta tẽplũ

vbi præcipitatus fuerat, sepultus est. Unā scripsit epistolaʒ quę de septē catholicis est. ℟. Isti sunt. Lcōe euang. fm Joheīm. L. viij.

ca. 14. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nō turbetur, cor vestrum, neque formidet. Creditis in Deum, ⁊ in me credite. In domo patris mei mā siones multę sunt. Et reliqua. Omelia scti Augustini epi.

Erigenda est nobis fratres ad Deū maior intentio, vt verba sancti euāgelij, quę modo in nostris aurib⁹ sonuerūt, etiam mēte capere vtcunqʒ possimus; Ait enim dñs Jesus: Nō turbet cor vestrū: creditis in Deuʒ: ⁊ in me credite. Ne morteʒ tanqʒ homines timerēt, ⁊ ideo turbarentur, cōsolatur eos, etiam se Deū esse prestans. Creditis, inquit, in deū, ⁊ in me credite. Consequēs est enim, vt, si in Deū creditis, ⁊ in me credere debeātis: qḋ non esset consequēs, si Christus non esset de⁹. ℟. Ego suʒ. 504. ℣ iij

Creditis in Deū: ⁊ in eum credite, cui natura est: non rapina, esse ęqualē Deo: semetipsum enim exinaniuit, non tamen formam Dei amittens, sed formam serui accipiens. Mortē metuitis huic formę serui? non turbetur cor vestrum: suscitabit illam forma Dei. Sed quid est, quod sequitur? In domo patris mei mansiones multę sunt? nisi quia ⁊ sibi metuebant: vnde audire debuerunt. Non turbet cor vestrū. Quis enim eorū non metueret, cum Petro dictuʒ esset; fidētiori atqʒ prōptiori: Nō cantabit gallus, donec ter me abneges? ℟. Candidi scti sūt. 504. ℣ iiij

Angʒ ergo essent ab illo peritur, merito turbabātur: sed cū audiunt, In domo patris mei māsiones multę sunt: si quominus dixissem vobis, qa vado vobis parare locū: a pturbatione recreant, certi, ac fidētes, etiaʒ post pericula tētationū se apud Deū cū Christo esse mansuros: qa etsi alius est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior: in domo patris mei mansiones multę sunt: nullus eorum alienabitur ab illa domo, vbi mansioneʒ pro suo quisque accepturus est merito. Ad Laudes ⁊ per horas. Aña.

Domine ostēde nobis patrem ⁊ sufficit nobis, hal. Ps. Dñs regna. 8. Cum reli. Aña. Philippe qui videt me, videt ⁊ patrē meū, hal. Aña. Tanto tempore vobiscum suʒ, ⁊ non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem meum, hal. Aña. Si cognouissetis me, ⁊ patrem meuʒ vtiqʒ cognouissetis; ⁊ amodo cognoscetis euʒ, ⁊ vidistis eū, hal. hal. hal. Aña. Si diligitis me mandata mea seruate, hal. hal. hal. Cap. Stabunt iusti.

sti. 503. Hym. Claro pascha. 504. Ps. Preciosa. Ad Bñ. Añ. Ego sum via, veritas, et vita: nemo venit ad patrē, nisi p me, hal. Ad vesp. Añ. Dñe ostēde nobis. vt añ. cū rel. de com. Psalmi vt in ij. vesp. de cōi Apostolor. 501. Hymn. Tristes erant apli. 503. Ps. Preciosa in conspectu domini; haleluiah. R. Mors sanctorū eius, haleluiah. Ad M. Añ. Si mãseritis in me, et verba mea in vobis mãserint, quodcūqȝ petieritis fiet vobis: hal. hal. hal.

Die 2. C. In festo Sci Athanasij epi. et confessoris. om. Ad Mag. Añ. O doctor optime, Ecclesię. 518. Oratio. Exaudi quęsumus. 518. de cōi cōfessoris pontifi. Lectio.



Thanasius Alexādrinus catholicę religionis propugnator acerrimus; ab Alexādro epo Alexādrino psbyter fact⁹ est: in cui⁹ locū successit, quē etiā antea diaconus, secutus fuerat ad Nicęnū cōciliū: vbi cū Arij impietatem repressisset, tantū odiū Arianorum suscepit, vt ex eo tempore ei insidias moliri nunquam desiterint. Nam coacto ad Tyruȝ concilio, magna ex parte Arianorum episcoporū, subornarunt mulierculā, quę accusaret Athanasium, quod hospitio acceptus sibi stuprum per vim intulisset. Introductus igitur est Athanasius; et vna cum eo Timotheus presbyter: qui simulans se esse Athanasiuȝ, Ego ne, inquit, mulier apud te sum diversat? et ego te violaui? Cui illa petulanter: Tu mihi vim attulisti: idqȝ iure iurãdo affirmãs, iudicum fideȝ obtestabatur, vt tantum flagitiū vindicarent. Qua cognita fraude, reiecta est mulieris impudētia. R. Inveni Dauid. 520.

Verū cum Arsenius, Athanasij lector, metu dñi apud Arianū quendam latitaret, ecce aduersarij, manum mortui deferunt in iudiciuȝ rab Athanasio ad vsum magicę artis Arsenio amputatam criminātes. At Arsenius nocte aufugiens, cuȝ se in cōspectu totius cōcilij statuisset, Athanasij inimicorū impudētissimuȝ scelus aperuit. Nō illi nihilominus magicis artib⁹ Athanasij tribuētes, vitę eius insidiari nō desistebāt. Quãobrē illorū et Imperatoris Cōstantij Arianorum fautoris, irę cedens, cum magnā partem orbis terrę peragrasset, in sicca cisterna sex annis se abdidit, eius rei tantū conscio quodaȝ Athanasij amico, q eū clam sustentabat. Sed aliqñ Jerosolymitani concilij, et Julij primi Pontificis maximi decreto; Constantisqȝ ad Constantinū fratrē literis, Ecclesię suę restituit. R. Posui ad. Lec.

Onstāte mortuo, sibi per-

 tinaciter

tinaciter infestos Arianos fugiens, in Gallia apud Treuiros exulauit. Inde reuersus Alexandriam, cum a Juliani apostate satellitibus ad necem conquireretur: qua fugiebat nauicula conuersa in contrariam fluminis partem, his, qui se insequerentur, ex industria occurrit: & querentibus, Nunquid de Athanasio sciret: respondit, se non longe illum naui euntem vidisse: itaque illos contrarium tenentes cursum effugit. Qui paulo post Alexandrie alia exorta tempestate, quatuor menses in paterno sepulcro delituit. Ac denique ex tot tantisque periculis diuinitus erept⁹, Alexandrie mortuus est in suo lectulo sub Valente: cui⁹ vita & mors est magnis nobilitata miraculis. Multa pie, & ad illustrandam catholicam fidem preclare scripsit, sex que & quadraginta annos in summa temporum varietate Alexandrinam ecclesiam sanctissime gubernauit. ℟. Iste est qui ante.

Lectio s. euangelii secundum Mattheum. Le. vij.

10. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Et reliqua.

Homilia s. Athanasij episcopi.

In lege ciuitates refugiorum erant pro iis, qui ad cedem querebantur, vt aliquo modo persecutorem euaderent. In consummatione porro seculorum cum aduenisset illud ipsum verbum patris, quod Moysi ante locutum fuerat, rursus preceptum fugiendi condidit: Cum vos, inquiens, persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam. Paulo quem post subiicit. Cum videritis illam abominationem desolationis, que dicta est per Danielem prophetam, consistentem in loco sancto, (qui legit intelligat) tunc qui in Judea sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto est, ne descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro est, non reuertatur tollere tunicam suam. Amauit. 521. Lectio.

Hoc cum scirent sancti, ad eam normam vitam suam temperauerunt. Que autem in presentia precepit dominus, ea quoque ante suam in carne conuersationem locutus est in sanctis: & hoc genus forme institutique hominibus perfectionem conciliat. Nam quod Deus iniunxerit, faciendum est, ideoque & ipsum Verbum propter nos homo factum, voluit, quemadmodum & nos, cum quereretur, & cum persecutionem pateretur, fugere, & insidias declinare. Cum autem tempus a se definitum ipse sibi adduxisset, in quo corporaliter pro hominibus pati volebat, vltro se ipsum pro omnibus, sicuti scriptum est, obtulit. ℟. Sint lumbi. Lectio ix.

Sancti vero ex formula accepta, vt pote a domino erudi ti, & priscis olim, & sequentibus temporibus in certamine, quod illis erat cum persecutoribus, & fuga

fuga se instantibus eripiebant, & quaerentibus, sese per latebras subducebant: quippe qui, vt hoies, ignari erãt tpis, sibi a diuina prouidẽtia cõstituti: ac proinde minime sese insidiatoribus ingerebant, cũ nõ ignorarẽt id, qđ scriptũ est: In manib⁹ Dei esse sortes hoium: & dñs occidere, & viuificare: Atq3 ideo vsq3 ad decursũ sui tpis expectare maluerunt, errãtes interim p solitudines, vt Apl's dixit, in melotis, & pellib⁹ caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti, in spelũcis, & in foraminibus terrę latitãtes, donec aut mortis definitũ tempus superueniret, aut, quoadusque definitor tẽporis De⁹ ipsis hoc ipsum indicaret: vel persecutores inhibens, vel psecutorib⁹ eos tradẽs, prout illi opportunius videbat.

¶ Inuẽtio. S. Crucis. duplex. Ad Vesp. Añ. Helena Cõ. 397. cũ rel. de Laud. ps. Dixit dñs. 52. cum rel. de Dñica, & loco vlti. ps. Laudate dñm oẽs gen. 54. Cap.

phil. 2



Fratres: Hoc eni sentite i vobis, qđ & i Christo Jesu: qui cũ in forma Dei esset, nõ rapinam arbitrat⁹ est, esse se ęqualẽ Deo: sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs, in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo. Hym. Vexilla regis. 173. ℣. Hoc passionis tempore. dicat. In hoc Paschali tẽpore. In fine Gloria tibi dñe, Qui surrexisti a mortuis. ℣. Hoc signũ crucis erit in cęlo, hal'ah. ℟. Cum dñs ad iudicandum venerit, hal'ah. Ad Magnifi. añ. O crux splendidior cunctis astris, mundo celebris, hominibus multũ amabilis, sanctior vniuersis: q̃ sola fuisti digna portare talentũ mũdi: dulce lignũ, dulces clauos, dulcia ferens pondera, salua pręsentem cateruã, in tuis hodie laudibus congregatã. Hal'. hal'. Oro.

Deus q in pręclara salutiferę crucis inuentione passiõis tuę miracula suscitasti: concede: vt vitalis ligni pretio, ęternę vitę suffragia psequamur. Qui. Deinde pro scõ Athanasio. Añ. O doctor opti. 518. vt in primis vespe. Et oro de cõi. Postremo. Pro scõ. SS. m. Alexãdri, Euẽtij, Theoduli, ac Iuuenalis Oro.

Presta q̃s oipotens Deus, vt qui sanctorum tuorum Alexandri, Euentij, Theoduli, atq3 Iuuenalis natalitia colim⁹, a cunctis malis imminentibus eorũ itercessionib⁹ liberemur. p. Ad inuitatoriũ. Inui. Christum regem crucifixũ, Venite adorem⁹, hal'. ps. Venite. Hym. Pange. 174. In

In i. noct. An. Inuentę crucis fe
sta recolimus, cuius pręconium
vniuersum p orbē micāti lumi
ne fulget, hal. Ps. Brūs. 2. Qua
re fre. 2. Dñe qd multiplicati. 2.
℣. Hoc signum crucis erit in cę
lo, halelulab. ℟. Cum dominus
ad iudicandum venerit, halab.
De epistola beati Pauli aposto.
ad Galatas. 3. Lectio prima.

Ga. 3. Q Uicunq3 ex operib⁹ legis
sunt, sub maledicto sunt:
scriptum est enim: Maledictus
omnis q non permāserit in om
nibus quę scripta sunt i libro le
gis, vt faciat ea. Qm̄ autem in le
ge nemo iustificat apud Deū,
manifestū est, quia iustus ex fide
viuit. Lex autem non est ex fide,
sed Qui fecerit ea homo, viuet
in illis. Christus nos redemit de
maledicto legis, factus p nobis
maledictus, (quia scriptum est:
maledictus omnis qui pēdet in
ligno) vt in gētibus benedictio
Abrahę fieret in Christo Iesu,
vt pollicitationem spiritus acci
piam⁹ p fidē. ℟. Gloriosum diē
sacra venerat ecclesia, dū trium
phale reseratur lignū. In quo
redemptor noster, mortis vincu
la rumpens, callidū aspidem su
perauit, halab, hal. hal. ℣. In li
gno pendens nostrę salutis semi
tā, verbū pris inuenit. In quo.
De epla ad Philippenses. L. ij.

Ph. 2. H Oc eniz sentite i vobis qd
& in Christo Iesu: qui cū
in forma Dei esset, non rapinā
arbitratus est esse se ęqualē deo,
sed semetipsū exinaniuit, formā
serui accipiens, in similitudinē
hominum factus, & habitu inuē
tus vt homo. Humiliauit semet
ipsum factus obediens vsque ad
mortem, mortem autem crucis.
Propter qd & Deus exaltauit
illum, & donauit illi nomē quod
est super oē nomē: vt in noīe Ie
su oē genu flectatur, cęlestiū, ter
restrium, & infernorum, & ois lin
gua cōfiteatur, quia dñs noster
Iesus Christus in gloria est Dei
patris. ℟. Crux fidelis inter om
nes, arbor vna nobilis: nulla sy
ua talem profert, fronde, flore,
germine. Dulce lignum, dulces
clauos, dulce pondus sustinuit,
halab. ℣. Super omnia ligna ce
drorum tu sola excelsior. Dulce.
De epla b. Pau. epl. ad Col. L. iij.

I N Chro inhabitat ois ple 2. ca.
nitudo diuinitatis corpora
liter, & estis in illo repleti, q est,
caput omnis principatus & po
testatis, in quo & circuncisi estis
circuncisione non manufacta in
expoliatione corporis carnis, sed
in circuncisione Christi cōsepul
ti ei in baptismo, in quo & resur
rexistis p fidem opationis Dei,
q suscitauit illum a mortuis. Et
vos cū mortui essetis in delictis
& pputio carnis vestrę, conuiuifi
cauit cū illo donās vobis oia de
licta, delens quod aduersus nos
erat

erat chirographũ decreti, quod erat contrariũ nobis: et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, et expolians principatus et potestates, traduxit confidenter, palam triũphans illos in semetipso. Hec est arbor dignissima i paradisi medio situata. In qua salutis auctor ppria morte mortem oium superauit, halla, hal. Crux precellẽti decore fulgida, quam Helena Constantini mater concupiscenti animo requisiuit. In qua. Gloria pa. In. Felix ille triumphus sit salus egris, vite lignum, mortis remediũ, hal. Cum inuocarẽ. 506. Verba mea. 506. Dñe dñs. 506. Adoramus te Christe, et benedicimus tibi, halleluiah. Quia p crucẽ tuã redemisti mundum, halla.

Post insignem victoriam, quam Constantinus Imperator diuinitus: accepto signo dominice crucis, ex Maxentio reportauit, Helena Constãtini mr in somnis admonita, conquirende crucis studio Jerosolymã venit: vbi marmoream Veneris statuam in crucis loco a Gentibus collocatam, ad tollendam Christi dñi passionis memoriã, post centum circiter octoginta annos euertẽdã curauit. Quod item fecit ad presepe Saluatoris, et in loco resurrectionis, inde Adonidis, hinc Jouis sublato simulacro. Nos autẽ gloriari oportet in cruce dñi nri Jesu Christi, in quo est salus, vita, et resurrectio nostra: Per quem saluati, et liberati sumus, hal. Tuam crucem adoramus dñe, et recolimus tuam gloriosaz passionem. Per quem.

Itaq3 loco crucis purgato, alte defosse tres cruces, erute sunt, repertusque seorsum ab aliis crucis dñice titulus: qui cũ ex tribus cui affixus fuisset, non appareret, eam dubitationez sustulit miraculũ: nã Macharius Jerosolymorum episcopus, factis Deo precibus, singulas cruces cuidam femine graui morbo laboranti admouit: cui cum reliqui nihil profuissent, adhibita tertia crux, statim eam sanauit. Dum sacruz pignus celitus reuelatur, Christi fides roboratur: Adsunt prodigia diuina in virga Moysi primitus figurata, hal. hal. Ad crucis contactuz resurgũt mortui, et Dei magnalia referantur. Adsunt.

Helena salutari cruce inuẽta, magnificẽtissimam ibi extruxit ecclesiã, in qua partem crucis reliquit thecis argenteis inclusam, partẽ Cõstantino filio detulit: que Rome reposita fuit in ecclesia sancte Crucis in Jerusalẽ edificata in edibus Sessorianis. Clauos etiã attulit filio, quib9 sanctissimũ Jesu Christi corpus

corpus firŭ fuerat. Quo ex tēpore Cōstantinus legē sanciuit, ne crux ad suppliciū cuiquā adhiberetur: ita res, quę antea hominibus probo ac ludibrio fuerat, venerationi & glię esse cępit. ℟. Hoc signum crucis erit in cęlo, cū dominus ad iudicandū venerit: Tūc manifesta erūt abscōdita cordis nostri, alleluia, alle. ℣. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, & ceperit iudicare sęculū per ignem. Tunc. In iii. noct. Aña. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per crucem tuam redemisti mūdum, all. ps. Cātate. 547. Dñs regnauit exultet. Cātate ij. 547. ℣. Omnis terra adoret te, & psallat tibi, allelu. ℟. Psalmum dicat nomini tuo domine, allelu. Lcō 5. euā. sm Johannez. L. vij.

Ca. 3. In illo tēpore: Erat homo ex Phariseis, Nicodemus nomine, princeps Iudęorū: hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus, quia a Deo venisti, magister. Et reliqua. Homilia Sancti Augustini epi.

Nicodemus ex ijs erat, qui crediderant in noie Jesu, videntes signa & prodigia quę faciebat: superius enim hoc dixit. Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderūt in noie eius. Quare crediderunt? sequitur & dicit. Videntes signa eius quę faciebat. Et de Nicodemo qd dicitur? Erat princeps Judęorum, Nicodemus nomine, hic venit ad eū nocte, & ait illi. Rabbi, scimus, qa a Deo venisti magister. Et iste ergo crediderat in noie eius. ℟. Dulce lignum, dulces clauos: dulce pondus sustinuit. Quę sola digna fuit portare pretiū huius sęculi, all. ℣. Hoc signū crucis erit in cęlo, cū dn̄s ad iudicandum venerit. Quę. Lec. viij.

Sequitur: Nemo pōt hec signa facere: quę tu facis, nisi fuerit Deus cū eo. Si ergo Nicodemus de illis multis erat, qui crediderāt in nomine eius, iam in isto Nicodemo attendamus, quare Jesus non se credebat eis. Respondit Jesus, & dixit ei. Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum dei. Ipsis ergo se credit Jesus, q nati fuerint denuo. Ecce illi crediderūt in eum, & Jesus non se credebat eis. Tales sunt omnes catechumeni: ipsi iam credunt in nomine Christi: sed Jesus non se credit illis. ℟. Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitā ęternam, all. ℣. Non misit Deus filium suum in mundum: vt iudicet mundum: sed vt saluet mundus per ipsum. Ut om. Gl. Ut.

Pro

Pro sanctis martyribus Alexandro, Eventio, Theodulo ac Iuvenale epo & confessore. Lectio ix.

Alexander Romanus Traiano Imperatore regēs ecclesiam, magnam partem Romanę nobilitatis ad Christum convertit. Is instituit, vt tantummodo panis & vinum in misterio offerrentur: vinum autē aqua misceri iussit, propter sanguinē, & aquā, quę ex Iesu Christi latere profluxerūt: & in Canone addidit: Qui pridie quā pateretur. Idem decrevit, vt aqua benedicta sale admisto, perpetuo in ecclesia asservaret, & in cubiculis adhiberet, ad fugandos dęmones. Sedit annos decem, menses septē, & dies duos, vitę sanctitate, & salutaribus institutis illustris. Martyrio coronatus est vna cum Eventio presbytero, & Theodulo diacono, sepultusq; est via Nomentana tertio ab vrbe lapide, eodem in loco, vbi securi percussus fuerat, creatis diverso tempore mense Decembri, quinque episcopis, totidem presbyteris, & duobus diaconis. Eorum corpora postea in vrbem translata, in ecclesia sanctę Sabinę, condita sunt. In eundem diē incidit beata mors sancti Iuvenalis Narniensis episcopi, qui cum plurimos in ea vrbe sanctitate, & doctrina Christo peperisset, clarus miraculis, in pace quievit, ibique honorifice sepultus est.

Ad Laudes & per horas. Aña.

Helena, Constātini mater, Ierosolymā petijt, halal. Ps. Dominus regnavit. 8.

Tunc pręcepit eos omnes igne cremari: at illi timentes tradiderunt Iudam, halal. Aña. Mors & vita apposita sunt tibi, si non ostenderis mihi crucem Christi, halleluiah. Aña. Cumque ascendisset Iudas de lacu, perrexit ad locum, vbi iacebat sancta crux, halleluiah. Antiphona. Orabat Iudas, Deus Deus meus ostende mihi lignum sanctę crucis, halleluiah. Cap. Fratres, hoc enim. 395. Hym. Lustris sex. 176. ℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, halleluiah. ℟. Quia per crucē tuā redemisti mundum, halleluiah.

Ad Benedictus. Antiphona.

Helena sancta dixit ad Iudam: Comple desiderium meū, & vives super terram: vt ostēdas mihi, q dicitur Calvarię locus, vbi absconditum est preciosum lignum dominicum, halleluiah.

Ad Tertiam. Capitulum.

Fratres, hoc enim. 395. ℟. br. Hoc signum crucis erit in cęlo, halal, halal. ℣. Cū dñs ad iudicandū venerit. Hal. ℣. Adoramus te Christe & benedicimus tibi, halleluiah. ℟. Qui per crucē tuam redemisti mundum, hal.

Ad

Ad Sextam. Capitulum.

Gal. 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce dñi nři Jesu Christi, p quē mihi mūdus crucifixus est, ꝛ ego mūdo. ℟. Adoram᷒ te Christe, ꝛ benedicimus tibi, hal. hal. ℣. Quia per crucem tuam redemisti mundum. Hal. ℣. Omnis terra adoret te ꝛ psallat tibi, halab. ℣. Psalmū dicat nomini tuo, halelulab.

Ad Nonam. Capitulum.

Phil. 2 Humiliauit semetipsum factus obediēs vsq; ad mortem, mortē autē crucis. Propter quod ꝛ Deus exaltauit illum, ꝛ donauit illi nomen, qđ est sup oē nomē. ℟. Ois terra adoret te, ꝛ psallat tibi, halab, hala. ℣. Psalmum dicat nomini tuo. Halab, hal. ℣. Hoc signum crucis erit in cęlo, hal. ℟. Cum dñs ad iudicandum venerit, halab.

Ad ve. p āna Helena. vt 3. p 8. Dixit do. 5 2. Ires de onica, ꝛ ps corūt ps Laudate dñm oēs. 54. Cap. Frēs Hoc eniz. 395. Hy. Vexilla. 176. ℣. Hoc signū crucis erit in cęlo, hal. ℟. Cum dñs ad iudicandum venerit, halab.

Ad magnificat. Antiphona.

Crucē sanctā subijt, qui infernū ↄfregit, accinct᷒ est potentia, surrexit die tertia, halab. Oro ut s. Deinde fit comme. S. Monicę.

Die 4. E C. S. Monicę viduę. Ant. Veni spōsa. ℣. Specie tua. Oro Exaudi. 531. de cōi scāz mulieꝝ. Lc. ij.



Monica sancti Augustini dupliciter mater, quia eum ꝛ mūdo, ꝛ cęlo peperit: marito mortuo, quem etiam senectute confectū Jesu Christo conciliauerat, castam, ꝛ operibus misericordię exercitam viduitatem agebat: in assiduis vero ad Deum orationibus pro filio qui in Manichęorum sectam inciderat, lacrymas effundebat, quem etiam Mediolanum secuta est: vbi ipsum frequenter hortabat, vt ad epm Ambrosium se ↄferret: qđ cum ille fecisset, eius ꝛ publicis concionib᷒, ꝛ priuatis colloquijs fidei veritatem edoctus, ab eodem baptizatus est. Lectio ij.

Mox in Africam redeuntes, cum ad Ostia Tiberina constitissent, incidit in febrē: quo in morbo, cum eam quodā die anima defecisset, vt se collegit, vbi, inquit, eram? ꝛ astantes intuens, ponite hic matrem vestram: tantum vos rogo, vt ad altare domini memineritis mei. Nono autem die beata mulier animā Deo reddidit. Eius corpus ibi in ecclesia sanctę Aureę sepultum est: quod postea Martino quinto summo Pontifice Romam translatum, in ecclesia sancti Augustini honorifice conditum est. Tu autem domine.

Die 5 F. S. Jo.

Die 6.B ℂ [illegible] 503.

[illegible] In feruẽtis olei dolium missus beatus Johãnes apostolus, diuina se protegente grã, illesus exiuit, halal'. [illegible]



DEus, q cõspicis, quia nos vndiqz mala nostra perturbãt: prest̃a q̃s: vt beati Johãnis apostoli tui ⁊ euangelistę, intercessio gloriosa nos protegat. Per dominũ nostrũ.

[illegible] 226 [illegible]

JOhannes aplus, vnus ex discipulis dñi, q minimus traditur fuisse inter apostolos, ⁊ quem fides Chri virginez repe rerat, virgo pmansit, ⁊ ideo plus amatur a dño, ⁊ recumbit super pectus Jesu: ⁊ ꝙ Petrus interrogare non audet, illum rogat, vt interroget: ⁊ post resurrectionem, nũciante Maria Magdalene, ꝙ dñs resurrexisset, vterqz cucurrit ad sepulcrum, sed ille preuenit: Cumqz essent in naui, ⁊ piscarent in lacu Genezareth, Jesus stabat in litore, nec sciebant apostoli quez viderent: solus virgo virginem agnoscit, ⁊ dicit Petro, dominus est. ℟. Lux perpetua. 504. Lectio v.

HEit autem Johãnes apostolus, ⁊ euangelista, ⁊ propheta: apostolus, qa scripsit ad ecclesias, vt magister: euangelista, qa librũ euangelij ꝯdidit, qđ excepto Mattheo, alij ex duodecim aplis non fecerunt: propheta, vidit enim in Pathmos insula, in q̃a fuerat a Domitiano principe ob dñi martyrium relegatus, Apocalypsim, infinita futurorũ mysteria continentẽ. Refert aũt Tertullianus, ꝙ Romę missus in feruentis olei doliuz, purior, ⁊ vegetior exiuerit, quaz intrauerit. ℟. Uirtute. 504. ℟. vi.

SEd ⁊ ipsum eius euangelium multum distat a cęteris. Mattheus quasi de homine incipit scribere, Liber generationis Jesu Christi filij Dauid, filij Abraham: Lucas a sacerdotio Zacharię: Marcus a prophetia Malachię prophetę, ⁊ Jsaię. Primus habet faciem hominis propter genealogiam: secundus faciem vituli propter sacerdotium: tertius faciem leonis, propter vocem clamantis in

in deserto: Parate viam dñi, rectas facite semitas ei⁹. Johãnes vero nr̃ quasi aqla ad supna volat, ⁊ ad ipsũ pręz puenit dicẽs: In principio erat verbũ, ⁊ verbũ erat apud Deũ: ⁊ De⁹ erat verbum. ℟ Isti sunt agni. 504.

Lectio [illegible] vij.

ca. 20. In illo tẽpore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedęi cum filijs suis, adorans ⁊ petens aliquid ab eo. Et reliq.

Homilia S. Hieronymi presbyt.

Unde opinionem habet regni mr̃ filiorũ Zebedęi? vt cum dñs dixerit, Filius hoīs tradetur principibus sacerdotũ, ⁊ scribis: ⁊ cõdemnabunt eũ morte, ⁊ tradent gẽtibus ad illudendum, ⁊ flagellandũ, ⁊ crucifigendum: ⁊ ignominiã pasśionis timentibus discipulis nũciaret, illa gloriã postulet triũphantis? Hac, vt reor ex causa: qa post oia dixerat dñs: Et tertia die resurget: Putauit eũ mulier post resurrectionem illico regnaturũ, ⁊ hoc, qđ in secundo aduẽtu ꝓmittitur, in primo esse cõplẽdũ, ⁊ auiditate fęminea, pręsentia cupit, immemor futurorũ. ℟ Ego sum vitis. 504. Lectio octaua.

Mater postulat, sed dñs discipulis loquitur, intelligens preces eius ex filiorũ descendere voluntate. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Calicem in scripturis diuinis intelligimus pasśionem iuxta illud: Pater, si posśibile est, transeat a me calix iste. Et in psalmo: Quid retribuã dño ꝓ oibus quę retribuit mihi? Calicem salutaris accipiã, ⁊ nomen dñi inuocabo. Statimqz infert, qs sit iste calix: Pretiosa in conspectu dñi mors sanctorũ eius. ℟ Candidi. 504. Lectio nona.

Quęritur, quomodo calicem martyrij Zebedęi filij Jacobus videlicet, ⁊ Johannes, biberint; cum scriptura narret, Jacobũ tantũ apostolũ ab Herode capite truncatũ. Johannes autẽ propria morte vitam finierit? Sed si legamus ecclesiasticas historias, in quibũ fert, qđ ⁊ ipse ꝓpter martyriũ sit missus in feruentis olei doliũ, ⁊ inde ad suscipiendam coronam Christi athleta ꝓcesserit, statimqz relegatus in Pathmos insulã sit, videbimus martyrio animũ nõ defuisse, ⁊ bibisse Johannẽ calicẽ confesśionis, quẽ ⁊ tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor nõ fuderit sanguinẽ.

Die 7. A.

¶ In Apparitiõe S. Michaelis archãgeli dup. Offiũ fit vt in alio festo mẽsis Septẽb fo. 469. pter lec. ij. noc. ⁊ in fine Inuitatorij. Antiphonarum; ps. ⁊ ℟ breue additur Haleluiah. ⁊ sub prima Ant. cuiuslibet noctur. dñr tres psalmi. In primo nocturno. Lectiones. Die 8. B

Aspicie

Aspiciebam.469. Lectio.iiij.

Beatum Michaelē archangelū sępius hominibus appa/ruisse, 7 sanctorum librorum, auctori/tate, 7 veteri sanctoruȝ traditio/ne comprobatur. Quamobrem multis in locis facti memoria ce/lebratur, Euȝ vt olim synagoga Iudęorū, sic nunc custodē 7 pa/tronū Dei veneratur Ecclesia. Gelasio autē primo Pontifice Maximo, i cacumine Gargani Apulię, mōtis, ad cuius radices incolę sunt Sipōtini, archāgeli Michaelis fuit illustris appari/tio. ℟. Hic est, Mich.470. ℣.

Factū est enim vt ex gregi/bus armētoꝝ Gargani cu/iusdam taurus lōge discederet; quē diu cōquisitū, in aditu spelū/cę hęrētē inuenerūt. Cū vero q/dam ex illis, vt taurum ɔfigeret sagittā emisisset, retorta sagitta in ipsuȝ recidit sagittariū. Quę res cū p̄sentes, ac deinceps cęte/ros tanto timore affecisset, vt ad eam speluncam propius accede/re nemo auderet. Sipōtini epm̄ cōsulunt: qui indicto trium die/rum ieiunio, 7 oratione, reȝ a Deo respōdit quęri oportere. ℟. Ue/nit Michael.471. Lectio sexta.

Post triduum Michael ar/changelus episcopuȝ mo/net in sua tutela esse eum locuȝ, eoqȝ indicio demonstrasse, velle ibi cultū Deo in sui 7 angelorū memoriā adhiberi. Quare eps vna cum ciuibus ad eam spelun/cam ire pergit. Quaȝ cū in tem/pli cuiusdam similitudinem cō/formatam vidissent, locum illuȝ diuinis officijs celebrare cępe/runt, qui multis postea miracu/lis illustratus est. Nec ita multo post Bonifacius Papa Romę in summo Circo scti Michae/lis ecclesiam dedicauit.iij. Calē. Octobris, quo die etiam omniū angelorum memoriaȝ Ecclesia celebrat. Hodiernus auteȝ dies archāgeli Michaelis apparitio/ne ɔsecratus est. ℟. In tpe illo. In iij. noctur. Homil. in euāgel. Accesserūt discipuli ad Ie.471. vt in alio festo mēsis Septemb. Ad laudes. pe. oia de scō Michae/le cum com. ne. sequentis festi.

¶ S. Gregorij Nazianzeni epi 7 confessoris. Dup. ... Die 9.

O doctor optime.413.

Deus, q populo tuo ęternę salutis bea/tum Gregoriū mi/nistrum tribuisti: p̄sta q̄s: vt quem doctorē vitę habuimuȝ in terris, intercessorē habere mereamur in cęlis. Per dominuȝ.

Gregorius nobilis Cappa/dox, qui ex singulari diui/narū literarū scientia Theologi cognomē cōsecutus, Nazianȝi in Cappadocia natus, Athenis in omni

oi disciplinarum genere, vna cũ Basilio eruditus ad studia sacrarum literarũ se conuertit: in qbus se in cęnobio tredecim annos exercuerũt, illarũ sententiã non ex proprio ingenio: sed ex maiorũ ratione auctoritate interpretantes. Qui cũ doctrina, et vitę sanctitate florerent: vocati ad munus prędicandę euangelicę veritatis, plurimos Jesu Christo filios pepererunt. Lectio v.

Gregorius igit aliquando domum reuersus, primus Sasimorũ, deinde Nazianzi epũs creatus est. Tũc Cõstãtinopolis ad eam regendã ecclesiã accersitus, eã ciuitatẽ cũ hęresum purgatã erroribus ad catholicã fidẽ reduxisset, quod ei summũ oiũ amorẽ pciliare debebat, multorũ parauit inuidiaz. Itaqz cum inter episcopos magna propterea esset facta seditio, sponte cedens episcopatui, illud pphetę dictũ vsurpauit: Si propter me cõmota est ista tempestas, deijcite me in mare vt vos iactari desinatis. Quare Nazianzum redijt. quaz ecclesiã cũ aliquot annos sanctissime gubernasset, ad extremum delecto successore, totus se ad cõtemplationem et scriptionem diuinarum rerum contulit. Lectio vi.

Cripsit autẽ multa et soluta oratione, et versibus mirabili pietate et eloquẽtia: qbus doctorũ hoium, sanctorũqz iudicio id assecutus est, vt nihil i illis nisi ex verę pietatis, et catholicę religionis regula reperiat, nemo qequã iure vocare possit in dubiũ. Cõsubstantialitatis filij fuit acerrimus ppugnator. Et autẽ vitę laude nemo ei pręposit' est: sic et orationis grauitate oẽs facile superauit. In ijs scribẽdi ac legendi studijs, ruri vitã monachĩ exercẽs Jmp. Theodosio, ad cęlestẽ vitã senio cõfect', migrauit. In euangel. Homilia in euangel. Uos estis sal ter. s 23. de cõi doct.

Die 10. Sanctorum Gordiani et Epimachi martyrum. Oratio.




A qs ops Deus: vt qui beatorum martyrum tuorũ Gordiani et Epimachi solennia colimus: eorũ apud te intercessionibus adiuuemur. Per dñm. Lectio i.

Gordianus iudex, cũ ad eũ Januarius pbyter, tanqz Christianę religionis cultor puniendus, missus esset, quẽ cõdemnaturus erat, ab eodez in Christiana fide instructus, cum vxore, et qnquaginta tribus alijs ex eadẽ familia Romę baptizatur. Quare Julian', relegato Januario, Gordianũ a Clementiano Uicario icludi iubet i carcerem. Qui postea eundem Gordianum, vinctum catenis, ad se accersitum, cũ a fidei proposito deterrere nõ posset, plumbatis

diu cęsus, capite plecti imperat. Cuius corpus, ante Apollinis templum canibus obiectum, noctu a Christianis sepelitur in eadem crypta, in quā reliquię beati Epimachi martyris translatę fuerant ab Alexādria: vbi is diu propter Christi confessionem cōstrictus in carcere, postremo cōbustus, martyrio coronatus est.

Die 11. E.

Die 12. F ¶ Sanctorum Nerei, Archillei, atque Pancratij mart. Oratio.



Emper nos, domine, martyrum tuorū Nerei, Archillei, atque Pancratij foueat quęsum⁹ beata solennitas, et tuo dignos reddat obsequio. Per dnm. Lec.

Nereus, et Archille⁹ fratres eunuchi, in Pōtiana insula cū Flauia Domitilla, quā ad Christum conuerterant, ac virginitatē seruare docuerāt, propter Christi dnī fidē diu exulauerūt: quos Aurelian⁹, Domitillę spōsus, quod ab illa Jesu Chri amore incensa ptemneretur, tanquam suasores primū verberibus acerbissime cędi iussit, deinde Domino Ruso psulari tradidit. Qui cū illis grauì⁹ instaret, vt simulacris deorum sacrificarēt, fidēter negantes se, qui a scō Petro baptizati essēt, adduci posse, aut cogi, vt dęmonū simulacra venerarētur, equuleo torti, et cādentib⁹ laminis cruciati, securi percussi sūt. ℟. Hęc est vera. s 16. Lectio iij.

Horum corpora ab Auspicio eorū discipulo, Domitilleque educatore, in nauiculam imposita, et ad cryptā arenariam delata, ibi sepulta sunt, in pędio Domitillę via Ardeatina, secundo ab Vrbe lapide, prope sepulcrū sanctę Petronillę filię beati Petri. Eodem die, Diocletiano Imperatore, Pancratius quatuordecim annos nat⁹, virili virtute, et pręstanti in Christū fide, de tyranni et dęmonū immanitate, datis fortiter ceruicibus, triūphauit. Cuius corpus Octauilla mrona noctu sustulit, et vnguētis delibutū via Aurelia sepeliuit.

Die 13. G.

¶ S. Bonifacii martyr. Oratio. Die 14. A



A quēs omnipotens deus, vt qui beati Bonifacij martyris tui solēnia colimus: eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per dominum. Lec. i.

Bonifaci⁹, ciuis Romanus, cuius corpus, cum Aglae, nobili matrona, miscuerat, tāto illius intemperātię dolore captus est, vt pęnitentię causa se ad conquirenda et sepelienda martyrū corpora contulerit. Itaque, relictis peregrinationis socijs, cū Tharsi multos propter Christianę fidei professionē varijs tormentis cruciatos vidisset, illorum vincula oscu-

osculatus, eos vehementer hortabatur, vt constanter supplicia perferrent, quod breuem laborem sempiterna requies consecutura erat. Comprehẽsus igit ferreis vngulis excarnificat⁹ est, cui etiam inter manuū vngues ₇ carnem acuti calami sunt infixi: plumbūq₃ liquefactum in os eius infusum. Quibus in cruciatibus ea vox tantum Bonifacij audiebat: Gratias tibi ago dñe Jesu Christe. fili Dei. Lectio iii.

Mox in ollam feruentis picis demisso capite coniectus est: vnde cum inuiolatus exisset, ira incensus iudex, eum securi percuti iubet. Quo tẽpore magnus terremotus fact⁹ est, ita vt multi infideles ad Christi domini fidem conuerterentur. Eum sequenti die querentes socij, cum, martyrio affectum cognouissent, quingentis solidis eius corpus redemerunt, ₇ conditum vnguentis, linteisq₃ inuolutum Romā portandū curauerunt. Quod factū cū ab angelo Aglae matrona, que ₇ ipsa penitẽs se pijs operibus addixerat, cognouisset, prodiens obuiā scõ corpori ecclesiā ei⁹ noie edificauit: i qua corpus sepultū est Nonis Junij, cū ei⁹ aīa pridie Jdus Maij apud Tharsū Cilicie vrbē migrasset in celū. Diocletiano, ₇ Maximiano imperatorib⁹. Die 15. B. 16. C. 17. D. 18. E.

¶ S. Pudentiane virg. Oratio. Exaudi. 528. de cõi virg. Le. iii. Die 19.

Pudentiana, virgo Pudentis Romani filia, parentibus orbata, cum admirabili pietate Christianam religionem coleret, vna cum sorore Praxede pecuniam ex vendito patrimonio redactā pauperibus distribuit, seq₃ ieiunijs ₇ orationibus dedit. Cuius etiam opera tota eius familia, in qua erant nonaginta sex homines, a Pio Pontifice baptizata est. Quod autem ab Antonino Pio Jmperatore sancitū erat, ne Christiani publice sacrificia facerent: Pius pontifex in edibus Pudẽtiane cū Christianis sacra celebrabat. Quib⁹ illa benigne acceptis, q̃ ad vitā necessaria essent, suppeditabat. Jtaque in his Christiane pietatis officijs, migrauit e vita, ₇ i sepulcro pr̃is ad cemeteriū Priscille, via Salaria sepulta est, xiiij. Calē. Junij. Die 20. G 21. a 22. b 23. c 24. d


¶ S. Urbani pape ₇ mar. Oro. Die 25. E

Da quesumus omnipotens Deus: vt q beati Urbani martyris tui ₇ Pontificis solennia colimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per do. L. iii.

Urbanus Romanus Aurelio Antonino Imperatore,

re, doctrina & vitę sãctitate mul tos ad Christi fidem conuertit, in illis Valerianũ, beatę Cęcilię sponsum, & Tiburtiũ Valeriani fratrem, qui postea martyrium forti animo subierũt. Hic de bonis ecclesię attributis scripsit his verbis. Ipse res fideliũ, quę dño offeruntur, non debent in alijs vsibus, quã ecclesiasticis, & Christianorũ fratrum, vel indigentiũ cõuerti, quia vota sunt fideliũ, & precia peccatorum, ac patrimonia pauperũ. Sedit annos octo, mẽses vndeciz, dies duodeciz, ac martyrio coronatus, sepultus est in cęmeterio Prętextati octauo Calendas Iunij. Ordinationibus quinqz habitis mense Decẽbri, creauit ẽpos octo, p̃sbyteros nouem, diaconos quinque.

Die 26. F ¶ S. Eleutherij pp. & m̃. Orõ. Infirmitatem. 505. de cõi vnius martyris pontificis. Lectio iij.



Leutherius, Nicopoli in Gręcia nat⁹ Aniceti Põtificis diacon⁹, Cõmodo Imperatore p̃fuit ecclesię. Huic initio põtificatus, supplices literę venerunt a Lucio Britannorum rege, vt se ac suos in Christianorum numerum reciperet. Quãobrem Fugatium, & Damianum, doctos & pios viros, misit in Britãniam, p quos rex, & reliqui fidẽ suscipe rent, Hoc Pontifice Irenęus Polycarpi discipulus Romam veniẽs, ab eo benigne acceptus est. Quo tẽpore summa pace, et quiete fruebaẗ eclcesia Dei: ac per totum orbẽ terrarum, maxime Romę, fides propagabatur. Vixit Eleutheri⁹ in põtificatu annos qndecim, mẽses tres, dies duos. Hic fecit ordinationes tres mense Decẽbri, qbus creauit p diuersa loca episcopos qndeciz, presbyteros duodeciz, diaconos octo: sepultus est in Vaticano.

¶ S. Iohannis Papę & mart. Oratio. Deus qui nos bea. 505. de cõi vnius mar. Pontifi. L. iij. Die 27. G



Ohãnes Etruscus Iustino seniore imperatore rexit Ecclesiam: ad quem profectus est Constantinopolim auxilij causa, q Theodoricus rex hereticus diuexabat Italiã: cuius etiam iter De⁹ miraculis illustrauit. Nam cum ei nobilis vir ad Corinthũ equum, quo eius vxor mansueto vtebatur, itineris causa commodasset: factum est, vt dño postea remissus equus, ita ferox euaderet, vt fremitu, & toti⁹ corporis agitatione semp deinceps dominam expulerit: tanquã indignaretur mulierem recipere, ex quo sedisset in eo Iesu Christi Vicarius. Quamobrem illi equum Pontifici donauerunt. Sed illud maius miraculum, quod

quod Constantinopoli in aditu porte Auree, inspectate frequentissimo populo, qui vna cũ Imperatore, Pontifici, honoris causa occurrerat, ceco lumen restituit. Ad cuius pedes ꝓstratus etiam Imperator, cũ veneratus est. ℟. Dñe preuenisti euꝫ. 508. de communi vni. us mart. L. iii.

Rebus cuꝫ Imperatore cõpositis, Romaꝫ rediyt: statimqꝫ epistolam scripsit ad omnes Italie episcopos, iubẽs eos Arianorum ecclesias ad catholicum ritum consecrare: illud subiungens: Quia ⁊ nos, quando fuimus Constantinopoli, tã pro religione catholica, quã pro regis Theodorici causa, quascũqꝫ illis in partibus eorũ ecclesias reperire potuimus, catholicas eas consecrauimus. Quod iniquiss imo animo ferẽs Theodoricus, dolo accersitũ Pontificem in carcerẽ cõiecit: vbi squallore, inediaqꝫ afflict⁹, paucis diebus cedit e vita, cum sedisset annos duos, menses noueꝫ, dies decẽ ⁊ septẽ, ordinatis eo tẽpore episcopis quindeciꝫ. Paulo post moritur Theodoricus, quẽ quidã eremita, vt scribit sanctus Gregorius, vidit inter Iohannẽ Pontificẽ, ⁊ Simmachũ Patricium, quẽ idem occiderat, demergi in ignẽ Lyparitanũ: vt videlicet illi, quibus morteꝫ attulerat, tanquam iudices essent eius interitus: Iohannis corpus Rauenna Romam portatum est, ⁊ in basilica sancti Petri sepultuꝫ.

Die 28. A. Die 29. B.

¶ S. Felicis pape ⁊ m. Or. Die Infirmitatẽ. 505. de ... Lec. iij. 30. A



Felix Romanus, patre Cõstãtino Aurelio Imperatore pręfuit ecclesię. Instituit vt missa supra memorias ⁊ sepulcra martyrum celebraretur. Qui cũ mense Decembri habuisset ordinationes duas, ⁊ creasset ep̃os quinque, ꝑsbyteros noueꝫ, diaconos quinqꝫ, martyrio coronatus, via Aurelia sepelit in basilica, quaꝫ a se ędificatam dedicarat. Vixit in Pontificatu annos quatuor, menses tres, dies quindecim.

¶ Scte Petronille virg. Orõ. Die Exaudi nos Deus. 528. de cõi 31. [illegible] virginis. Lectio secunda.



Petronilla, scti Petri filia, vgo forma corpis eximia, sed animi pulchritudine multo pstantior fuit: quę ęgrota cum esset, a beato Petro quęsitũ est, cur, q alios sanaret, filię suę sanitatẽ non restitueret: respõdit: quia sic expedit ei. Veruntamen, vt nemini, de sua potestate dubitandi locum relinqueret, eã surgere iussit e lecto, ⁊ cõuiuis ministrare. Quę paulo post in eũdẽ morbũ re-

recidens, ex eo cum aliquando cōualuisset, eius fama cōmotus, ne visam quidē Flaccus comes adamauit, enixeq; contendit, vt sibi daref in matrimoniū. L. iii.

PEtronilla aūt, intelligens virginitati suę, quam Jesu Chrīo dicarat, ab acerrimo humani generis hoste parari insidias, sumpto sibi tridui spatio ad deliberandū, totum illud tēpus in ieiunijs, & oratione consumpsit, assidue petens a cęlesti sponso, ne sancto proposito suo vim afferri pateretur, itaq; subuenit die tertio virgini Deus: nam eam diuini sponsi amore flagrantem, vbi eucharistiam sumpsisset, ad cęlestes nuptias euocauit. Cuius corpus in via Ardeatina sepultum, postea a Paulo primo pontifice in basilicā principis apostolorum translatū est.

FESTA IVNII.

Offm̄ defunc. j. die nō impedita.

Die I. E.

Die 2. F ¶ Sāctorū Marcellini Petri, atque Erasmi martyrū Oratio.



DEus q nos annua beatorū martyrum tuorum Marcellini, Petri, atq; Erasmi solennitate lętificas: pręsta quęsumus, vt quorū gaudemus meritis, pruocemur exemplis. Per.

PEtrus, exorcista, Diocliciano Imperatore Romę a Sereno iudice propter Christianę fidei confessionem missus in carcerem, Paulinam Artemij, q carceri pręerat, filiā, a dęmone agitatam, liberauit. Quo facto & parentes puellę cum tota familia, & vicinos qui ad rei nouitatem concurrerant, Jesu Christo conciliatos, ad Marcellinū presbyterum adduxit, a quo oēs baptizati sunt. Quod vbi resciuit Serenus, Petrū, & Marcellinū ad se vocatos asperius accusat, & ad verborum acerbitatē, minas, ac terrores adiungit, nisi Christo renūciēt. Cui cū Marcellinus Christiana libertate responderet, pugnis contusum, & a Petro seiūctū, nudū includit in carcerem, stratū vitri fragmentis, sine cibo, ac sine lumine. Petrum item cōstringi imperat arctissimis vinculis. Sed cū vtriusque ex tormētis, fides & animus cresceret, constanti confessione, & abscisso capite, illustre testimoniū Jesu Chrīo dederunt. L. iij.

ERasmus episcopus, ijsdem Imperatore Diocliciano & Maximiano in Cāpania plūbatis, & fustib⁹ cęsus, resina quoque, sulphure, plumbo liquefacto, & feruenti pice, cera oleoq; perfusus, inde tamen integer & inuiolatus euasit. Quo miraculo, multi se ad Christi fidē conuerterunt. Verum is iterum detrusus in carcerem, constrictus ser-

reis grauissimisqȝ vinculis, inde ab angelo mirabiliter ereptus est. Deinde a Maximiano varijs affectus supplicijs, tunicaqȝ grea candenti indutus, illa etiã tormẽta diuina virtute superauit: atqȝ in Campaniam profectus, plurimis ⁊ in fide cõfirmatis, ⁊ ad fidem cõuersis, insignẽȝ martyrij palmam adeptus est.

Die 3. b. 4. A. 5. b. 6. c. 7. d. 8. e.

Die 9. f SS. Primi ⁊ Feliciani mr. Orõ.



Fac nos q̃s dñe sanctorum martyrum tuoꝝ Primi ⁊ Feliciani semper festa sectari: quoꝝ suffragijs ꝓtectionis tuę dona sentiamus. Per. Lectio secunda.

PRimus ⁊ Felicianus fratres accusati Christianę religionis apud Dioclitianum: ⁊ Maximianum in vincula conijciuntur: quibus soluti, inde eripiuntur ab angelo. Mox ad prętorẽȝ adducti, cum Christianam fidem acerrime tuerentur, alter ab altero distracti sunt: ac primum varie tentata est cõstantia Feliciani, sed cum suasores impietatis se posse quicquam verbis proficere desperarent, affixis stipiti manibus eius ⁊ pedibus, ipsuȝ sine cibo ⁊ potu inde triduũ pendentẽ reliquerũt. Postridie eius diei, prętor vocatũ ad se Primuȝ sic affatur. Vides quanto sit prudentior quaȝ tu frater tuus, qui obsecut⁹ Imperatoribus, apud ipsos est honoratus? quem si tu quoqȝ imitari volueris, particeps eris eius honoris ⁊ gratię. R. Hęc est vera fraterni. 516. Lectio tertia.

QUi Prim⁹, Quid factũ sit fratri meo, cognoui ex angelo. Utinam, quemadmodum sum cum eo voluntate coniunctissimus, sic ab eodeȝ ne martyrio disiungar. Quo dicto excanduit prętor, ⁊ ad cęteros cruciatus quibus Primũ affecit, pręsente iã Feliciano liquatũ igne plũbum in os eius iussit infundi. Mox vtrunqȝ perduci imperat in theatrũ, in eosqȝ immitti duos leones: qui ꝓstrati ad eoꝝ genua, capite, ⁊ cauda ipsis blãdiebant, Ad id spectaculũ cum amplius duodeciȝ millia hoiuȝ, ꝯuenissent, qngenti cũ suis famĩlijs Christianã religionẽ suscepe rũt. Quibus rebus ꝓmotus prętor, eos, securi percuti iussit.

Die 10. b.

Die 11. A ¶ S. Barnabę apli. dup. Orõ.



DEus qui nos beati Barnabę, apli tui, meritis, ⁊ intercessione lętificas: concede propitius: vt qui eius beneficia poscimus, dono tuę gratię cõsequamur. Per dominum nostrum. Lectio iiij.

BArnabas Leuites Cyprius genere, qui ⁊ Joseph, cum Paulo

Paulo in numerum apostolorum adscriptus est ad prędicandum Jesu Christi euāgeliū. Is, agro vendito, quē habebat, redactam ex eo pecuniā attulit apostolis. Missus autem Antiochiā prędicationis causa, cùm ibi multos ad Christi dñi fidem conuersos esse cōperisset, incredibiliter lętatus, eos hortabatur, vt in Christi fide permanerēt. Qua cohortatione multū pficiebat, quod ab omnibus vir bonus & spiritu sancto plenus habebatur. Lectio v.

Profect⁹ inde Tharsum, vt quęreret Paulum, cū eo Antiochiam venit: in eius vrbis ecclesia annum cōmorati, Christianę fidei et vitę illis hominibus pręcepta dederunt: vbi etiā Jesu Christi cultores primum Christiani sunt appellati. Discipuli aūt Pauli & Barnabę, suis facultatibus Christianos, qui in Judęa erant, sustentabāt, eo mittentes pecuniam per Paulum & Barnabam. Qui perfuncti illo charitatis officio, adhibito Johāne, cui cognomen erat Marcus, redierunt Antiochiā. Lectio vi.

Erant autē Antiochię in ecclesia cum cęteris prophetis, & doctoribus Paul⁹ & Barnabas, in ieiunio, & oratione dño deseruirent: dixit spiritus sctūs: Segregate mihi Saulū & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserūt illos, Itaqz Seleuciā venerunt, inde in Cyprum: ac multas pręterea vrbes regionesque prędicantes euangeliū, summa cum audientiū vtilitate peragrarūt. Postremo Barnabas, digressus a Paulo, vna cum Johanne qui cognominatus est Marcus, nauigauit in Cyprum, ibique circiter septimum Neronis annum tertio Idus Junij ad apostolici muneris laudem martyrij coronam adiunxit. Eius corpus Zenone Imperatore repertum est in insula Cypro, ad cuius pectus erat euāgeliū Matthei, Barnabę manu conscriptum.

In iij. noct. Homilia in euange. Hoc est pcep. 501. de cōi aplorum.

¶ SS. Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarii mart. oratio. Die 12. B



Sanctorum tuorum Basilidis, Cyrini Naboris, atqz Nazarij, quęsumus domine, natalitia nobis votiua resplēdeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostrę deuotionis accrescat. Per dñm. Lectio ij.

Basilides, Cyrinus, Nabor, & Nazarius, Romani milites, nobiles genere, & virtute illustres, Christiana religione susceptam cū Christū dei filiū Diocletiano Imperatore pdicarent, ab Aurelio pręfecto Urbis com

prehensi, & vt dijs sacra facerent admoniti, eius iussa contemnentes, missi sunt in carcerem. Quibus orantibus, cum subito clarissima lux oborta omnium oculis, qui ibidem essent, carcerem collustrasset, illo cęlesti splendore commotus Marcellus custodię prępositꝰ, multiq; alij, Christo dño crediderunt. Lectio iij.

Verũ postea e carcere emissi, ab Imperatore Maximiano cum eius etiam neglecto imperio, vnum Christuz Deuz & dominum in ore haberẽt, scorpionibus cruciati, iterum conijciunt in vincula: vnde septimo die educti, & ante pedes Imperatoris cõstituti, perstiterunt in irrisione inanium deoꝝ. Jesum Chrm deum constantissime cõfitentes. Quamobrẽ dãnati, securi feriuntur. Quorũ corpora feris obiecta, nec ab illis tacta, a Chrianis honorifice sepulta sũt.

Die 13. C.

Die 14. B ¶ S. Basilij Magni episcopi & confes. duplex. Ad Mag. Añ. O doctor opti. 518. de cõi vnius cõf. põti. Orõ. Exaudi. 518. Lect. iiij.



Basiliꝰ, nobilis Cappadox, Athenis vna cum Gregorio Nazianzeno, eius amicissimo secularibus literis, deinde in monasterio sacris mirabiliter eruditus, cũ breui cursuz fecit ad oẽm doctrinę & morũ excellentiã, vt inde Magni cognomẽ inuenerit. Ita digressus a Gregorio, cũ ad pr̃dicandũ Jesu Christi euãgelium in Pontũ accersitus esset, eã prouinciã, a Christianis institutis aberrantẽ, ad viam salutis reuocauit: mox ab Eusebio Cęsareę epo ad erudiendam eã ciuitatẽ adiutor adhibetur: in cuius locũ postea successit. Is filiũ patri cõsubstantialẽ esse in primis defendit, ac Valentem Imperatorẽ, sibi iratum, miraculis adeo flexit, vt incumbẽtẽ ad voluntatem eijciendi ipsum in exilium, a sentẽtia discedere coegerit. ℟ Inueni Dauid. 520. L. v.

Nam & Valentis sella, in qua facturus decretum de eijciẽdo e ciuitate Basilio, sedere volebat, cõfracta est: & tribꝰ ab eo calamis adhibitis ad scribendam exilij legem, nullus eorum reddidit atramentum: & cũ nihilominus in proposito scribendi impium decretuz persisteret, ipsius dextera, dissolutis neruis, tota cõtremuit. His cõmotus Valens, chartã vtraq; manu conscidit. Ea aũt nocte, quę ad delibe randũ Basilio data est, Valẽtis vxor, intimis est cruciata doloribus, & vnicus filiꝰ in grauẽ morbũ incidit. Quibus ille perterritus, iniquitatẽ suã recognoscẽs, Basiliuz accersit: quo pr̃sente puer cępit cõualescere: verum,

voca-

vocatis a Valente ad visendum puerū hęreticis, paulo post moritur. ℟. Posui adiutoriū. Lec. vj.

Abstinentia, & continentia fuit admirabili: vna tunica contentus erat, in ieiunio seruādo diligentissimus, in oratione assiduus, in qua sępe totam noctem consumebat. Virginitatem perpetuo coluit. Primus durio rem illum antiquorū monachorum ritum ad meliorem formā redegit, magisq; religioni congruentem. Multa pręclare scripsit: ac nemo, teste Gregorio Nazianzeno sacrę scripturę libros verius, aut vberius explicauit. Obijt Calend. Januarij, cum tantum spiritu viuens, pręter ossa, & pellem, nulla pręterea corporis parte constare videretur. ℟. Iste est qui ante. 520.

Lec. scī euāg. sm Lucam. Lec. vij.

L.12. In illo tpe: Dixit Jesus turbis: Siquis venit ad me, & non odit patrē suū, & matrem, & vxorē, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autē, & aiām suā, nō potest meus esse discipulus. Et reliq.

Homilia Scti Basilij episcopi.

Perfecta renunciatio in eo consistit, siquis id affectus fuerit, vt de vita sua ne minimum quidem affectus sit, quāuis habeat mortis responsum. Porro huiusmodi renunciatio initiū sumit ab alienatione rerū externarū, veluti possessionum inanis glorię, consuetudinis vitę superioris, ad res inutiles affectionis, quemadmodū suo exēplo ostenderūt nobis sancti dñi discipuli Jacob⁹ & Johannes, relicto pře Zebedeo, ipsoq; nauigio, de quo tota illorū victus ratio pēdebat: Matthęus vero, qñ e thelonio ipso surrexit, & dñm secut⁹ est. ℟. Amauit. 521. Lec. viij.

Quanquam quod dico, qd aut rationibus a nobis inuentis, aut sanctorum virorum exemplis attinet cōfirmare? cum ipsa domini verba in medium liceat efferre, ijsque ipsis religiosam ac deum timentem animam magnopere commouere, qbus ille palā, ac citra controuersiam testificās dicit. Sic igit quicūq; ex vobis nō renūciat oibus quę possidet, nō potest meus esse discipulus. Et alio in loco cum post oblatam conditionem illam, Si vis pfectus esse, verba illa subiecisset: Vade, vende quę habes, & da pauperibus, post illud adiecit, veni, seqre me. ℟. Sint. Lec. ix.

Est igit, quemadmodū docuimus, renunciatio nihil aliud quā vinculorū terrenę huius ac temporalis conuersationis solutio: quę dū nos anxijs & humanam vitam comitantibus negocijs subducit, promptiores & magis idoneos reddit ineundę vię ad Dei cōtemplationem. Eiusmodi renūciatio citra vlli⁹ impe-

impedimenti morā subsidio est nobis nō mediocri ad parādam possessionem vsumqꝫ rerū pre-tiosissimarum, nempe super aurum & lapidē pretiosum multū.

Die 15. E ¶ Sctoꝝ. Viti, Modesti, atque Crescentie martyrum. Oratio.

Da ecclesie tue que-sumus dn̄e, sanctis tuis Vito, Mode-sto, atqꝫ Crescētia intercedētibus, su-perbe nō sapere, sed tibi placita humilitate pficere: vt proterua despiciēs, quecūqꝫ matura sūt, libera exerceat charitate. p. Lectio j.

Vitus admodū puer inscio patre baptizatus est, quod cuꝫ ille resciuisset, nihil ptermi-sit quo filium a Chriana religione remoueret. Qua in volūtate pmanētēꝫ Valeriano iudici verberib⁹ castigandū tradidit. Sed nihilominus in sententia persi-stens, pri redditus est. Sed duꝫ eū pr grauius punire cogitat, Vitus angeli monitu, comitibus Modesto & Crescētia, ei⁹ educatorib⁹, migrat in alienas terras, ibiqꝫ eā sāctitatis laudē adept⁹ est, vt eius fama ad Diocletianū plata, ipsuꝫ Imperator accerseret vt filiā suam a demone vexatā liberaret: qua liberata, cuꝫ ei amplissimis premijs ingrat⁹ Imperator vt deos coleret psuadere non potuisset, vna cū Modesto & crescentia vinculis astrictum mittit in carcerem. Lectio iij.

Quos vbi cōstantiores esse cōperit: demitti iubet in ingēs vas liquato plumbo, feruenti resina, ac pice plenum: in quo, cum trium Hebreoꝝ pueroꝝ more, diuinos hymnos canerent, inde erepti, leoni obijciun-tur: qui prosternens se, eoꝝ pedes lambebat. Quare inflāma-tus ira Imperator, quod multitudinē videbat miraculo cōmoueri, eos in catasta sterni iubet, & ita cedi eoꝝ mēbra atqꝫ ossa diuelli. Quo tpe, tonitrua, fulgura, magniqꝫ terremotus fuere, quibus tēpla deoꝝ corruerūt, & multi oppressi sunt. Eoꝝ reliqas Florētia nobilis femina, vnguētis cōditas honorifice sepeliuit.

Die 16. F. Die 17. G.

Die 18. A ¶ Sanctorum Marci & Marcelliani martyrum. Oratio.

Presta qs ops de⁹: vt q sanctoruꝫ tuorū Marci & Marcelliani natalitia colimus, a cūctis malis imminentibus, eorū intercessionibus liberemur. Per dn̄m. In ij. no. Hec est vera. 516. Lcō iij.

Marcus & Marcellianus fratres Romani, propter Chrianaꝫ fidē a Fabiano duce cōprehensi; ad stipitem alligati sunt, pedibus clauis cōfixis. Ad quos cum ita loqueret Judex. Resipiscite miseri & vos ipsos ab his

his cruciatib⁹ eripite, rñderũt: Nunquã tam iucunde epulati sumus, quã hec libẽter Jesu Chri causa perferimus: in cui⁹ amore nũc fixi esse cepimus, vtinã tandiu nos hec pati finat, quandiu hoc corruptibili corpore vestiti erimus. Qui diẽ, noctẽq; in tormentis diuinas laudes canẽtes, deniq; telis trãsfixi, ad martyrij gloriã peruenerunt. Quorũ corpora via Ardeatina sepulta sũt.

Die 19.B ℂ Sanctorũ Geruasij & Protasij martyrum. Oratio.



Deus qui nos annua sanctorũ martyrum tuorũ Geruasij & Protasij solẽnitate letificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, accendamur exẽplis. Per dominum. Lectio ii.

Geruasius & Protasius, Vitalis & Valerie, filij, quorũ pater Rauẽne, mater Mediolani in Neronis persecutione pro Christi dñi fide martyriũ subierunt, distributo pauperibus patrimonio, domesticos seruos libertate donarunt. Quo facto gentilium sacerdotes immane in illos conceptum odium habebant. Quare cũ Anastasius Comes in bellum proficisci vellet, hanc occasionem perdendi pios fratres se nactos esse putauerũt. ℟. Hec est vera fraternitas. 516. de communi mar. Lectio tertia.

Itaque Anastasio persuadent se a dijs admonitos esse, nullo modo eũ in bello victorem futurum, nisi, Geruasio & Protasio coactis Christum negare, eosdem ad sacra dijs faciẽda compelleret, quod cũ illi detestarentur, Anastasius imperauit, Geruasium tãdiu cedi, donec inter verbera expiraret: Protasium fustibus contusum securi percuti iubet. Quorum corpora Philippus clam sustulit, & in suis edibus sepeliuit, que postea sanctus Ambrosius dei monitu inuenta, in loco sacro & insigni collocanda curauit. Passi sunt Mediolani xiij. Calẽdas Julij.

ℂ S. Silueri pp. & mart. Orõ. Infirmitatem. 505. de cõi. Lcõ ij. Die 20.C



Siluerius Cãpanus post Agapitũ proxime pontifex creatus est: cui⁹ doctrina & sanctitas eluxit in insectandis hereticis, & cõstãtia ai magnitudo pspecta est in tuẽdo iudicio Agapiti. Nam Anthemiũ, quem, qa Eutychianam heresim defendebat, Agapitus ab episcopatu Constantinopolitano deposuerat, cũ ab Augusta sepissime rogatus esset, restituere noluit. ℟. Domine pre uenisti. 508. de comuni. Lcõ iij.

Quamobrem irata mulier mãdat Belisario, vt Siluerium mittat in exilium. Qui exu

exulauit in insula Pōtia, vnde his verbis scripsit ad Amatorē episcopū: Sustentor pane tribulationis, & aqua angustię, nec tamen dimisi aut dimitto officiū meum. Quō re ipsa ꝓbauit. Nā ibi coacto concilio multoꝝ episcoporū, quędam constituit, quę ad integritatem fidei catholicę, & ad restituendam ecclesiasticā disciplinā pertinebant. Ubi breui incommodis, ęrumnisq; cōfectus, obdormiuit i dño duodecimo Calēdas Julij. Cuius sepulcrū multis miraculis illustratū fuit, cum menses decē & septē ecclesię pręfuisset, Tu autē dñe.

Die 21. D.

Die 22. E ℭ S. Paulini epi, & pfes. Oro. Da q̄s. 518. de cōi of. pōti. L. ij.

PAulinus: Nolę episcopus, eruditus studijs humanitatis, doctus etiā diuinis literis, multa elegāter, & ornate scripsit versibus & soluta oratione. Huius viri charitas pręcipue celebrat, quod vastata a Uādalis Cāpania, oēm facultatē, ne relictis q̄dem sibi rebus ad vitā necessarijs, in alēdos pauperes & captiuos redimēdos cōtulerit. Quo tēpore, vt scribit Augustinus, ex opulētissimo diuite, volūtate pauperrim⁹, & copiosissime sanctus, captus a barbaris sic Deū precabat. Dñe ne excrucier pro pter aurū, & argentū: vbi enim sint oia mea tu scis. Ab eo cum posceret vidua, vt filiū sibi redimeret, consumptis rebus oibus, in officio pietatis, se ipsū pro illo in seruitutem tradidit. L. iij.

DUcitur in Africā ductus a dño, qui erat regis gener, eius hortum colendū suscepit. Uerum cum prophetię dono regis mortē ipsi domino prędixisset, & rex in somnis Paulinū sedentem mediū inter duos iudices, sibiq; de manib⁹ eripientē flagellum vidisset, tantus vir cognitus, honorificentissime dimissus est, condonatis ei omnibus suis ciuibus qui captiui fuerāt. Nolam reuersus ad episcopale officium, cum verbo & exemplo omnes ad pietatem Christianā inflāmaret, laterum dolore correptus, cubiculum, in quo iacebat, terremotu contremuit, ac paulo post animā deo reddidit.

ℭ In vigil. S. Johā. Baptiste. Die 23. F

Lcō sci euāg. fm Lucam. Lec. j. 1. ca.

FUit in diebus Herodis regis Judeę, sacerdos quidā nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Et reliqua. Homilia sci Ambrosij episcopi.

DOcet nos scriptura diuina, nō solū mores in ijs q̄ ꝓdicabiles sunt, sed etiam parē tes

tes oportere laudari: vt veluti trāsmissa imaculatę puritatis hęreditas in ijs, quos volumus laudari, pcellat. Quę enim alia intētio hoc loco sancti euāgelistę, nisi vt sanctus Johānes Baptista nobilitetur parentibus miraculis, moribus, munere passionis? Sic etiā sancti Samuel mr̄ Anna laudat: sic Jsaac a parētibus nobilitatē pietatis accepit, quā posteris dereliquit. Sacerdos itaq3 Zacharias non solū sacerdos, sed etiā de vice Abia, idest nobilis iter sup̄iores semine. xvi.

Et vxor, inquit, eius de filiabus Aaron. Non solum igitur a parentibus, sed etiam a maioribus sancti Johannis nobilitas propagatur, non sęculari potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis: tales enī maiores habere debuit pręnuncius Christi, vt non repente cōceptā, sed a maioribus acceptā, ⁊ ipso, infusam iure na turę, p̄dicare fidē dn̄ici videret aduentus. Erāt, inqt, ambo iusti ante Deū, incedentes in oībus mādatis, ⁊ iustificationibus dn̄i sine querela. Quid ad hoc referūt, qui peccatis suis solatia p̄serētes, sine peccatis frequētibus hominem putant esse nō posse? Et vtuntur versiculo, quia scriptum est in Job. Nemo mūdus a sorde, neque infans, cuius est vnius diei vita sup terrā. Lc. iij.

Quibus respondendū est, prius, vt, quid sit hominē sine peccato esse, definiāt, vtrum nunq̄ oīno peccasse, an desiisse peccare. Si enī hoc putāt sine peccato esse, desijsse peccare: ⁊ ipse cōsentio. Oēs enī peccauerunt, ⁊ egent gloria Dei. Si autem qui veterē errorē correxit, ⁊ in eā se vitę trāsformauerit qualitatem, vt temperet a peccato, negāt abstinere delictis, nō possumus in eorum conuenire, sententiam, cū legamus q̄a sic dn̄s dilexit Ecclesiā: vt exhibeat sibi ipse gloriosam, ⁊ non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed vt sit sancta ⁊ immaculata. Oratio.

Presta q̄s oīpotēs Deus: vt familia tua per viam salutis incēdat, ⁊ beati Johannis pręcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem pędixit, secura perueniat, dn̄m nostrum Jesum Christū filium tuū, Qui te.

¶ In Natiui. S. Johannis Baptistę. duplex. Ad vesperas. An. Die 24 B



Ipse p̄ibit ante illū in spiritu, ⁊ virtute Elię, parare domino plebem perfectā. Dixit dn̄s. f. 52. cū reliq. ps [illegible]

Dñs ca, 7 iocovit ... Laudate dominũ oẽs. 54. Añ. Johãnes est nomẽ eius, vinũ 7 sicerã non bibet, 7 multi in natiuitate ei⁹ gaudebunt. Añ. Ex vtero senectutis 7 sterili Johannes natus est precursor dñi. Añ. Iste puer magnus coram dño: nam 7 manus eius cũ ipso est. Añ. Nazareus vocabitur puer iste, vinuʒ 7 siceram non bibet, 7 omne immundum non manducabit ex vtero matris sue. Capitulum.

Is. 49. Audite insule, 7 attẽdite populi de longe: Dñs ab vtero vocauit me, de ventre matris mee recordat⁹ est nominis mei. ℟. Deo gratias. Hymnus.

Ut queant laxis resonare fibris
Mira gestorũ famuli tuorum,
Solue polluti labij reatum
Sancte Johannes.

Nuncius celso veniẽs Olympo
Te pr̃i magnũ fore nasciturũ,
Nomen, 7 vite seriem gerende
Ordine promit.

Ille promissi dubius superni
Perdidit prompte modulos loquele:
Sed reformasti genit⁹ perẽpte
Organa vocis.

Uẽtris obstruso recubãs cubili
Senseras regem thalamo manentem:
Hinc parẽs nati meritis vterqʒ
Abdita pandit.

Gloria patri, geniteque proli,
Et tibi compar vtriusqʒ semp
Spũs alme, Deus vnus, omni
Tempore secli. Amen.

℣. Fuit homo missus a Deo.
℟. Cui nomen erat Johannes.
Ad Magnificat Antiphona.
Ingresso Zacharia templũ dñi, apparuit ei Gabriel angel⁹, stãs a dextris altaris incensi. Oratio.

Deus, qui p̃sentẽ diẽ honorabilẽ nobis in beati Johannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiũ gratiã gaudioꝝ, 7 oĩum fideliũ mẽtes dirige in viam salutis eterne. Per.
Ad Matutinum. Inuitatoriũ.
Regem precursoris dñm, Uenite adorem⁹. ps. Uenite. Hymn.

Antra deserti teneris sub annis
Ciuiuʒ turmas fugiens petisti
Ne leui saltem maculare vitaʒ
Famine posses.

Prebuit hirtum tegumen camelus
Artubus sacris, strophium bidentes,
Cui latex haustũ, sociata pastũ
Mella locustis.

Ceteri tantum cecinere vatuʒ
Corde presago iubar affuturũ:
Tu qdẽ mũdi scelus auferentẽ
Indice prodis.

Non fuit vasti spatiũ per orbis
Sanctior qs{q̃} genitus Johãne,
Qui nefas secli meruit lauãtẽ
Tingere limphis.

Gloria patri, geniteque. ℣. ...

In primo nocturno. Antiphona.
Priusquā te formares in vtero, noui te: et antequā progredere-ris, sanctificaui te. ps. Beatus vir. 2. Aña. Ad oia quę mittam te, dicit dñs, ibis: ne timeas: et quę mādauero tibi, loqueris ad eos. ps. Quare fre. 2. Aña. Ne timeas a facie eoꝝ, qa ego tecum sum, dicit dñs. ps. Dñe quid. 2.
℣. Fuit homo missus a Deo.
℟. Cui nomen erat Johannes.
Jeremias propheta. Lectio j.

ca. i. Verba Jeremię filij Helcię, de sacerdotib9 qui fuerūt in Anathot, in terra Beniamin. Quod factū est verbum dñi ad eū in diebus Josię filij Amō regis Juda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Joacim filij Josię regis Juda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedechię filij Josię regis Juda, vsq3 ad transmigrationez Jerusalē in mense qnto. Et factū est verbuz dñi ad me, dicēs: Priusquā te formarē in vtero, noui te: et antequaz exires de vulua, sanctificaui te: et prophetam in gentibus dedi te. ℟. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Johannes. Hic venit in testimoniuz, vt testimonium perhiberet de lumine, et pararet domino plebem perfectam. ℣. Erat Johannes in deserto prędicans baptismum pęnitentię. Hic venit. Lectio ij.

Et dixi, A,a,a, dñe Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dñs ad me: Noli dicere, Quia puer sū: quoniā ad omnia, que mittam te, ibis, et vniuersa, quęcunq3 mandauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorū: quia tecum ego sum, vt eruam te, dicit dominus. Et misit dominus manum suam, et tetigit os meum: et dixit ad me, Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes, et super regna: vt euellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et ędifices, et plantes. ℟. Elisabeth Zacharię magnum virum genuit Johannez Baptistā pręcursorem domini, Qui viam domino pręparauit in eremo. ℣. Fuit homo missu a deo, cui nomē erat Johānes. Qui. Lectio iij.

Tu ergo accinge lūbos tuos, et surge, et loquere ad eos omnia, quę ego pręcipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enī timere te faciaz vultū eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie, i ciuitatē munitam, et in columnaz ferreā, et in murum ęreum super omnē terram, regibus Juda, principibus eius: et sacerdotibus, et omni populo terrę. Et bellabūt aduersum te, et non pręualebunt, quia ego tecū sum, ait dominus, vt liberem te. ℟. Priusquaz te formarem in vtero, noui te, et antequam exires de ventre, sanctificaui

ficaui te: Et prophetā in gentibus dedi te. ℣. Uir dilectus a Deo, & hoīb⁹ honoratus est. Et.

In secundo noct. Antiphona.

Misit dñs manum suā, & tetigit os meū, & prophetā in gentibus dedit me dñs. Ps. Cum inuocarem. 506. Ant. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cōstitui te su per gentes & regna. Ps. Uerba mea. 506. Ant. Dñs ab vtero vocauit me, de ventre mrīs meę recordat⁹ est nois mei. Ps. Domine dñs noster. 506. ℣. Inter natos mulierum non surrexit maior. ℟. Johanne Baptista.

Sermo s. Augustini epi. Le. iiij.

Post illū sacrosanctum dñi natalis diē, nullius hominis natiuitatem legimus celebrari, nisi solius Johānis Baptistę. In alijs sanctis & electis Dei nouimus illuȝ diē coli, quo illos post cōsummationem laborum, & deuictum, triūphatumqȝ mūdū, in perpetuas ęternitates pręsens hęc vita parturijt. In alijs consummata vltimi diei merita celebrantur. In hoc etiaȝ prima die ipsa Johānis initia consecrātur: pro hac absqȝ dubio causa, quia per hūc dñs aduentū suuȝ, ne subito insperatū homines nō agnoscerēt, voluit esse testatum. Johannes autē figura fuit veteris testamenti, et in se prętulit formam legis, & ideo pręnunciauit saluatorem, sicut lex gratiam precucurrit. ℟. Descēdit angel⁹ dñi ad Zachariaȝ dicēs: Accipe puerum in senectute tua: Et habebit nomen Johannes Baptista. ℣. Iste puer magnus coram domino, nam & manus eius cum ipso est. Et habebit. Lectio v.

Quod aūt nondum natus de secreto materni vteri pphetauit, & expers lucis iaȝ testis est veritatis, hoc est intelligendum, quod latens sub velamine & carne literę, & redemptorē mundo spiritu prędicauit, & nobis dñm Deum nostrum, de quodam legis vtero pclamauit. Ergo qa Judęi errauerūt a ventre, idest, a lege, q̄ Chro grauida erat, errauerunt a ventre, locuti sunt falsa, ideo hic venit in testimoniū, vt testimoniuȝ phiberet de lumine. ℟. Hic est pcursor dilectus, & lucerna lucens ante dñm. Ipse est eniȝ Johānes, qui viam dño pręparauit in eremo: sed & agnum Dei demōstrauit, & illuminauit mentes hominū. ℣. Ipse pibit ante illū in spiritu & virtute Elię. Ipse est. Lcō vj.

Quod autē Johānes ī carcere constitutus ad Christuȝ discipulos suos destinauit, lex ad euangelia transmisit: quę lex iuxta typum Johānis, quasi ignorantię clauso carcere in obscuro, & in occulto iacebat: & Judaice cęcitatis sensus intra literam tenebat inclusus. De hoc beatus

beatus euāgelista ꝓloquitur, Ille erat lucerna ardens, ⁊ lucēs, idest spiritus sancti igne succensus, vt mundo ignorantię nocte possesso, lumen salutis ostenderet, ⁊ quasi inter densissimas delictorum tenebras, splendidissimum iustitię solem, lucis suę radio demonstraret, de se ipso dicens: Ego vox clamantis in deserto. ℟. Innuebant patri ei⁹, quem vellet vocari eum: ⁊ postulans pugillarē scripsit dicēs: Johannes est nomen eius. ℣. Apertum est os Zacharię, ⁊ prophetauit dicens. Johannes est. In tertio noctur. Antiphona. Posuit os meū dominus quasi gladium acutum, sub vmbra manus suę ꝓtexit me. ps. Dñe qs habitabit. 5. An. Formans me ex vtero seruum sibi dñs, dicit: Dedi te in lucem gentiū, vt sis salus mea vsq₃ ad extremum terrę. ps. Domine in virtute. 7. Aña. Reges videbunt, ⁊ consurgent principes, ⁊ adorabunt dominū Deum tuum, qui elegit te. ps. Benedicā. 21. ℣. Elisabeth Zacharię magnū virum genuit. ℟. Johānē Baptistā pcursorē dñi. Lcō scd'm euāg. sm Lucam. L. vij.

ca. I. Elisabeth impletū est tempus pariendi, ⁊ peperit filiū: Et audierūt vicini, ⁊ cognati eius, quia magnificauit dñs misericordiam suam cum illa, ⁊ cōgratulabantur ei. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii episcopi.

Pepērit filium Elisabeth, ⁊ congratulabantur vicini. Habet sanctoꝝ editio lętitiam plurimoꝝ, qa cōmune est bonū. Justitia enim communis est virtus: ⁊ ideo in ortu iusti futurę vitę insigne pręmittitur, ⁊ gratia secuturę virtutis exultatione vicinorū pręfigurante signat. pulchre autē tempus, quo fuit in vtero ꝓpheta, describitur, ne Marię pręsentia taceatur: sed tēpus siletur infantię, eo q̄ pręsentia domini matris in vtero roboratur, qui infantię impedimēta nesciuit. Et ideo in euāgelio nihil super eo legimus, nisi ortum eius, ⁊ oraculū, exultationem in vtero, ⁊ vocē in deserto. ℟. Pręcursor domini venit, de quo ipse testatur: Nullus maior inter natos mulierum Johanne Baptista. ℣. Hic est enim propheta, ⁊ plusquam ꝓpheta, de quo saluator ait. Nullus. Lectio octaua.

Neque enim vllam infantię sensit ętatem, qui supra naturam, supra ętatem in vtero situs matris: a mensura, perfectę cępit ętatis plenitudinis Christi. Mire sanctus euangelista pręmittendum putauit, q̄ plurimi infantem patris nomine Zachariam appellandū putarunt, vt aduertas matri non nomen alicuius displicuisse degeneris, sed id ei sancto infusum spiritu

quod

qd ab angelo ante Zacharie fuerat prenunciatum. Et quidem ille mutus intimare vocabulum filij nequit vxori, sed per prophetiam didicit Elisabeth, quod nō didicerat a marito. [illegible] abriel angelus apparuit Zacharie dicens: Nascetur tibi filius, nomē eius Johannes vocabitur: Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, vinum ⁊ siceram non bibet. Et multi. Lectio ix.

Johannes, inquit, est nomē eius: hoc est, non ei nos nomen imponimus, qui iam a deo nomen accepit. Habet vocabulū suum, quod agnouimus, non quod elegimus. Habēt hoc merita sanctorum, vt a deo nomen accipiant. Sic Jacob Israel dicit, quia Deum vidit, sic dn̄s noster Jesus nominatus est, antequam natus, cui non angelus, sed pater nomen imposuit. Uides angelos, que audierint, non que vsurpauerint, nunciare: Nec mireris, si nomen mulier, quod nō audiuit, asseruit: quando spiritus ei sanctus, qui angelo mādauerat, reuelauit. [illegible] e deū lau. 8.

Ad Laudes, ⁊ per Horas. Aña.

Elisabeth Zacharie magnū virum genuit: Johannem Baptistam, precursorem dn̄i. [illegible] Dn̄s regnauit. 8. [illegible] Innuebant patri eius, quem vellet vocari eum. ⁊ scripsit dicens, Johannes est nomen eius. [illegible] Johannes vocabit nomen eius, ⁊ in natiuitate eius multi gaudebunt. [illegible] Inter natos mulierum non surrexit maior Johāne Baptista. [illegible] Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis ante dominum parare vias eius. [illegible] Audite insule. folio. 406. [illegible]

O Nimis felix, meritique celsi,
Nesciens labem niuei pudoris,
Prepotens martyr, eremique cultor,
Maxime vatum.

Serta ter denis alios coronant
Aucta crementis, duplicata quosdam,
Trina cēteno cumulata fructu
Te sacer ornant.

Nūc potēs nr̄i meritis opimis
Pectoris duros lapides repelle,
Asperū planās iter, ⁊ reflexos
Dirige calles:

Ut pius mūdi sator, ⁊ redēptor,
Mentib⁹ pulsa liuione puris,
Rite dignetur veniēs sacratos
Ponere gressus.

Laudib⁹ ciues celebrant supni
Te de⁹ simplex, pariterq; trine
Supplices ⁊ nos veniam precamur,
Parce redēptis. Amen.

℣. Iste puer magnus corā dn̄o. ℟. Nā ⁊ manus ei⁹ cū ipso est. [illegible] Apertum est os Zacha-

Zacharię, et prophetauit dicens: Benedictus Deus Israel.
Ad iij. Cap. Audite insulę. 406.
℟. br. Fuit homo Missus a deo. ℣. Cui nomen erat Johannes. Miss. Glo. Miss. ℣. Inter natos mulierũ non surrexit maior. ℟. Johāne Baptista. Ad vj. Cap.

Isaia. 49 Et nunc hęc dicit dñs, formans me ex vtero seruũ sibi: Dedi te in lucē gentiũ, vt sis salus mea vsq3 ad extremũ terrę. ℟. Inter natos mulierũ. Nō surrexit maior. ℣. Johanne Baptista. Non. Gloria. Inter. ℣. Elisabeth Zacharię magnuʒ virum genuit. ℟. Johannem Baptistam. Ad Nonam. Caplm.

Isaia. 49 Reges videbunt, et surgēt principes, et adorabũt dñm Deum tuũ, et sanctũ Israel, q elegit te. ℟. Elisabeth Zacharię Magnũ virũ genuit. ℣. Johannem Baptistã, pręcursorem dñi. Magnũ. Gloria. Elisabeth. ℣. Iste puer magnus corã dño. ℟. Nam et manus eius cuʒ ipso est.

Ad Vesperas. Antiphona. Elisabeth, cum reliq. de Laud. Psal. Capitulum, et Hymn. vt in primis Vesperis. ℣. Iste puer magnus coram domino. ℟. Nã et manus eius cum ipso est.

Ad Mag. Aña. Puer, q natus est nobis, plus quaʒ ppheta est: hic est eniʒ de quo Saluator ait: Inter natos mulierum non surrexit maior Johāne Baptista. B. N. N.

SECVNDA DIE Infra oct. Nat. s. Johānis Bapt. Sermo s. Augustini epi. L. iiii. Die 25. A



Natalē sancti Johānis fratres carissimi, hodie celebramus: qđ nulli vnq3 sanctoruʒ legimus fuisse cōcessum, solius enim dñi, et beati Johannis dies natiuitatis in vniuerso mundo celebrat et colit. Nunc enim sterilis peperit, illũ virgo concepit. In Elisabet sterilitas vincitur: in beata Maria conceptionis psuetudo mutat. Elisabeth, virũ cognoscēdo, filiuʒ genuit: Maria angelo credidit, et cōcepit. Hoieʒ pcepit Elisabeth, hoiem et Maria, sed Elisabeth solũ hominē, Maria Deũ et hoieʒ. ℟. Descēdit. L. v. 407

Magnus igitur Johānes, cuius magnitudini etiaʒ Saluator testimoniũ phibet, dicens: Non surrexit inter natos mulieꝝ maior Johanne Baptista: pręcellit cęteros, eminet vniuersis, antecellit pphetas, supergredit patriarchas: et quisquis de muliere natus est, inferior est Johāne. Dicet fortasse aliquis, Si inter natos mulieꝝ Johānes maior est, maior est Saluatore? Absit. Johānes enim natus mulieris, Christus autē virginis natus est: ille corruptibilis vteri finibus effusus est, iste impollutę virginis flore progenitus. ℟.

Hic est precursor. Lectio vj.

Si ergo intelligimus mysterium, fratres mei, Johannes homo est. Christus Deus est: humilietur homo, vt exaltetur Deus, secundum illud quod de domino ipse Johannes dixit: Illum oportet crescere, me autem minui. Ut humiliaretur homo, hodie natus est Johannes, quo incipiunt decrescere dies: vt exaltetur Deus, eo die natus est Christus, quo incipiunt crescere dies: Magnum sacramentum, fratres carissimi, ideo celebramus natalem Johannis sicut et Christi: quia et ipsa natiuitas plena est mysterio. Quo mysterio? nisi humilitatis nostre, sicut natiuitas Christi plena est mysterio altitudinis nostre? R. Innuebant patri. 408.

Homil. S. Ambrosij epi. L. vij.

Johannes est, inquit, nomen eius. Non poterat Elisabeth domini ignorare prenuncium, que prophetauerat Christum. Et bene additur: Quia nemo in cognatione eius vocabatur hoc nomine: vt intelligas nomen non generis esse, sed vatis. Zacharias quoque nutu interrogatur: sed quia incredulitas ei affatum eripuerat et auditum, quod voce non poterat, manu et literis est locutus. R. Precursor domini. 408. L. viij.

Scripsit autem dicens: Johannes est nomen eius. Et hic nomen non imponitur, sed astruitur. Meritoque continuo resoluta est lingua eius: quia quam vinxerat incredulitas, fides soluit. Credamus et nos igitur, vt loquamur, vt lingua nostra, que incredulitatis vinculis est ligata, rationis voce soluatur. R. Gabriel angelus. Lectio nona.

Scribamus spiritu mysteria, si volumus loqui. Scribamus prenuncium Christi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Johannem loquitur, Christum prophetat. Loquamur Johannem, loquamur et Christum, vt nostrum quoque os possit aperiri, quod in sacerdote tanto, irrationalis modo pecudis, frena nutantis fidei coercebant. Tu autem domine.

Sanctorum Johannis et Pauli semid. A capitulo fit de festo, et omnia dicuntur de communi plur. marty. fol. 513. exceptis his que hic sunt propria. Quod si festum hoc venerit in dominica, transfertur in sequentem diem. Ad M. Ant. Astiterunt iusti ante dominum, et ab inuicem non sunt separati: calicem domini biberunt, et amici Dei appellati sunt. Oratio.

Quesumus omnipotens deus: vt nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat, que de beatorum Johannis et Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides, et passio, vere fecit esse germanos. Per dominum. Deinde

Die 26. (margin: Die 16.?)

Deinde fit commemoratio de octaua sancti Johannis.
Ad Matutinum. In j. noc. lec. de epla ad Rom. Fratres, debitores. 513. vt in cõi plur. martyr. j. R. Isti sunt duo viri misericordie, q assistunt ante dnm. Dñatorem vniuerse terre. V. Isti sunt duo oliue, et duo candelabra lucentia ante dnm. Dominatorem. ij. R. Vidi coniunctos viros, habentes splendidas vestes, et angelus dñi locutus est ad me dicens: Isti sunt viri sancti facti amici Dei. V. Vidi angelũ Dei fortẽ, volantem per mediuz celum, voce magna clamantem et dicentem. Isti sunt. iij. R. Tradiderũt. 514. cũ rel. p ndi. de cõi plur. marty. Lcõ iiij.

Johãnes et Paulus fratres, Romani, cum facultatibus a Constantia, Constantini filia, cui pie fideliterque seruierant, ibi relictis, Christi pauperes alerent, a Juliano apostata in numerũ familiarium suorum inuitati, libere negauerunt, se apud eum esse velle, qui a Jesu Christo defecisset. Quib' ille ad deliberanduz decẽ dies prefinit, vt nisi ad eã diez ei adherere, et Joui sacrificare constituerint, sibi moriendum esse certo sciant. R. Sancti tui domine. 514. Lcõ v.

Qui intra id tẽpus reliqua sua bona distribuerũt pauperibus, quo expeditiores ad Deum migrare possent, et plures lucrare a quibus in eterna tabernacula reciperent. Die decima, Terentianus pretorie cohortis prefectus ad eos missus cũ allata Jouis effigie, vt eã venerarentur, Imperatoris mandatũ eis exponit: vt nisi Joui cultũ adhibeãt, moriantur. Qui vt erant orantes, responderunt se pro Christi fide, quem Deũ mente, et ore venerabant, nõ dubitarent mortẽ subituros. R. Verbera. 515. Lc. vj.

At Terẽtianus veritus, ne, si publice interficerent, populus cõmoueretur, domi vbi tũc erãt abscissis eorum capitibus, sexto calẽdas Julij secreto eos sepeliendos curauit, rumorẽq; sparsit, Johãnem, et Paulũ in exiliũ eiectos esse. Verum eorum mors a spiritibus immũdis, qui multorũ corpora vexabant, puulgata est: in quibus Terẽtiani filius, et ipse oppressus a demone, ad sepulcrũ martyrum pductus liberatus est. Quo miraculo, et is in Christum credidit, et eius pr Terentianus, a quo etiã horum beatorum martyrũ vita scripta esse dicitur. R. Tanquam aurum in.

Lcõ sci euãg. scdm Lucam. L. vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Attendite a fermento Pharisseorum, quod est hypocrysis. Et reliq. Homilia venerab. Bede p̃sbyt. 12. ca.

De hoc fermento Apostolus precepit: Itaq; epulemur

lemur nō in fermēto veteri, neque in fermēto malitię & nequitię, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Nā sicut modicum fermētum totam farinę, cui inijcit, massam corrūpit, vniuersamq; mox conspersionem sui sapore cōmaculat, sic nimirum simulatio, cui⁹ semel animū imbuerit, tota virtutum, sinceritate & veritate fraudabit. Est ergo sensus, Attendite ne ęmulemini simulatores, qa veniet profecto tempus, in quo vestra virtus oībus, & eorum reueletur hypocrisis. ℟. Propter test. s 16. Lēō viii.

Verum qđ sequitur: Quoniam quę in tenebris dixistis, in lumine dicentur: non solū in futuro quando cuncta cordium abscondita proferentur ad lucem, sed & in pręsenti tempore potest congruenter accipi: quoniam quę inter tenebras quondam pressurarum, carcerumque vmbras, vel locuti, vel passi sunt apostoli, nunc, clarificata per orbem ecclesia, lectis eorum actibus publice prędicant. Ne terreamini ab his, qui occidūt corpus. Si persecutores sanctorum, occisis corporibus, nō habēt amplius quid cōtra illos agant, ergo superuacua furunt insania, qui mortua martyrū membra, feris, auibusq; discerpenda projiciūt, cū nequaq; oīpotentię dei, qui ea resuscitando viuificet, obsistere possint. ℟. Hęc est vera fraternitas. s 16. Lectio ix.

Duo autē sunt genera persecutorū, vnū palam sęuiētium, alterū fictę, fraudulēterq; blandientiū. Cōtra vtrūq; nos, munire atque instituere volens saluator, & supra ab hypocrisi Pharisęorū attēdere, & hic a carnificū cęde pręcipit non timere, quia videlicet post mortem nec horū crudelitas, nec illorum valeat simulatio durare. Nonne quinque passeres dipondio veneunt? Si minutissima, inquit, animalia, & quę quolibet p aera feruntur volatilia, Deus obliuisci non potest, vos qui ad imaginem facti estis creatoris, nō debetis terreri, ab his, q occidunt corpus: qa q irrationabilia animalia gubernāt, rationabilia curare nō desinit. Tu autem dñe.

Ad Laudes, & per Horas. Ana.

Paulus & Johannes dixerunt Juliano: nos vnum Deū colimus, q fecit cęlū & terram. ps. Dñs reg 8. cū rel. Ana. Paulus & Johānes dixerūt Terentiano: si tuus dñs est Julianus, habeto pacem cum illo: nobis alius non est nisi dominus Jesus Christus. Ana. Johannes & Paulus agnoscentes tyrannidē Juliani, facultates suas pauperibus erogare cęperunt. Ana. Sancti spūs & animę iustorum hymnum dicite Deo, hal. Ana.

An. Johãnes ꝛ Paul⁹ dixerũt ad Gallicanũ, fac votũ Deo celi, ꝛ eris victor melius quã fuisti. Ad Bñs. An. Isti sunt sancti, qui pro Christi amore minas ho minũ contẽpserunt, sancti martyres in regno celorum exultant cũ angelis. O quam preciosa est mors sanctorum, qui assidue assistunt ante dñm, ꝛ ab inuicem nõ sunt separati. Oratio vt sup. In ij. Vesp. An. Paul⁹ ꝛ Johãnes. vt s. Psal. de cõi plur. mart. Ad Magnificat. Antiphona. Isti sunt due oliue, ꝛ duo candelabra lucẽtia ante dñm: habent potestatem claudere celum nubibus, ꝛ aperire portas eius, qa lingue eorum claues celi facte sunt. Oro vt s. Quesumus oĩps.

Deinde fit commemoratio de Octaua sancti Johannis.

QVARTA DIE

Infra oct. Nat. s. Johãnis Bapt. Sermo S. Basilij magni, i psalmum vigesimum octauũ. L. iiij.



Ox dñi sup aquas. Qualis vox, super quas aquas? Velut pphetiã acci piamus, qđ dictum est. Memineris Johannis qui interrogatus a Judeis: Quis es tu? qđ rñsum dabimus ijs, q miserunt nos? rñdit: Ego vox clamãtis i deserto. Igit vox dñi est Johãnes, angelus a deo missus ante faciẽ dñi, vt pararet dño plebẽ pfectã. Hec igit vox super aquas, erat sup Jordanẽ, in quo baptizabat predicans penitentie baptismũ: ꝛ nõ solum in Jordane, sed etiã in Enon ꝓpe Salem, quia aque multe erant illic. R. Descendit angelus. 407. Lec. v.

Onitur vox domini super aquas, Johannes est super baptisma. Illic etiã de⁹ maiestatis intonuit. Venit enim vox de celo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Tunc etiã dñs super aquas multas dignatus est descendere in baptisma Johannis, vt compleret omnem iustitiã, que in lege est. Vox dñi in virtute: Aufert enim debilitates populi per penitentie baptismum, per ipsum baptizãs in aqua ad penitentiã. In virtute est vox dicens: Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum celorum, ꝛ facite fructus dignos penitentie. R. Hic est precursor. 407. L. vj.

Ox dñi confringentis cedros. Potest dici, quod parana dño populũ pfectũ, elatas impietates, ꝛ contra cognitionẽ Dei exaltatas confringẽs, ac conterẽs, obliqua faciebat recta. Qui enim oẽm collẽ, ac mõtem humiliat, hic erat qui ꝯfringebat cedros, ꝛ domino accessum adequabat, per hoc quod ad penitentiam inducebat altum, ꝛ elatum, ꝛ superbum cor.

Unde eius preparationem susci piens dñs, suo aduentu confrin/ git oppositas potentias cedros Libani figurate dictas. Oportet enim dominum regnare, donec ponat inimicos sub pedes suos. ℟. Innuebant patri eius. 408. [illegible]

ET Zacharias, pater eius, impletus est spiritu sācto, & prophetabat dicēs. Uide quā bonus Deus: facilis indulgere peccatis, non solum ablata resti/ tuit, sed etiā insperata concedit. Ille dudū mutus ,ppheta. Hec enim gratia Dei maxima, ꝙ eū, qui negauerat ꝯfitet. Nemo er/ go diffidat, nemo veterū ꝯscius delictorū pmia diuina desperet. Nouit dominus mutare senten/ tiam, si tu noueris emēdare deli/ ctū. ℟. Precursor. 408. Lec. viij.

ET tu puer propheta altissi mi vocaberis. Pulchre, cū de dño prophetaret, ad prophe/ tam sua verba conuertit, vt hoc quoq; esse beneficium dñi desi/ gnaret, ne cum publice enume/ raret sua, quasi ingratus tacuis/ se q̄ acceperat beneficia videre/ tur, quę agnoscebat in filio. Sed fortasse, aliqui quasi irrationabi lem mētis excessum putent, qđ octo diez alloquit infantē. Ue/ rū si teneamus, intelligam⁹ ꝑfe/ cto ꝙ potuit vocez patris natus audire, qui Marię salutationez antequam nasceretur, audiuit.

℟. Gabriel angelus. Lectio ix.

SCiebat profecto alias esse aures ,ppheteę: q̄ spū Dei, nō corporis ętate, referant. Ha/ bebat intelligēdi sensum, q exul tandi habebat affectū. Simul il lud aduerte, quaz paucis Elisa/ beth, quā multis Zacharias pro phetet, vterq; scō repletus spū loq̄bat: sed disciplina seruat, vt mulier discere magis quę diuina sūt studeat, quā docere. [illegible] u au.

C [illegible] Die 28. I

[illegible]

[illegible]

[illegible]



DEus q beatū Leo/ nē Pontificē, scōrū tuorū meritis cō quasti: cōcede, ppi ti⁹: vt q cōmemora tionis ei⁹ festa pcolim⁹, vitę quo que imitemur exēpla. p. [illegible]

LEo secundus, Pontifex Maximus, Siculus, hu/ manis & diuinis literis grece, & latine doctus, musicis etiam eru ditus fuit: ipse enim sacros hym nos & psalmos in ecclesia ad ꝯcē/ tū meliorē reduxit. Idē istituit, vt in Misse sacrificio pacis oscu luz pplo daret. Probauit Acta sextę Sinodi, q̄ Cōstantinopoli celebrata est pñtibus legatis apostolicę sedis, Cōstātino Im/ peratore, & duobus Patriar/ chis, Constantinopolitano, & Antiocheno, ac ducentis octo/ ginta

ginta nouē epis. Quā ꝯn latinū trāstulit. ℟. Inueni. 520. Le. v.

In eo concilio Cyrus Sergius & Pyrrhus ꝯdemnati sunt, vnā tantūmodo volūtatē & operationē in Chro pdicātes. Hic fregit superbiā Antistitū Rauennatum, qui Exarchorū freti potentia, sedi apostolicę non obtemperabāt. Quāobrē decreuit vt electio cleri Rauennatis irrita esset, nisi Romani Pontificis auctoritate compro baretur. ℟. Posui adiut. Le. vj.

Vere pater pauperū fuit: nō enim pecunia solū, sed opera, labore, & consilijs egentium viduarum, & pupillorum inopiam, ac solitudinē subleuabat. Qui dū singulos non magis prędicatione, quam vita ad pie sancteqꝫ viuendum adhortaretur, mense sui pontificatus decimo, & diebus decē & septem obdormiuit in domino. Sepultus est in basilica sancti Petri iiij. Calendas Julij. Ordinatione vna mēse Junio, creauit presbyteros nouem, diaconos tres, episcopos diuersis in locis viginti tres. ℟. Iste est qui ante. 520. In iij. noc. Hom. i euāg. Homo quidā. 521. De cōi ꝯfes. pōt. L. ix. De vigilia apost. Petri & Pauli. Lcō s. euā. sm Johannē. Le. vij.

21. In illo tpe: Dixit Jesus Simoni Petro: Simō Johānis diligis me plus his? Et rel.

Homilia Sancti Augustini epi.

Reddit negationi trinę trina cōfessio, ne minus amori lingua seruiat, quam timori: & plus vocis elicuisse videat mors imminens, quā vita pręsens: & sit amoris officiū pascere dñicū gregē, si fuit timoris indiciū negare pastorem. Qui hoc aio pascunt oues Chri, vt suas velint esse, nō Chri: se conuincunt amare non Christum: vel gloriandi, vel dñandi, vel acquirēdi cupiditate, non obediendi, & subueniēdi, & Deo placēdi charitate. ℟. 20 come. vigilię. Aña ad Bns & Bri. de feria currenti. Oratio.

Pręsta q̄s ops de⁹: vt nullis nos pmittas perturbationib⁹ concuti: quos in apostolicę ꝯfessionis petra solidasti. p.

In SS. Apo. Petri & Pauli. Ad Vesperas. Antiphona. Die 29. E

Petrus & Johā. 414. cū rel. de laud. ps. Dixit dñs. 52, cū rel. de dñica. & loco vltimi psal. Laudate dñm omnes gentes. 54. Cap.



Misit Herodes rex manus vt affligeret quosdā de Ecclesia: occidit autem Jacobum, fratrē Johānis gladio. Uidens autem quia place- Act. 12

ret Judęis, apposuit vt apprehē deret & Petrum. Hymnus.

Aurea luce & decore roseo Lux lucis omne perfudisti seculum.
Decorās cęlos inclyto martyrio
Hac sacra die, q̄ dat reis veniā.
Janitor cęli, doctor orbis pariter,
Judices secli, vera mundi lumina
Per crucem alter, alter ense triumphans,
Vitę senatū laureati possidēt.
O felix Roma, quę tantorum principum,
Es purpurata p̄tioso sāguine,
Nō laude tua, sed ipsor̄ meritis
Excellis omnē mundi pulchritudinem.
Sit trinitati sempiterna gloria
Honor potestas, atq̧ iubilatio
In vnitate cui manet imperiū
Ex tunc, & modo, per ęterna secula. Amen.

℣. In oēm terrā exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terrę verba eorum. Ad Magn. Añ. Tu es pastor ouium, princeps apostolorū, tibi traditę sunt claues regni cęlorum. Oratio.

Deus qui hodiernā diē apostolorū tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti: da Ecclesię tuę eorum in oībus sequi pręceptum: per quos religionis sumpsit exordium. Per dominum. Hac & seq. die non fit alia cōme. scti Pauli, cuž Oro fit cōmunis, nec Oct. S. Johannis Baptistę. Ad Matutinum. Inuitatorium. Regem apostolorum. ps. Venite. 1. Hymn. Eterna Chri. 497. Añę, & psal. & versic. nocturnorū dicūtur de cōi apostolorum. 497. De Act. apostolorum. Lectio i.

Petrus autem & Johannes ascendebāt in tēplū ad horam orationis nonam. Et quidā vir, q erat claudus ex vtero matris suę baiulabatur, quem ponebāt quotidie ad portam templi quę dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cū vidisset Petrū & Johannē incipientes introire in templū rogabat vt eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cū Johanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos sperās se aliquid accepturum ab eis. 3. Ca.

℟. Simon Petre anteq̄ de naui vocarem te, noui te, & super plebem meam principem te cōstitui: Et claues regni cęlorū tradidi tibi. ℣. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cęlis. Et. Lectio secunda.

Petrus autem dixit: Argētum & aurū non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do:

In nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eũ. Et protinus cõsolidatę sunt bases eius, et plantę: et exiliens stetit, et ambulabat: et intrauit cum illis in templum ambulans, et exiliens, et laudans Deum. Et vidit omnis populus eũ ambulantem, et laudantẽ Deũ. Cognoscebant autẽ illum, qm ipse erat qui ad eleemosynã sedebat ad Speciosam portã tẽpli, et repleti sunt stupore et extasi in eo quod ptigerat illi. R. S i diligis me Simon Petre, pasce oues meas: dñe tu nosti quia amo te. Et animã meã pono pro te. V. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et. Lectio iij.

Cum teneret autẽ Petrus et Johannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticũ, quę appellatur Salomonis, stupentes. Uidens autem Petrus, respõdit ad populũ. Uiri Jsraelitę, qd miramini in hoc, aut nos qd intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate fecerim⁹ hũc ambulare? Deus Abraham, et De⁹ Jsaac, et Deus Jacob, De⁹ patrũ nostrorum glorificauit filium suum Jesum, quẽ vos quidẽ tradidistis, et negastis ante faciẽ Pilati, iudicante illo dimitti. Uos autẽ sanctum, et iustũ negastis, et petijstis virum homicidã donari vobis, auctorẽ vero vitę interfecistis, quẽ Deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus. Et in fide nois eius hũc quẽ vos videtis et nostis ɔfirmauit nomen eius: et fides, q̃ p eum est, dedit integram sanitatẽ istã, in conspectu omnium vestrum. R. T u es Petrus, et super hanc petram ędificabo Ecclesiã meã, et portę inferi nõ pręualebũt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. V. Quodcunq3 ligaueris super terram, erit ligatum, et in cęlis, et quodcunq3 solueris super terram, erit solutũ et in cęlis. Et tibi. G loria. Et. 499. Sermo S. Leonis Papę. L. iiij.

Omniũ quidem sanctarum solennitatũ dilectissimi totus mũdus est particeps, et vnius fidei pietas exigit, vt quicquid pro salute vniuersorum gestum recolitur, communibus vbique gaudijs celebretur. Ueruntamẽ hodierna festiuitas pręter illam reuerentiam, quam toto terrarum orbe promeruit, speciali et propria nostrę vrbis exultatione veneranda est: vt vbi pręcipuorum apostolorũ glorificatus est exitus, ibi in die martyrij eorum sit lętitię principatus. Isti enim sunt viri, per quos tibi euangelium Christi Roma resplẽduit: et quę eras magistra erroris: facta es discipula veritatis. R. D ñe si tu es, iube me venire ad te super aquas. Et extẽdens manum

num apprehendit eũ, ꝛ dixit Jesus: Modice fidei, quare dubitasti? ℣. Cũq; vidisset ventum validũ venientẽ, timuit: ꝛ cũ cepisset mergi, clamauit dicens: Domine saluũ me fac. Et. ℞.

Isti sunt patres tui veriq; pastores, q te regnis celestibus inserendam, multo melius, multoq; felicius cõdiderũt, quã illi quorũ studio prima mẽniũ tuorũ fundamẽta locata sunt: ex quibus is, q tibi nomen dedit, fraterna te cede fedauit. Isti sũt, qui te ad hanc gloriã ꝑduxerũt, vt gens sancta, populus electus ciuitas sacerdotalis ꝛ regia, per sacrã beati Petri sedem caput orbis effecta, latius ꝑsideres religione diuina, quã dñatione terrena. Quãuis enim multis aucta victorijs, ius Imperij tui terra mariq; protuleris, minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit, quã quod pax Chrĩana subiecit. ℞. Surge Petre, ꝛ indue te vestimentis tuis: accipe fortitudinẽ ad saluãdas gentes: Quia ceciderunt catene de manibus tuis. ℣. Angelus dñi astitit, ꝛ lumẽ refulsit in habitaculo carceris, percussoq; latere Petri excitauit eum dicẽs: surge velociter. Quia. Lectio vij.

Dispositio nãq; diuinitus operi maxime cõgruebat, vt multa regna vno cõfederarentur imperio, ꝛ cito peruios haberet populos predicatio generalis, quos vni⁹ teneret regimẽ ciuitatis. Hec autẽ ciuitas ignorãs sue prouectionis auctorem, cũ pene omnibus dñaretur gentibus, oium gentium seruiebat erroribus: ꝛ magnam sibi videbatur assumpsisse religionem. qa nullam respuebat falsitatẽ. Unde quanto erat per diabolũ tenacius illigata, tãto per Christum est mirabilius absoluta. ℞. Tu es pastor ouiũ, princeps aplorum, tibi tradidit Deus oia regna mũdi. Et ideo tibi tradite sunt claues regni celorum. ℣. Quodcũq; ligaueris sup terrã erit ligatũ ꝛ in celis: ꝛ quodcũq; solueris super terram, erit solutum ꝛ in celis. Et. Gl. lo. Et. 500. Lcõ s. euã. sm Mattheus. L. xvj.

In illo tẽpore: Venit Jesus in partes Cesaree Philippi, ꝛ interrogabat discipulos suos dicens: Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis? Et rel. 19.c

Homilia S. Hieronymi presby.

Pulchre interrogat: Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis: qa q de filio hominis loquuntur, homines sunt: quĩ vero diuinitatẽ eius intelligũt, non homines, sed dij appellantur. At illi dixerunt, Alij Johannem Baptistã, alij autẽ Eliam. Miror quosdã interpretes causas errorũ inquirere singulorũ, ꝛ disputationẽ longissimam texere,

xere, quare dn̄m nostrū Jesum Christum alij Johannem puta-uerint, alij Eliā, alij Jeremiam, aut vnū ex prophetis, cū sic po-tuerint errare in Elia, ꝛ Jere-mia, quomodo Herodes erra-uit in Johāne, dicens: Quē ego decollaui Johānē, ipse surrexit a mortuis, ꝛ virtutes operant in eo. ℟. Ego pro te rogaui Pe-tre, vt nō deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ℣. Caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi, sed pater me⁹ qui est in celis. Et. Lectio viij.

Uos autē quē me esse dici-tis? Prudens lector atten de, q̄ ex ꝯsequentibus textuque sermonis, apl'i nequaquā hoīes, sed dij appellantur. Cum enim dixisset: Quem dicūt hoies es-se filium hoīs? subiecit. Uos au tem quem me esse dicitis? Illis, quia hoies sunt, humana opinā-tibus, vos q estis dij, quē me es-se existimatis? Petrus ex perso na oium aploꝝ profitetur: Tu es Christus filius Dei viui. Deū viuum appellat ad distinctionē eoꝝ deoꝝ qui putantur dij, sed mortui sunt. ℟. Quem di-cūt homines esse filiū hominis? dixit Jesus discipulis suis. Re-spondens Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei viui. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus ꝛ su per hanc petrā edificabo Eccle-siā meam. ℣. Beatus es Simon Bar iona, q caro, ꝛ sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus, q est in celis. Et. Glo. Et. Lcō. ix.

Respondens autē Jesus di-xit ei: Beatus es Simon Bar iona. Testimonio de se apo stoli reddidit vicē. Petrus dixe rat: Tu es Christus filius Dei viui, mercedem recepit vera cō fessio: Beatus es Simō Bar io na. Quare? quia non reuelauit tibi caro ꝛ sanguis, sed reuela-uit tibi pater. Quod caro ꝛ san-guis reuelare non potuit, spūs sancti gratia reuelatū est. Ergo ex cōfessione sortitur vocabulū, qd̄ reuelationē ex spiritu sancto habeat, cuius ꝛ filius appellan-dus sit. Si quidem Bar iona in nostra lingua sonat, fili⁹ colūbe. Ad Laudes, ꝛ per Horas. Aña.

Petrus ꝛ Johannes ascen-debant in tēplum ad horā orationis nonā. ps. Dñs reg. 8. cum rel. Aña. Argentū ꝛ aurū non est mihi, quod autē habeo, hoc tibi do. Aā. Dixit angelus ad Petrū, circūda tibi vestimē-tum tuum, ꝛ sequere me. Aña. Misit dñs angelum suum: ꝛ li-berauit me de manu Herodis. hai. Añ. Tu es Petrus, ꝛ super hāc petram edificabo ecclesiam meam. Cap. Misit. 412. Hymn.

Iam bone pastor Petre cle mens accipe, Uota p̄cantū, ꝛ peccati vincula Resolue tibi potestate tradita,

Qua

Qua cunctis cęlum verbo claudis, aperis.

Doctor egregie paule mores instrue,
Et mente polum nos transferre satage,
Donec pfectū largiat' plenius,
Euacuato quod ex parte gerimus,
Sit trinitati salus indiuidua,
Honor potestas atq; iubilatio,
In vnitate cui manet imperiū
Ex tunc & modo, per ęterna sęcula. Amen.

℣. Annunciauerūt opera Dei.
℟. Et facta eius intellexerunt.
Ad Benedictus. Antiphona.
Quodcūq; ligaueris sup terrā, erit ligatū & i cęlis: & quodcunq; solueris sup terrā, erit solutū & i cęlis: dicit dn̄s Simoni Petro.
Ad iij. Capl'z. Misit Hero. 412.
℟. bre. In oēm terram. & Constitues. 501. dn̄r de cōi Aplorū.
Ad Sextam. Capitulum.

Act. 2. Petrus quidē seruabatur in carcere, oratio autē fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. ℟. br. Cōstitues eos. 501. & Nimis hono.
Ad Nonam. Capitulum.

Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio vere, quia misit dn̄s angelū suū, & liberauit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judęorum.
℟. bre. Nimis. 501. & Annūcia.
Ad Vesp. Ubi non fuerit ecclesia S. Pauli, dr̄ Añā. Jurauit dn̄s. 501. cum rel. psal. de apl'is. Cap. & Hym. vt s. in j. Vesperis.
℣. Annunciauerūt opera Dei.
℟. Et facta eius intellexerunt.
Ad Mag. Añ Hodie Simō Petrus ascēdit crucis patibulū, hal. Hodie clauicularius regni gaudēs migrauit ad Chr̄m. Hodie Paulus apl's, lumen orbis terrę, inclinato capite, pro Christi nomine martyrio coronatus est, hal. Oro. Deus qui hod. 412.
Hec fit cōmemor. S. Johannis.
Ubi vero fuerit Eccl. S. Pauli
Ad Vesp. Añ Ego plātaui. 416 cū rel. de Laud. ps. Dixit do. 52. cū rel. de Dn̄ica. loco vlt. pš Laudate dominū oēs gen 54. Cap.

2. Ti. 4 Bonū certamē certaui, cursum consummaui, fidē seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quā reddet mihi dn̄s in illa die iustus iudex.
Hym. Doctor egregie. vt s. in Lau. S. Petri. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule apostole
℟. Prędicator veritatis in vniuerso mundo. Ad Mag. Añ. Sancte Paule apostole, prędicator veritatis, & doctor gentiū; intercede pro nobis ad Deum qui te elegit. Oratio.

Deus qui multitudinem gentiū beati Pauli Apostoli pdicatione docuisti: da q̄s, vt cuius natali

natalitia colimus: ei⁹ apud te pa trocinia sentiamus. Per dñm. Deinde fit cõmemo. S. Petri, vt in Cõuersione s. Pauli. 375. nec fit commemo. S. Johannis.

Die 30. F ℂ In cõme. S. Pauli. duplex. Ad Matut. Inuit. Regem apo stolo℞. 497. ps. Venite. Hym. Doctor egregie. vt s. folio. 414. In primo noctur. Antiphona. Qui operatus est Petro in apo stolatu, operatus est ꝛ mihi in ter gẽtes: ꝛ cognouerũt gratiã, que data est mihi a Christo dño. ps. Celi enar. 497. in cõi aplo℞. Aña. Scio cui credidi, ꝛ certus sum, qa potens est depositũ meũ seruare in illum diem iustus iu dex. ps. Benedicam. 498. Aña. Mihi viuere Christus est, ꝛ mo ri lucrum, gloriari me oportet in cruce dñi nostri Jesu Christi. ps. Eructauit. ℣. In oẽm terrã exiuit sonus eorum. ℞. Et in fi nes orbis terre verba eorum.

De Act. Apostolorum. Lcõ j.

c. 13. 

Erant autem in ec clesia, que erat An tiochie prophete ꝛ doctores, in qbus erat Barnabas, ꝛ Simõ, qui vocabatur Niger, ꝛ Lucius Cyrenẽsis, ꝛ Manahẽ, qui erat Herodis tetrarche col lactaneus, ꝛ Saulus. Ministran tibus autẽ illis dño, ꝛ ieiunanti bus, dixit spiritus sanctus: Se gregate mihi Saulũ, ꝛ Barna bam, in opus, ad qđ assũpsi eos. Tunc ieiunãtes, ꝛ orãtes, impo nentesqꝫ eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi a spi ritu sancto abierũt Seleuciam, ꝛ inde nauigauerunt Cyprum. ℞. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est ꝛ mihi inter gẽtes: Et cognouerũt gra tiã Dei, q̃ data est mihi. ℣. Gra Dei, i me vacua nõ fuit, sed grã ei⁹ sẽp in me manet. Et. Lc. ij.

Et cũ venissent Salaminã, predicabant verbũ Dei in synagogis Judeorũ. Habebant autem ꝛ Johãnẽ in ministerio. Et cum perambulassent vniuer sam insulam vsqꝫ ad Paphum, inuenerunt quendam virũ ma gum pseudo prophetaꝫ Judeũ, cui nomen erat Bariesu, q erat cũ procõsule Sergio Paulo, vi ro prudente. Hic accersitis Bar naba, ꝛ Saulo, desiderabat au dire verbũ Dei. Resistebat au tẽ illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomẽ ei⁹) querẽs auertere procõsulem a fide. ℞. Bonũ certamẽ certaui, cursum ꝯsummaui, fidẽ seruaui. Ideoqꝫ reposita est mihi corona iustitie. ℣. Scio cui credidi, ꝛ cert⁹ sum qa potens est depositũ meuꝫ ser uare in illũ diẽ. Ideoque. Lc. iij.

Saulus autem, qui ꝛ Pau lus repleť⁹ spiritu sancto, intuẽs in euꝫ dixit: O plene om ni dolo, ꝛ omni fallacia, fili dia boli,

boli, inimice omnis iustitię, non
desinis subuertere vias dñi re/
ctas? Et nūc ecce manus dñi su/
per te, & eris cęcus, non videns
solē vsq; ad tempus. Et confe/
stim cecidit in eū caligo & tene/
brę: & circumiens quęrebat qui
ei manum daret. Tunc procon/
sul cum vidisset factum, credidit
admirās super doctrina dñi. Et
cū a Papho nauigasset Paul⁹,
& qui cū eo erāt, venerunt Per/
gen Pāphilię: Johānes autē di
scedēs ab eis, reuersus est Jero/
solymā. [illegible] Reposita est mihi co
rona iustitię: Quā reddet mihi
dñs in illu; diē iustus iudex. ℣.
Scio, cui credidi: & certus sum,
qa potēs est depositū meū serua
re in illu; die;. Quā. Glo. Quā.
In secūdo noctur. Antiphona.
Tu es vas electionis, sctē Pau/
le apostole, prędicator veritatis
in vniuerso mundo. ps. Omnes
gen. 499. Aij. Magnus sanctus
Paulus vas electionis, vere di/
gne est glorificandus, qui & me/
ruit thronu; duodecimum pos/
sidere. ps. Exaudi de⁹ dep. 499.
An. Bonum certamē certaui,
cursum consummaui, fide; ser/
uaui. ps. Exaudi Deus ora. 499.
℣. Constitues eos pricipes su/
per omnem terram. ℟. Memo
res erunt nominis tui domine.
[illegible] de gra/
tia & libero arbitrio. L. iiij.
Apostolus Paulus, quem
certe inuenimus sine vllis meri/
tis bonis, immo cum multis me
ritis malis, Dei gratiā consecu/
tū, reddētis bona pro malis, vi/
deam⁹ quid dicat, sua iā propin
quāte passione, scribens ad Ti/
motheum. Ego eni; iam immo/
lor, inquit, & tēpus resolutionis
meę instat. Bonū certamē certa
ui, cursum ꝯsummaui, fidē serua
ui. Jsta vtiq; iam merita, sua bo
na cōmemorat, vt post bona me
rita consequatur coronam, qui
post multa mala merita cōsecu/
tus est gratiam. Deniq; attendi/
te quid sequat. Superest, inqt,
mihi corona iustitię, quā reddet
mihi dñs in illa die iustus iudex.
Cui redderet corona; iustus iu/
dex, si nō donasset gratiā miseri
cors pr? Et quomodo esset ista
corona iustitię, nisi pręcessisset
gratia, q̄ iustificat impiū? Quo/
modo ista debita redderent, nisi
prius, illa gratuita donarēt? R.ij
Tu es vas electionis sctē Pau/
le apostole, prędicator veritatis
in vniuerso mūdo. Per quē oēs
gētes cognouerunt gratiā Dei.
℣. Intercede ꝓ nobis ad Deu;
qui te elegit. Per quem. L. v.
Proinde cōsideremus ip/
sa merita apostoli Pauli,
quibus dixit coronā redditurū
iustum iudicē: & videamus, vtrū
merita ipsius tanq̄ ipsius, idest,
ex ipso ei cōparata, an dona sint
Dei. Bonū, inqt certamen cer/
taui,

taui, cursum consummaui, fidē seruaui. Primo ista bona opera, si nō ea precessissent cogitationes bone, nulla essent. Attēdite itaque quid de ipsis cogitationib⁹ dicat: Ait eniꝫ scribēs ad Corinthios. Nō quia idonei simus cogitare aliquid a nobis tanq̄ꝫ ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Deinde singula īspiciamus. R. Gratia Dei sum id qđ sum, Et gratia eius, in me vacua non fuit, sed semp in me manet. V. Qui operatus est Petro in apostolatuꝫ, operatus est ꝛ mihi inter gentes. Et gratia. Lectio vj.

Bonum, inquit certamen certaui. Querō qua virtute certauerit, vtrū, que illi ex semetipso fuerit, an que desuper data sit? Sed absit, vt tantus doctor gētiū ignorauerit legē Dei cui⁹ vox est in Deuteronomio: Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea, ꝛ potētia manus mee fecit mihi virtutē hāc magnā: sed memoraberis dñi Dei tui; qa tibi ipse dat fortitudinē, ꝛ facere virtutē. Quid autē prodest bonum certamē nisi sequatur victoria? quis dat victoriā, nisi ille, de quo dicit ipse. Gratias Deo, qui dat nobis victoriā per dñm nostruꝫ Jesum Christū. R. Paulus q ꝛ Paul⁹, magn⁹ p̄dicator A Deo cōfortat⁹ cōualescebat, ꝛ cōfundebat Judeos. V. Ostēdēs qa hic est Chrs fili⁹ Dei. A Deo. Gl. A.

In tertio nocturno. Antiphona. Saulus, q ꝛ Paulus magnus predicator, a Deo confortatus conualescebat, ꝛ cōfundebat Judeos. ps. Cōfitebimur. 500. An. Ne magnitudo reuelationuꝫ extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee angel⁹ satane qui me colaphiȝet, ꝓpter quod ter dñm rogaui, vt auferretur a me; ꝛ dixit mihi domin⁹, sufficit tibi Paule gratia mea ps. Dñs reg. exul. fol. 500. Ant. Reposita est mihi corona iustitie, quā reddet mihi dñs i illa die iustus iudex. ps. Dominus reg. irascan. 500. V. Nimis honorati sunt amici tui Deus. R. Nimis confortatus est principatus eorum.

Lectio sci euāg. sm Matthei. L. viij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Et reliqua. 10.A.

Homilia S. Johānis Chrysost.

Hic dicere videt: nolite turbari, si quasi oues in medio luporum vos versari, ꝛ colūbas esse iubeo. Nam etsi possuꝫ contrarium quoque prestare, vt nihil laboris, atqꝫ doloris ad vos perueniat, neqꝫ vt anteq̄ꝫ oues lupos timeatis, sed quasi leones terrores inferatis omnibus: tamen confert ita fieri queadmodum iubeo, id enim illustriores vos facit, id meam facile declarabit virtutē. Sic enim postea dixit

xit Paulo: Sufficit tibi gratia
mea: nam virtus in infirmitati-
bus perficitur. Ipse igitur apo-
stolus oues mansuetudine fecit.
℟. Sancte Paule apostole, pre-
dicator veritatis, ⁊ doctor gen-
tiū, Intercede p nobis ad Deū
qui te elegit, vt digni efficiamur
gratia Dei. ℣. Tu es vas electio
nis sancte Paule apostole pdi-
cator veritatis. Interced. L. viij.

SEd inspiciamus quā pru-
dentiā querit: serpētis cer
te prudentiam imitari cohorta-
tur. Nam quemadmodū serpēs
totum se ipsum tradit, nec mini-
mum curat si corpus inciditur,
donec caput suū integrū seruet:
eodē tu quoqz modo, preter fi-
dem, cetera perdere non cures,
profundas vniuersam tuam pe-
cuniā, tradas corpus, vite ipsi (si
opus est) minime parcas: dum-
modo fidem serues, que caput ⁊
radix est: qua seruata, etiā si om
nia perdas, omnia tamen rursus
maiore cū magnificētia recupe-
rabis. Idcirco nec simplices so-
lū iussit esse nec prudentes solū
sed ambo hec in vnū miscuit, vt
in pcipuā virtutē simul vertant.
℟. Damasci prepositus gentis
Arethe regis voluit me cōprehē
dere: Et a fratribus per murū de
missus sum in sporta, ⁊ sic euasi
manus eius, in nomine dñi. ℣.
Deꝰ ⁊ pr dñi nři Jesu Christi scit
qa nō mētior. Et. ✠ l. Et. Le. ix.

QUod si rebus ipsis id ita
fieri videre desideras.
Actꝰ apostolorū diligēter lecti-
tato, perspicies profecto, cum se-
pe Judeorū populus in aposto-
los insurrexerit, ac dentes in eos
acuerit, columbe simplicitatem
nunquam ipsos perdidisse, sed
mansuetudine, ac moderatione
respondendi irā ipsorū superas-
se, furorē incitatū extinxisse, im-
petū retardasse. Nā cū illi dice-
rent: nonne etiam atqz etiā pre-
cepimus vobis, ne doceretis i no
mine isto? quāuis innumera pos
sent edere miracula, nihil tamē
asperū, nihil acre, neqz dixerūt,
neqz fecerūt, sed māsuete respō-
dētes dicebāt: Si iustū est vos au
dire magis, quā Deū, iudicate.
Perspexisti simplicitatē colūbe
vide nūc serpentis prudentiam.
Nō enim possumus, inquiūt, nos
q̄ vidimus, ⁊ audiuimꝰ non loq.

Ad Laudes, ⁊ per Horas. Aña.
EGo plātaui, Apollo riga-
uit, Deus autē incremen-
tū dedit, halāh. ps. Dñs reg. 8.
cū ret. Aīn. Libenter gloriabor
in infirmitatibus meis, vt inha-
bitet in me virtus Christi. Aīn.
Gratia Dei i me vacua nō fuit,
sed gratia eiꝰ semp i me manet.
Aīn. Damasci prepositus gentis
Arethe regis voluit me cōpre-
hendere: a fratribus per murū
demissus sum in sporta, ⁊ sic eua
si manus eius in nomine Dñi.
Aīn.

Añ. Ter virgis cęsus sum semel lapidatus sum, ter naufragium pertuli pro Christi noie. Capl'm. Bonũ certa. 414. Hy'. Exultet cęlum. ℣. Tu es vas electionis sancte Paule aple. ℟. Predicator veritatis in vniuerso mũdo. Ad Bñs. Ana. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, dicit dominus. Oro vt sup. Et fit cõm. sancti Petri, vt sup. Deinde fit cõme. oct. S. Johan. Ad iij. Cap. Bonuz certa. 414. ℟. bre. In omnem. 501. ℣ Cõsti. tues. de cõmuni Apostolorum. Ad Sextam. Capitulum.

Cor. 21. Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę angelus satane: q me colaphizet: ppter qd ter dñz rogaui vt auferret a me: & dixit mihi, sufficit tibi gra mea ℟. bre Cõstitues. 501. ℣ Nimis. Ad Roman. Capitulum.

Ego eniz suz minimus apostolor, qui nõ sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiã Dei: gratiã autẽ Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua nõ fuit. ℣. Nimis bono. ℣ Annũciaue. Ad vesp. Añ. Jurauit dñs. 501. cum rel. de cõi aplorũ. A cap. fit de S. Joh. vt in j. vesp. festi. 406. In fine pro cõme. aplor. Ana, & ℣si. quę dñr quando p annuz fit cõm. de aplis circa fi. Psalt. 61.

Oro vero diei. Deus, q hod. 412. vt supra, quę cõm. fiũt ter in se quentibus diebus ad Vesper. & Laudes vt infra in rubrica post festum Visitation. adnotat. 418.

IVLII FESTA.

Offm defuncto. j. die nõ ipedito

In oct. sancti Johan. Baptistę. Omnia dicũtur sicut in die, preter lectio j. noctur. quę leguntur de Scriptura occurren. & iij. nocturni, quę leguntur vt infra. Sermo S. Maximi epi. Le. iiij. Die 1.



Festiuitatez presentis diei, fratres carissimi, venerandi Johãnis Baptistę genuina natiuitas cõsecrauit, qui idcirco in hoc sẽculũ supna dispẽsatione directus est, vt non solum ipse propheta li sublimaret gloria, sed vt & omnium etiam per eum propheta ruz pręconia firmarent. Nec immerito illum pręcipuo honore nunc veneramur, qui, speciali quadam gratia, ob hoc redemptorem mundi nouissimus prophetauit, vt ostenderet eum primus. Hic enim solus est prophetarum, qui dominum nrm Jesum Christum, quem alij in longa tẽpora futurum pręscierunt, proprijs oculis videre meruit, & annunciare pręsentez. Lectio v.

Hic est ille, quẽ, inspirante Deo, pręscius annunciat Isaias, dicens: Vox clamantis in

in deserto: parate viã dñi. Quã congrue, fratres carissimi, beatus Johãnes prędicatus est vox: qui cęlestis verbi & preco mittebat, & testis? Hic est ille cuius p angelum Gabrielem prenunciatur natiuitas, & nomen, & meritum. Hic est qui iudicio cęlestis sententię cunctis mortalibus anteferf, dicente dño: Nõ surrexit inter natos mulierų maior Johãne Baptista. Quam pulchre dictũ est, Inter natos mulierũ nõ esse maiorez: quia ille omnimodis maior erat Johanne, qui de virgine nascebatur. Lectio vij.

Omnibus prospectis, aduertite dilectissimi, quantaz huic reuerentiã, quantuz deuotionis debeamus impendere, q vt honorabilis fit, a sctõ est spiritu prophetatus, promissus ab angelo, laudatus a dño, & perpetua sanctę mortis gloria cõsecratus. Decebat namque vt mysticam natiuitatem eius mirabilis vita sequeretur, & sanctam pfectamque vitã mors Deo deuota concluderet. Propter qd, fratres, rectissime toto hodie orbe Christi Ecclesia primordia natiuitatis eius letissima festiuitate concelebrat, qui eterna mortalibus adesse gaudia stupenti mundo testis fidelissimus reuelauit.

In iij. noct. Homilia sancti Ambrosij, vt in die festi, quę incipit, Peperit filium, folio. 408.

VISITATIO B. MARIÆ Virginis, duplex.

oĩa dñr vt in eius Nati 457. mutato noie Natiuitatis, in Visitatione, pter lec. q leguntur vt infra. In j. vesper. oĩa de Visitatione, sed in Aii. j. vesper. ad Mag. oĩ



Gloriose virginis Marię visitationez dignissimam recolamus, &c. cuz cõme. S. Johãnis, & apostolorũ, vtsi. ac sctõrum martyrum vt sequitur.

Cõmemoratio SS. martyrũ Processi & Martiniani. Oro.

Deus q nos sanctorũ martyrum tuorũ Processi & Martiniani gloriosis cõfessionibus circundas, & protegis: da nobis & eorų imitatione pficere, & intercessione gaudere. Per d.

In j. noc. leg. lec. de Cãtic. cãtic. q posite sũt ij. die in f. oct. Assũptiõis btę Mar. v. Ego flos cãpi. 44.

℟. j. Hodie visitauit Elisabeth btã vgo Maria ex pgenie. 457.

℟. ij. Beatissimę virginis Marię visitationẽ deuotissime. 457.

℟. iij. Gloriosę virginis Marię visitationem dignissimam. 457.

Sermo vener. Bedę psby. Lectio j.

Accepto virginis consensu, mox angelus cęlestia repetiit:

tit: illa petit montana, festinat inuisere Elisabeth, nō quasi incredula de oraculo, vel dubia de exēplo, sed vt lęta ꝓ voto, religiosa ꝓ officio, typicū pariter exemplū tribuēs, ꝙ oīs aīa, q̄ verbum Dei mente ꝯceperit, virtutū statim celsa cacumina gressu ꝯscendat amoris, quatenus ciuitatem Juda, id est cōfessionis ꝛ laudis arcam, penetrare, ꝛ vsqꝫ ad perfectionem fidei, spei, ꝛ charitatis, quasi tribus in ea mensibus valeat commorari. ℟. Visitatio gloriosę virginis. 457. Lectio v.

Disce virgo humilitatem Marię, vt ꝛ corpore casta ꝛ pectore possis esse deuota. Visitat iunior seniorem, salutat virgo vxorē. Decet eniꝫ, vt quo castior virgo, eo sit humilior, ꝛ senioribus deferens, habitū castitatis ꝑconio cōmēdet humilitatis. Maria ad Elisabeth, dn̄s venit ad Johānē, hęc vt spū sancto repleatur, illius vt baptisma cōsecret: maiorūqꝫ humiliatio, minoꝝ est vtiqꝫ exaltatio. ℟. Cū iucunditate visitationem. L. vi.

Vocē prior Elisabeth audiuit, sed Johānes prior gratiā sensit. Illa naturę ordine audiuit, iste exultauit ratione mysterij. Illa Marię, iste dn̄i sensit aduentū. Iste gratiā loquunt, illi intus operant, pietatisqꝫ mysteriū maternis adoriunt ꝓfectib⁹, dupliciqꝫ miraculo ꝓphetāt matres spiritu paruuloꝝ. Exultauit infans, ꝛ repleta mr̄ est: nō prius mr̄ repleta quā filius, sed cū filius esset repletus spū sancto, repleuit ꝛ matrem. ℟. Visitatio tua Dei genitrix. 458.

Lcō sci euāg. sm Lucam. L. c. vij.

In illo tpe: Exurgens Maria abijt in montana cū festinatione in ciuitatē Juda; ꝛ intrauit in domum Zacharię, ꝛ salutauit Elisabeth. Et reliqua. I. ca.

Homilia S. Johānis Chrysost.

Cum ad nos aduenisset, sicut modo audiuistis, redēptor nr̄i generis, venit protinus ad suū amicuꝫ Johānēꝫ, duꝫ adhuc esset in vtero, quē cū ex matrice in matrice aspexisset Johānes, terminos naturę ꝯcutiēs, exclamat: Video dn̄m, qui naturę imposuit terminos, ꝛ non expecto tēpus nascēdi: nouē mēsium enim tēpus in vtero non est mihi necessariū: in me est eniꝫ qui est ęternus: egrediar ex hoc tenebroso tabernaculo; rerūꝫ admirabiliuꝫ cōpendiosam ꝑdicabo cognitionē. Sū signaculū: significabo Chri aduentū. Sū tuba: proferā filij Dei i carne ęconomiam. Tuba canā, eo ipso paternę linguę benedicā, ꝛ eā trahaꝫ, vt loquat. Tuba canā, ꝛ vterum maternum viuificabo. ℟. Beatā me dicent. 458. Lcō viij.

Vides, o dilecte, quā sit nouum ꝛ admirabile myste-

 rium.

rium. Nondum nascit, et saltibus loquitur: nõdum apparet, et minas intentat, nondum ei p̃mittitur clamare, et p facta audit: nondum ducit vitã, et Deũ prędicat: nondum aspicit lucem, et solẽ indicat: nondum patit, et properat pręcurrere: nõ fert enim prẽsente domino contineri, non sustinet naturę expectare terminos, sed contendit rumpere carcerẽ ventris, et studet pręsignificare venientem Saluatorẽ. Accessit, inquit, qui soluit vincula: et qd ego sedeo vinctus, et retineor vt maneam? Venit verbũ vt omnia constituat, et ego adhuc maneo detẽtus. Exibo, pręcurram, et prędicabo oĩbus. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. ℟. Felix nanque es sacra. 458. Pro sanctis martyribus Processo et Martiniano. Lectio ix.

Quo tpe Petrus et Paulus tenebãtur sub custodia Mamortini i mõte Tarpeio, duo custodes, Processus et Martinianus, cũ aliis quadraginta apostolorũ p̃dicatione miraculisque cõmoti, se ad Jesu Chri fidẽ cõuerterunt: et cum repẽte fons e saxo ortus esset, baptizati sunt. Qui pmiserũt apostolis, vt, si vellent, abirent: sed Paulin⁹, militũ p̃fectus, re cognita, Processum et Martinianum a suscepto consilio reuocare conat: qui cũ frustra tempus contereret, ipsorũ ora saxo contũdi, dentesque comminui iubet. Mox ad Jouis statuam adductos, cũ eadẽ cõstantia veneraturos se idola negarent, imperat equuleo torqueri, candentibus laminis ad eorũ corpus admotis, ac cędi fustibus. Quibus in cruciatibus vna hęc ipsorũ vox audiebatur: Sit nomen domini benedictum. Denique coniecti in carcerẽ, paulo post extra vrbẽ via Aurelia securi feriunt. Quorũ corpora Lucina in p̃dio suo sepeliuit, sexto Nonas Julii, postea in Vrbẽ trãslata in basilica principis apostolorũ cõdita sunt. Infra oct. SS. Apostolorũ Petri et Pauli oĩa diũr de cõi apostolorũ, pręter lectio. et Añas, ad Bñs, et Mag. quę diũr, vt in cõmemorationibus quę fiunt per annum de Apostolis. folio 61. Ad Benedictus. Antiphona. Gloriosi principes. 61. cum suo ℣. In omnem terram. ℟. Et in fines orbis terrę. Ad Mag. Añ. Petrus apostolus. 61. ℣. Constitues. ℟. Memores erunt. Oratio. Deus qui hodier. 412.

QVINTA DIE infra oct. Aplorũ Petri et Pauli. Feria de communi aplorũ. 499. De Serm. S. Leonis pp. Lectio i. Die 3. B

Preciosa est i cõspectu dñi mors sanctorũ ei⁹, nec vllo crudelitatis genere destrui, potest sacra-

sacramento crucis Chri funda/ta religio: nō minuit pſecutionibus eccl'ia, sed augef: et semp dñicus ager segete ditiori vestit, dū grana q̄ singula cadūt, multiplicata nascunt. Unde duo iſta pręclara diuini germina seminis quātā sobolē germinarint, beatorum millia martyrum protestant, q apostolicorum ęmuli triumphorū, vrbē nostrā purpuratis et longe lateqꝫ rutilantibus populis ambierunt, et quasi ex multarū honore gemmarū conserto vno diademate coronarunt. ℟. Vidi coniunctos. 500. Lectio v.

De quorū pſidio, dilectissimi, diuinitus nobis ad exemplū patientię, et ꝯfirmationem fidei pręparato, vniuersaliter quidem in omnium sanctorū cōmemoratione lętandū est: sed in horum excellentia patrū merito est excellētius gloriādū, quos gratia Dei in tantum apicem inter omnia ecclesię mēbra ꝓuexit, vt eos in corpore, cui caput est Christus, quasi geminū constitueret lumen oculorum: de quorum meritis, atqꝫ virtutibus, quę omnem loquēdi superant facultatem, nihil diuersum; nihil debemus sentire discretū: quia illos et electio pares, et labor similes, et finis fecit ęquales. ℟. Beati estis. 500. Lectio vi.

Sicut autē et nos experti sumus, et nostri probauere maiores: credimus, atqꝫ confidimus, inter oēs labores istius vitę, ad obtinendam misericordiā Dei semper nos specialiū patronorū orationibus adiuuādos, vt quantum proprijs peccatis deprimimur, tantū apostolicis meritis erigamur. Per dñꝫ nrꝫ Jesum Chrm, cui est cuꝫ pre et sancto spiritu eadem potestas, vna diuinitas in sęcula sęculorum. Am. ℟. Isti sunt triūphatores. 500. Lcō scī euā. scdm Matthęū. L. vij.

In illo tpe: Dixit Simon Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquim' oia, et secuti sum' te: quid ergo erit nobis? Et rel. 19. ca

De homil. venerab. Bedę pbri.

Perfectus ille est, q abiens vēdit omnia quę habet, et dat pauperibus, ac veniens sequit Chrm: habebit enim thesaurū nō deficientē in cęlis. Unde bene interrogāte Petro, dixit talibus Jesus: Amē dico vobis, ꝙ vos, q secuti estis me, in regeneratione, cuꝫ sederit filius hois in sede maiestatis suę, sedebitis et vos sup sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel. In hac qppe vita pro eius noie laborātes, in alia pręmium sperare docuit: idest in regeneratione, cū videlicet in vitā immortalem fuerimus resurgēdo regenerati, qui in vitam caducā mortaliter eramus geniti. ℟. Isti sunt qui viuen. 501. L. viij.

Et iusta prorsus retributio, vt qui hic pro Christo humanę gloriam celsitudinis neglexerunt, illic a Christo iudices glorificati singulariter cum eo assideant: qui a sequendis eius vestigijs nulla ratione poterant auelli. Nemo autem putet duodecim tantum apostolos, quia p Juda preuaricante Mathias electus est, tunc esse iudicaturos, sicut nec duodecim solę sunt tribus Israel iudicandę. Alioquin tribus Leui, quę tertiadecima est, iniudicata recedit. R. Isti sunt viri sancti. Lix.

Et Paulus qui tertiusdecimus est apostol⁹, quia pro Juda preuaricante Matthias electus est, iudicandi sorte priuabitur: cum ipse dicat: Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis sęcularia? Sciendum namq; est oēs, qui ad exemplum apostolorum sua reliquerunt oia, & secuti sunt Chrm, iudices cū eo venturos, sicut etiam omne mortaliū genus esse iudicandū. Quia enim duodenario sępe numero solet in scripturis vniuersitas designari, p duodecim sedes aplorum omnium vniuersitas iudicātium, & per duodecim tribus Israel vniuersitas eorum, qui iudicandi sunt, ostēdit.

Die 4.L SEXTA DIE infra oct. aplorum Petri & Pauli. Feria de communi aplorum. 499.

De sermone S. Johānis Chrysosto. in epla ad Roma. Lc. iij.



Cum Paulus apls gratiam dni nostri Jesu Christi, matrē omniū bonorū, nobis precesreliquum est, vt nos tali patrocinio dignos exhibeam⁹: vt nō hic solū vocē Pauli audiamus, sed & hinc migrantes athletam Chri videre mereamur. Immo si hic audiuerimus, & illic ipsum omnino videbimus, licet non e ppinquo stātes, videbimus tamē ppe regalē thronū splēdētē, vbi cherubim Deum glorificant, vbi seraphim volant: illic Paulū videbimus cū Petro in sanctorum choro inter primos stantem, & germana eius charitate fruemur. R. Vidi coniunctos 500.

Si enim cum hic esset, vsq; adeo dilexit homines, vt, cū dissolui, & cū Christo esse cuperet, elegerit tamen hic esse: multo magis illic feruentiorem charitatē ostēdet. Ego & Romā propterea diligo, tametsi aliūde queā illā laudare, nēpe a magnitudine, ab antiquitate, a pulchritudine, a multitudine, ab imperio, a diuitijs, & a rebus, in bello fortiter gestis: Sed dimittēs oia, ob id illā beatam predico qp erga illos, Paulus, dum viueret, adeo fuit beneuolus, adeo illos amauit, & corā disseruit, & postremo vitā apud eos finiuit. Cuius sanctum

sanctū corpus ipsi possidēt: & ppterea ciuitas illa hinc facta est insignis magis, quā ab alijs rebꝰ oibus: & tanq̄ corpus magnū ac validum duos habet oculos illustres, scōrū videlicet hoꝝ corpora. ℟. Beati estis. 500. Lectio vi.

Non ita cęlū splendescit, qn̄ radios Sol demittit, quēadmodū Romanoꝝ vrbs duas illas lampades vbiq̄ terraꝝ effundēs. Hinc rapieł Paulꝰ, illinc Petrꝰ. Cōsiderate, & horrete: q̄le spectaculū visura sit Roma, Paulū videlicet repēte ex theca illa cū Petro resurgētē i occursum dn̄i sursū ferri. Qualē rosā Christo mittet Roma? qualibꝰ coronis duabus ornatur vrbs ista? Qualibꝰ catenis aureis cincta est? Quales habet fontes? Propterea admiror hāc vrbē nō ppter copiā auri, nō ppter columnas, neq̄ ppter aliā rem, sed ppter colūnas illas Ecclesię. Quis mihi nunc dabit, circūuolui corpori Pauli, affigi sepulcro, videre puluerem corporis illius, quę adhuc in Christo deerant, adimplentis, stigmata illius gestantis? ℟. Isti sunt triumphā.

De homilia venerabilis Bedę presbyteri. Lectio septima.

Duo sunt ordines electorū in iudicio futuri, vnus iudicantiū cum dn̄o: de quibꝰ hoc loco memorat, qui reliquerunt oia, & secuti sunt illū: alius iudicandorū a dn̄o, qui nō quidē oia sua pariter reliquerūt, sed de his tn̄ q̄ habebant, quotidianas dare eleemosynas Christi pauperibus curabant: vnde & audituri sunt in iudicio: Venite benedicti pr̄is mei, possidete pparatū vobis regnū a cōstitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi mādūcare: sitiui, & dedistis mihi bibere. ℟. Isti sūt. 501. l. viij.

Sed & reproborū duos ibi futuros ordines dn̄o narrante comperimus, vnum eorū, q fidei Christianę mysterijs initiati opera fidei exercere contēnūt, quibus in iudicio testał: Discedite a me maledicti in ignem ęternū, q pparatus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim & nō dedistis mihi mādūcare. Alterū eoꝝ, qui fidem & mysteria Christi, vel nunquā suscepere, vel susceptam per apostasiam deseruere: de quibus dicit: Qui autem nō credit, iā iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. ℟. Isti sunt viri scti. L. ix.

Verum his cū timore & pauore debite paulisp cōmemoratis, ad lętissima potius dn̄i & saluatoris nr̄i pmissa cōuertamus auditū, Videamꝰ quę tātę grā pietatis, nō ęternę tm̄ modo vitę pręmia suis sequacibꝰ, sed & pręsentis munera pollicetur eximia. Et ois, ingt, q reliquerit domū, vel fratres, aut sorores: aut

patrē, aut matrē, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomē meū, cētuplū accipiet, ⁊ vitā ęternam poſſidebit. Qui eniꝫ terrenis affectibꝰ, ſiue poſſeſſionibꝰ ꝓ Chrī diſcipulatu renunciauerit, quo plus in eius amorē ꝓfecerit, eo plures inueniet, q ſe interno ſuſcipere affectu, ⁊ ſuis gaudeant ſuſtentare ſubſtātijs.

Die 5. D SEPTIMA DIE infra oc. Aploꝝ Petri ⁊ Pauli. Inuitatoriū de cōmuni apoſtoloꝝ. 499.

Sermo S. Maximi epī. Lectio iiij.



NOn ſine cauſa factum putemꝰ, fratres cariſſimi, ꝙ glorioſiſſimi Chriſtianę fidei principes Petrus, ⁊ Paulus vna die, vno loco, vnius tyrāni tolerauere ſentētiā. Una die paſſi ſunt, vt ad Chrīm pariter ꝑuenirēt: vno in loco, ne alteri Roma deeſſet: ſub vno ꝑſecutore, vt ęqualis crudelitas vtrūqꝫ ꝯſtringeret. Dies ergo, puto, ꝓ merito, locus pro glīa, ꝑſecutor decretus eſt ꝓ virtute. Et i quo tādem loco martyriū ꝑtulerūt? In vrbe Roma, q̄ principatū ⁊ caput obtinet nationum: ſcilicet vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis, ⁊ vbi gentilium principes habitabant, illic eccleſiaꝝ principes morarent. ℟. Vidi coniunctos. 500. Lec. vi.

QUius autē meriti ſint beatiſſimi Petrus, ⁊ Paulus, hinc poſſumus intelligere, ꝙ cuꝫ dñs Orientis regioneꝫ, ꝓpria illuſtrauerit paſſione, Occidētis plagā, neqd minus eſſet, vice ſui aploꝝ ſanguine illuminare dignatꝰ eſt. Et licet illius paſſio nobis ſufficiat ad ſalutē, tñ etiā hoꝝ martyriū nobis ꝯtulit ad exēpluꝫ. Hodierna igit̄ die beati apli ſanguinem profuderunt: ſed videamus cauſaꝫ quare iſta perpeſſi ſunt, ſcilicet quod inter cętera mirabilia, etiā magum illuꝫ Simonē orationibus ſuis de aeris vacuo pręcipiti ruina ꝓſtrauerunt. ℟. Beati eſtis. 500. Lectio ſexta.

CUm eniꝫ idem Simon ſe Chriſtum diceret, ⁊ tanq̄ꝫ filiuꝫ ad patrē aſſereret volādo ſe poſſe ꝯſcendere, atqꝫ elatꝰ, ſubito magicis artibus volare cępiſſet, tunc Petrus fixis genibꝰ p̄catus eſt dñm, ⁊ p̄catione ſancta vicit magicā leuitatē. Prior eniꝫ aſcēdit ad dñm orō, q̄ꝫ volatus: ⁊ ante ꝑuenit iuſta petitio, q̄ꝫ iniqua p̄ſumptio: ante Petrꝰ in terris poſitus obtinuit quod petebat, quam Simon perueniret i cęleſtibꝰ, quo tēdebat. Tūc igit̄ Petrus velut vinctuꝫ illuꝫ de ſublimi aere ďpoſuit, ⁊ quodam pręcipitio in ſaxo elideris eiꝰ crura confregit: ⁊ hoc in opprobrio facti illius, vt qui paulo ante volare tentauerat, ſubito ambulare non poſſet, ⁊ qui pennas

nas assumpserat, plantas amitte ret. ℟. Isti sunt triumphatores.
In iij. noct. Homilia in euange. Ecce nos rel. 502. vt i cōi aplorꝝ.
Die 6. ¶ In oct. aplorꝝ Petri et Pauli. duplex oia dñr de cōi aplorum, vt infra oct. pter ea q̄ hic sūt ppria.
In j. Vesp. Añ. Hoc est pceptuz meū. 501. cū rel. Ad Mag. Añ. Petrus apostolus. 61. Oratio.



Deus, cuius dextera beatuz Petrū ambulātez in fluctibus, ne mergeretur, erexit: et coapostolum eius Paulum, tertio naufragantē, de pfundo pelagi liberauit: exaudi nos ppitius, et pcede: vt ambozum meritis, eternitatis gloriam consequamur. Qui viuis.
℟. j. Ecce ego mitto vos. 498.
℟. ij. Tollite iugū meum. 499.
℟. iij. Dum steteritis ante reg.
Sermo S. Iohā. Chryso. L. iiij.

Quasnā vobis o beati apostoli referemus gratias, qui tantū pro nobis laborastis? Memini tui Petre, et obstupesco. Recordor tui, Paule, et excedens mente, opprimor lacrymis. Quid enim dicam, aut qd loquar, vestras cōtēplās afflictiones? nescio. Quot carceres sanctificastis? quot catenas decorastis? quot tormēta sustinuistis? quot maledicta tolerastis? quomodo Christū portastis? quomodo pdicatione ecclesias letificastis? Sunt bñdicta vestre lingue instrumenta: sanguine conspersa sunt membra vestra propter ecclesiam. Vos Christum imitati estis in omnibus. In omnem terram exijt vester sonus, et verba vestra in fines orbis terre. ℟. Vidi coniunctos. 500. Lec. v.

Gaudeas Petre, cui datuz est, vt ligno crucis Christi fruereris. Et ad magistri quidē similitudinez voluisti crucifigi, non recta quidē figura, vt Christus dñs, sed capite in terrā verso, tanq̄ qui a terra in celuz iter faceres. Beati claui, qui sancta illa mēbra penetrarunt. Tu cum omni fiducia in manus dñi animam tradidisti, qui assidue ei et eius sponse Ecclesie seruisti, qui feruenti spiritu dominum dilexisti, omnium apostolorum fidelissimus. ℟. Beati estis. Lec. vj.

Gaudeas et tu beate Paule, cui caput fuit ense amputatum, cuius virtutes nullis verbis explicari possunt. Quisnam ensis, sanctum tuuz guttur peruasit, dominicum, inquā, instrumentum, quod a celo habet in admiratione, et quod terra reueretur? Quisnam locus tuum sanguinem excepit, lactis specie in eius, qui te percussit, tunica apparentem? qui animam illius barbari supra modū dulciorem reddens, fidelē effecit cū socijs? Sit mihi ensis ille pro corona, et claui

claui Petro pro gemmis infixis in diademate. R. Iſti ſunt triũ.

Lcõ ſci euã. ẜm Mattheũ. L. vij.

c. 14. IN illo tempore: Juſsit Jeſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, ⁊ pręcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi presbỹ.

Diſcipulos dñs pcipit tráſfretare, ⁊ cõpellit, vt aſcẽdant in nauiculã. Quo ſermone oſtendit eos inuitos a dño receſſiſſe, dum amore pceptoris, nec puncto quidẽ tẽporis ab eo volunt ſeparari. Et dimiſſa turba aſcẽdit in montẽ ſolus orare. Si fuiſſent diſcipuli cũ eo Petrus, ⁊ Jacobus, ⁊ Johãnes, qui viderunt gloriã trãsformati, forſitan aſcendiſſent in montẽ cũ eo: ſed turba ad ſublimiora ſequi non poteſt, niſi docuerit eã iuxta mare in litore, ⁊ aluerit in deſerto. R. Iſti ſunt qui vi. 501. L. viij.

QUod autẽ aſcendit ſolus orare, non ad eũ referas, qui de quinq; panibus, quinq; millia hominum ſatiauit, exceptis paruulis, ⁊ mulieribus: ſed ad eum, qui audita morte Johãnis ſeceſsit in ſolitudinem: non quod pſonã dñi ſeparemus, ſed, qñ opera eius inter Deum ⁊ hoiem diuiſa ſint, oſtẽdam⁹. Nauicula aũt in medio mari iactabatur fluctibus. Recte quaſi inuiti a dño diſcipuli receſſerant: ne, illo abſente, naufragia ſuſtinerent. R. Iſti ſunt viri. L. ix.

DEniq; dño in montis cacumine commorante, ſtatim ventus contrarius oritur, ⁊ turbatur mare, ⁊ periclitantur apoſtoli: ⁊ tamdiu imminẽs naufragium perſeuerat, quãdiu Jeſus veniat. Quarta autẽ vigilia noctis venit ad eos ambulãs ſupra mare. Stationes, ⁊ vigilię militares in quaterna horarũ ſpatia diuiduntur. Quãdo ergo dicit, quarta vigilia noctis veniſſe ad eos dominũ, oſtendit eos tota nocte periclitatos, ⁊ extrema noctis hora, ideſt in ↄſummatione ſęculi, eis auxiliũ prębiturũ.

Ad Be. An. Glorioſi. V. In oẽz terrã. In ij. Veſpe. An. Jurauit dñs. In reliquis, pſalm. cap. hym. de cõi apoſtolo. V. Cõſtitues. 501. Ad Magni. Ana. Petrus aplus. Oro. Deus cuius dextera. vt ſ.

Die 7 F. Die 8 G. Die 9 A.

¶ SS. mart. Septem fratrum ac Ruffinę ⁊ Secundę virginum ⁊ marty. ſemidup. omnia dicunt de cõi plur. marty. 512. Oratio. Die 10. B

PRęſta q̃s omnipotens Deus: vt qui glorioſos martyres fortes in ſua confeſſione cognouimus, pios apud te in nr̃a interceſsione ſentiamus. Per do. Lcõ iij.

SEptẽ fratres filij ſanctę Felicitatis Romę in perſecutione

I Nterim mater ei⁹ migrat e vita: quare domum redire cogitur, vbi totum se dedit pietatis officijs, nā multa ędificauit ⁊ monasteria, ⁊ pauperū hospitia: beneficētia egentes subleuabat: frequens visebat ęgrotos: quib⁹ ipse nō solū suis sumptib⁹ oia suppeditabat, sed etiā, quę opus erāt, manib⁹ ministrabat: vestitu vulgari vtebať, cilicio ac ieiunio corp⁹ assidue affligebat. Sed cū iterū trāsmisisset, bellū Saracenis illatur⁹, iamq; castra in eorū cōspectu posuisset, pestilentia decessit in illa oratione: Introibo in domū tuā, adorabo ad templū sanctum tuum, ⁊ confitebor nomini tuo. Eius corpus postea Lutetiam Parisiorum translatum est: ipse clarus miraculis a Bonifacio octauo in sanctorū numerū est relat⁹.

℄ Zepherini pp. ⁊ m. [illegible] Die 26.G

P Ręsta q̄s ops De⁹: vt beati Zepherini martyris tui, atq; Pōtificis, cui⁹ gaudemus meritis, instruamur exēplis. Per. Lectio iii.

Z Epherinus Romanus, q Seuero Jmpatore rexit ecclesiā, sanciuit, vt qui ordinandi

di essent: opportuno tempore ⁊ multis p̄sentibus clericis ⁊ laicis, de more sacris initiarent: do ctiq; ac spectatę vitę hoies ad id officij munus deligerent. Decreuit pterea vt rem diuinam facienti episcopo sacerdotes oēs astarent. Idem instituit, vt Patriarcha, Primas ⁊ Metropolitanus aduersus ep̄m non ferant sententiā nisi apostolica auctoritate fulti. Vixit in pōtificatu annos nouem, menses septē, dies decē. Habuit ordinationes septem mēse Decēbri, quibus creauit episcopos tredecim, presbyteros quatuordecim, diaconos septē. Antonino Imperatore martyrio coronatus est, ⁊ sepultus via Appia ppe cęmeteriū Calisti, septimo Calēdas Septēbris. Tu autē.

Die 27. A.

Die C
28 B

O doctor optime. 518.



Adesto supplicationib⁹ nostris ōps de⁹ ⁊ qbus fiduciā sperādę pietatis indulges, intercedēte btō Augustino confessore tuo atq; pontifice, consuetę misericordię tribue benignus effectum. Per dominū nostrū.



Deus, q beatū Hermetē, martyrē tuū, virtute ↄstātię in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue p amore tuo prospera mūdi despicere, ⁊ nulla ei⁹ aduersa formidare. P.

Sapientiam. 523.

Augustin⁹, Tagastę in Africa, honestis parentib⁹, natus, ac puer docilitate ingenij ęquales lōge superans, breui oībus doctrina antecelluit. Adolescēs, alien⁹ a Chr̄iana religione: Mediolanū se ↄtulit: vbi cū frequēs Ambrosij Mediolanensis epi, esset auditor: ei⁹ opera incēsus studio Chr̄ianę fidei, circiter trigesimū annū agēs, ab ipso baptizat. Reuersus i Africā cū religione vitę sanctimoniā ↄiūgēs, a Valerio, notę scitatis, ep̄o, Hipponēsi, p̄sbyter fact⁹ est, quo tpe familiā instituit religiosorū: qb⁹ cū victu cōi eodēq; cultu vtens, eos ad aplicę vitę, doctrinęq; disciplinā diligētissime erudiebat, sed cū vigeret Manichęorū hęresis, i qua etiā ipse aliquādiu fuerat vehemētius in illā inuehi cępit. Fortunatūq; hęresiarchā ↄfutauit. Inueni Dauid.

Ac Augustini pietate cōmotus Valerius, eum adiutorē adhibuit episcopalis officij, Nihil illo fuit humilius nihil

bil continentius. Lectus ac vestitus moderatus, vulgaris mensa, quã semper sacra vel lectione vel disputatione condiebat. Tãta benignitate fuit in pauperes, vt, cum non esset alia facultas, sacra vasa frangeret ad eorũ inopiam sustentandam. Feminarũ, & in eis sororis, & fratris filię contubernium, familiaritatemq; vitauit, quippe qui diceret, etsi ꝓpinquę mulieres suspectę non essent, tamen, quę ad eas ventitarent, posse suspicionem efficere. Nullum finem fecit prędicandi Dei verbum nisi graui morbo oppressus. Hęreticos insectatus & coram ꝯ scriptis, ac nullo loco passus consistere. Africã a Manichęorum, Donatistarum, Pelagianorum, multorumq; pręterea hęreseos errore liberauit. ℟. Posui adiutorium. Lectio vj.

Nam multa pie, subtiliter, & copiose scripsit, vt Christianam doctrinã maxime illustrarit. Quẽ in primis secuti sunt, q postea theologicam disciplinã via & ratione tradiderunt. Vandalis, Africam bello vastãtibus & Hipponem tertiũ iam mensẽ obsidentibus, in febrim incidit. Itaq; cũ discessum e vita sibi instare intelligeret, psalmos Dauid, qui ad pęnitentiã ptinent, in cõspectu positos, pfusis lacrymis legebat. Solebat aũt dicere neminẽ etsi nullius sceleris sibi conscius esset, committere debere, vt sine penitentia migraret e vita. Ergo sensibus integris, in oratione defixus, astantibus fratribus, quos ad charitatẽ, pietatẽ virtutesq; oẽs erat adhortat⁹, migrauit in cęlum. Vixit annos septuaginta sex, i epatu ad quadraginta. Cuius corpus primũ in Sardiniam delatum, deinde a Leoprando Longobardorum rege magno pcio redẽptũ, Ticinum translatum est, ibiq; honorifice conditũ. ℟. Iste est qui. Lec. iij. noct. Homilia in euang. Vos estis sal ter. 523. vt i cõi doc. Ad Laudes fit cõm. S. Hermetis mart. vt s. ¶ Ad vesperas a Capitulo oia de sequẽti festo.

¶ In Decollatione s. Joh. Baptistę. sup. Cap. Hy. & ℣. de cõi vnius mar. 505. Ad Mag. An. Die 29. L.

Misso Herodes spiculatore, pręcepit amputari caput Johãnis in carcere: quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento. Oratio.



Sancti Johãnis Baptistę, pręcursoris, & martyris tui, quęsumus dñe, veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis

nobis prestet effectum. Per d.

Deus qui inter cet. 531.

505.

Verba Jeremie. 407.

isit Herodes rex manus, ac tenuit Johãnem, et vinxit eũ in carcere, qa metuebat eũ propter Herodiadẽ. Quam tulerat fratri suo Philippo uxorem. Arguebat Herodem Johãnes propter Herodiadem. Quam. obãnes Baptista arguebat Herodẽ pter Herodiadẽ, quam tulerat fratri suo viventi uxorem. Misso Herodes spiculatore, precepit amputari caput Johãnis i carcer. Propter. uelle saltãti imperauit mr. Nihil aliud petas, nisi caput Johãnis. Et ctristat⁹ est rex propter iusiurãdũ, et pter simul discũbẽtes. Ait puella mri sue: Quid petam? At illa ait. Nihil.

Oniã bti Johãnis Baptiste nõ strictim pterecũda est recordatio, interest, vt, qs, et a quib⁹, et quã ob causas, quomodo, et quo tpe sit occisus, aduertere debeam⁹. Ab adulteris iustus occidit, et a reis in iudicẽ capitalis sceleris pena cõuertit. Deinde premiũ saltatricis mors est prophete. Postremo (quod etiã oẽs barbari horrere cõsueuerunt) inter epulas atqz conuiuia cõsummãde crudelitatis pfertur edictũ, et a cõuiuio ad carcerem, de carcere ad cõuiuium feralis flagitij circunfertur obsequium, quanta in vno facinore sunt crimina? Justus germinabit. 506.

Uis non, cum e cõuiuio ad carcerẽ cursari videret, putaret prophetam iussum esse dimitti? Quis inquam, cuz audisset natalẽ esse Herodis, solenne conuiuium, puelle optionem eligendi quod vellet datam missum ad Johannem ob solutiones non arbitraretur? Quid crudelitati cum delicijs: qd cuz funeribus voluptati? Rapitur ad penam propheta cõuiuiali tẽpore, conuiuiali precepto, quo non cuperet vel absolui: perimitur gladio, caput eius affertur in disco. Hoc crudelitati ferculũ debebatur, quo insatiata epulis feritas vesceret. Iste cognouit iustitiam. 506.

Intuere rex acerbissime tuo spectacula digna conuiuio. Porrige dexterã, ne qd sęuitię tuę desit, vt inter digitos tuos riui defluant sacri cruoris. Et quoniam nõ exaturari epulis fames, non restingui poculis,

potuit

potuit inaudite seuitie sitis, bibe re sanguinē scaturientib⁹ adhuc venis execti capitis profluentē. Cerne oculos in ipsa morte sce leris tui testes auersantes con spectum deliciarum. Claudun tur lumina non tam mortis ne cessitate quam horrore luxurie. Os aureum illud exangue, cui⁹ sententiam ferre non poteras, conticescit, ⁊ adhuc timetur. ℟. Honestum fecit illum. 507.

Lcō sci euāg. scdm Marcū. L. vij.

ca.6. In illo tempore: Misit Herodes ac tenuit Johannem: ⁊ vinxit eum in carcere propter Herodiadē vxorē Philippi fratris sui, q2 duxerat eam. Et rel.

Homelia s. Augustini episcopi.

Cum sanctū euāgeliū legeretur, crudele spectaculum ante oculos nostros cōstitutum est. Caput sctī Johānis in disco, feralis missus crudelitatis, propter odium veritatis: puella saltat, ⁊ seuit mr̄, ⁊ inter delicias ⁊ lasciuias cōuiuantiū temere iurat, ⁊ impie qđ iurat impletur, factū est Johāni qđ ipse predixerat: Illum oportet crescere, dixerat de dn̄o, me autem minui. Iste minutus est in capite, ille creuit in cruce. Odiū peperit veritas. Non potuit equo animo tolerari qđ homo Dei sanctus monebat, qui vtique salutem eorum querebat quos sic monebat. Responderunt illi mala pro bonis.

℟. Desiderium. 507. Lcō viij.

Quid enim ille diceret, nisi quo plenus erat? ⁊ qd illi responderent, nisi quo pleni erant? Ille triticum seminabat, sed spinas inuenit, dicebatq3 regi: Nō licet tibi habere vxorem, fratris tui. Vincebat regem libido, tenebat apud se prohibitam vxorem fratris sui. Sed eum tamen sic habebat vt non seuiret. Honorabat eū, a quo verum audiebat: sed detestabilis mulier odiū ɔcipiebat, qđ aliquādo dato tempore pareret: quando autem parturit, peperit filiā, filiam saltatricem. ℟. Stola iuc. 507.

Pro S. Sabina martyre. L. ix.

Sabina mulier Romana, Valentini viri Clarissimi vxor a Seraphia virgine, Christiane fidei pceptis istituta, post sctē virginis martyriū, collectas eius reliqas pijs exequijs sepeliuit. Que pter eā causam paulo post Adriano Imperatore comprehensa, Elpidio iudici sistit. Cui is: Tu ne illa Sabina, ⁊ genere, ⁊ mr̄imonio nobilissima? At illa, Sū inquit: sed dn̄o meo Jesu Christo gratias ago: qui me intercessione Seraphie, famule sue, e demonū potestate liberauit. Quā varie tētatam, vt propositum mutaret, cum a fidei ɔstantia mouere non posset Prefectus: pronunciata sententia q Deos contemneret, capitis

tis dãnauit. Eius corpus a Christianis in eodem sepulcro conditum est, in quo ipsa magistraʒ fidei suę Serapbiam posuerat. Ad Laudes, & per Horas, añã.

Herodes enim tenuit, & ligauit Johannem, & posuit in carcerẽ propter Herodiadeʒ. ps. Dñs regnauit. 8. cũ rel. Añ. Domine mi rex da mibi in disco caput Johannis Baptistę. Añ. Puellę saltanti imperauit mater: nibil aliud petas, nisi caput Johannis. Añ. Arguebat Herodẽ Johannes propter Herodiadeʒ, quã tulerat fratri suo Pbilippo vxorem. Añ. Da mibi in disco caput Johãnis Baptistę: & contristatus est rex propter iusiurandũ. Cap. Beatus vir qui suff. 505. Hym. Martyr Dei. 508. ℣. Justus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus, quę in Libano est, multiplicabitur. Ad B. Añ. Misso Hero. 455. vt supra in [illegible] [illegible]. Ad Vesp. oĩa de cõi vnius mar. preter orationes [illegible] Añ. Herodes. cum reliq. [illegible] Psal. Cap. Hym. & versic. de cõi vni⁹ mart. 508. Ad Magn. Añ. Misit rex incredulus ministros detestabiles, & amputari iussit caput Johannis Baptistę.

Die 30. D SS. Felicis & Adaucti mr. Oro.



Maiestatem tuã domine supplices exoramus: vt sicut nos jugiter sctõrũ tuorum commemoratione lętificas, ita semper supplicatione defendas. Per dominum. Lec. iij.

Felix Dioclitiano & Maximiano Imperatorib⁹, propter susceptã Christi religionẽ cõprebensus in Serapidis templum adductus est. Cui sacrificare cũ iuberetur, os simulacri conspuit. Quo facto, statim ęrea statua corruit. Qđ cum iterũ, ac tertio, i. ęde Mercurij, Dianęqʒ factũ esset, impietatis, & magicę artis accusatus, equuleo torquetur. Mox ad secũduʒ ab vrbe lapidem via Ostiensi ducit, vt securi feriret. Cui inter viam oblatus quidã Christianus, cũ Felicem agnoscens ad mor. tyriũ duci videret, Ego quoqʒ clara voce inquit, eadẽ, qua iste, lege viuo, ego eũdeʒ Jesuʒ Chʒ colo. Itaqʒ Felicẽ osculatus, cum eo securi pcutitur, tertio Calendas Septembris, cuius nomen cum ignotũ esset Christianis, is Adaucti noie nobilitatus est, q̃ martyrij corona augeri voluerit.

Die 31. E.

FESTA SEPTEMBRIS.

Offiñ defunctoꝝ j. die nõ impe. [illegible] Egidio abb. Oratio. Intercessio. 534. [illegible] Deinde fit commemoratio [illegible] [illegible] Lec. Die 1. F.



Fraterna nos dñe martyrum tuorum corona lętificet: quę, & fidei

nostrę prębeat incremēta virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per dominū.

Egidius Atheniēsis, regię stirpis, a prima ętate diuinis literis, & charitatis officijs ita deditus fuit, vt nihil pterea curare videretur. Itaq3, parētibus mortuis, totū patrimonium in pauperes erogauit: quinetiā tunicam exuit, vt ęgrotū egentem tegeret, qua illę indutus, statim cōualuit. Sed multis deinceps clarior miraculis, timēs sui nois celebritatem, Arelate ad beatū Cęsarium contendit: a quo post biennium, discedens, secessit in eremum: vbi diutius herbarum radicibus, & ceruę lacte, quę statis ad eū horis veniebat, admirabili sanctitate vixit. Quę cerua, insequentibus quodā die canibus regijs, cum in antrū Egidij refugisset, Gallię regē ipulit vt ab eo summis pcibus peteret, vt i loco spelūcę monasteriū extrui pateret. Cui' administrationē, flagitāte rege, iuit' suscepit, eoq3 munere aliquot annis prudenter pieq3 gesto, migrauit i cęlū.

Die 2. B. 3. A 4. B. 5. c. 6. d. 7. e.

NATIVITAS B. MARIAE virginis.

Natiuitas gl. 458.

Ab initio, & ante sęcula, creata sum, & vsque ad futurū sęculū non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Hymn. Aue maris stel. 544. V. Natiuitas est hodie sanctę Marię virginis. R. Cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Ad Magn. Ana. Gloriosę virginis Marię ortum dignissimū recolamus, quę & genitricis dignitatē obtinuit, & virginalē pudicitiā nō amisit.



Famulis tuis qs dne, cęlestis grę munus ipartire, vt qbus btē virginis partus extitit salutis exordium, natiuitatis eius votiua solēnitas, pacis tribuat incrementum. Per do.

Ad matu. Inui. Natiuitatē virginis Marię celebremus, Christū eius filiū adoremus dnm. ps. Venite. Hymnus. Quē terra. 545.

In j noc. Ana. Bndicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui. ps. Dne dns noster, vt in officio paruo Beatę Marię. f. 545. Ana. Sicut myrrha electa odorem dedisti suauitatis, sancta Dei genitrix. ps. Cęli enarrant. Ana. Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. ps. Domini est terra, & plenitudo. Ana. Specie tua, & pul-

B.R.N.

mmm chritu-

chritudinẽ tua. R. Intende, prospere procede ꝛ, regna. Lectões legunt̃ de cãticis canti/ coꝝ, vt in festo Assũptionis. Ant. Marie. Osculet̃ me osculo. 444. R. Hodie nata est beata v̓go Maria ex ꝓgenie Dauid, Per quam salus mundi credentibus apparuit: cuius vita gloriosa lu cem dedit seculo. V. Natiuitatẽ beatę Marię virginis cum gau dio celebremus, Per quam sa. R. Beatissimę virginis Ma/ rię Natiuitatẽ deuotissimę cele/ brem⁹: Ut ipsa pro nobis inter/ cedat ad dominuꝫ Jesum Chri/ stum. V. Cuꝫ iucunditate Nati uitatem beatę Marię virginis deuotissime celebremus. Ut ip. R. Gloriosę virginis Marię ortum dignissimum recolamus: Cuius dominus humilitatẽ re/ spexit, quę angelo nunciante cõ cepit Saluatorẽ mũdi. V. Bea/ tissimę virginis Marię natiuita tẽ deuotissime celebrem⁹. Cui⁹. In ij. noc. Ant. Specie tua, ꝛ pul chritudine tua, intẽde, prospere ꝓcede, ꝛ regna. Ps. Eructa. 546. Ant. Adiuuabit eam Deus vul tu suo. Deus in medio eius non cõmouebitur. Ps. Deus noster ref. 546. Ant. Sicut lętãtium om nium nostruꝫ habitatio est in te sancta Dei genitrix. Ps. Funda menta. 547. V. Adiuuabit eam Deus vultu suo. R. De⁹ in me/ dio eius non commouebitur.

Sermo s. Augustini epi. Lectio [illegible]



Adest nobis, dilectissi mi, optatus dies beatę ac venerabilis semper virginis Marię: ideo cũ summa exultatione gaudeat terra nostra tantę virginis illu/ strata natali. Hęc est eniꝫ flos cã/ pi, de qua ortuꝫ est preciosum li/ lium cõualliuꝫ, per cuius partũ mutat̃ natura protoplastoꝝ, quã deletur ꝛ culpa. Precisum est in ea illud Euę infelicitatis elogiũ, quo dicit̃: In dolore paries filios tuos, qa ista in lętitia dñm pepe/ rit. R. Natiuitas gloriosę virgi/ nis Marię ex semine Abrahę or ta de tribu Juda, clara ex stirpe Dauid. Cuius vita inclyta cun/ ctas illustrat ecclesias. V. Hodiẽ nata est beata virgo Maria ex progenie Dauid. Cuius. Le. ij. Ista eni luxit, ista exultauit Eua lacrymas, Maria gau diũ in vẽtre portauit. Quia illã peccatorẽ, ista edidit innocentẽ. Mater generis nr̃i pęnã intulit mũdo, genitrix dñi nostri salutẽ attulit mundo, Auctrix peccati Eua, auctrix meriti, Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuifi cando ꝓfuit. Illa ꝑcussit, ista sa/ nauit, Pro inobediẽtia eni obe/ dientia cõmutatur, fides pro ꝑfi/ dia compensatur. R. Cũ iucun ditate natiuitateꝫ beatę Marię celebremus: Ut ipsa pro nobis intercedat ad dñm Jesum Chri stum.

stuz. ℟. Corde ꝛ animo Christo canamus gloriam in hac sacra solẽnitate precelsę genitricis Dei Marię. Et ipsa. Lectio sexta.

D Laudat nūc organis Maria, ꝛ inter veloces articulos tympana puerperę ꝺcrepēt. Cōcinant lętantes chori, ꝛ alternātib⁹ modulis dulcia carmina misceantur. Audite ergo quēadmodum tympanistria nostra cātauerit: ait eniꝫ: Magnificat anima mea dnm. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancillę sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna q potēs est. Causam igitur inualescentis errati, miraculū noui partus euicit, ꝛ Euę planctū, Marię cātus exclusit. ℟. Natiuitas tua, Dei genitrix virgo, gaudiū annūciauit vniuerso mundo: Ex te eniꝫ ortus est sol iustitię Chris Deus noster. Qui soluens maledictionem dedit benedictionem, ꝛ cōfundens mortem donauit nobis vitam sempiternaꝫ. ℣. Benedicta tu in mulieribus, ꝛ benedictus fructus ventris tui. Ex te.

In tertio nocturno. Ant.

Gaude Maria virgo, cūctas hęreses sola interemisti in vniuerso mūdo. Ps. Cātate.j.547. Ant. Dignare me laudare te virgo sacrata, da mihi virtutē cōtra hostes tuos. Ps. Dominus regnauit.547. Ant. Post partum virgo inuiolata permāsisti, Dei genitrix intercede pro nobis. Ps. Cantate.ij.547. ℣. Elegit eam Deus, ꝛ prelegit eam. ℟. In tabernaculo suo habitare facit eā.

Lcō s. euā. sm Mattheū. L.vii.

L Iber generationis Jesu Christi filij Dauid, filij Abrahām. Abrahā genuit Isaac, Isaac aūt genuit Jacob. Et reli. I.ca.

Homilia S. Hieronymi presbyt.

I N Isaia legimus: Generationem eius qs enarrabit? Non ergo putemus euangelistā prophetę esse contrarium, vt qđ ille impossibile dixit affatu, hic narrare incipiat: qa ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione est dictū. A carnalibus autē cępit, vt p hoiēs, Deū discere incipiamus: Filij Dauid, filij Abrahā. Ordo prępostęrus, sed necessario cōmutatus. Si enim primuꝫ posuisset Abrahā, ꝛ postea Dauid, rursus ei repetēdus fuerat Abrahā, vt generationis series texeret. ℟. Beatā me dicēt oēs generationes, Quia fecit mihi dñs magna qui potēs est, ꝛ sctm nomē eius. ℣. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Quia. L.viij.

D Eo autem, cęteris prętermissis, horum filium nuncupauit, qa ad hos tantum facta est de Christo repromissio. Ad Abrahā: In semine, inqt, tuo bene

benedicentur oēs gētes, quod est Christus, Ad David: De fructu ventris tui ponā super sedē tuam. Iudas autē genuit Phares & Zaram de Thamar. Notandum in genealogia Salvatoris nullā sanctarum assumi mulierū, sed eas quas scriptura reprehēdit: ut q ppter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Unde & in cōsequentibus Ruth Moabitis ponit, & Bethsabee uxor Uriæ. ℞. Felix nanq; es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima, Quia ex te ort⁹ est sol iustitiæ Christus Deus noster. ℣. Ora p populo, interveni p clero, intercede p devoto fœmineo sexu, sentiāt oēs tuum iuvamen, quicunq; celebrāt tuā sanctam nativitatē. Quia. Ev. lo. Christ⁹.

Pro sancto Adriano mar. Lix.

Adrianus iussu Maximiani Imperatoris apud Nicomediā persequens Christianos, cum sępius eorum, in fidei confessione, & tormētorum perpessione constantiā demiratus esset, vehementer ea re commotus ad Christum sese convertit. Quamobrem cum aliis viginti tribus Christianis est coniectus in carcerē, ubi eum visitans Natalia uxor, q & ipsa antea in Christum crediderat, ad martyrium incendit. Itaq; e custodia educt⁹, tādiu flagellis cęsus est, donec intestina defluerent. Postremo fractis crurib⁹, manib⁹ pedib⁹, q; pcisis, una cū multis aliis, martyrii certamen feliciter absoluit.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

Nativitas gloriosę virginis Marię, ex semine Abrahę orta de tribu Iuda, clara ex stirpe David. ps. Dñs reg. 8. cū rel. Aña. Nativitas est hodie sanctę Marię virginis, cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Aña. Regali ex progenie Maria exorta refulget, cuius precibus nos adiuvari mente & spiritu devotissime poscimus. Aña. Corde & animo Chro canamus gloriam, in hac sacra solennitate pręcelsę genitricis Dei Marię. Aña. Cum iucūditate nativitatem beatę Marię celebremus: ut ipsa pro nobis intercedat ad dñm Iesum Christum. Caplm. Ab initio. Hym. O gliosa. f. 48. ℣. Nativitas est hodie. vt s. f. 457

Ad Benedictus. Antiphona. Nativitatē hodiernā perpetuę virginis genitricis Dei Marię solēniter celebrem⁹, qua celsitudo throni pcessit, hal. Oro vt s. Deinde fit commē. S. Adriani mart. hoc loco tantum. Oratio. Pręsta q̄s ops Deus vt q. 505. de communi unius martyris.

Ad Tertiam. Capitulum.

Ab inito, & ante sęcula creata sum: & usq; ad futurum sęculū nō desinā, & in habitatio- Eccl. 24

ne

ne sancta, coram ipso ministraui. ℟. br. Specie tua, Et pulchritudine tua. ℣. Intende, prospere procede, & regna. ℣. Adiuuabit eam deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius nō commouebitur.

Ad Sextam. Capitulum.

Eccl. 24. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Jerusalem potestas mea: Et radicaui in populo honorificato, & in partes dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detētio mea. ℟. br. Adiuuabit eā Deus vultu suo. ℣. Deus in medio eius non commouebit. ℣. Elegit eam Deus, & pręelegit eam. ℟. In tabernaculo suo habitare facit eā.

Ad Nonam. Capitulum.

In plateis sicut cinnamomū & balsamū aromatizās odorem dedi, quasi myrra electa dedi suauitatē odoris. ℟. br. Elegit eam Deus, Et pręelegit eā. ℣. In tabernaculo suo habitare facit eā. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in ęternum.

In ij. Vesp. oia vt i primis vesp.

Ad Magnificat. Antiphona.

Natiuitas tua Dei genitrix virgo gaudiū annunciauit vniuerso mundo, ex te enim ort⁹ est sol iustitię Christus Deus noster, q soluēs maledictionē, dedit benedictionē, & confundens mortem donauit nobis vitā sempiternā.

Cōme. S. Gorgonij mar. Orō. Die 9. S



Anctus tuus dñe Gorgonius sua nos intercessione lętificet: & pia faciat solennitate gaudere. Per dominum nostrum Jesum.

SECVNDA DIE infra Octa. Nat. B. Marię.

In j. noct. infra octauam legitur de scriptura occurrenti.

De Sermo s. Augu. epi. L. iiij.

Exultat Maria, & matrem se lęta miratur, de spiritu sancto se protulisse gaudet, nec q peperit innupta, terret, sed quia genuerit cum exultatione miratur. O fęmina sup fęminas bñdicta, quę virū oino non nouit, & virū suo vtero circūdedit. Circūdat virū Maria angelo fidē dando, quia Eua perdidit virū serpēti cōsentiendo. O fęlix obediētia, o insignis gratia, quę dum fidem dedit humiliter, cęli in se opificem corporauit. Hinc pmeruit gloriam, quam ipse postmodum auxit. Ecce ait, ex hoc beatam me dicent omnes generationes. ℟. Natiuitas glorio. 457. Le. v.

O Beata Maria, qs tibi digne valeat iura gratiarum, ac laudum preconia rependere, quę singulari tuo assensu mūdo succurristi perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis psoluet, quę sola tuo cōmercio recuperandi aditū inuenit?

Accipe itaq3 quascunq3 exiles, quascūq3 meritis tuis impares gratiarum actiones: 7 cu3 suscepis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrariū exauditionis, 7 reporta nobis antidotum reconciliationis. ℟. Cū iu. 457. L. ix.

Sit p te excusabile qđ p te ingerimus: fiat impetrabile quod fida mēte poscimus. Accipe quod offerimus, redona qđ rogamus, excusa quod timem⁹: quia tu es spes vnica peccato℞, per te speramus delicto℞ veniam, 7 in te beatissima nostro℞ est expectatio premio℞. Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles ora pro populo, interueni pro clero, intercede p deuoto femineo sexu, sentiant oēs tuū iuuamē, quicunq3 celebrant tuam sanctam natiuitatem. ℟. Natiuitas. 458.

De Dom. S. Hieron. pbr. L. vij.

Ioram autē genuit Oziam, Ozias autē genuit Joathā. In quarto Regu3 volumine legimus de Jora3 Ochoziā fuisse generatū: quo mortuo Josabet filia regis Joram soror Ochozię tulit Joas filiū fratris sui, 7 eum iternicioni quę execerbatur ab Athalia; subtraxit. Cui successit in regnū fili⁹ ei⁹ Amasias. Post quē regnauit fili⁹ ei⁹ Azarias, q appellatur 7 Ozias, cui successit Joathā filius eius. ℟. Beatam me dicent. 458. Lectio viij.

Ternis ergo quod secundū fide3 historię, tres reges in medio fuerunt, quos hic euangelista prętermisit: Jorā quippe non genuit Oziā, sed Ochozia3, 7 reliquos quos enumerauim⁹. Uerum quia Euāgelistę proposítu3 erat tres tessaradecades in diuerso tempor℞ statu ponere, 7 Jora3 generi se miscuerat impijssimę Jezabelis: iccirco vsq3 ad tertia3 generationē eius memoria tollit, ne in sanctę natiuitatis ordine poneret. ℟. Felix.

Pro S. Gorgonio martyr. L. ix.

Gorgonius Nicomedię natus, Diocliciani Imperatoris cubicularius, Dorotheo collega suo adiutore, reliquos oēs cubiculi ministros ad Christi fidem perduxit: Uterq3 autē cu3 vidisset quoda3 die martyrē corā Diocliciano acerbissime cruciari, ei⁹ exēplo martyrij amore incensus est. Itaq3 ambor℞ hęc vox erupit. Quid est Imperator q huius condemnata sententia, quę nobis cum eo cōmunis est, vnu3 illum punis? istius nostra etiā est, fides, idē propositū. Eos igit vinctos Imperator flagellis cōcidi iubet, ita vt toto corpore cutis dirumperet: 7 in plagas acetū infundi sale pmistu3, mox reuinctis i craticula subijci imperat vim cādentium carbonū. Deniq3 varie torti suspēdio necati

cati sunt. Ac sancti Gorgonij corpus aliqñ Romam portatum, inter duas lauros via Lauicana sepultum, postea Gregorio quarto summo Pontifice in basilicā principis aplorũ translatum est.

TERTIA DIE

Die 10. A Infra octa. Nativit. beatę Marię. De expositione S. Hieronymi presb. in Isaiā prophetam. Lectio iiij.



Dabit dñs ipse, vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Dñs nr̃ rex glorię ipse descendet in vterum virginalem, & ingredietur, & egredietur orientalem portā, quę semp est clausa: de qua Gabriel dicit ad virginem. Spũs sanctus veniet super te, & virtus altissimi obũbrabit tibi: propterea quod nascetur ex te sctm̃, & vocabitur filius Dei, Et in prouerbijs: Sapientia ędificauit sibi domum. Qñ autem dicitur: Dabit dñs ipse vobis signum: nouum debet esse atque mirabile, sin autem iuuencula vel puella, vt Iudęi volunt, & nō virgo, pariet: quale signum poterit appellari, cum hoc nomen ętatis sit, non integritatis? ℟. Natiuitas glo. 457. Lectio v.

Egredietur virga d radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Virgā de radice Iesse sanctā Mariā virginē intelligimus: q̃ nullum habuit sibi fruticem cohęrentem: de qua & supra legimus: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & florem dñm salvatorē, qui dicit in Cantico canticorum: Ego flos cāpi, & lilium conuallium. Pro radice Aquila, & Symmachus & Theodotio, truncum interpretati sunt, & pro flore germen transtulerunt, vt ostenderent, quod multo post tpe Babylonicę captiuitatis, nullo de stirpe Dauid antiqui regni gloriā possidēte, quasi de trūco Maria, & de Maria Christus exortus sit. ℟. Cum iucun. 457

De expositione eiusdem in Ezechielem prophetam. Lectio vj.

Porta hęc clausa erit, & nō aperietur. Pulchre quidam portā clausam, p quā solus dñs deus Israel ingredietur, & dux cui porta clausa est, Mariā virginē intelligunt: q̃ ante partũ, & post partum virgo pmansit. Etenim tpe quo angelus loquebatur: Spũs sanctus veniet super te, & virtus Altissimi obũbrabit te: quod autē nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei: & qñ natus est, virgo pmansit ęterna, ad cōfundendos eos, qui arbitrātur eam post natiuitatē Salvatoris habuisse de Ioseph filios ex occasione fratrũ eius qui vocātur in euangelio. ℟. Natiuitas. 458

De hom. S. Hiero. pſbr. L. vij.

Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit

nuit Salathiel. Si voluerimus Iechoniā i fine primę tessarędecadis ponere, in sequēti nō erūt quatuordecim, sed tredecim. Sciamus igit Iechoniā priorē, ipsū esse quē & Ioacim, scđm rau tem filium non patrem. Quorū prior per k, & m, sequens per ch, & n, describit, qđ scriptorum vitio, & lōgitudine tēporum apud Grecos, Latinosq; cōfusum est. ℟. Beatā me. 458. Lectio viij.

Iacob aūt genuit Ioseph. Hūc locum obiecit nobis, Iulianus Augustus, dissonātię euangelistarum, cur euangelista Matthęus Ioseph dixerit filiū Iacob, & Lucas eū filiū appellarit Heli, non intelligens ɔsuetudinem scripturarum, quod alter sm naturam, alter sm legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen deo iubente pręceptū, vt, si frater, aut ppinquus absq; liberis mortuus fuerit, alius eius frater accipiat vxorem ad suscitandum semen fratris, vel propinqui sui. Ioseph virum Marię. Cūm virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare cōsuetudinis scripturarum, quod sponsi viri, & sponsę vocentur vxores. ℟. Felix namque. 458. Lectio nona.

Et a trāsmigratione Babylonis vsq; ad Chřm generationes quatuordecim. Numera a Iechonia vsq; ad Ioseph, & inuenies generationes tredecim. Quartadecima ergo generatio in ipsum Christum reputabitur. Christi autē generatio sic erat. Quęrat diligens lector, & dicat: Cū Ioseph non sit pater dñi saluatoris; quid pertinet ad dñm generationis ordo deduct⁹ vsq; ad Ioseph? Cui respōdebimus primum non esse consuetudinis scripturarū, vt mulierū in generationib⁹ ordo texat, deinde, ex vna tribu fuisse Ioseph & Mariā: vnde ex lege eā accipere cogebatur vt propinquam, & quod simul censentur in Bethleem, vt de vna videlicet stirpe generati.

¶ Commemo. sanctorum martyrum Proti & Hyacinthi. Oratio.



Beatorum martyrū tuorum Proti, & Hyacinthi nos dñe foueat beata ɔfessio, & pia iugiter intercessio tueatur. Per dñm.

QVARTA DIE infra octa. Natiuita. B. Marię. Sermo S. Bernardi abb. Liiij. Die 11. B.

Nouū fecit dñs sup terram, vt mulier circūdaret virū, nec aliū quā Chřm de quo dr: Ecce vir, Oriens nomē eius. Nouum quoq; fecit in cęlo, vt mulier sole appareret amicta. Deniq; & coronauit eum, & vicissim ab eo meruit coronari. Egredimini filię Siō, & videte regē Salomonē in diademate, quo coronauit

nauit eũ mr̃ sua. Ue℞. hoc alias. Interim sane ingredimini magis, & videte reginã diademate, quo coronauit eã fili⁹ su⁹. Jn capite, inquit, eius corona stellarũ
457 duodecim. ℞. Natiui. glo.

Signũ plane stellis corona ri caput, qđ & ipsa longe clarius micãs ornet eas potius, quã ornẽt ab eis. Quidni coronẽt sidera, quã sol vestit? Sicut dies verni circundabant eaȝ flores rosaȝ, & lilia conuallium: nimirum leua sponsi sub capite eius, & iaȝ dextera illi⁹ amplexat̃ eã. Quis illas estimet gẽmas, quis stellas nominet: quibus Marię regium diadema cõpactum est? ℞. Cuȝ iucunditate. 457.

Uod ergo sidereũ micat in generatione Marię? Plane, q̃ ex regibus orta, q̃ ex semine Abrahę, q̃ generosa ex stirpe Dauid. Si id parum videtur, adde q̃ generationi illi ob singulare priuilegiũ sanctitatis diuinitus noscitur esse concessa: quod longe ante eisdem patribus cęlitus repromissa: quod mysticis prefigurata miraculis, q̃ oraculis prenunciata prophetieis. Hanc sacerdotalis virga, dum sine radice floruit, hanc Gedeonis vellus, duȝ in medio siccę areę maduit, hanc in Ezechielis visione orientalis porta, quę nulli vnquam patuit, prefignabat. ℞. Natiuitas tua.

In octaua. Fausti epi. Lec. vii.

Ressus quẽ Matthęus in ordine regię successionis ediderat, & quẽ Lucas per sacerdotalẽ ordinẽ dinumerat, vterqȝ agnitionẽ in dño vtriusqȝ trib⁹ significat: & rectę generationis gradum ponit, q̃ sacerdotalis & regię trib⁹ societas p̃ Dauid ex coniugio inita, iam a Salathiel in Zorobabel cõfirmat̃ ex gñe: atqȝ ita dũ Matthęus, p̃mã originẽ, q̃ ex Juda, proficiscebat̃ recẽset: Lucas vero acceptũ p̃ Nathan ex tribu leui genus edocet suis vterqȝ partibus dño nostro Jesu Chro, q̃ est ęternus, & rex, & sacerdos, etiam in carnali ortu vtriusqȝ generis gloriaȝ probauerũt. ℞. Beatã me. 458.

Uod vero Joseph poti⁹, quã Marię natiuitas recenset, nihil refert: eadẽ eniȝ est totius trib⁹ atqȝ vna cognatio. Exẽpluȝ autẽ etiã Matthęus & Lucas, dederũt, p̃res inuiceȝ appellãtes, non tã genere, quã gente: quia ab vna tribu cępta sub vni⁹ successionis & originis familia cõtinet̃. Cũ eniȝ filius Dauid atqȝ Abrahę sit ostendẽdus, ita Matthęus cępit, Liber generationis Jesu Christi, filij Dauid, filij Abrahę. ℞. Felix nanque.

[illegible]

Rotus & Hyacinthus Eugenię virginis eunuchi, vna cũ illa ab Heleno ep̃o baptizati.

zati, ac studijs dediti diuinarum literarum, aliquandiu in Ægypto in monasterio mira humilitate & vitę sanctitate vixerūt, sed postea sanctam virginē Eugeniam Romā psecuti, Galieno Imperatore in Urbe pp chrianę fidei professionem ɔprehensi sunt. A quibus cum nullo modo impetrari posset, vt Christianam religionem deserētes, deos colerēt, acerbis verberibus cęsi, securi feriuntur tertio Idus Septēb.

Die 12. C. QVINTA DIE infra octa. Natiuita. B. Marię. Sermo S. Iohā. Chrysо. L. iiii.



DEi filius nō diuitē, aut locupletem aliquam fœminam sibi matrem elegit, sed beatā virginem illam cuius anima virtutibus ornata erat. Cum enim beata Maria supra oēm humanam naturā castitatē seruaret, ppterea Christum dn̄m in ventre ɔcepit. Ad hanc igit sanctissimā virginem & Dei matrē accurrentes, eius patrocinijs vtilitatē assequamur. Itaq3 quotcūq3 estis virgines, ad matrē dn̄i ɔfugite. Illa enim pulcherrimā, pretiosissimam, & incorruptibilem possessionem patrocinio suo vobis conseruabit. ℟. Natiuitas gl. 457. Lectio v.

MAgnū re vera miraculū, fratres dilectissimi, fuit beata semp virgo Maria. Quid nanq3 illa maius aut illustrius vllo vnq̄3 tempore inuentum est, seu aliquādo inueniri poterit? Hęc sola cęlum ac terram amplitudine superauit. Quidnam illa sanctius? nō prophetę, non apostoli, non martyres, non patriarchę, non angeli, non throni, non dn̄ationes, nō seraphim, nō cherubim, non deniq3 aliud qdpiā inter creatas res visibiles, aut inuisibiles maius aut excellēti⁹ inueniri pōt. Eadē ancilla Dei est, & mater, eadem virgo, & genitrix. ℟. Cum iucundi. Lectio vi.

HÆc eius mater est, q a patre ante oē principium genitus fuit, quem angeli & hoīes agnoscunt dn̄m rerum oīūm. Uis ne cognoscere quāto virgo hęc pstantior sit cęlestibus potētijs? Illę cū timore & tremore assistūt faciē velantes suā: hęc humanū gen⁹ illi offert quē genuit. Per hanc & peccatorum veniam ɔsequimur. Aue igitur, mater, cęlum, puella, virgo, thronus, Ecclesię nostrę decus, gloria, & firmamentum, assidue pro nobis precare Iesum filium tuū & dominum nostrum: vt per te misericordiam inuenire in die iudicij, & quę reposita sunt ijs qui diligunt Deum, bona ɔsequi possimus gratia & benignitate dn̄i nr̄i Iesu Christi cum quo patri simul & scrō spūi, gloria, honor, & imperiū, nūc, & semp, & in scl'a sclorum

sctoꝝ. Amen. ℟. Natiuitas tua. De sermone S. Hilarij epi. Lectio vij.

NOn refert quis originis numero atq; ordine colloceť, dummodo vniuersorum familia cepta esse intelligať ab vno. Itaque cū eiusdē tribus sit Ioseph ⁊ Maria, dum profectus esse ex Abrahe genere Ioseph ostēdiť, profecta quoq; doceť ⁊ Maria. Hec enim in lege ratio seruata est, vt, si mortuus sine filijs familie princeps esset d̄functi, vxorē posterior frater eiusdē cognationis acciperet, susceptosq; filios in familiā eius qui mortuus esset referret, maneretque ita in primogenitis successionis ordo: cum patres eorum, qui post nati essent, aut noīe haberenť, aut genere. ℟. Beatā me. 458. Lectio viij.

SEquens illud est, vt, quia diximus sm rerum fidem, generationis istius ordinē nec numero sibi nec successione constare: huius quoq; rei ratio afferatur. Non enim leuis causa est, vt aliud in narratione sit, aliud fuerit in gestis: ⁊ aliud referatur in summa, aliud vero teneatur in numero. Namque ab Abraham vsque ad Dauid quatuordecim generatiōes numerate sunt: ⁊ a Dauid vsq; ad trāsmigrationē Babylonis, in quibusdam libris decē ⁊ septem deprehenduntur. Sed in hoc nō mendacij, aut negligētie vitiū est: tres enim ratione pretermisse sunt: nam Ioras genuit Ochoziā, Ochozias vero genuit Ioā, Ioas deinde Amasiā, Amasias autē Oziam: ⁊ in Mattheo Ioras Oziam genuisse scribitur, cū quartus ab eo sit. hoc ita, quia ex gētili femina Ioras Ochoziam genuit, ex sorore Achab scilicet qui Iezabel habuit vxorē. ℟. Felix nanque es. Lectio ix.

DEniq; per prophetā non nisi in quartā generationē in throno regio Israelis quēquam de domo Achab esse sessurū dicit. Purgata igiť labe familie gētilis, tribusq; preteritis iam regalis, in quarto generationum consequentiū ordine numerať, ⁊ vsq; ad Mariā generationes quatuordecim esse scribuntur, cū in numero decē ⁊ septem reperianť, nullus error esse poterit, sciētib⁹ non eā solū esse dño nostro Iesu Christo originem q̄ cepit ex Maria, sed pro creatione corporea natiuitatis eterne significantiam comprehendi.

SEXTA DIE Die 13. D

infra oct. natiuitatis btē Marie.

Ex libro scti Epiphanij epi aduersus hereses. Lectio iiij.

BEata mater Dei Maria per Euā significať que per enigma accepit, vt mater viuētium vocetur. Illa etenim mater viuētium vocata est, etiā postq̄ audiuit, Terra es, ⁊ in terrā reuerteris,

ris, post transgressionem. Et mirum est, q post hanc transgressionē magnū cognomē habuit. Et quod quidē pertinet ad rez sensibilē, ab illa Eua ois hominuz generatio est deducta in terra: hic autē vere a Maria hęc vita mūdo genita est, vt viuentem gigneret, & fieret Maria mater viuentiū. Per ęnigma igit Maria, mater viuentium appellata est. R. Natiuitas glo. 457. L. v.

[E]Uę datū est operire corp⁹ sensibile propter nuditatē sensibilem: Marię vero datum est a deo, vt pareret nobis agnū, & ex gloria ipsius agni fieret nobis velut a vellere sapiētię p virtutē ipsius indumentū incorruptibilitatis. Eua eniz mortis causa facta est hominib⁹: per ipsaz eniz mors ingressa est in mūdū: Maria vero causa vitę, per quā genita est nobis vita: & p hanc filius Dei accessit in mūdū: & vbi abūdauit peccatū, ibi superabūdauit & gratia: & vnde illata est mors, illinc processit vita, vt vita p morte fieret: & q per mulierē nobis vita factus est, mortem ex muliere inductam excluderet: & qm̄ illic Eua, cū adhuc esset virgo, per inobedientiā trāsgressa est, e contrario p virginē obediētia gratię facta est, annūciato aduētu in carne de cęlo, & vita ęterna. R. Cū iucun.

E Maria eniz accipis (liceat mihi hoc dicere) quod scriptū est & de Ecclesia: Relinquet homo patrem suum, & matrem suā, & adherebit vxori suę, & erūt duo in carne vna. Sanctus autē Apostolus dicit: Mysteriū hoc magnum est: ego autem dico in Christo & Ecclesia. Et vide scripturarum exactam sinceritatē: quod de Adam quidē dixit, formauit: de Eua vero, non formatam esse, sed ędificataz. Accepit enim, inquit vnā de costis eius, & ędificauit ipsi i vxorem. Quo ostēdat dnm quidem de Maria efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa vero costa ędificatā esse Ecclesiā, in eo q punctū & apertū est ipsius latus, & mysteria sanguinis & aquę pręcia redemptionis facta sunt. R. Natiuitas tua.

Homilia s. Augustini ep. L. vii.

MAtthęus Euangelista sic exorsus est: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahaz. Quo exordio suo satis ostendit, generationē Christi sm carnē se suscepisse narrandam. Secūduz hanc enim Christus filius hominis est, qđ etiaz sępissime appellat, commendās nobis qd misericorditer dignatus est esse pro nobis, nam illa superna & ęterna generatio secundum quā filius Dei vnigenitus est ante omnem creaturaz, quia omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, vt de illa dictum a prophe-

propheta intelligatur, Generationem eius quis enarrabit? R. Beatam me dicent. 458. L. viij.

Exequitur ergo humanam generationē Christi Matthęus, ab Abrahā generationes cōmemorans, quos perducit ad Ioseph virū Marię, de qua natus est Jesus. Neqʒ enim fas erat vt ob hoc eū a coniugio Marię separandū putaret, q̄ virgo peperit Christū. Hoc enim exemplo magnifice insinuat fidelibꝰ coniugatis, etiā seruata pari cōsensu ꝯtinentia posse ꝑmanere, vocariqʒ cōiugium, non permisso corporis sexu, sed custodito mentis affectu: pręsertim quia nasci eis etiam filius potuit sine vllo complexu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibēdus est. R. Felix. Lectio ix.

Dum autem euidenter dicat apostolus Paulus, ex semine Dauid ſm carnē Christum; ipsam quoqʒ Mariam de stirpe Dauid consanguinitatē dixisse, dubitare vtiqʒ nō debemus. Cuius feminę, qm̄ nec sacerdotale genus tacet insinuante Luca, q̄ cognata eiꝰ esset Elisabeth, quā dicit de filiabus Aaron: firmissime tenenduʒ est, carnem Christi ex vtroque genere propagataʒ, ⁊ regū scilicet, ⁊ sacerdotum: in qbus ꝑsonis apud illum populum Hebręoꝝ etiam mystica vnctio figurabat, idest chrisma, vnde Christi nomē elucet, tāto ante etiā ista euidētissima significatione prenunciatuʒ.

¶ In festo exalt. s. Crucis. dup. Die 14. E
Ad vesper. An. O magnū. 465. cū rel. de Lau. t. ps. Dixit dominus. 52. cū rel. de Dñica. ⁊ loco vltimi dī Laudate dñm oēs gen. 54. Cap. Fratres hoc eniʒ sen. 395. Hymn. Vexilla regis. 173. versic. ⁊ an. ad Mag. dñr vt i festo Inuētionis fol. 395. omisso Alla. Oro.



Deus qui nos hodierna die exaltationis sctē crucis annua solennitate letificas, pręsta quęsumꝰ: vt cuius mysterium in terra cognouimus, eius redēptionis premia in cęlo mereamur. Per eundē dñm nr̄m. Ad Mat. Inuit. Christū regē ꝓ nobis in cruce exaltatū, Venite adoremus. ps. Venite. Hym. Pãge. 174. vt in officio Inuēt. In i. noct. Ant. Nobile lignum exaltatur, Christi fides rutilat, dum crux ab omnibus veneratur. ps. Beatus vir. 2. An. Sancta crux extollitur a cunctis regibus, virga regia erigitur, in qua Saluator triumphauit. ps. Quare fre. 2. An. O crux venerabilis quę salutē attulisti miserie:

ris: quib⁹ te efferā pconijs? qui vitam nobis celitem preparasti. Ps. Dñe quid. 2. V. Hoc signū crucis erit in celo. R. Cum dominus ad iudicandum venerit.

De libro numeri. Lctō prima.

Cum audisset Chananeus rex Arad, q habitabat ad meridiē, venisse scilicet Israel p exploratorū viā, pugnauit cōtra illū: 7 victor existens, duxit ex eo predam. At Israel voto se dño obligans, ait. Si tradideris populū istū in manu mea, delebo vrbes ei⁹. Exaudiuitq̄ dñs preces Israel, 7 tradidit Chananeū, quē ille interfecit subuersis vrbibus eius: 7 vocauit nomen loci illi⁹ Horma, idest anathema. R. Gloriosum diē sacra veneratur ecclesia, dū triūphale exaltatur lignū, In quo redemptor nr̄ mortis vincula rumpēs, callidū aspidē superauit. V. In ligno pēdens, nostre salutis semitam verbū patris inuenit. In quo. L. ij.

Profecti sunt aūt de mōte Hor p viā q̄ ducit ad mare rubrū, vt circumirent terram Edom. Et tedere cepit populū itineris ac laboris: locutusq̄ cōtra dñs 7 Moysen, ait, Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, nō sunt aque: anima nostra iam nauseat sup cibo isto leuissimo. Quamobrē misit dñs i populū ignitos serpētes. R. Crux fidelis inter oēs, arbor vna nobilis: nulla sylua talē profert, frōde, flore, germine. Dulce lignū, dulces clauos, dulce pōdus sustinuit. V. Super oia ligna cedrorū, tu sola excelsior. Dulce lignū. L. iij.

Ad quorum plagas, 7 mortes plurimorū, venerunt ad Moysen, atq̄ dixerunt, Peccauimus, qa locuti sumus contra dñs 7 te: ora vt tollat a nobis serpētes: Orauit Moyses p populo. Et locutus est dñs ad eū. Fac serpentē eneū, 7 pone eū pro signo: q pcussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses, serpētē eneū 7 posuit eum p signo: quē cū pcussi aspicerent, sanabant. R. Hec est arbor dignissima in paradisi medio situata. In qua salutis auctor ppria morte mortem omniū superauit. V. Crux pcellēti decore fulgida: quā Heraclius Imperator concupiscēti animo requisiuit. In. G. Pa. In ij. noc. Aña. O crucis victoria, 7 admirabile signū, in celesti curia fac nos captare triūphū. Ps. Cum inuo 61. Aña. Funeste mortis dānatur supplicium, dū Christus in cruce nostra destruxit vincula criminū. Ps. In dño confi. 4. Aña. Rex exaltatur i ethera, cū nobile tropheū crucis ab vniuersis Christicolis adoratur per secula. Ps. Dñe in virtute. 7. V. Adoram⁹ te Chre, 7 benedicimus tibi. Quia p crucem

tertiã redemisti mundũ. Lect. iiij.

Cosdroas Persarũ rex extremis Phocę imperij tẽporib⁹, Ægypto ⁊ Africa occupata ac Jerosolyma capta, multisq; ibi cęsis Chrianoꝝ millib⁹ Christi dñi crucẽ, quã Helena in mõte Caluarię collocarat, in Persidẽ abstulit. Itaq; Heraclius, q Phocę successerat, multis belli incõmodis ⁊ calamitatibus affectus, pacẽ petebat: quã a Cosdroa victorijs insolẽte, ne iniqs qdẽ ꝯditionib⁹ impetrare poterat. Quare i summo discrimine se assiduis ieiunijs, ⁊ orõnib⁹ exercens, opẽ a Deo vehemẽter implorabat: cui⁹ monitu exercitu ꝯparato, signa cũ hoste ꝯtulit, ac tres duces Cosdroę cũ trib⁹ exercitibus superauit. ℟. Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nr̄i Jesu Chri, in quo est salus, vita, ⁊ resurrectio nr̄a: Per quem saluati, ⁊ liberati sumus. ℣. Tuã crucẽ adoramus dñe, ⁊ recolimus tuã gloriosam passionem. Per quem. Lcõ v.

Quibus cladibus fractus Cosdroas, in fuga q̃ traijcere Tigrĩ parabat, Medarsen filiũ, sociũ regni designat. Sed eam ꝯtumeliam cũ Siroes Cosdroę maior natu fili⁹ ferret atrociter, pr̄i simul ⁊ fratri necẽ machinatur: quam paulo post vtriq; ex fuga retracto attulit, regnũq; ab Heraclio impetrauit: quibusdam acceptis conditionibus: quarum ea prima fuit vt crucẽ Christi dñi restitueret. Ergo crux, quatuordeciꝫ annis postq̃ venerat in ptãteꝫ Persarum, recepta est: quam rediens Jerosolymam Heraclius solẽni celebritate suis humeris retulit in eum montẽ, quo eã Saluator tulerat. ℟. Dum sacrũ pignus cęlitus reuelatur, Christi fides exaltat. Adsunt ꝓdigia diuina in virga Moysi primitus figurata. ℣. Ad crucis ꝯtactum resurgunt mortui, ⁊ Dei magnalia referantur. Ad. Lectio sexta.

Quod factum illustri miraculo ꝯmẽdatuꝫ est. Nã Heraclius, vt erat auro ⁊ gẽmis ornatus, insistere coactus est in porta, quę ad Caluarię montem ducebat, quo enim magis progredi conabatur, eo magis retineri videbat, cumq; ea re ⁊ ipse Heraclius ⁊ reliqui oẽs obstupescerent, Zacharias Jerosolymorum antistes, Vide, inquit, Imperator, ne isto triumphali ornatu in cruce ferenda parum Jesu Christi paupertateꝫ ⁊ humilitatem imitere. Tum Heraclius, abiecto amplissimo vestitu, detractisq; calceis, ac plebeio amictu indutus, reliquuꝫ vię facile confecit, ⁊ in eodeꝫ Caluarię loco cruceꝫ statuit, vnde fuerat a Persis asportata. Itaque decretuꝫ est, vt quotannis Exaltationis

tationis crucis memoria celebraretur: q ibidem fuerit reposita ab Heraclio vbi Saluatori primuz fuerat constituta. R. H oc signum crucis erit in cęlo, cum dñs ad iudicãdum venerit. Tũc manifesta erunt abscondita cordis nostri. V. Cũ sederit filius hois in sede maiestatis suę, & cęperit iudicare sęculuz p ignem. Tunc mani. G loria. Tũc mani. In iij. noct. Aña. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, qa per crucẽ tuaz redemisti mũdũ. ps. Cantate. j. 547. Aña. Per lignum serui facti sumus, & p sanctam crucem liberati sumus, fructus arboris seduxit nos, filius Dei redemit nos, hal. ps. Dñs regnauit exul 547. Aña. Saluator mundi salua nos, qui per crucem & sanguinem tuum redemisti nos: auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster. ps. Cantate. ij. 547. V. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. R. Psalmum dicat nomini tuo domine.

Lcõ s. euãg. Fm Johannẽ. C. vij.

ca. 12. I N illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Nunc iudiciũ est mundi, nunc princeps huius mundi eijcief foras. Et reliqua.

Homilia Sancti Leonis Papę.

E Xaltato, dilectissimi, p crucem Christo, non illa tantum species aspectui mentis occurrat, quę fuit in oculis impiorum, quibus per Moysen dictũ est: Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes vitę tuę. Isti enim nihil in crucifixo dño, pręter facinus suuz cogitare potuerunt, habentes timorẽ, non quo fides vera iustificat, sed quo conscientia iniqua torquetur. Noster vero intellectus, quez spiritus veritatis illuminat, gloriam crucis cęlo terraque radiantem puro ac libero corde suscipiat, & interiore acie videat, quale sit qđ dñs, cum de passionis suę loqueretur instantia: dixit: Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego, si exaltat⁹ fuero a terra, omnia trahã ad me ipsuz. R. O dulce lignum, dulces clauos, dulce põdus sustinuit. Quę sola digna fuit portare precium huius sęculi. V. Hoc signuz crucis erit in cęlo, cum dominus ad iudicãduz venerit. Quę sola. Lcõ viij.

O Admirabilis potentia crucis, o ineffabilis gloria passionis, in qua & tribunal dñi, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi. Traxisti enim dñe oĩa ad te, & cum expãdisses tota die manus tuas ad populũ non credentem, & contradicentem tibi, confitendę maiestatis tuę sensuz totus mundus accepit. Traxisti dñe omnia ad te cum in execrationem Judaici sceleris vnam protulerunt oĩa elementa sententiam,

tiam, cum obscuratis luminaribus, celi, & cōuerso in noctē die, terra quoq; motibus quateret insolitis, vniuersaq; creatura impiorum se vsui denegaret. Traxisti dñe oia ad te, qm̄, scisso templi velo, sancta sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt, vt figura in veritatē, prophetia in manifestationem, & lex in euāgeliū verteretur. ℟. ℣. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis q credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitā ęternam, ha. ab. ℣. Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mūdus per ipsum. Utrom. L. ix.

Traxisti domine omnia ad te, vt qđ in vno Iudęę templo obūbratis significationibus regebat, pleno apertoq; sacramento vniuersarum vbique nationū deuotio celebraret. Nunc enim & ordo clarior Leuitarum, & dignitas amplior seniorum, & sacratior est vnctio sacerdotum: qa crux tua omniū fons benedictionū, omniū est causa gratiarum: per quā credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. Nūc etiā carnalium sacrificiorum varietate cessante: oēs differētias hostiarum vna corporis & sanguinis tui implet oblatio: quoniā tu es verus agnus Dei q tollis peccata mundi: & ita in te vniuersa perficis mysteria: vt sicut vnū est pro omni victima sacrificium, ita vnum de omni gente fit regnum. Ad Laudes, & per horas. Ana.

O Magnū pietatis, opus mors mortua tunc est, In ligno qñ mortua vita fuit. ps. Dñs reg. 8. cum rel. Ana. Salua nos Chrīe saluator p virtutes crucis, qui saluasti Petrū i mari, miserere nobis. Añ. Ecce crucē dñi, fugite partes aduersę, vicit leo đ tribu Iuda, radix Dauid, ha. la. Ana. Nos autē gloriari oportet in crucē dñi nostri Iesu Christi. Ana. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. Cap. Fratres, hoc. 395. Hymnus. Lustris sex. 176. ℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi. ℟. Quia per crucem tuam redemisti mundum. Ab Bñs. Añа. Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior, in qua vita mundi pependit, in qua Christus triūphauit, & mors mortem superauit in ęternum. Ad horas oia dñr sicut in festo Inuentionis. 395. sed in ℣. & ℟. amouetur ha. la. Ad vesp. Añ. O magnū pietatis, cum rel. vrā. Psalī, vt in j. Vesp. a cap. fit de oct. Nat. s. Marię, vt i j. vesp. festi. Deinde p cōm. S. Crucis. Añ. O crux benedicta, quę sola fuisti digna portare regem celorum, & dñm, haleluiah. Oratio vt supr.

Postea fit commemoratio sancti Nicomedis marty. Oratio.



Desto dñe populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita pclara suscipiens, ad impetrandam misericordiã tuã, semp ei⁹ patrocinijs adiuuemur. Per d.

Die 15.F ℂ In Oct. Nat. b. Marie dupl. In j. noct. lec. de Canticis Canticorũ Osculet me. 444. vt in die. Sermo S. Cyrilli epi. Lc. iiij.



Ilarez video hodie cetum fideliũ omniũ, qui conuenerunt pmptis animis, a sancta z Dei matre Maria, z semp virgine, cõuocati: Laus z gloria sit tibi sancta Trinitas, q oẽs nos, ad hanc celebritatez cõuocaris. Sit etiã tibi sancta Dei mater, laus, tu enim es ptiosa margarita orbis terrarum, lucerna inextincti luminis, corona virginitatis, sceptrũ orthodoxe fidei, templum indissolubile, ptinens euz qui nusquã contineri potest: mater z virgo: tu benedicta inter mulieres, eius parens qui benedictus venit in nomine domini. ℟. Natiuitas glorio. 457. Lc. v.

Per te Trinitas sanctificatur, per te crux ptiosa dicitur, z adoratur in toto orbe terrarum. Per te exultat celum, letantur angeli z archangeli, fugãtur demones, z homo ipse ad celum reuocatur: Dis creatura, idolorum errore detẽta, cõuersa est ad notitiam veritatis: z fideles homines ad sanctum baptisma peruenerũt, atq3 in toto orbe terrarum constructe sunt Ecclesie. ℟. Cum iucundita. Lc. vj.

Te adiutrice gentes veniũt ad penitentiaz. Quid plura? Per te vnigenitus dei fili⁹, vera illa lux effulsit sedẽtibus in tenebris z vmbra mortis. Te pphete pnũciarunt, te apostoli summis laudibus celebrarunt. Quisnaz poterit tuarum laudũz pconia explicare Maria mater z virgo? Hanc, fratres dilectissimi, celebremus, eius filiũ ecclesie sponsũz immaculatũz adorantes, cui honor z gloria in secula seculoz. Amen. ℟. Natiui. tua. Lc. vij. Sec. euãg. sm Mattheũ. I. ca.

Iber generationis Jesu Christi filij Dauid, filij Abrahaz. Abraham genuit Isaac, Isaac autẽ genuit Jacob. Et re. Homilia S. Johãnis Chrysost.

Uditu quidẽ mirabile est, q ineffabilis Deus, z qui nec sermonib⁹ explicari potest, nec cogitationibus cõprehẽdi, patriq3 per oĩa coequalis, p virginis ad nos venit vterũ, z fieri ex muliere dignatus est, z habere pgenitores Dauid, z Abrahaz: z quid dico Dauid z Abrahaz etiam illas (qđ horribilius est) feminas, quas paulo ante memoraui.

rani. Hec igitur audiens mente con surge: verum nihil humile suspiceris, sed potius propter hec ipsa maxime mirare, quia cum verus filius esset sempiterni dei, etiam filius David esse dignatus est, modo ut te filium faceret Dei: servum patrem habere dignatus est, ut tibi servo patrem faceret Deum. R. Beatam me. 458. Lec. viij.

Vides arbitror ab ipso statim principio, quam leta sint hec nuncia? Quod si ambigis de his, que ad tuum spectant honorem: de illius humilitate disce credere etiam que super tuam dignitatem dicuntur. Quantum enim ad cogitationes hominum pertinet, multo est difficilius Deum hominem fieri, quam hominem, Dei filium consecrari. Cum ergo audieris, quia filius Dei, filius sit & David, & Abrahe: dubitare iam desine, quod & tu, qui filius es Ade, futurus sis filius Dei. Non enim frustra, nec vane ad tantam humilitatem ipse descendit, sed ut nos ex humili sublimaret: natus est enim secundum carnem, ut tu nascerere spiritu: natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris. R. Felix.

Pro S. Nicomede marty. L. ix.

Nicomedes presbyter persequente Christianos Domitiano Imperatore, quod corpus Felicule virginis, propter confessionem Christiane fidei a Flacco comite interfecte, sepelisset, comprehendi iussus est: ductusque ad statuas deorum, cum eis sacrificare velle (quod facere iubebatur) constanter negauisset, propterea quod sacrificium uni Deo vero, qui regnat in celis, deberetur: plumbatis cesus, in eo martyrio animam deo reddidit. Cuius corpus cum idem comes in profluentem Tiberim proijci imperasset, Iustus Nicomedis clericus diligenter conquisitum ad muros Urbis via Nomentana honorifice in sepulcro condidit.

¶ Sanctorum martyrum Cornelij & Cypriani. semiduplex. Oro. Die 16. B

Beatorum martyrum pariterque pontificum Cornelij & Cypriani, nos quesumus domine, festa tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per dominum.

¶ Come. S. Euphemie, Lucie, & Geminiani martyrum. Aña. Gaudent in celis. 517. V. Exultabunt. de com. plu. mr. & i Lau. Añ. Istorum est enim. 513. V. Letamini. de eodem communi. Oratio.

Presta domine precibus nostris cum exultatione prouentum: ut sanctorum martyrum Euphemie, Lucie, & Geminiani quo die passionis annua deuotione recolimus, etiam fidei constantia subsequamur. Per dominum.

Si festum SS. marty. Cornelij & Cypriani venerit in Dñica, transfert in crastinum. Com. autem festi

Euphemię, Lucię, & Geminiani fit in primis Vesp. & Lau. Domi-nicę, cū ix. Lec. ipsop. Si venerit in Quatuor tēp. Lec. Scripturę in j. noct. legunt de cōi pluri. mart. Fratres debitores 513. L. iiij.

CORnelius Romanus, Decio Imp. Pontificatū gerens, cum Lucina fœmina sanctissima, corpora apostolorum Petri & Pauli e catacumbis in opportuniorem locum trāstulit: ac Pauli corpus Lucina in suo prędio via Ostiensi prope eum locum, vbi fuerat securi percussus collocauit: Cornelius principis apostolorum corpus non longe inde, vbi crucifixus fuerat, reposuit. Qd cū ad Decium delatū esset, & Pontifice auctore multos fieri Christianos, mittitur is in exilium ad Centum Cellas, vbi, eū Cyprianus epūs Carthaginensis, per literas est consolatus. R. Sancti tui. 514. Lec. v.

HOc autē Christianę charitatis officium cū frequēs alter alteri persolueret, deteriorem in partē Decius rem interpretatus est. Quamobrē accersitum Romam Cornelium, tanq̄ de maiestate reum plumbatis cędi, raptumq; ad Martis simulacrum ei sacrificare iubet, quam impietatē cum ille detestaret, ei caput abscisum est decimo octauo Calēdas Octobris. Cuius corpus beata Lucina clericis adiutorib. humauit in arenaria prędij sui prope cęmeteriū Calisti. Vixit in pōtificatu annos duos, menses duos: dies tres. Fecit ordinationes duas mense Decēb. creauitq; presbyteros quatuor, totidē diaconos, & epōs septem. R. Verbera carnificum. 515.

Ex libro S. Hieronymi presbyt. de scriptorib. Ecclesiasticis. L. vj.

CYprian. Afer, primū gloriose theoricā docuit, exinde suadēte presbytero Cecilio, a quo & cognomentū sortitus est Christianus factus, oēm substantiam suā pauperibus erogauit. Ac post non multum tēporis electus etiam in presbyterū, episcopus Carthaginēsis cōstitutus est. Huius ingenij superfluū est indicem texere, cum sole clariora sint opera eius. Passus est sub Valeriano & Galieno principibus, persecutione octaua, eodē die, quo Romę Cornelius, sed nō eodē anno. R. Tanq̄ aurū. 515.

In iij. noctur. Homilia. in euag. Cū audieri. 516. de cōi plu. mar.

¶ Pro sanctis Euphemia, Lucia, & Geminiano. Lectio nona.

EVphemia, Lucia, & Geminianus, in psecutione Diocletiani, non eodem loco, sed eodem die martyrio coronati sunt. Euphemia virgo apud Chalcedonem, Prisco proconsule, varia tormentorum genera, virgarum, equulei, rotarum, ignis, cō-

flanter

stanter passa, deinum leonibus obiecta dilaniat. Lucia vidua Romana, a filio Eutropio, qd Christu multos annos coluisset, accusata, in ollam pice ac plubo ferventem demittitur: vnde inco lumis euadens, cum ferro, plum boq; onerata per vrbes ducere tur, Geminianu, nobilem viru, cstatia fidei, & martyrij ad Christum couertit, que etiam cu mul tis alijs ad fide perductis, varie tortum, gloriosi martyrij abscisso capite sociu habuit. Quoru cor pora, Maxima mulier Christia na honorifice sepeliuit. Tu aut. Die 17. A. Die 18. B. Die 19. c.

Die 20. B ¶ Commemoratio SS. martyr. Eustachij & sociorum. Oratio.

Deus, qui nos cocedis san ctorum martyrum tuoru Eustachij, & sociorum eius nata litia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dominu nostru.

¶ In vigilia S. Matthei. Si hec vigilia venerit in quatuor tpi bus, nihil fit de ea nisi in Missa. Lcõ scti euag. scdm Lucam. L. j.

ca. 5. In illo tempore: Vidit Je sum publicanum, nomine Leui, sedentem in telonio, & ait illi: Sequere me. Et reliqua. Homilia S. Ambrosij episcopi.

Sequitur mystica vocatio publicani, que seq iubet non corporis gressu, sed mentis affectu. Itaque ille prius auara de mercedibus, dura de labori bus, periculisq; nautaru emolu menta conquirens, verbo voca tus, ppria dereliquit, qui rapie bat aliena: ac vile illud sedile de stituens, toto post dominum ve stigio mentis incedit: conuiuij quoq; magni, exhibuit appara tum. Qui enim domicilio Chri stum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum. Lectio ij.

Itaq; dns libenter ingre dit, & in eius, q crediderit, recubit affectu. Sed rursus acce ditur inuidia perfidoru, & future pene species prefiguratur. Epu lantibus enim fidelibus, & in illo celorum recumbentibus regno, pfidia ieiuna torquebit. Simul etia ostenditur quantu interfit iter emulos legis & gratie, quod illi qui legem sequuntur, ieiune mentis famem patiatur eterna: qui vero verbu in interioribus aie receperut, alimenti celestis, & fontis vbertate recreati, esuri re & sitire non possunt. Lcõ iij.

Et ideo q animo ieiunabat murmurabat dicetes. Qua re cum publicanis, & peccatori bus manducat & bibit? serpetina vox ista est. Deniq; hanc prima voce serpens emisit, dicens Eue. Quid vtiq; vobis Deus dixit? Nolite manducare ex omni li gno? Ergo patris sui venena dif fundunt, qui dicut: Quid vtiq;

nnn iij cum

cum publicanis, & peccatoribus manducat & bibit? Unde dñs cum peccatoribus manducãdo, etiam cũ gentilibus non prohibet nos inire conuiuiũ dicens: Non eget, qui sani sunt, medico, sed qui male se habent. Oratio.

DA q̃s oṗs Deus: vt beati Matthęi apostoli tui, quam pręuenimus, veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per dominũ.

Die 21. E In festo S. Matthęi apli. dup. Oĩa dñr de cõi aplorũ. 497. pręter Orationem & Lcões. Oro.



Beati Euangelistę Matthęi dñe precibus adiuuemur: vt quod possibilitas nr̃a nõ obtinet, ei⁹ nobis intercessione donetur. Per dñm.

In j. noc. legũtur lcões assignatę in cõi Euãgelist. de Ezechiele pphe q̃ ponunt in officio de tẽpore in j. dominica Nouembris.

Et factũ est in tricesi. 332. L. iiij.

Matthęus, qui & Leui, apostolus & Euangelista, Capharnai cũ ad teloniũ sederet, a Christo vocatus, statim secutus est ipsum, quẽ etiã cũ reliquis discipulis hospitio accepit. Post Chrĩ resurrectionẽ, anteq̃ in prouincias proficisceret, q̃ ei ad prędicãdũ obtigerat, primus in Iudęa propter eos qui ex circuncisione crediderant, euangelium Iesu Christi Hebraice scripsit, mox in Æthiopiã profectus, euãgeliũ prędicauit: ac prędicationẽ multis miraculis confirmauit. ℟. Vidi coniunctos. 500. L. v.

Illo igitur in primis miraculo, q̃ regis filiam a mortuis suscitauit, regẽ patrẽ, & vxorem eius, cum vniuersa prouincia, ad Chri fidẽ cõuertit. Rege mortuo: Hirtacus eius successor cũ Iphigeniã regiã filiã vellet sibi dari in matrimoniũ: Matthęum, cuius opera illa virginitatẽ Deo vouerat, & in sancto pposito pseuerabat, ad altare mysteriũ celebrantem iussit occidi. Qui vndecimo calendas Octobris munus apostolicũ martyrij gloria cumulauit. Cuius corpus Gregorio septimo summo Pontifice Salernum translatum, ibi magno hominũ concursu ac pietate colitur. ℟. Beati estis. 500. Lcõ vj. Scã quatuor aialia. 503. vt i cõi euãg. ℟. Isti sunt tr. 500. Lcõ sci euã scdm Matthęũ. L. vij.

In illo tempore: Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthęum nomine: & ait illi: Sequere me. Et reliq. 9. ca.

Homilia sci Hieronymi presby.

Ceteri euãgelistę, ppter verecũdiã, & honorem Matthęi,

thei, noluerunt eum nomine appellare vulgato, sed dixerūt Leui: duplici qppe vocabulo fuit. Ipse autē Mattheus secundum illud quod dicitur a Salomōe: Iustus, accusator est sui in principio sermonis: & in alio loco: Dic tu peccata tua, vt iustificeris. Mattheum se, & publicanum nominat: vt ostendat legētibus, nullum debere salutem desperare, si ad meliora conuersus sit, cum ipse de publicano in apostolū sit repente mutatus. ℞. Isti sunt qui. 501. Lectio viij.

Arguit hoc loco Porphyrius & Julianus Augustus, vel imperitiam historici mētiētis, vel stultitiam eorum qui statim secuti sunt Saluatorem: quasi irrationabiliter quēlibet vocantē hominē sint secuti, cum tante virtutes tantaqꝫ signa pcesserint, q̄ apostolos, anteq̄ crederēt, vidisse nō dubiū est. Certe fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occulte que etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si eni i magnete lapide, & succinis hec esse vis dicitur, vt annulos & stipulam & festucas sibi copulent: quanto magis dñs oium creaturarū ad se trahere poterat, quos volebat? ℞. Isti sunt viri. 501. Si venerit in Nponibus, nona lectio erit de euangelio ferie, cum commemoratio ad Laudes. L. ix.

Et factū est discumbēte eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores veniētes discūbebant cum Iesu. Videbāt publicanum a peccatis ad meliora cōuersum, & locū inuenisse penitētie: & ob id etiā nō desperāt salutē. Neqꝫ vero in pristinis vitiis pmanētes veniunt ad Iesum, vt Pharisei & scribe murmurant, sed penitentiā agētes: vt sequēs dñi smo significat dicēs: Misericordiā volo, nō sacrificiū: nō enim veni vocare iustos, sed peccatores. Ibat aūt dñs ad diuiua peccatorū, vt occasionē haberet docendi: & spirituales inuitatoribus suis preberet cibos. Tu autem.

¶ Sanctorū martyrū Mauritii & sociorum eius. Oratio. Die 22. F.



Annue, q̄s oēs, deus, vt sanctorū martyrum tuorum Mauritii, & sociorū eius nos letificet festiua solennitas: vt quorum suffragiis nitimur, eorum natalitiis gloriemur. Per dominum. Lectio iij.

Cum Maximianus Imperator, ducto i Galliā exercitu in finibus Sedunorū sacrificii causa cōstitisset, Thebeorum legio, ne se impiorū sacrorū societate contaminaret, a reliquis copiis discessit. Quare Imperator misit ad eos milites, qui suo noīe nunciarent, vt, si salui esse vellēt, in castra ad sacrificia redirent.

rent. Qui se christiana religione impediri responderunt. Quorum responsum ille indignissime ferens: maiori iracundia, quã antea, exarsit. Itaqꝫ immissa parte exercitus in Thebęos, decimuꝫ quẽqꝫ eorum iussit occidi. Quod martyriũ sua sponte, maximeqꝫ hortatore Mauritio ferre maluerũt, quã imperata facere nefarij Imperatoris. Itaqꝫ eos constantissime Christum prędicantes, decimo calendas Octobris, ab exercitu trucidari imperat.

Die 23. G ℄ S.Lini pape ⁊ m̄r. semid.



Deus qui nos beati Lini martyris tui atqꝫ Põtificis, annua solẽnitate lętificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiusdẽ etiam protectione gaudeamus. Per dominuꝫ nostrũ.

Cõm. S.Thecle virg. ⁊ m̄. Oro.



Da q̃s o͞ps deus, vt q bt̃e Thecle, virginis ⁊ martyris tuę, natalitia colimus, ⁊ annua solennitate lętemur, ⁊ tantę fidei proficiamus exemplo. Per dñꝫ. L. iiij.

Linus Põtifex, in Etruria natus, primus post Petrũ gubernauit ecclesiam: cuius tãta fides, ⁊ sanctitas fuit, vt non soluꝫ dęmones eiceret, sed etiã mortuos reuocaret ad vitam. Scripsit res gestas beati Petri, ⁊ ea maxime, quę ab illo acta sunt contra Simonẽ Magũ. Sanciuit nequa mulier nisi velato capite, in eccl'iaꝫ introiret. Huic Põtifici caput amputatum est ob cõstãtiã christianę fidei iussu Saturnini impij, ⁊ ingratissimi cõsulis, cuius filiam a dęmonum vexatione liberauerat. Sepultus est in Vaticano prope sepulcrum principis apostoloruꝫ nono Calẽdas Octobris, sedit annos xj. menses tres, dies duodecim, creatis bis mense Decembri, episcopis quindecim, presbyteris decem ⁊ octo. Lc.õ v. ⁊ vj. Principes persecuti sunt. 509. R. iij noct. a Dom. in euang. Si qs vult ve. 509. De co͞i vnius m̄. In sancta Thecla. Lectio ix.

Thecla virgo, ex illustribus parentibus Iconij nata, a Paulo ap̃lo fidei p̃ceptis instituta, miris sctõꝝ patrum laudibus celebrat. Quę decimũ octauum annum agens, Thamiride sponso relicto, cuꝫ eã parẽtes, quod Christiana esset, accusassent, in ardentẽ rogum, qui nisi Christo renunciaret, ei parat⁹ erat, prius signo crucis armata, se ipsaꝫ iniecit. Sed igne, pluuiaqꝫ, q̃ repẽte exorta est, extincto, Antiochiã venit, vbi feris obiecta, ⁊ tauris in diuersa icitatis alligata, mox cõiecta in fossam plenam serpentibus, ex omnibus Iesu Christi gratia liberat. Cui⁹ ardore fidei ⁊ virg

& vitę sanctitate, multi ad Christum cõuersi sunt. Itẽ in patriã rediens, in montẽ sola secessit: vbi, multis virtutibus, & miraculis insignis, nonagenaria migrauit ad dñm, ac Seleucię sepulta est.

Die Die 24 A. Die 25. B.

26. C. SS.m. Cypriani & Iustinę. Orō.



Beatorũ martyrũ Cypriani & Iustinę nos dñe foueãt cõtinuata pręsidia, q: non desinis propitius intueri, quos talib⁹ auxilijs concesseris adiuuari. Per. L.ij.

Cyprianus primũ magus, postea martyr, cũ Iustinã Christianam, virginẽ, quam ardenter amabat, cantionibus ac veneficijs Antiochię ad sui libidinis assensũ allicere conaret, dęmonẽ cõsuluit, quanam id re cõsequi posset. Cui dęmon, nullam illi artem processurã aduersus eos, qui vere Christum colerent. Quo responso cõmotus Cyprianus, vehementer dolere cępit vitę superioris institutum. Itaq;, relictis magicis artibus se totum ad Christi domini fidem conuertit. Lectio tertia.

Quam ob causam vna cũ virgine Iustina cõprehensus est, & ambo colaphis, flagellisq; cęsi sunt: mox in carcerem cõiecti, si forte sententias cõmutarent. Verum inde postea emissi, cum in Christiana religione constantissimi reperirentur, in sartaginem plenã feruentis picis, adipis, & cęre: iniecti sunt. Cum Nicomediã missi, securi feriuntur. Quorũ proiecta corpora, cum sex dies inhumata iacuissent, noctu quidã nautę clã ea in nauem imposita Romam portauerunt, ac primum in pędio Ruffinę, nobilis fęminę, sepulta sunt, postea translata in vrbẽ, in basilica Constantiniana condita sunt prope baptisteriũ.

SS. m. Cosmę & Damiani. Orō. Die 27. D.



Presta q̃s omnipotens Deus: vt qui sanctorũ martyrũ tuorum Cosmę & Damiani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per do. L.

Cosmas, & Damianus, fratres, Arabes i Ægea vrbe nati, nobiles medici, Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, non magis medicinę sciẽtia, quam Christi virtute, morbis etiam insanabilibus medebantur. Quorũ religionẽ cũ Lysias pfectus cognouisset, adduci eos ad se iubet: ac de viuẽdi instituto, & de fidei professione interrogatos, cũ se & Christianos esse, & Christianã fidẽ esse ad salutẽ necessariã, libere pędicarent, Deos venerari imperat, & si id recusent, minatur cruciatus, & necem

necem acerbissimam. Lectio v.
Verum vt se frustra hec illis proponere intelligit, Colligate, inqt, manus, et pedes istorũ, eosq3 exquisitis torquete suppliciis. Quib9 iussa exequẽtibus, nihilominus Cosmas et Damian9 in sententia psistebãt. Quare, vt erant vincti, in profunduz mare iaciuntur: vnde cum salui, ac soluti essent egressi, magicis artib9 Prefect9 factũ assignãs, i carcerẽ tradit, ac postridie eductos in ardentẽ rogũ iniici iubet, vbi cũ ab ipsis flamma refugeret, varie et crudeliter tortos, securi pcuti voluit. Itaq3 i Iesu Chri 9fessionem martyrii palmã acceperũt. Le. vi. Quotiescũq3. 514. de cõi. Et in iii. noctur. Hom. in euang. Descẽdẽs. 517. de cõi plu. m. viii. R. H ec est vera frater. 516.

Die 28. E.

Die Dedic. S. Michaelis arch. dup.
29. F. Ad vesp. Ai Stetit angel9. 472. cũ rel. de Lau. ps. Dixit dñs. 53. cum rel. de Dnica, et loco vltimi Laudate dñm oẽs gen. 54. Cap.

Apoc. 1.



Signi ficauit De9 q̃ oportet fieri cito loquens per angelũ suuz seruo suo Iohãni, qui testimoniũ p/hibuit verbo Dei, et testimoniũ Iesu Christi quecunque vidit. Hymnus.

Tibi Chre splendor patris,
Vita virtus cordium,
In conspectu angelorum
Votis, voce psallimus:
Alternantes concrepando
Melos damus vocibus.
Collaudamus venerantes
Omnes celi milites,
Sed precipue primatem
Celestis exercitus,
Michaelem in virtute
Conterentem Zabulon.
Quo custode procul pelle,
Rex Christe piissime,
Omne nefas inimici:
Mundo corde et corpore
Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.
Gloriam patri melodis
Personemus vocibus,
Gloriam Christo canamus,
Gloriam paraclito:
Qui trinus, et vnus Deus
Extat ante secula. Amen.

V. Stetit Angelus iuxta aram templi. R. Habens turibulum aureum in manu sua. Ad Magnificat. Antiphona.
Dum sacrũ mysteriuz cerneret Iohãnes, archãgelus Michael tuba cecinit: Ignosce dñe Deus noster, qui aperis librũ, et soluis signacula eius, halle. Oratio.
Deus qui miro ordine angelorũ ministeria, hominumq3 dispẽsas: cõcede ppiti9,

vt

ut quibus tibi ministrãtibus in celo semp assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per d.
Ad Matutinus. Inuitatorium.
Regem archangelorũ dominũ, Venite adorem⁹. ps. Venite. i.
Hymnus. Tibi Christe. vt sup.
In primo noctur. Antiphona.
Concussum est mare, ₇ contremuit terra, vbi archãgelus Michael descendebat de celo. ps. Dñe dñs nr. 3. Ant. Laudemus dñm quẽ laudant angeli, quem cherubim ₇ seraphim Sanctus sanctus, sanctus, proclamant. ps. In dño cõfi 4. Ant. Ascendit fumus aromatũ in conspectu dñi de manu angeli. ps. Dñe, qhis habita. ℣. Stetit angelus iuxta aram templi. ℟. Habens turibulum aureum in manu sua.
Ex Daniele propheta. Lectio j.

ca. 7. 

Aspiciebam, donec throni positi sũt, ₇ antiquus dierũ sedit: vestimentũ ei⁹ candidũ quasi nix, ₇ capilli capitis eius quasi lana munda: thron⁹ eius flãme ignis: rote eius ignis accẽsus: fluuius igneus, rapidusq₃ egrediebat a facie ei⁹. Millia milliũ ministrabant ei, ₇ decies millies centena millia assistebãt ei. Iudicium sedit, ₇ libri apti sunt. Aspiciebã propter vocem sermonum grandiũ, quos cornu illud loquebat. Et vidi, qm̃ interfecta esset bestia, ₇ perijsset corpus eius, ₇ traditũ esset ad cõburẽdũ igni. ℟. Factũ est silentiũ in celo dũ cõmitteret bellũ Draco cum Michaele archangelo: Audita est vox millia milliũ dicentium, Salus, honor, ₇ virtus omnipotẽti Deo. ℣. Millia milliũ ministrabant ei, ₇ decies cẽtena millia assistebant ei. Audita est. Lectio ij.

Die autẽ vigesima ₇ quarta mẽsis primi eram iuxta fluuiũ magnum, qui est Tigris, ₇ leuaui oculos meos, ₇ vidi, Et ecce vir vnus vestitus lineis: ₇ renes eius accincti auro obrizo: ₇ corp⁹ eius quasi chrysolytus: ₇ facies ei⁹ velut species fulguris: ₇ oculi eius vt lãpas ardens: ₇ brachia eius, ₇ q̃ deorsum sunt vsq₃ ad pedes, quasi species eris candentis: ₇ vox sermonũ eius, vt vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus visionẽ: Porro viri, qui erant mecum non viderunt, sed terror nimius irruit super eos, ₇ fugerunt in absconditum. Ego autem relictus sol⁹ vidi visionem grandem hanc: ₇ non remansit in me fortitudo: sed ₇ species mea immutata est in me, ₇ emarcui: nec habui quicquam viriu₃. ℟. Stetit angelus iuxta aram templi habens turibulum aureum in manu sua: ₇ data sunt ei incensa multa: Et ascendit fumus aromatum de manu angeli i cõspectu domini.
℣.

℣. In cõspectu angelorum psallã tibi: adorabo ad templũ sanctum tuum, & cõfitebor nomini tuo dñe. Et ascendit. Lectio iii.

Et audiui vocẽ sermonum eius: & audiens iacebã consternatus super faciẽ meã, & vultus meus herebat terrę. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & sup articulos manuũ mearũ, & dixit ad me: Daniel, vir desideriorũ, intellige verba, quę ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nũc enim sũ missus ad te. Cũqz dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, & ait ad me: Noli metuere Daniel, qa ex die primo, quo posuisti cor tuũ ad intelligendũ, vt te affligeres in ɔspectu dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni ꝑpter sermones tuos. Princeps autẽ regni Persarũ restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutoriũ meum, & ego remãsi ibi iuxta regem Persarũ. Ueni aũt vt docerẽ te, quę ventura sunt populo tuo i nouissimis diebus, qm̃ adhuc visio in dies. ℟. In ɔspectu angelorũ psallã tibi, & adorabo ad tẽplũ sãctũ tuũ, Et confitebor noi tuo dñe. ℣. Super misericordiã tuã, & veritatẽ tuam, qm̃ magnificasti super nos nomẽ sanctũ tuum. Et. In secũdo noctur. Antiphona. Michael archãgele, veni in adiutoriũ populo Dei. ps. Celi enarrant gloriam. 7. Ana. Michael prępositus paradisi, quem honorificant angelorum ciues. ps. Dñi est terra. 13. An. Gloriosus apparuisti in conspectu dñi, propterea decorem induit te dñs. ps. Benedicam. 21. ℣. Ascendit fumus aromatũ in cõspectu dñi. ℟. De manu angeli.

Sermo s. Gregorii pape. Lectio iiii.

Nouem angelorum ordines esse, testãte sacro eloqo scimus, angelos, archãgelos, virtutes, potestates principatus, dñationes, thronos. Angelos nanqz & archãgelos pene oĩs sacri eloquii paginę testãtur. Cherubin vero atqz Seraphim sępe, vt notum est, libri prophetarũ loquũtur. Quatuor quoqz ordinũ nomina Paulꝰ apostolꝰ ad Ephesios enumerat, dicẽs: Supra omnem principatum, & potestates, & virtutẽ, & dñationes. Qui rursus ad Colossenses scribens, ait, Siue throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates. Dñi ergo illis quatuor: quę ad Ephesios dixit, coniunguntur throni, quinqz sunt ordines: quibus cũ Angeli, Archãgeli, Cherubim atque Seraphim adiuncti sunt, proculdubio nouem esse angelorum ordines inueniuntur. ℟. Hic est Michael archangelus, princeps militię angelorum. Cuius honor pręstat beneficia popu-

populorum, et oratio perducit ad regna celorum. ℣. Archangelus Michael prepositus paradisi, quem honorificant angelorum ciues. Cuius. Lectio v.

Sciendū quoq3, quod angelorum vocabulū: nomē est officij, non nature. Nā3 sancti illi celestis patrie spiritus semper quidē sunt spiritus, sed semp vocari angeli nequaquā3 possunt, qa tunc solū3 sunt angeli, cū per eos aliqua nūciantur. vnde et in psalmo dicit: Qui facit angelos suos spiritus, ac si patēter dicat: Qui eos, quos semp habet spiritus, etiam cum voluerit angelos facit: Hi autē, q minima nūciāt, angeli: qui vero summa, archangeli vocantur. Hinc est enim, q ad Mariam virginem nō quilibet angelus, sed Gabriel archāgelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summū angelū venire dignum fuerat, qui summū oīu3 nūciabat. Qui idcirco etiā priuatis nominibus censentur, vt signet p vocabula, etiā in operatione quid valeant. Michael nāq3 Quis vt De⁹: Gabriel aūt Fortitudo Dei. Raphael vero dicit Medicina Dei. ℟. Venit Michael archāgelus cū multitudine angelorum, cui tradidit Deus animas sanctorū: Ut perducat eas in paradisum exultationis. ℣. Emitte oēe spiritum sanctū tuū de celis, spm sapientie, et intellectus. Ut perd. Lectio vj.

Et quoties mire virtutis aliquid agit, Michael mitti perhibetur: vt ex ipso actu, et nomine detur itelligi, quia nullus potest facere, qd facere preualet De⁹. Unde et ille antiquus hostis q esse Deo p superbiā simīlis cōcupiuit, dicens: In celū ascendam, sup astra celi exaltabo soliū meū, similis ero Altissimo. Dū in [illegible] mundi in sua virtute relinq[illegible] [illegible]remo supplicio perimēdus, cū Michaele archāgelo pliaturus esse phibet, sicut p Johannē dicit. Factū est preliū cum Michaele archāgelo. Ad Mariā3 quoq3 Gabriel mittit, qui Dei fortitudo nominat. Illū qppe nunciare veniebat, qui ad debellādas aerias potestates humilis apparere dignatus est. Raphael quoq3 interpretatur, vt diximus, medicina Dei: quia, dum Tobie oculos, quasi, per officium curationis tetigit, cecitatis illius tenebras tersit. ℟. In tempore illo cōsurget Michael, qui stat pro filijs vestris. Et veniet tēp⁹: quale non fuit, ex quo gētes esse ceperūt, vsq3 ad illud. ℣. In tēpore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro vite. Et.

In tertio noctur. Antiphona.

Angelus archāgelus Michael, Dei nūcius p animabus iustis. hal. hal'a. ps. Cantate. 44. Aña.

Data

Data sunt ei incensa multa, vt adoleret ea ante altare aureum, qđ est ante oculos dñi. ps. Dñs reg. exul 44. Añ. Multa magnalia de Michaele archãgelo, qui fortis in prelio fecit victoriã. ps. Bñdic. 147. ℣. In cõspectu angelorum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorabo ad templũ sanctũ tuum, & confitebor nomini tuo. Lectio sci euã. sm Mattheũ. L. vii.

ca. I. In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes, Quis putas maior est in regno celorum? Et reliqua. Homilia sci Hieronymi presb.

Post inuentuz staterẽ, post tributa reddita, quid sibi vult aplõrũ repẽtina interrogatio, Quis putas maior est in regno celorum? Quia viderãt pro Petro & dño idẽ tributũ redditũ, ex equalitate pẽtij arbitrati sunt Petrum oibus aplis esse prelatum, qui in redditione tributi dño fuerat comparat⁹: ideo interrogant, qs maior sit in regno celoruz. Vidensqz Jesus cogitationes eorũ, & causas erroris intelligẽs, vult desideriũ glorie humilitatis contentione sanare. ℟. In cõspectu gentium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adorate, & timete dñm: Angelus enim eius vobiscum est. ℣. Stetit angelus iuxta aram templi habẽs turibulũ aureum in manu sua. Angelus. Lectio ii.

Si autẽ manus tua, vel pes tuus scãdalizat te, &c. Necesse est qdez venire scandala: vetamẽ ei est homini, qui, qđ necesse est vt fiat i mũdo, vitio suo facit, vt p se fiat. Igit ois truncat affectus, & vniuersa ppinqtas amputat, ne per occasionẽ pietatis vnusquisqz credẽtiũ scãdalis pateat. Si, inquit, ita est, qs tibi cõiunctus, vt manus, pes, ocul⁹: & est vtilis atqz solicitus & acutus ad pspiciẽdum, scandalũ autẽ tibi facit, & ppter dissonantiã morũ te pertrahit in gehennã: melius est, vt ppinquitate eius, & emolumẽtis carnalibus careas, quã, dũ vis lucrifacere cognatos & necessarios, causas habeas ruinarũ. ℟. Michael archangelus venit in adiutoriũ populo Dei. Stetit in auxiliuz pro animab⁹ iustis. ℣. Stetit angelus iuxta aram tẽpli, habens turibulũ aureum in manu sua. Stetit. L. iii.

Dico vobis, qa angeli eorum semper vident faciem patris mei. Supra dixerat: per manũ, & pedẽ, & oculum, oẽs propinquitates, & necessitudines, que scandalũ facere possũt, amputãdas: austeritatez itaqz sentẽtie subiecto pcepto, tẽperat, dicens: Videte ne cõtẽnatis vnũ ex pusillis istis: sic, inquit, precipio seueritatẽ, vt cõmisceri clementiã doceã: Qr angeli eorum vidẽt faciẽ patris mei. Magna dignitas animarum,

marum, vt vnaqueqз habeat ab ortu natiuitatis in custodiaз sui angelū delegatū. Unde legimus i Apocalypsi Johānis, Angelo Ephesi, ⁊ reliquarū Ecclesiarū scribe hec. Apostolus quoque pcipit velari in ecclesijs capita feminarum propter Angelos.

Ad Laudes, ⁊ per Horas. Añ.

Stetit angelus iuxta arā tēpli, habēs turibulū aureū in manu sua. ps. Dñs regna. 8. cuз rel. Añ. Dū pzeliaretur Michael archangelus cum Dracone, audita est vox dicētiū: Salus Deo nostro, all'a. Añ. Archāgele Michael constitui te principē super omnes aīas suscipiēdas. Añ. Angeli dñi dñm bene dicite in eternū. Añ. Angeli, archāgeli, throni, ⁊ dñationes, pricipatus ⁊ potestates, virtutes celoꝝ, laudate dñm de celis, all'a.

Cap. Significauit. 469. Hym.

O Re, scoꝝ decus angeloꝝ,
Rector humani generis ⁊ auctor,
Nobis eternū tribue benignus,
Scandere celum.
Angelū pacis Michael ad istā
Celitus mitti rogitamus aulaз,
Nobis vt crebro veniēte crescāt
Prospera cuncta,
Angel' fortis Gabriel, vt hostē
Pellat antiquū, volitet ab alto
Sepius templū veniēs ad istud
Uisere nostrum.
Angeluз nobis medicū salutis
Mitte de celis Raphael, vt oēs,
Sanet egrotos, pariterqз nr̄os
Dirigat actus.
Hinc Dei nr̄i genitrix Maria
Totus ⁊ nobis chorus angeloꝝ
Semper assistat, simul ⁊ beata
Concio tota.
Prestet hoc nobis deitas beata
Patris, ac nati, pariterqз sancti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

℣. Stetit angelus iuxta arā templi. ℟. Habens turibulum aureū in manu sua. Ad Bñs. Añ. Factū est silētiū in celo, dū Draco cōmitteret bellū: ⁊ Michael pugnauit cum eo, et fecit victoriam, halleluiah. Ad iij. Capl'm. Significauit. 469. ℟. br. Stetit angel' Juxta aram tēpli. ℣. Habēs turibulū aureū i manu sua. ℣. Ascēdit fumus aromatū in cōspectu dñi. ℟. De manu angeli.

Ad Sextam. Capitulum.

Audiui vocē angeloꝝ multorum in circuitu throni, ⁊ animaliū, ⁊ seniorūm: ⁊ erat numerus eorum millia milliū voce magna dicētiū, Salus deo nostro. ℟. Ascēdit fumus aromatum, In cōspectu dñi. ℣. De manu angeli. ℣. In cōspectu angeloꝝ psallam tibi deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, ⁊ confitebor nomini tuo. — Apo. 5.

Ad Nonam. Capitulum.

Factum est prelium magnū in celo, Michael ⁊ angeli eius — Apoc. 12

eius præliabantur cum Dracone: et Draco pugnabat, et angeli eius: et non prævaluerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cælo. ℟. In conspectu angelorum psallam tibi Deus meus. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. ℣. Adorate Deum. ℟. Omnes Angeli eius.

In ii Vesp. Ant. Stetit angelus. vt sup. cum rel. ps. Dixit. 52. cum rel. In fine Confitebor tibi dne in toto. 58. Capit. Significavit. Hymn. Tibi Christe. 469. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Ad Magn. Ant. Princeps gloriosissime, Michael archangele esto memor nostri: hic, et ubique semper precare pro nobis filium Dei, all'a. all'. Oratio vt supra. Deinde fit comme. de seq. festo.

Die 30 S. S. Hieronymi presbyteri, confess. et ecclesiæ doctoris. duplex. Ad Magnif. in vtrisque Vespe. O doctor. 518 alia oia de cõi conf. nõ pontif. pter orõnẽ et lec. Orõ.



Deus qui ecclesiæ tuæ in exponendis sacris scripturis beatum Hieronymum confessorem tuum doctorem maximum prouidere dignatus es: præsta quæsumus: vt eius suffragantibus meritis: quod ore simul et ope docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per.

In j. noc. lec. Sapientiam oium. 523. de communi doctorum. Lec. iiij.

Hieronymus Eusebij filius, Stridone in Dalmatia, Constantino Imperatore natus. Romæ puer est baptizatus, et in liberalibus disciplinis a Donato, et alijs viris doctissimis eruditus. Adolescens discendi studio Galliam peragrauit: vbi pios aliquot, et in diuinis literis eruditos viros coluit, multosque sacros libros sua manu descripsit: mox se in Græciam conferens, philosophia, et eloquentia instructus, summorum theologorum consuetudine floruit: in primis vero Gregorio Nazianzeno Constantinopoli operam dedit: quo doctore se sacras literas didicisse profitetur. Tum religionis causa visit Christi dñi incunabula, totamque lustrauit Palestinam: quam peregrinationem, adhibitis Hebræorum eruditissimis ad sacræ scripturæ intelligentiam, sibi multum profuisse testatur. ℟. Iste est. 525. Lec. v.

Deinde secessit in vastam Syriæ solitudinem: vbi quadriennium in lectione diuinorum librorum cælestisque beatitudinis contemplatione consumpsit, assidua se abstinentia, vi lacrymarum, et corporis afflictatione discrucians.

Presbyter

Presbyter a Paulino epo Antiochie factus, Romam de controuersijs quorundam episcoporũ cum Paulino & Epiphanio ad Damasum Pontificẽ profect⁹ eius ecclesiasticis epistolis adiutor fuit: verum cum pristinę solitudinis desiderio teneretur, in Palestinã reuersus, Bethlehem ad Chri dñi pręsepe in monasterio, quod a Paula Romana extructũ erat, cęlestem quandã vitę rationẽ instituit: & quãquã varie morbis, doloribusq; tentaretur, tamen corporis incõmoda pijs laboribus, & perpetua lectione ac scriptione superabat. ℟. Amauit. 525. Lec. vj.

Anquã ad oraculũ ex omnibus orbis terrę partibus ad ipsum diuinę scripturę q̃stiones explicandę referebãtur. Illũ Damasus Pontifex, illũ sanctus Augustinus de locis scripturę difficillimis sępe cõsuluit, propter eius singularem doctrinã, linguę non solum Latinę, & Grecę, sed Hebraicę etiã, & Chaldaicę intelligentiam, & quod oẽs pene scriptores eiusdẽ Augustini testimonio legerat. Hęreticos acerrimis scriptis exagitauit, piorũ & catholicorum patrocinium semper suscepit. Vetus testamentũ, Damasi iussu, ex Hebreo, nouũ ex grẽco cõuertit, magna etiam ex parte explicauit. Multa pręterea latine reddidit scripta doctorũ virorũ, & ipse aliis ppriis ingenij monumẽtis Christianã disciplinã illustrauit. Qui ad summã senectutẽ perueniẽs, sanctitate & miraculis illustris Honorio Imperatore migrauit in cęlũ. Cuius corp⁹ ad Bethlehẽ sepultũ est, postea Romã in basilicã sanctę Marię ad p̃sepe trãslatũ. ℟. Iste homo perfecit. Lec. sci euã. ſm Matthęũ. L. vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terrę: quod si sal euanuerit in quo salietur. Et reliq. 5. ca.

Homilia sci Hieronymi presb.

Sal appellanf apli, & doctores: quia per illos vniuersum hominum conditur genus. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Si doctor errauerit, quo alio doctore emendabitur? Ad nihilũ valet vltra, nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Exemplũ de agricultura sumptũ est. Sal enim ciborũ condimentũ, & ad siccandas carnes necessarium est, ita, vt aliũ vsum nõ habeat. Certe legimus in scripturis, vrbes quasdã ita victorum sale seminatas, vt nullum in ipsis germen oriretur. ℟. Iste homo ab ado. Lec. viij.

Audeant ergo doctores, et episcopi, & videant potentes potenter sustinere tormẽta, nihilque esse remedij, si se malorum ruinis sinãt ad tartarũ ducere.

cere. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscōdi supra mōtē posita: neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrū, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Docet fiduciam prędicandi, ne apostoli abscondātur ob metum, & similes sint lucernę sub modio, sed tota libertate se prodant, vt quod audierūt in cubiculis, prędicent in tectis. ℟ Sint lumbi vestri pręcincti. 526. Lectio ix.

Nolite putare, qm̄ veni soluere legē, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Siue quod de se p alios prophetata cōpleuerit, siue quod ea quę ante propter infirmitatem audientiū rudia & imperfecta fuerant, sua prędicatione cōpleuerit, irā; tollens, & vicem talionis excludēs, & occultā; in mente concupiscentiam. Donec trāseat cęlum & terra. Promittunt nobis cęli noui, & terra noua, q̄ facturus est dn̄s Deus. Si ergo noua creanda sunt, cōsequenter vetera transitura. Tu autem.

OCTOBRIS FESTA.

Offm̄ defunc. i. die nō impedita.

Die 1. A ¶ S. Remigii epi & cōfess. Oro.



Deus, qs ops̄ Deus, vt bti Remigii cōfessoris tui, atq; pontificis venerāda solennitas, & deuotionē; nobis augeat, & salutē. per. Lā ij.

Remigius, episcopus Remensis floruit Clodoueo rege Francor, quē etiam baptizauit: & primus omnium doctrina & miraculis, Frācos ad Christi domini fide; perduxit. Eius oratione mortua puella reuixit. Multos interpretatus est diuinę scripturę libros. Amplius septuaginta annos summa cū laude Remensem ecclesiam administrauit. Cuius vitę, & mortis sanctitatem, multa, quę cōsecuta sunt, miracula comprobarunt.

Die 2. B. Die 3. C.

¶ S. Francisci cōfess. oup. Oro. Die 4. D



Deus qui ecclesiam tuā beati Francisci meritis fętu nouę plis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & cęlestiū donor semper participatione gaudere. p. Lectio i.

Frācifcus, Assisii in Umbria nat⁹, pr̄is exēplū secutus, a prima ętate mercaturā fecit, q quoda; die pauperem, pro Christi amore flagitantē pecuniā, cū pręter cōsuetudinē repulisset, repente eo facto cōmot⁹, large ei misericordiā impertiuit: & ex eo die Deo promisit, se nemini vnquam

quã poscenti eleemosynã negatur. Cũ vero post in grauẽ morbũ incidisset, ex eo aliquãdo cõfirmatus, cępit ardẽtius colere officia charitatis. Qua in exercitatione tantũ ꝓfecit, vt euangelicę perfectionis cupidus, quicquid haberet, pauperibus largiretur. Qđ ferẽs iniquus pr̃, eũ ad Assisinitatẽ epm duxit, vt corã illo bonis cederet paternis: q reiectis etiã vestibus, patri ↄcessit oia, illud subiungens sibi in posterũ maiorem facultatẽ fore dicendi, Pater noster qui es in cęlis. ℞. Iste est qui ante. 525. Lectio v.

Cum autẽ illud ex euangelio audisset: Nolite possidere aurũ, neq; argentum, neq; pecuniã in zonis vestris, non perã in via, neq; duas tunicas, neque calciamenta, sibi eã regulã seruãdã proposuit: itaq; detractis calceis, & vna ↄtẽtus tunica, cum duodecim socios adhibuisset, Ordinem Minorũ instituit. Quare Romã venit anno salutis millesimo ducentesimo octauo, vt sui ordinis regula ab apostolica sede ↄfirmaretur. Quem cum accedentem ad se summus Pontifex Innocentius tertius reiecisset, qđ in somnis postea sibi ille, quẽ repulerat, collabẽtem Lateranensem basilicã suis humeris sustinere visus esset, ↄquisitum accersiri iussit: benigneq; accipiens, omnẽ eius institutorum rationem confirmauit. Franciscus igitur dimissis in omnes orbis terrę partes fratribus ad ꝑdicandũ Chri euangeliũ, ipse cupiẽs sibi aliquã dari martyrij occasionẽ, nauigauit in Syriam: vbi a rege Soldano liberalissime tractatus, cum nihil proficeret, rediit in Italiam. ℞. Amauit eum. 525. Lectio vi.

Multis igit̃ extructis suę familię domicilijs, se in solitudinẽ montis Aluerni contulit: vbi quadraginta diebus, propter honorem sancti Michaelis archãgeli, in ieiunio & oratione consumptis, festo die Exaltationis sanctę crucis, ei Seraphim crucifixi effigiẽ inter alas ↄtinẽs apparuit: qui eius & manibus & pedibus vestigia clauorum impressit: quę sanctus Bonauẽtura, cũ Alexandri quarti summi Põtificis prędicationi interesset, narrasse Pontificẽ a se visa esse, literis ↄmendauit. His insignibus summi in eum Christi amoris, maximam habebat omnium admirationẽ. Ac biennio post grauiter ęgrotans, deferri voluit in ecclesiã sanctę Marię angelorum, vt vbi gratię spiritum a Deo acceperat, ibi spiritum vitę redderet. Eo in loco fratres ad paupertatẽ ac patientiam, & sanctę Romanę ecclesię fidem seruandam cohortatus, psalmum illum pronuncians.

Uoce mea ad dñm clamaui: in eo versiculo: Me expectãt iusti donec retribuas mihi: efflauit animã quarto nonas Octobris. Quẽ miraculis clarum Gregorius nonus Pontifex maximus in sanctorum numerum scripsit. R. Iste homo perfecit. 525. In iij.noct. Homilia in euange. Cõfiteor tibi pr̃ cęli z terrę. 383 vt in festo. S. Matthię apostoli.

Die 5.E. Die 6.F.

Die 7.B S Marci Papę z confess. Orõ.



Xaudi domine preces nr̃as: z intercedente beato Marco cõfessore tuo, atque Põtifice, supplicationes nostras placatus intende. Per dominum nostrũ.

C Cõme.ss.mar.Sergij, Bacchi, Marcelli, z Apuleij. Orõ.

SAnctor martyr tuor, nos domine, Sergij, Bacchi, Marcelli, z Apuleij beata merita prosequant: z tuo semp faciãt amore feruẽtes. Per d. Lec.iij.

MArcus Romanus, Constãtino Magno Imperatore Põtifex, instituit, vt episcopus Ostiẽsis, a quo Romanus Pontifex cõsecraf, pallio vteretur, z vt diebus solẽnibus Symboluz in Missa clara voce caneret. Duas Romę basilicas ędificauit, alterã in vrbe, alteram via Ardeatina, quas Constantinus auctas magnis muneribus exornauit. Duobus annis, mẽsibus octo, z diebus viginti, qbus vixit in Pontificatu, bis mẽse Decembri creauit epos octo, pr̃sbyteros xxv. diaconos sex, sepultus que est in cęmeterio Balbinę.

Die 8.A.

Die 9.B C SS.mar. Dionysij, Rustici, z Eleutherij, semidup. Oratio.



DEus qui hodierna die beatuz Dionysium martyrẽ tuuz atque pontificem, virtute cõstantię in passione roborasti: quiqz illi ad prędicandum gentibus gloriam tuam Rusticum, z Eleutheriuz sociare dignatus es: tribue nobis quęsumus, ex eorum imitatione pro amore tuo, pspera mũdi despicere, z nulla eius aduersa formidare. Per dñm. Lec.iiij.

DIonysi⁹ Atheniẽsis vnus ex Areopagitis iudicib⁹, vir fuit omni doctrinę genere instructus. Qui cũ adhuc in gentilitatis errore versaretur, eo die quo Chrs dñs cruci affixus est animaduertẽs pter naturã solez defecisse, exclamauit: Aut Deus naturę patif, aut mundi machina dissoluef. Sed cum Paulus aplũs veniẽs Athenas, z in Areopagũ ductus, rationez reddidisset eius doctrinę, quã pdicabat, affirmãs Chrm dñm resurrexisse, z mortuos oẽs in vitã redituros esse: cum alij multi, tum ipse

Dionysius in Christū credidit. ℟. Sancti tui dñe. 514. Lec. v.

Itaq; ₇ baptizatus est ab apostolo, ₇ Atheniensium ecclesię pręfectus. Qui cum postea Romam venisset, a Clemente Pōtifice missus est in Galliā prędicandi euāgelij causa. Quē Luteciam vsq; Parisiorū Rusticus presbyter, ₇ Eleutherius diaconus prosecuti sunt: vbi a Fescēnio prę̄fecto, quod multos ad Christianaȝ religionem conuertisset, ipse cum socijs, virgis cęsus est: Cūq; in prędicatione Christianę fidei constantissime perseueraret, in craticulā subiecto igne iniȷcitur, multisque pręterea supplicijs vna cum socijs cruciat. ℟. Verbera. 515. L. vj.

Sed ea tormentoꝝ genera dibus forti ac libenti animo pferentibus, Dionysius nonagesimum annum agens, cum reliquis securi percutitur septimo idus Octobris. De quo illud Memorię proditū, est abscisum suum caput sustulisse, ₇ pgressuȝ ad duo millia passuū in manibus gestasse. Libros scripsit admirabiles, ac plane cęlestes, de diuinis nominib⁹, de cęlesti ₇ ecclesiastica hierarchia, de mystica Theologia, ₇ alios quosdam. ℟. Tanquam aurum.

In iij. noc. Dōm. i ca. Descēdēs Iesus de mō. 517. de cōi plu. m̄.

Die 10 C. 11 D. 12 E. 13 F.

S. Calisti papę ₇ m̄. semid. Orō. Die 14. G



Eus qui nos cōspicis ex nr̄a infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per dominum. Lec. iiij.

Calistus Romanus pręfuit ecclesię Macrino ₇ Heliogabalo Imperatorib⁹. Instituit quatuor anni tēpora, quibus ieiunium seruaretur. Ędificauit basilicam S. Marię trans Tiberim, ₇ in via Appia cęmeterium cōdidit in quo multi sacerdotes ₇ martyres sepulti sunt: quod a conditore, Calisti cęmeteriū appellatur. Sedit annos sex, menses duos: dies decē: ordinationibus quinque mense Decembri creauit episcopos octo, presbyteros sexdecim, diaconos quatuor. Martyrio coronatus, illatus est in cęmeterium Calepodij via Aurelia, tertio ab vrbe lapide, pridie Idus Octobris. Le. v. ₇ vj. Ser. Triūphalis. 506. In iij. noct. Dom. in euāg. Si qs venit ad me. 508. de cōi vni⁹ m̄.

Die 15 A. Die 16 B. Die 17 C

S. Lucę euangelistę. dup. Orō. Die 18. D

Interueniat pro nobis, q̄s dñe, sanctus tuus Lucas euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominum nostrum.

In j. noct. leguntur Iccones Ezechielis pphe. positę in officio d tpe in j. Dñica Nouemb. Et factum est in trigesimo anno. 332
Ex libro S. Hieronymi presby. de scriptoribus ecclesiast. L. iiij.



Lucas medicus Antiochēsis, vt ei9 scripta indicant, Gręci, sermonis nō ignar9 fuit, sectator apostoli Pauli, & ois pegrinationis ei9 comes. Scripsit euāgeliū, de quo idem Paul9: Misim9, inquit, cū illo, fratrē, cuius laus est in euāgelio p oēs ecclesias. Et ad Colossenses: Salutat vos Lucas, medic9 carissim9. Et ad Timotheū, Lucas est mecū solus. Aliud quoqz edidit volumen egregiū, qđ titulo, Acta aplo℞ pnotat: cui9 historia vsqz ad biēniū Romę ꝯmorātis Pauli puenit, idest, vsque ad qrtū Neronis annū. Ex quo itelligim9, in eadē vrbe lib℞ esse ꝯpositū. R. Vidi ꝯiun. 500. L. v.

Igitur periodos Pauli, & Theclę, & totam baptizati Leonis fabulā, iter apocryphas scripturas cōputamus. Quale enim est, vt indiuiduus comes apostoli, inter cęteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus, vicinus eo℞ tempo℞, refert presbyterū quendā in Asia amatorē apl'i Pauli, cōuictū a Iohanne, quod auctor esset libri, & ꝯfessū se hoc, Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse. Quidā suspicantur quotiescunqz in epistolis suis Paulus dicit, Iuxta euangeliū meū, de Lucę significare volumine. R. Beati estis. 500. Lectio vj.

Lucā autē nō solū ab aplo Paulo didicisse euāgeliū, q cū dño in carne nō fuerat, sed a cęteris apl'is, qđ ipse quoqz in pricipio sui voluminis declarat, dicens: Sicut tradiderūt nobis, q a principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium, sicut audierat, scripsit Acta vero aplo℞, sicut viderat ipse, ꝯposuit. Vixit octoginta & quatuor annos, vxorem non habens: sepultus est Constātinopoli, ad quā vrbem vicesimo Cōstātini anno ossa eius cū reliquijs Andreę apl'i trāslata sunt de Achaia. R. Isti sunt triūph. In iij. noct. Homilia in euange. Designauit do. 503. de cōi euā.

Die 19. E. Die 20. F.

IN primo gradu, sicut oportebat, positũ est regnũ celorũ quod est pfecte summeq; sapientie aie rationalis. Sic itaq; dictũ est: Beati pauperes spũ, qm ipsorum est regnũ celorum, tãquã diceret: Initium sapientie timor dñi. Mitib⁹ hereditas data est, tanq̃ testamentũ patris cum pietate q̃rentibus. Beati mites: qm ipsi hereditate possidebunt terrã. Lugentib⁹ consolatio, tanq̃ scientibus quid amiserint, 7 quibus mersi sunt. Beati qui lugẽt nunc: qm ipsi consolabunt. Esurientibus 7 sitientibus saturitas, tãquã refectio laborantibus, fortiterq; certãtibus ad salutẽ. Beati qui esuriunt 7 sitiunt iustitiã: quoniam ipsi saturabuntur. ℟. Sint lumbi. 481. Lectio viij.

MIsericordib⁹ misericordia tanq̃ vero 7 optimo cõsilio vtentib⁹, vt hoc eis exhibeat a potentiore, quod inualidioribus ipsi exhibẽt. Beati misericordes: qm ipsorũ miserebitur deus. Mũdis corde facultas est videndi Deũ, tanq̃ purũ oculũ ad intelligẽda eterna gerẽtibus: Beati mũdo corde: qm ipsi deũ videbunt: Pacificis Dei similitudo est tanq̃ pfecte sapientib⁹ formatisq; ad imaginẽ Dei, per regenerationẽ renouati hominis. Beati pacifici, qm ipsi filij Dei vocabunt. Et ista quidem in hac vita possunt compleri, sicut cõpleta esse in apostolis credimus. Nam illa omnimoda et in angelicam formam mutatio, que post hanc vitã promittitur, nullis verbis exponi potest. ℟. Media nocte. Lectio nona.

BEati ergo qui psecutionẽ patiunt propter iustitiã: qm ipsorũ est regnũ celorũ. Hec octaua sententia, q̃ ad caput redit, pfectumq; hoiem declarat, significat fortasse 7 circũcisionẽ octaua die in veteri testamẽto, 7 dñi resurrectiõe post sabbatũ, qui est vtiq; octauus, idẽq; primus dies, 7 celebratione octauarum feriarũ, quas in regeneratione noui hois celebram⁹, 7 numero ipso Pentecostes, nã septenario numero septies multiplicato, quo fiunt quadraginta nouẽ, quasi octauus addit, vt quinquaginta cõpleant. Et tanq̃ redeat ad caput quo die miss⁹ est spũs scũs, eo in regnũ celorũ ducimur, 7 hereditatẽ accipimus, 7 cõsolamur, 7 pascimur, 7 misericordiã cõsequimur, 7 mũdamur, 7 pacificamur. Atq; ita pfecti oẽs extrinsec⁹ illatas molestias p veritate 7 iustitia sustinemus.

[illegible] S. Martini [illegible]

PResta qs omnipotens Deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua cõfessione cognouimus,

nimus pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per d.

Die 8. D ¶ In oct. omnium sanctorum. dupl. Ex libro sancti Cypriani martyris de mortalitate. Lectio iiii.

Considerandum est fratres dilectissimi et identidem cogitandum, renunciasse nos mundo, et tanquam hospites et peregrinos hic interim degere. Amplectamur diem, qui assignat singulos domicilio suo, qui nos istinc ereptos, et laqueis secularibus exolutos, paradiso restituit et regno celesti. Quis non peregre constitutus properaret in patriam regredi? Quis non ad suos nauigare festinans: ventum prosperum cupidius optaret, vt velociter caros liceret amplecti? R. Precursor. 479. L. v.

Patriam nostram paradisum computamus, parentes patriarchas habere iam cepimus: quid non properamus, et currimus, vt patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus? Magnus illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum: frequens nos et copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, et adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum et complexum venire, quanta et illis et nobis in commune letitia est? et qualis illic celestium regnorum voluptas sine timore moriendi, et cum eternitate viuendi? quam summa et perpetua felicitas? R. Isti sunt qui viuentes. Lectio vi.

Illic apostolorum gloriosus chorus: illic prophetarum exultantium numerus: illic martyrum innumerabilis populus ob certaminis et passionis victoriam coronatus. Triumphantes illic virgines, que concupiscentiam carnis et corporis, continentie robore subegerunt. Remunerati misericordes: qui alimentis et largitionibus pauperum iustitie opera fecerunt: qui dominica precepta seruantes, ad celestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. Ad hos, fratres dilectissimi, auida cupiditate properemus: et cum his cito esse, vt cito ad Christum venire contingat, optemus. R. Sci mei.

De homi. S. August. epi. L. vij.

Beati eritis, cum vos maledicent, et persequentur vos, et dicent omne malum mentientes propter me. Gaudete, et exultate, quoniam merces vestra multa est in celis. Animaduertat quisquis delicias huius seculi, et facultates rerum temporalium querit in nomine Christiano intrinsecus esse beatitudinem nostram, sicut de anima ecclesiastica ore prophetico dicit: Omnis gloria eius filie regis ab intus. Nam extrinsecus maledicta, persecutiones, et detractiones promittuntur: de quibus tamen magna merces est in celis: que sentitur in corde patientium eorum, qui iam possunt dicere: Gloriamur in tribulationibus

nibus, scientes quod tribulatio patientiã operatur, patientia autẽ probatioñe, probatio vero spes, spes autẽ non confundit: qꝛ charitas Dei diffusa est in cordib⁹ nostris p spm̃ sanctum, qui datus est nobis. ℟. Sint. 481. ℒ. viii.

Non autem ista perpeti fructuosum est, sed ista Christi nomine non solum equo animo, sed etiã cũ exultatione tolerare. Nam multi heretici, nomine Christiano animas decipientes, multa talia patiuntur: sed ideo excluduntur ab ista mercede, qꝛ non dictũ est tm̃, Beati q persecutionẽ patiunt, sed additum est, pp iustitiam. Ubi autem sana fides non est, nõ potest esse iustitia: qꝛ iustus ex fide vivit. Neq3 schismatici aliqd sibi ex ista mercede pmittãt, qꝛ similr ubi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malũ non operat: quã si haberẽt, nõ dilaniarẽt corpus Christi qð est Ecclesia. ℟. Media noc.

Pro festis quatuor Coro. ℒ. ix.

Severus, Severian⁹, Carpophorus, & Victorinus, fratres, in persecutione Diocletiani deorum cultum libere detestantes, plumbatis cesi, in verberibus vitã pro Christi noie profuderunt. Quorum corpora, canibus obiecta, cum ab illis intacta diu fuissent: sublata a Christianis, via Lavicana tertio ab Urbe lapide in arenario sepeliunt prope sepulcrũ scõꝝ martyrũ Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castori, & Simplicii: qui, eodem Imperatore passi erant, quod, cũ essent summi sculptores, nullo modo adduci potuerãt, ut idoloꝝ statuas facerent: & ad Solis simulacrũ ducti, ut illud venerarent, nũq̃ꝫ commissuros se dixerũt, ut adorarent opera manuum hominum. Quãobrem in carcerẽ coniecti, cum ibi multos dies in eodem proposito perstitissent, primum scorpionibus cesi, deinde vivi plumbeis loculis inclusi, in flumen deiiciunt. Extat in Urbe ecclesia sub nomine Sanctorum quatuor Coronatorũ, quorum diu ignota nomina, divinitus postea patefacta sunt: ubi nõ solum illorum quatuor, sed etiam horum quinque martyrum corpora honorifice sepulta sunt, & eorum festivitas sexto Idus Novembris celebratur. ℞ Cu autem. Dedicatio Basilice Salvatoris. Die dup. In vesp. a cap. cia ut in cõi 9. C. Dedicatio. Eccle. cũ cõme. octa. omnium sanctorum. Et fit cõmemo. S. Theodori martyris. Oratio.



Deus qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circũdas: & protegis: presta nobis ex eius imitatione proficere, & oratione fulciri. Per do. Ex

De libro apocalypsis beati Johannis apostoli. Lectio prima.

Et venit ad me unus de septem angelis habentibus phialas plenas septẽ plagis novissimis, & locutus est mecũ, dicens: Veni, & ostendã tibi sponsã, uxorẽ agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnũ, & altum, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cęlo a Deo habentẽ claritatem Dei, & lumẽ eius simile lapidi precioso, tanquam lapis iaspidis, sicut crystallum. ℟. In dedicatione. 534. Lectio ij.

Et habebat murũ magnũ & altũ, habẽtẽ portas duodecim: & in portis angulos duodecim, & nomina inscripta, quę sunt nomina duodecim tribuũ filiorũ Israel. Ab Oriente portę tres: ab Aquilone portę tres: ab Austro portę tres: & ab Occasu portę tres: Et murus civitatis habens fundamẽta duodecim, & in ipsis duodecim nõia duodecim apostolorum Agni. Et q loquebatur mecum habebat mensurã arundineam aureã, ut metiretur civitatem, & portas eius & murũ. ℟. Fundata. 535. Lectio tertia.

Et civitas in quadro posita est, & longitudo eius tãta est, quanta & latitudo: & mensus est civitatẽ de arundine aurea per stadia duodecim millia: & longitudo, & altitudo, & latitudo eius ęqualia sunt: & mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mẽsura hominis q̃ est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero civitas, aurum mundum, simile vitro mundo. ℟. Benedic dñe. 535. Lect. iiij.

Ritus quos in cõsecrandis ecclesijs, & altaribus Romana servat Eccl'ia, btũs Sylvester papa primus instituit. Nã etsi iã ab Aplõrũ tpe loca fuerũt Deo dicata, q̃ a quibusdam oratoria, ab alijs Ecclesię dicebãtur, ubi collectę fiebant per unã sabbathi, & Christianus populus orare, Dei verbũ audire, & eucharistiam sumere solitus erat: nõ tamen illa chrismate ungebantur, nec in eis adhuc in titulum erectũ erat altare, quod chrismate delibutum figuram domini nostri Jesu Chri, q altare, hostia, & sacerdos noster est, significaret. ℟. Orantibus. 535. Lec. v.

Sed ubi Cõstantinus Imperator p baptismi sacramentũ sanitatẽ, salutẽq; cõsecutus est, tũ primũ lege ab eo lata cõcessum est, toto orbe terrarum Christiani, ut Ecclesias ędificarẽt quos ille non solum ędicto, sed etiam exẽplo ad sacram ędificationem est cohortatus. Nam et in suo Lateranensi palatio Ecclesiã Salvatori dedicavit, & ei continentẽ basilicã noĩe sancti Johan-

Johānis Baptiste ɔdidit in bal neo caloris sui, eo loco quo ipse baptizatus a scto Syluestro a lepra mūdatus est, quā idē Pontifex ɔsecrauit quinto Idus Nouēbris: cuiꝰ ɔsecrationis memoria celebraẗ hodierno die, quo primum Rome publice ecclesia ɔsecrata est, ⁊ imago Saluatoris in pariete depicta pplo Romano apparuit. R. Ǫ quā me. t. vj.

Qod si sanctꝰ Syluester postea in ɔsecratione altaris principis aplorū decreuit, vt deinceps nisi ex lapide altaria non edificarentur: tñ basilice Lateranensis altare fuit e ligno erectū: quod mirū nō est. Nam cū a sancto Petro vsq; ad Syluestrum, pp persecutiones, pontifices certo loco consistere non possent, quocūq; eos necessitas ɔpulisset, siue in cryptas, siue in cemeteria siue in edes pioꝝ, sup illo altari ligneo ad arce similitudinē ɔcauo, sacra faciebant. Quo altari sanctus Syluester, reddita Ecclesie pace, honoris causa principis aploꝝ, qui in illo sacrificasse dicitur, ⁊ reliquoꝝ pontificū, qui vsq; ad id tēpus ad mysteria ɔficienda eo vsi fuerant, in Lateranensi prima Ecclesia collocato, sanciuit, ne quisquā in eo preter Romanū Pontificē Missam deinceps celebraret. R. Mane surgens. 535.

In iij. noc. Nom. in euā. Ingressus Jesus pambulabat Je. 535. vt in cōi Dedicationis Ecclesie.

Pro S. Theodoro marty. L. ix.

Theodorus, miles Christianus, Maximiano Imperatore, quod idoloꝝ fanū incendisset, comprehensus, cū a Prefecto legionis pena ei remitteretur si penitens facti Christianam fidē execraretur, ɔstanter in fidei confessione perseuerās, missus est in carcerem: vbi vngulis excarnificatus, dum coste nudarentur: letus canebat: Benedicā dñm in omni tempore. Quare in ardentem rogū iniectus: in oratione ⁊ diuinis laudibus aiam Christo reddidit, quinto Idus Nouēb. cuius corpus Eusebia pia mulier, sindone inuolutū, sepeliuit i suo pdio.

SS. martyrum Triphonis, Respicij, ⁊ Nymphe. Die 10. Oratio.



Ac nos, quesumus domine sanctoꝝ martyrum tuorū Triphonis, Respicij, ⁊ Nymphe semper festa sectari: quorum suffragiis protectionis tue dona sentiamus. Per dominum. L. iij.

Triphon, Decio Imperatore, cum Absadi, in Saxonia Jesu Christi fidē predicans, oēs ad eius cultū perducere conaref, a Decij satellitibus comprehēsus, primum equuleo torquetur, ⁊ vngulis ferreis excarnificatur:

nificat:deinde sublimibus pedibus cãdentib⁹ clauis ꝯfixus, fustibus cędit, z admotis facibus ardentib⁹ aduriť. Quę cum oia fortiter ferētē vidisset. Respici⁹ tribunus, ad Christi fidē puer sus statim se Christianū esse, palã ꝓfessus est: q varie cruciat⁹, vnã cũ Tryphone rapiť ad Jouis simulacrũ, q̃ statua Tryphone orã te cõcidit. Eo miraculo cõmota virgo q̃dã, cui nomen erat Nympha: Jesum Christum veruz esse Deum; clara voce testata est. Quare duo illi viri cum virgine plumbatis crudelissime contusi, nobilissimũ martyrium cõsecuti sunt quarto Jd⁹ Nouẽb.
Die 11. B ¶ S. Martini epi z ꝯfess. dupl. Ad vesp. Añ. Dixerũt discipli. cũ rel' de lau. ps. Dixit dñs. 52: cũ rel' i fine ps. Laudate dñz omnes gētes. 54. Cap. Ecce sa. 518. Hym. Jste ꝯfessor. 518. ℣. Amauit eum dñs. de cõi vnius ꝯfess. Ad M. Añ. O beatum virum, cuius anima paradisum possidet: vnde exultant angeli, lętanť archangeli, chorus sanctoꝝ proclamat, turba virginum inuitat: mane nobiscũ in ęternum. Oro:
D Eus, q cõspicis q ex nulla nr̃a virtute subsistimus: cõcede ꝓpitius, vt intercessiõe bti Martini cõfessoris tui atqz põtificis, cõtra oia aduersa muniamur. p̃.
Cõm. S. Menę martyr. Oratio. Pręsta qs. 505. de cõi vnius m̃. Ad Mat. Jnuit. Laudem⁹ deũ nr̃m; Jn ꝯfessione bti Martini. ps. Venite. Hym. Jste ꝯfes. 518. Jn j. noc. Añ. Martinus adhuc catechumen⁹ hac me veste cõtexit. ps. Btũs vir. 2. Añ. Sãctę Trinitatis fidē Martin⁹ ꝯfessus est, z baptismi gratiã pcepit. ps. Quare frem. 2. Añ. Ego signo crucis, nõ clypeo, ꝓtectus aut galea, hostiũ cuneos penetrabo securus. ps. Dñe quid multiplicati. ℣. Amauit eũ dñs, z ornauit eũ. ℟. Stolã glię induit eũ. Jn j. noc. lcões. Fidelis ser. 518 de communi confess. pontificis. j. ℟. Hic est Martinus electus Dei Pontifex, cui dñs post apostolos tantã grãz ꝯferre dignat⁹ est, Ut in vtute Trinitatis deificę, mereref fieri triũ mortuoꝝ suscitator magnific⁹. ℣. Scē Trinitatis fidē Martin⁹ ꝯfes⁹ est. Ut. ij. ℟. Dñe, si adhuc pplo tuo sũ necessari⁹, nõ recuso subire propter eos laboreз: Fiat voluntas tua. ℣. Oculis ac manib⁹ in cęlũ semper intētus, inuictũ ab oratione spiritũз non relaxabat. Fiat. iij. ℟. O beatũ virum Martinũ antistitez, Qui nec mori timuit, nec viuere recusauit. ℣. Dñe, si adhuc pplo tuo suз necessarius, nõ recuso laboreз, fiat voluntas tua. Qui nec. Jn ij. noctur. Añ. Confido in dño quod filia mea

precibus tuis reddenda sit sani tati. Cum invocarem. 506. Tetradius cognita Dei vir tute, ad baptismi gratiaz perue nit. Verba mea. 506. O ineffabilem virtuz, per quez, no bis tanta miracula coruscat. Dne dns nr. 506. Elegit euz dns sacerdote sibi. Ad sacri ficandu ei hostiaz laudis.

Martin⁹ Sabarie i Pano nia nat⁹, cu decimu attigis set annu, invitis parentib⁹ ad ec clesia ꝯfugiens, in catecbumenoꝝ numeru ascribi voluit. Quinde cim annos natus in militia ꝓfe ctus, primu i Costatij, deinde in Juliani exercitu militauit. Qui cu nihil haberet ꝑter arma, ꝛ ve stimentu quo tegebat, Ambiani pauperi ac nudo ab eo petenti, vt Chri noie sibi eleemosinam tri bueret, partez chlamydis dedit. Cui sequenti nocte, Chrs dimi diata illa veste indut⁹ apparuit, hac mittens voce: Martinus ca techumen⁹ hac me veste ꝯtexit. Oculis ac manib⁹ i celu sem per intentus, Invictum ab ora ne spm no relaxabat. Duz sa cramenta offerret beatus Mar tinus, globus igneus apparuit super caput eius. Invictu. Ecez ꝛ octo annos cu ha beret, baptizat⁹ est. Qua re relicta militari vita ad Hila rium Pictauensem episcopu se cotulit, a quo in acolytoꝝ nume ru redactus est. Post factus eps Turonensis monasteriu edifica uit, vbi cuz octoginta monachis sanctissime aliquadiu vixit. Qui cu postea ad Candacensez vicum sue diecesis in graue febrim inci disset, assidua Deu orone preca bat, vt se ex illo mortali carcere liberaret. Quez audientes, disci puli sic rogabat. Cur nos pater deseris? cui nos miseros derelin quis? Quorum voce commotus Martinus ita deu orabat: Dne, si adhuc populo tuo sum neces sarius, no recuso labore. Bea tus Martinus obitum suu lon ge ante prescivit, dixitque fratri bus: Dissolutionez sui corporis imminere: quia indicabat se iaz resolui. Viribus corporis ce pit repente destitui, conuocatisqz discipulis dixit. Dissolu. Ed cu eu in illa vehementi febre supinu orate viderent discipuli, suppliciter ab eo petie runt, vt ꝯuerso corpore, tantisper du remitteret morbi vis, pn⁹ eo quiesceret. Quibus Martinus, Sinite me, inqt, celu potius qua terra aspicere, vt suo iaz itinere iturus ad dominuz spiritus diri gat. Instate iam morte, viso hu mani generis hoste: Quid inqt, stas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies. Ea in voce, vnu ꝛ octoginta annos natus, anima deo reddidit, quam angelorum chorus excepit, eosque divinas

canêtes laudes multi, in primis que Severin⁹ Coloniensis episcopus audiuit. Et sanctus etiā Ambrosius eodem tēpore ad altare arctiori somno corrept⁹, ac post tertiā horā excitat⁹: Scitote, inquit, fratrem meū Martinū exisse de corpore, meq; ei⁹ funeri piā operā ŏdisse. Dixerūt discipuli ad btū Martinū: Cur nos pr deseris? aut cui nos desolatos relinqs? Inuadēt enim gregē tuū lupi rapaces. Scimus quidē desiderare te Chrm, sed salua sunt tibi tua pmia: nri potius miserere, quos deseris. Inua. Al. Inua. In noc. An. Dñs Jesus Chrs non purpura tū, aut diademate renitētē se ventura esse pdixit. ps. In dño con fi. 507. An. Sacerdos dei Martine apti sunt tibi cęli, & regnum patris mei. ps. Dñe quis habi ta. 507. An. Sacerdos dei Martine, pastor egregie, ora p nobis Deū. ps. Dñe in virtu. 507. ℣. Tu es sacerdos in eternū. ℟. Secundū ordinē Melchisedech. Lectio s. euā. Sm Lucam. L. xij.

11. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Nemo accēdit lucernā, & ponit eā sub modio, sed sup cādelabrū: vt qui ingrediuntur lumen videant. Et reli. Homilia S. Ambrosij episcopi.

Quia in superiorib⁹ ecclesiā synagogę ptulit, hortatur nos vt fidē potius nostrā ad ecclesiā transferamus. Lucerna enim fides est, iuxta qd scriptū est: Lucerna pedibus meis verbū tuū domine: verbū enim Dei fides nostra est: verbū Dei lux est, lucerna est fides: Erat lux vera: quę illuminat oēm hoiem venientē in hunc mūdū. Lucerna autē lucere nō potest nisi aliunde lumen acceperit. ℟. O beatū virū, in cuius transitu sanctorū canit numerus, angelorū exultat chorus, oīumq; cęlestiū Virtutū occurrit psallētiū exercit⁹. ℣. Ecclesia virtute robora, sacerdotes Dei reuelatione glorificātur, quē Michael assumpsit cum angelis. Virtutum.

Hęc est lucerna q accēdit, virt⁹ scilicet nrę mentis & sensus, vt drachma illa possit, q perierat, reperiri. Nemo ergo fidē sub lege constituat. Lex enim intra mēsurā est, vltra mensurā gra: lex obūbrat, gra clarificat. Et ideo nemo fidē suā intra mēsurā legis includat, sed ad ecclesiam cōferat, in qua septiformis spūs relucet gra: quā princeps ille sacerdotū fulgore supernę diuinitatis illuminat, ne eā legis vmbra restinguat. ℟. Martinus Abrahę sinu lętus excipit: Martinus hic paup & modicus: Cęlū dítes ingreditur, hymnis cęlestibus honoratur. ℣. Martinus eps migrauit a sęculo, viuit in Chro gēma sacerdotum. Cęlū.

Pro S. Mena martyre. Lectõ. ix.

MEnas Ægypti⁹, Christianus miles, in psecutione Diocliani & Maximiani Impatorū cū penitētie causa in solitudinē secessisset, natali die Impatorū quo populus celebri spectaculo tenebat in theatrū psiliens, libera voce gētiliū supstitionē insectabat. Quamobrē ꝯprehēsus, & Pyrrho pfecto i Metropoli Cortiensiū Phrygie vinctus, loris crudeliter cedit: deinde equuleo tortus, lāpadibus ardētibus ad corpus admotis, plagisq; cilicio ꝯfricatis, tū p tribulos & virgas ferreas manib⁹ ac pedibus colligatis tract⁹, plūbatis etiā cōtusus, demū gladio interficit, in ignēq; pijcit. Corp⁹ inde a christianis ereptū sepultū est, ac postea Cōstātinopolim trāslatū.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

DIxerūt discipli ad beatū Martinū: cur nos pr deseris? aut cui nos desolatos relinqs? inuadēt enim gregē tuū lupi rapaces. Ps. Dñs regna 8. cum rel. Aña. Dñe, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborē, fiat voluntas tua. Añ. O virū ineffabilē, nec labore victū, nec morte vincēdū, q nec mori timuit, nec viuere recusauit. Añ. Oculis ac manib⁹ in celum semper intētus, inuictū ab oratione spm non relaxabat, balab. Aña. Martin⁹ Abrahe sinu let⁹ excipit, Martin⁹ hic paup & modic⁹ celū diues ingredit, hymnis celestibus honoratur. Cap. Ecce sacerdos ma. 518. Hym. Iesu redēptor. 521. ℣. Iustum deduxit dñs p vias rectas. ℟. Et ostēdit illi regnū Dei. Ad Bñs. Aña. O beatū virū. 489. Oratio vt s. Ad hor. oia vt in cōi ꝯfes. pōtifi. excepta oratione. Ad vesp. Añ. Dixerūt discip. vt s. cum rel. ps. Dixit do. 52. In fine ps. Memēto dñe Da. 56. Cap. Ecce sacerdos 518. Hy⁹. Iste ꝯfessor. 518. ℣. Iustū deduxit dñs p vias rectas. ℟. Et ondit illi regnū dei. Ad M. An. O beatum pontificē, q totis visceribus diligebat Chrm regē, & nō formidabat imperij principatum. O Martine dulcedo, medicamētū, & medice: O sanctissima anima, quam etsi gladius psecutoris non abstulit, palmā tamē martyrij nō amisit. Deinde fit commemoratio sancti Martini pape & m. Oratio.

DEus, qui nos beati Martini martyris tui, atq; pōtificis annua solēnitate letificas: concede ppitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per.

¶ Sācti Martini pape & martyris. semidup. Lectio quarta. Die 12.



MArtinus, Tuderti in Vmbria natus, initio Pontificatus & literis & legationibus missis operam

operã dedit, vt Paulũ Constantinopolitanũ patriarchã a nefaria heresi ad catholicę fidei veritatez reuocaret. Qui Constante Imperatore heretico fretus, eo amentię progressus est, vt sedis aplicę legatos varie in insulas relegarit. Quo eius scelere cõmotus Pontifex, coacto Romę cõcilio centum quinque episcoporum, eum condemnauit. Lc. v.

Hęc causa fuit Constanti mittẽdi in Italiaz Olympium Exarchum, vt Martinuz Pontificem interficiendũ, aut ad se perducẽdum curaret. Igitur Olympius Romam veniens lictori mandat, vt Pontificem dum in basilica Sanctę Marię Maioris ad pręsepe missarum solennia celebraret, occideret. Quod vbi lictor aggreditur, cęcus repente factus est. Lec. vi.

Constãti autẽ Imperatori ex eo tpe multę calamitates inciderunt. Quibus nihilo melior factus, Theodorũ Calliopã ad Vrbẽ mittẽs imperat, vt põtifici manus iniiciat. A quo p fraudẽ capt⁹ Martinus, & Cõstãtinopolim pduct⁹, inde in Chersonesum relegatus, ibi ob catholicã fidẽ ęrumnis ɔfectus, pridie Idus Nouẽbris cessit e vita clarus miraculis: cuius corpus Romã postea trãslatũ, in ecclesia cõditum est quę eius & sancti Syluestri noie dedicata fuit. Rez

fuit Ecclesię annos sex, mensem vnuz, dies vigintisex. Habuit ordinationes duas mense Decembri, qbus creauit presbyteros vndecim, diaconos quinq3, episcopos p diuersa loca triginta tres. In iij. noctur. Homilia in euãg. Siqs vult ve. 509 in cõi vni⁹ m. viij. R. Dñe pueniſti. 508 cõi.

Die 13 B. 14 C. 15 D. 16 E.

S. Grego. Thaumaturgi epi & cõfess. Dio. Da quesumus. 418. de communi confess. pont. L. ij. Die 17. F



Regorius, Neocęsareę Põti episcopus, sanctitate doctrinaq3 illustris, signis, vero ac miraculis multo illustrior, quorum multitudine atque pręstantia Thaumaturgus appellatus est, & sancti Basilij testimonio, cum Moyse, prophetis, & apostolis comparatus, montem qui Ecclesię ędificationez impediebat oratione alio trãstulit. Item paludem, inter fratres causam discordiarum, exiccauit, Lycum fluuium perniciose agros inundantez, defixo ad ripam quo sustentabatur baculo, qui statim virentem creuit in arborẽ, coercuit: vt postea vltra eum terminum non effluxerit. Lectio iij.

Sępissime dęmones ex idolorum simulacris, atq3 ex hominũ corporibus eiecit, multaq3 alia mirabiliter effecit, quibus

bus innumerabiles homines tra
xit ad Jesu Christi fidē, cū etiā p̄
phetico spiritu futura p̄diceret.
Qui migraturus e vita cū quęsis-
set, quot in ciuitate Neocęsariēsi
reliq̄ essent infideles, respōsumq;
que esset, tm̄ esse septemdecim,
Deo gratias agens, totidem in-
quit, erant fideles, cum cepi epi
scopatum. Plura scripsit, quibus
etiam, non solum miraculis, dei
Ecclesiaz illustrauit. [illegible] u autē.

Die ¶ [illegible]
18. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Lectio. i.

ca. 21. ET erat structura
muri eius ex lapi-
de iaspide: ipsa ve-
ro ciuitas aurum
mundū, simile vi-
tro mundo. Et fundamenta mu
ri ciuitatis, omni lapide p̄cioso
ornata. Fundamentum primuz
iaspis, secundū sapphirus, tertiū
chalcedonius, quartū smarag-
dus, quintuz sardonyx, sextum
sardius, septimū chrysolit⁹, octa-
uum berillus, nonum topacius,
decimum chrysoprassus, vndeci-
mū hyacinth⁹, duodecimū ame-
thystus. [illegible] In dedica. 534. [illegible]
ET duodecim portę duode-
ciz margaritę sunt per sin
gulas. Et singulę portę erant ex
singulis margaritis: & platea ci-
uitatis aurum munduz, tanquā
vitrū plucidū. Et tēpluz nō vidi
in ea. Dn̄s enim Deus oipotēs,
templuz illius est, & agn⁹. Et ciui-
tas nō eget sole, neq; Luna, vt lu
ceāt in ea: nam claritas Dei illu
minauit eam, & lucerna eius est
agnus. [illegible] Fundata. 535. [illegible]
ET ambulabunt gentes in
lumine eius, & reges terrę
afferent gloriam suam, & hono-
rem in illam. Et portę eius non
claudentur per diem: nox enim
non erit illic. Et afferent gloriā,
et honorem gentium in illam.
Nō intrabit in eam aliquod co-
inquinatum, aut abominationē
faciens, & mendacium, nisi qui
scripti sunt in libro vitę Agni.
[illegible] Benedic domine. 535. [illegible]
EX locis sacris, q̄ olim apud
Christianos venerationez
habuerūt, illa celeberrima & fre
quentissima fuerunt, in quibus
condita sanctoꝝ corpora, vel ali-
quod martyrū vestigiū, aut mo-
numentū esset. In quorum nu-
mero sanctoꝝ locoruz in primis
semper fuit insignis ea Vatica-
ni pars, quā scti Petri cōfessionē
appellabāt: nā eo Christiani ex
oībus orbis terrę partibus, tan
quā ad fidei petrā, & ecclesię fun
damentum, conuenientes, locuz
principis apostolorum sepulcro
consecratum, summa religione,
ac pietate venerabantur. [illegible]
Orantibus. 536. [illegible]
Illuc

Flux Cōstātinus Magnus Impator octavo die post susceptū baptismū venit, depositoqȝ diademate, & humi iacens, vim lacrymarum profudit: mox sumpto ligone, ac bidēte terraȝ eruit: indeque duodecim terrę cophinis, honoris causa duodecim apostolorū ablatis, ac loco basilicę principis apostolorum designato, ecclesiā ędificauit. Quaȝ sanct⁹ Syluester Papa, decimo quarto Calēdas Decēb. eo modo, quo Lateranensem ecclesiā quinto Idus Novēb. cōsecrauerat, dedicauit: & in ea primū altare lapideū chrismate dilibutū erexit atqȝ ex eo tpe sanciuit, ne deinceps altaria, nisi ex lapide, fierent. R. O quaȝ met. 535. L. vj.

Basilicam item Pauli apostoli via Ostiensi, ab eodē Cōstantino Imperatore magnificentissime ędificatā, ędificauit. Quas basilicas Imperator multis pdijs attributis locupletauit ac muneribus amplissimis exornauit. Cuius Impatoris tantus fuit ardor religionis, vt deletis idolorū tēplis, multas vbiqȝ terrarū extruxerit ecclesias, & pręcipue Romę, in qbus fuerūt basilica sanctę Crucis ad Ierusalē in agro Sessoriano, sancti Laurētij extra muros in agro Verano, sctōrū Petri & Marcellini via Lauicana, aliéqȝ permultę. Tu. In iij. noct. Homilia in euangel. ...

Ingressus Iesus. fol. 535. de cōmuni Dedicationis Ecclesię.

¶ S. Pontiani papę & m. Oro. Infirmitatem 505. de cōmuni. Die 19. A
m. R. Dñe pūenisti. 508. Le. iij.



Pontianus Romanus, pręfuit ecclesię Alexandro Imperatore: qui sanctum Pontificem, propter Christianę fidei confessionem, in Sardiniaȝ pestilentē insulā, cū Philippo presbytero relegauit. Ubi is, pro Christi fide multis calamitatib⁹ afflictus decimotertio Calēdas Decembris e vita migrauit. Eius corpus Fabiano Pōtifice, cū clero Romam delatum, in cęmeterio Calisti via Appia sepelitur. Sedit annos quinque, mēses qnqȝ, dies duos: fecit ordinationes mēse Decēbri duas: quibus creauit episcopos per diuersa loca sex, totideȝ presbyteros, ac diaconos quinqȝ. Tu autem domine mi.

Die 20 B. Die 21. C.

¶ S. Cęcilię virg. & m. semidu. Die 22. D
Ad Vesp. Añ. Cantantibus organis. 494. cum reliq. de Laud. Psal. de cōi virg. Cap. Fratres. Qui gl 527. Hym. Iesu corona virginū. V. Specie tua. 527. ne cōi virgi. Ad Magnif. Añ. Est secretum Valeriane, quod tibi volo dicere, Angelum Dei habeo amatorē, qui nimio zelo custodit corpus meum. Oratio.



Eus, q nos annua beate Cecilie virginis et martyris tue solennitate letificas: da, vt, quam veneramur officio, etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per dnm.

Ad Matutinum. Inuitatorium. Regem virginum. 518. Hym. Virginis proles. 528. vt in com. Virgi.

In primo noctur. Antiphona. Cecilia virgo Almachium superabat, Tiburtium et Valerianum ad coronas vocabat. Ps. Dne dns nr. 545. vt i offo paruo B. Marie. Ana. Expansis manibus orabat ad dnm, vt eam eriperet de inimicis. Ps. Celi enar. 545. Ant. Cilicio Cecilia membra domabat, Deum gemitibus exorabat. Ps. Dni est terra. 546. V. Spe tua, et pulchritudine tua. R. Intende prospere, procede, et regna. Lectiones j. nocturni. De virginibus preceptum. 528. vt in communi virg. j. R. Cantantibus organis Cecilia virgo in corde suo soli dno decantabat, dicens: Fiat dne cor meum, et corpus meum immaculatum, vt non confundar. V. Biduanis ac triduanis ieiuniis orans, commendabat dno quod timebat. Fiat. ij. R. O beata Cecilia, que duos fratres conuertisti, Almachium iudicem superasti, Urbanum epm in vultu angelico demonstrasti. V. Cecilia me misit ad vos, vt ostendatis mihi Urbanum.

iij. R. Virgo gloriosa semper euangelium Christi gerebat in pectore, et non diebus, neque noctibus vacabat, A colloquiis diuinis, et oratione. V. Est secretum Valeriane, quod tibi volo dicere: angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo custodit corpus meum. A collo. Gloria. A coll.

In secundo noctur. Antiphona. Dne Jesu Christe seminator casti consilii, suscipe seminum fructus quos in Cecilia seminasti. Ps. Eructauit cor. 546. An. Beata Cecilia dixit ad Tiburtium: Hodie te fateor meum esse cognatum, quia amor Dei te fecit esse contemptorem idolorum. Ps. Deus nr refugium. 546. An. Fiat dne cor meum et corpus meum immaculatum, vt non confundar. Ps. Magnus dominus. 529. V. Adiuuabit eam Deus vultu suo. R. Deus in medio eius non commouebitur. L. iiij.

Cecilia, virgo Romana, nobili genere nata, a prima etate Christiane fidei preceptis instituta, virginitatem suam deo vouit: sed cum postea contra suam voluntatem data esset i matrimonium Valeriano, prima nuptiarum nocte, hunc cum eo sermonem habuit: Ego Valeriane, in angeli tutela sum, qui virginitatem meam custodit: quare ne, quid in me committas, quo ira dei in te concitetur. Quibus verbis commotus Valerianus, illam attingere non est ausus, quin etiam addidit

addidit, se in Christum crediturus, si eum angelum videret. Cui Cecilia cum sine baptismo negaret id fieri posse, incensus cupiditate videndi angelum, se baptizari velle respondit: quare hortatu virginis ad Vrbanum papam, qui propter persecutionem in martyrum sepulchris via Appia latebat, veniens ab eo baptizatur. R. Cilicio Cecilia membra domabat, Deum gemitibus exorabat: Tiburtium et Valerianum ad coronas vocabat. V. Hec est virgo sapiens, et vna de numero prudentum. Tiburtium et Vale. Le. v.

Inde ad Ceciliam reuersus, orantem, et cum ea angelum, diuino splendore fulgentem, inuenit: quo aspectu obstupefactus, vt primum ex timore confirmatus est, Tiburtium fratrem suum: qui a Cecilia Christi fide imbutus, et ab eodem Vrbano baptizatus, ipse etiam eiusdem angeli, quem frater eius viderat, aspectu dignatus est. Vterque autem paulo post Almachio prefecto constanter martyrium subijt. Qui mox Ceciliam comprehendi imperat, ab eaque primum vbi Tiburtij, et Valeriani facultates sint exquirit. R. Ceciliam intra cubiculum orantem inuenit, et iuxta eam stantem angelum domini. Quem videns Valerianus, nimio terrore correptus est. V. Angelus domini descendit de celo, et lumen refulsit in habitaculo. Quem. L. vj.

Qui cum virgo omnia illorum pauperibus distributa esse respondisset, eo furore concitatus est, vt eam in ipsius edes reductam, in balneo comburi iusserit. Quo in loco cum diem noctemque ita fuisset, vt ne flamma quidem eam attingeret: eo immissus est carnifex, qui ter securi ictam, cum caput abscidere non potuisset, semiuiuam reliquit. Illa triduo post x. Calendas Decembris, Comodo Imperatore, duplici virginitatis, et martyrij palma decorata, euolauit in celum: cuius corpus ab ipso Vrbano Pont. in Calisti cemeterio sepultum est, in eius edibus ecclesia ipsius Cecilie nomine consecrata. Eius et Vrbani pape, et Tiburtij ac Valeriani corpora, a Paschali primo Pontifice inde translata in vrbem, in ecclesia sancte Cecilie condita sunt. R. O sie Iesu Christe pastor bone, seminator casti consilij, suscipe seminum fructus, quos in Cecilia seminasti. Cecilia famula tua quasi apis tibi argumentosa deseruit. V. Nam sponsum, quem quasi leonem ferocem acceperat, ad te quasi agnum mansuetissimum destinauit. Ceci. Glo. Ce.

In iij. noc. Ant. Credimus Christum filium Dei verum Deum esse, qui sibi talem elegit famulam. ps. Cantate. j. 547. Ana. Nos scientes sanctum nomen eius, omnino negare non possumus. ps. Dominus regn. 447. Ana. Tunc Valerianus

nus perrexit ad antistitem, ꝛ signo, quod acceperat, invenit sanctum Urbanum. ps. Cantate. ii. V. Elegit eam Deus, ꝛ preelegit eam. R. In tabernaculo suo habitare facit eam. Lcō s. euāg. scd'm Matthe. Ca. 25.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum cęlorum decem virginibus, quę accipiētes lampades suas, exierūt obviam sponso ꝛ sponsę. Et re. Homilia s. Johānis Chrysost.

Cuius rei gratia nō simpliciter qualemcumqꝫ psonā posuit, sed virginibus hāc parabolā accōmodavit? De sublimitate virginitatis iaꝫ dixit, Eunuchos esse nōnullos, q se ꝑpter regnū cęloꝝ castrarunt, ꝛ, Qui capere potest, capiat. Nec ignorat, vulgo magnā de virginibus existimationē fieri: qppe res natura sublimis est: qd inde patet, qa nec apud veteres a priscis illis sanctisqꝫ viris culta fuit, ꝛ post gratiā nulla legis necessitate iubetur: non enim imperavit, sed voluntati fideliū cōmisit, Unde Paulus quoqꝫ ait: De virginibus autē, pceptū dñi nō habeo: ꝛ laudo qdē eū q vult, nolētē autē non cogo, neqꝫ pceptum id facio. R. Iā Cęcilia dixit Tiburtio: Hodie te fateor meū esse cognatū: qa amor Dei te fecit esse Cōtēptorem idolorum. V. Sicut enim amor Dei mihi fratrē cōiugē fecit, ita te n gnatū fecit esse. Contēp.

Quoniaꝫ igit ꝛ mag erat ꝛ maioris apu tos existimationis: ne qui pēracta, quasi nullo indig gligētior in aliis fit, hāc p lā posuit, vt ostendat, qa si vniversa virginitas hab caruerit eleemosynę fruct fornicatorib⁹ eijcit: idqꝫ n Fornicatorē eni corpoꝝ, ifl pecuniarū cupiditate vin Nō est aūt corpis, ꝛ pecu cupiditas, sed acrior mult vehemētior corporum est. to igit ibecilliori reluctan to min⁹, si vincimur, ven sumus. Iccirco ꝛ fatuas a uit, qm̄ difficilioribus sup faciliora pdiderunt. R. me misit ad vos, vt ostēd bi scm̄ Urbanū: Quia ad habeo secreta, q pferā. V. Valerian⁹ perrexit ad an ꝛ signo, qd acceperat, iuen Urbanū. Qz. lo. Qz.

Lampades aūt hic ip ginitatis nominat d munditiam sanctitatis: o ro benignitatem, eleem patrocinium indigentiū. so autē tardante dormitat omnes, ꝛ dormierunt. Nc num temporis rursus sp interiectum ostendit, opi discipuloꝝ reprimens, q

festim, regnũ eius futurũ spera-
bant: quapropter crebro ab hu-
iusmodi eos spe remouet. Ad
hoc somnũ quẽdã esse mortẽ de-
notat. Dormierunt, inqt: media
autẽ nocte clamor fact' est. Hoc
vt in parabola moretur, dixit:
aut in nocte futurã resurrectio-
nẽ ostẽdere voluit. Clamorẽ etiã
Paul' cõmemorãt, In visione,
in voce archangeli, in vltima tu-
ba descẽdet de celo. Tu aũt do.
Ad Laudes et per horas Añ.
Cantãtib' organis Cecilia
dño decãtabat dicens: fiat
cor meum immaculatum, vt nõ
cõfundar. Ps. Dñs regnauit. cum
rel. Añ. Valerian' in cubiculo
Ceciliã cũ angelo orãtẽ inuenit.
Añ. Cecilia famula tua dñe, q̃si
apis tibi argumentosa deseruit.
Añ. Benedico te pr̃ dñi mei Je-
su Christi, qa p filiũ tuum ignis
extinctus est a latere meo. Añ.
Triduanas a dño poposci indu-
cias, vt domũ meã ecclesiã conse-
crarem. Cap. Fratres, Qui glo-
riat. 527. Hym. Jesu coro. 527.
℣. Diffusa est grã in labijs tuis.
℟. Propterea benedixit te de'
in eternum. Ad Bñdictus Añ.
Dum aurora finem daret, Ceci-
lia exclamauit dicens. Eia mili-
tes Christi, abijcite opera tene-
brarũ, et induimini arma lucis.
Ad hor. Añe de lau. per ordinẽ.
cap. et ℟. bre. de cõi virgi. 530.
Ad vesp. vsq3 ad Cap. oia, vt in
...

ij vespe. A Cap. fit de festo seq.
C In festo sancti Clementis pa- Die
pe et mar. semid: Ad vesp. Cap. 23. N
Hy'. et ℣. de cõi vnius mar. 508.
Ad Magnificat. Antiphona.
Oremus omnes ad dñm Jesum
Christum, vt confessoribus suis
fontis venam aperiat. Oratio.



Deus, q nos an-
nua bti Cle-
mentis mar-
tyris tui at-
que Põtifi-
cis solennita-
te letificas:
cõcede ppi-
tius: vt cui'
natalitia colimus, virtutez quo-
que passionis imitemur. Per.
Deinde pro sancta Cecilia. Añ.
Virgo gloriosa, semper euange-
lium Christi gerebat in pecto-
re suo: et non diebus, neque no-
ctibus, a colloquijs diuinis et
oratione cessabat. ℣. Diffusa
est gratia in lab. Oratio vt sup.
Postremo fit cõmemo. Sancte
Felicitatis martyris. Antipho.
Veni sponsa Christi. fol. 53. ℣.
Specie tua et pulchritudi. Oio.
Presta q̃s oĩps deus: vt bea-
te Felicitatis martyris tue
solẽnia recẽlentes, meritis ipsius
protegamur, et pcibus. Per d.
Ad Mat. oia vsq3 ad lcõ. de cõi
vnius mar. In j. noctur. lcões.
A Mileto. 505. de eodem cõi.
℟. j.

j. ℟. Orante sancto Clemēte apparuit ei agnus Dei: De sub cuius pede fons viuus emanat: fluminis impetus letificat ciuitatem Dei. ℣. Uidi supra montem agnum stantem. De sub.
ij. ℟. Omnes vna voce dixerūt, Ora pro nobis sancte Clemēs, Ut digni efficiamur promissionibꝰ Chꝛi. ℣. Non meis meritis ad vos me misit dn̄s, vestris coronis participem me fieri. Ut.
iij. ℟. Dedisti dn̄e habitaculuꝫ martyri tuo Clemēti in mari, in modū templi marmorei angelicis manibus preparatū: Iter prebēs populo terre, vt enarrēt mirabilia tua. ℣. Dedisti dn̄e sanctis tuis viam in mari, ꝛ in fluminibus semitam. Iter. Le. iiij.

Clemens, Romanus, Faustini filiꝰ, de regione Celij montis, discipulus beati Petri, cuiꝰ meminit Paulꝰ scribēs ad Philippēses: Etiā rogo ꝛ te germane cōpar, adiuua illas, q̄ mecū laborauerunt in Euangelio, cū Clmente, ꝛ ceteris adiutoribus meis: quoꝝ nomina sunt in libro vite. Hic septē Urbis regiones diuisit septē notarijs, singulas singulis attribuens, qui vitas martyrū, ꝛ res ab eis gestas diligētissime ꝯquisitas literis mādarēt. Multa scripsit, ꝛ ipse accurate, ꝛ salutariter qbꝰ chꝛianā religionē illustrauit. ℟. Bone. 507. ℟ia secundi ꝛ tertij nocturni sumuntur ex cōi vnius mar. Le. v.

Cum autē doctrina ac vite sanctitate multos ad Chꝛi fidē ꝯuerteret, a Traiano Imperatore relegatꝰ est in insulaꝫ Lycie i solitudinē vrbis Cersone, i qua duo millia Chꝛianoꝝ reperit, q ab eodē Traiano ꝯdemnati fuerāt: q cū in eruendis ꝛ secandis marmoribus aque penuria laborarent, Clemēs facta oratione, in vicinum collem ascendit, in cuiꝰ iugo vidit agnū dextro pede fonteꝫ aque dulcis, qui inde scatebat, attingentem, vbi oēs sitim expleuerunt: eoqꝫ miraculo multi infideles ad Chꝛisti fidem conuersi, Clementis etiaꝫ sanctitatem venerari ceperunt. ℟. Desideriuꝫ. 507. Le. vj.

Quibus concitatus Traianus misit in insulā, q Clemētē, alligata ad eiꝰ collū anchora, in profundū deijcerēt. Qđ cū factū esset, Chꝛianis ad litus orātibus, mare ad tria milliaria recessit, eoqꝫ illi accedētes ediculā marmoreā in tēpli formā, ꝛ itus arcā lapideā, vbi martyris corpꝰ cōditū erat, ꝛ iuxta illud anchorā, qua mersꝰ fuerat, inuenerūt. Quo miraculo incole permoti, Chꝛi fidē susceperūt. Eiꝰ corpus postea Romam Nicolao primo Pōtifice trāslatū in ecclesia sancti Clemētis cōditū est. Ecclesia etiā eius nomine in eo insule loco, vnde diuinitꝰ fons manarat,

Clementis

Clemētis noīe dedicata est. Vixit in pōtificatu annos nouē, mēses duos, dies decē. Fecit ordinationes duas mense Decembri, quibus creauit epōs per diuersa loca qndecim, presbyteros decē, diaconos duos. ℟. Stola. 507. In iij. noc. Hom. in euā. Vigilate qa. de cōi confess. Pont. 522. Pro sancta Felicitate. 509. Sermo S. Gregorij papę. L. ix.

Beata Felicitas, cuius hodie natalitia celebramus, septem filios sic post se timuit viuos i carne relinquere, sicut carnales parentes solēt metuere, ne mortuos pręmittāt. In psecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amore supernę patrię pdicādo roborauit, et parturiuit spū, quos carne pepererat: vt pdicatiōe pareret Deo, quos carne peperat mūdo. Nunqd ergo hanc fęminam martyrem dixerim? Sed plusquam martyrem: quę, septem pignoribus ad regnum pręmissis, toties ante se mortua ad pęnas prima venit, sed peruenit octaua. Tu autem. Ad Laudes, et per Horas. Aña.

Orante sancto Clemente, apparuit ei agnus Dei. ps. Dominus regnauit. 8. cum rel. Aña. Non meis meritis ad vos me misit dñs, vestris coronis participem me fieri. Añ. Vidi supra montem agnum stantem, de sub cuius pede fons viuus emanat. Añ. De sub cuius pede fons viuus emanat, fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei. Añ. Omnes gentes per gyrum crediderunt Christo domino. Caplm. Beatus vir. 505. Hym. Martyr Dei so. 508. ℣. Iustus vt palma. Ad Bñs. Añ. Cum iter ad mare cępisset, populus voce magna clamabat, domine Iesu christe salua illum, et Clemēs cum lacrymis dicebat: Suscipe pater spiritum meum. Oratio vt supra. Deinde fit cōme. S. Felicitatis. Ad horas Añę Lau. per ordinē. Cap. et ℟. br. de cōi vni⁹ m. 509. Ad Vespe. Aña. Orante sancto Clemente. cum reliq. vt sup. Psalmi, Cap. Hym. et ℣sic. de vno marty. 505. Ad Mag. Añ. Dedisti dñe habitaculum martyri tuo Clemēti in mari in modum templi marmorei angelicis manibus pręparatum, iter prębens populo terrę, vt enarrent mirabilia tua. Oratio vt supra.

¶ Sci Chrysogoni mart. Orō. Die 22. F



Adesto dñe supplicationibus nostris: vt q ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscim⁹ beati Chrysogoni martyris tui intercessione liberemur. Per. L. ij.

Chrysogonus, Diocliciano Imperatore, Romę inclusus in carcere, ibi biennium sanctę Anastasię facultatibus: vixit,

quam etiam afflictam propter Christum a viro suo Publio, proptereaq; a suis orationibus per literas auxilium postulantem, mutuis epistolis est consolatus. Sed cum Imperator Romam scripsisset, vt reliquis Christianis, qui in vinculis essent, interfectis, Chrysogonus Aquileiam ad se mitteretur: eo perductus est. Lectio tertia.

[Q]Ui Imperator, Accersiui, inquit, te Chrysogone, vt honoribus augeã, si modo induxeris animũ deos colere. At ille: Ego eũ, qui vere est Deus, mente & orõne veneror: Deos autẽ, qui nihil sunt, nisi dęmonum simulacra, odi, & execror. Quo responso excandescẽs Imperator, ad Aquas Gradatas eũ securi percuti iubet octauo Calendas Decẽbris: cuius corpus proiectũ in mare, paulo post in litore inuentum, Zoilus presbyter in suis ędibus sepeliuit. Tu autẽ.

Die 25. B ¶ In festo sanctę Catherinę virginis & martyris, duplex. Oratio.



[D]Eus, q dedisti legem Moysi i sũmitate montis Sinai: & in eodẽ loco p sctõs angelos tuos corpus beatę Catherinę virginis, ...
ris tuę mirabiliter coll...
sta q̃s: vt eius meritis ...
sione, ad montẽ, q Chri...
nire valeamus. Per eũ...

[C]Atherina, nobi...
Alexandrina, a p...
te studia liberalium ar...
dei ardore coniũgens: ...
eam sanctitatis, & doctr...
ctionẽ peruenit, vt de...
annos nata, eruditissim...
superaret. Quę cum ...
iussu, multos propter ...
religionis professionẽ ...
mentis cruciatos, ad s...
rapi videret, nõ dubita...
adijt Maxentium, eiq...
immanitatẽ obijciens, ...
simis rationibus Chri...
lutẽ necessariã esse affi...
Propter veritatẽ. ...

[E]Ius prudentiam ...
tius admirat⁹, ret...
iubet, accersitis vndiq; ...
mis hominibus, maxim...
positis pręmijs, ijs qui ...
Catherinam a Christi ...
idolorum cultum perd...
Quod contra accidit. N...
quaginta philosophi, ...
coarguendam conuene...
ac subtilitate eius dispu...
tanto Iesu Christi am...
incensi, vt pro illo mori...
bitauerint. Quamobr...
xentius blanditijs, ac ...
Catherinam de sentent...

cere aggreditur: verum id frustra fieri intelligens, verberib⁹ affectam, plumbatisq; cõtusam, dies vndecim sine cibo, ac potu inclusam tenet in carcere. ℟. Dilexisti. 529. Lectio sexta.

Eo tempore, Faustina, Maxentij vxor, et Porphyrius, belli dux, visendę virginis causa carcerem ingressi, ⁊ eiusdem prędicatione in Iesum Christuʒ credentes, postea martyrio coronati sunt. Interim Catherina educitur e custodia: ⁊ rota expeditur crebris, ⁊ acutis pręfixa gladijs, vt virginis corpus crudelissime dilaceraretur. Quę machina breui, Catherinę oratione cõfracta est: eoque miraculo multi Christi fidem susceperunt. Ipse Maxentius in impietate, ⁊ crudelitate obstinatior, Catherinam securi percuti imperat. Quę fortiter dato capite, ad septimum Calendas Decembris ad duplicatum virginitatis, ⁊ martyrij pręmium euolauit: cuius corpus ab angelis in Sina Arabię monte mirabiliter collocatum est. ℟. Offerentur regi virgines. fol. 529.

In iij. noct. a Domin. in euangel. Simile est regnum cęlorum decem virginibus. 529. de cõi vir.

Die 26 A ¶ Sancti Petri Alexandrini episcopi ⁊ martyris. Oratio. Infirmitatem. folio. 505. de cõi vnius martyris. Lectio sexta.



Petrus, episcopus Alexandrię, post Theonem virũ sanctissimum, sanctitatis, ⁊ doctrinę splẽdore, non solum illustrauit Ægyptuʒ, sed toti luxit ecclesię Dei. Qui in persecutione Maximini illam temporum acerbitateʒ ita pertulit, vt multi admirabilem eius patientiam intuentes, plurimum in Christiana virtute proficerent. Is primus Ariũ, presbyterum Alexãdrinuʒ, propter impias contra Christi domini diuinitatem, introductas opiniones, a fidelium cõmunione seiunxit. Ad eum capitis ab eodem Maximino damnatum in carcere, cum Achillas ⁊ Alexander presbyteri deprecatores Arij venissent, respondit: noctu apparuisse sibi Iesum veste discissa, causamq; rei sciscitanti dixisse: Arius vestem meam, quę est ecclesia, dilacerauit. Quibus etiam prędicens, fore vt sibi in episcopatu succederent, pręcepit, ne vnquam Arium in communionem reciperent, quem Deo mortuum esse sciret. Decimo sui episcopatus anno, sexto Calẽdas Decẽbris, abscisso capite, ad martyrij coronã euolauit.

Die 27 B. Die 28 C.

Finis.


QVI SEQVITVR ME NON AMBVLAT
IN TENEBRIS.

COMMVNE SANCTORVM.

IN VIGILIIS APOSTOLORVM.

Officiũ fit de feria vt dictum est in rubricis generalibus, exceptis lec. & Orõne, quę dñr vt infra.

¶ In vig. vni⁹ aplĩ Homi. i euã. Hoc est prçceptũ. fol. vt infra in Natali vnius Apostoli. Oro.



DA q̃s omnĩp⁹ ops Deus: vt beati N. apostoli tui quaʒ pręuenimus veneranda solennitas, & deuotionẽ nobis augeat, & salutem. Per do.

¶ In vigi. pluriũ aplõr Homilia i euãg. Ego sum vitis ve. 511. vt in cõi martyrũ tpe pasc. Oro.

COncede q̃s omnĩps Deus: vt sicut aplõr tuorũ N. et N. gloriosa natalitia pụenimus: sic ad tua beneficia pmerenda, maiestatẽ tuam pro nobis ipsi pręueniant. Per dominum nostrũ.

IN NATALI APOSTOLORVM.

Ad vesp. Añ. Hoc est pce. 501. cũ reliq̃ de Laud. ps. Dixit d. 52. B. R. N. cũ rel. de Dñica, & loco vlt. ps. Laudate dñm oẽs gẽ. 54. Cap.



FRatres, Jã nõ estis hospites, & aduenę, sed estis ciues sanctorũ, & domestici Dei, superędificati supra fundamẽtũ aplõr, & pphetarũ, ipso sũmo angulari lapide Chro Iesu. R. Deo grãs. Hy⁹. Ephe. 2. ca.

EXultet cęlum laudibus,
Resultet terra gaudijs,
Apostolorum gloriam
Sacra canunt solennia.

Vos sęcli iusti iudices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium:
Audite preces supplicum.

Qui cęlum verbo clauditis,
Serasq; eius soluitis,
Nos a peccatis omnibus
Soluite iussu quęsumus.

Quorum pręcepto subditur
Salus, & languor omnium,
Sanate ęgros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

Vt cum iudex aduenerit
Christus in fine seculi,
Nos sempiterni gaudij
Faciat esse compotes.

Deo patri sit gloria,
Eiusq; soli filio,
Cum spiritu paraclito,

Et nunc ꝛ in perpetuū. Amē.
℣. In oēm terrā exiuit sonus eo
rum. ℟. Et in fines orbis terrę
verba eorum. Ad Mag. Añ.
Tradēt eniꝫ vos in ɔcilijs, ꝛ in sy
nagogis suis flagellabūt vos, ꝛ
ante reges, ꝛ pręsides ducemini
pp me, i testimoniū illis ꝛ gētib⁹
Ad Matutinum. Inuitatoriū.
Regē apostolorū dñm, Venite
adoremus. ps. Venite. Hymn.
Aeterna Christi munera,
Apostolorum gloriam
Laudes canentes debitas,
Lętis canamus mentibus.
Ecclesiarum principes,
Belli triumphales duces,
Cęlestis aulę milites,
Et vera mundi lumina.
Deuota sanctorum fides,
Inuicta spes credentium,
Perfecta Christi charitas,
Mundi triumphat principeꝫ.
In his paterna gloria,
In his voluntas spiritus,
Exultat in his filius
Cęlum repletur gaudio.
Te nūc redemptor quęsumus,
Vt ipsorum consortio
Iungas precantes seruulos,
In sempiterna secula. Amen.
In j. noct. Añ. In omnem terrā
exiuit sonus eorū: ꝛ in fines or
bis terrę verba eorum. ps. 18.



Aeli enarrant gloriam
Dei: ꝛ opera manuū
eius annunciat firma
mentum.

Dies diei eructat verb
nox nocti indicat scienti
Nō sunt loqlę, neqꝫ serm
quorꝫ nō audiantur voc
In oēꝫ terrā exiuit son⁹
in fines orbis terrę verb
In sole posuit taberna
suum: ꝛ ipse tanq̄ꝫ spons
cedens de thalamo suo.
Exultauit vt gigas ad c
viaꝫ: a summo cęlo egre
Et occursus eius vsqꝫ a
mum eius: nec est, qui se
dat a calore eius.
Lex dñi immaculata ɔ
animas: testimoniuꝫ dñi,
sapientiam pręstans paru
Iustitię domini rectę lę
tes corda: pręceptum do
cidum illuminans oculo
Timor dñi sanctus, per
in sęculum sęculi: iudicia
ra, iustificata in semetips
Desiderabilia super au
pidem preciosum multu
ciora super mel ꝛ fauum.
Etenim seru⁹ tu⁹ custodit
stodiēdis illis retributio
Delicta quis intelligit
cultis meis mūda me: ꝛ
nis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dñat
immaculatus ero: ꝛ em
a delicto maximo.
Et erunt, vt ɔplaceant
oris mei: ꝛ meditatio cor
in conspectu tuo semper
Domine adiutor meu

demptor meus.
Glo. Añ. In omni terrã exiuit sonus eorũ: et in fines orbis terre verba eorũ. Añ Clamauerũt iusti, et dñs exaudiuit eos. ps 33.
Benedicã dñz in omni tpe: semp laus ei⁹ in ore meo.
In dño laudabit anima mea: audiant mansueti, et letentur.
Magnificate dñm mecũ, et exaltemus nomen eius in idipsum.
Exquisiui dominum, et exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Accedite ad eu3, et illuminami ni: et facies vẽ non ɔfundentur.
Iste pauper clamauit: et dñs exaudiuit eum: et de omnibus tribulationibus eius saluauit eu3.
Immittet angel⁹ dñi in circuitu timentiũ eum: et eripiet eos.
Gustate et videte qm̃ suauis est dñs: beatus vir q sperat in eo.
Timete dñm oẽs scti eius: qm̃ non est inopia timentibus eum.
Diuites eguerũt et esurierunt: inquirentes autẽ dñm, non minuentur omni bono.
Venite filij, audite me: timore3 domini docebo vos.
Quis est homo, qui vult vita3: diligit dies videre bonos?
Prohibe linguã tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolu3.
Diuerte a malo et fac bonũ: inquire pacẽ, et persequere eam.
Oculi dñi super iustos: et aures eius in preces eorum.
Vultus autem domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iusti: et dñs exaudiuit eos: et ex oibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dñs his, q tribulato sũt corde: et humiles spũ saluabit
Multe tribulationes iustorũ: et de oibus his liberauit eos dñs.
Custodit dñs omnia ossa eorũ, vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorũ pessima: et qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dñs animas seruoru3 suorũ: et non delinquent omnes, qui sperant in eo. Gloria patri.
Añ. Clamauerunt iusti, et dñs exaudiuit eos. Añ Cõstitues eos principes sup oẽ3 terrã: memores erũt nõis tui dñe. ps 44.
Eructauit cor meum verbum bonũ: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis.
Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in eternum.
Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.
Spẽ tua, et pulchritudine tua: intẽde, ꝓspere ꝓcede, et regna.
Propter veritatem et mãsuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute: populi sub te

 cadent

cadent in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato: circumdata varietate. Audi filia et vide, et inclina aurem tuam: et obliuiscere populum tuum, et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus Deus tuus, et adorabunt eum. Et filie Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius, filie regis abintus: in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius afferentur tibi. Afferentur in letitia et exultatione: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione et generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in eternum: et in seculum seculi. Gloria. Ant. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Pater noster. Exaudi. Iube. Benedictione.

Lect. de scriptura posite in communi sanctorum leguntur quando annotantur in proprio sanctorum pannus, et quando in officio ferie non ponuntur lect. de scriptura, sed tantum de homilia, et quando aliquod festum solenniter in propria ecclesia celebratur. De epistola .j. ad Corinthios. Lectio .j.

Sic nos existimet homo vt ministros Christi, et dispensatores mysteriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque me ipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit vnicuique a Deo. 4.ca. ℟. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum, dicit dominus: Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbe. ℣. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Estote. Iube. Unigenitus. Lectio .ij.

Hec autem, fratres, transfiguraui in me et Apollo, propter vos, vt in nobis discatis, ne, supra

supra quã scriptum est, vnus adversus alterũ infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autẽ habes quod non accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? iã saturati estis, iam diuites facti estis: Sine nobis regnatis: et vtinam regnetis, vt et nos vobiscũ regnem⁹. Puto enim quod Deus nos apostolos nouissimos ostẽdit tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mũdo, et angelis, et hominib⁹. ℟. Tollite iugũ meũ super vos, dicit dñs, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Iugum enim meũ suaue est, et onus meum leue. ℣. Et inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugum. Lcbe. Spiritus sancti. Lec iij.

Nos stulti propter Christum: vos aũt prudẽtes in Christo. Nos infirmi, vos autem fortes. Vos nobiles, nos autẽ ignobiles. Vsque in hanc horam, et esurimus, et sitimus: et nudi sumus, et colaphis cędimur, et instabiles sumus, et laboramus operantes manib⁹ nostris. Maledicimur, et benedicimus: persecutionem patimur, et sustinemus: blasphemamur, et obsecramus: Tanquã purgamenta huius mundi, facti sumus omnium peripsema vsque adhuc. Non vt confundam vos hęc scribo, sed vt filios meos carissimos moneo. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu, per euangelium ego vos genui. ℟. Dũ steteritis ante reges et presides, nolite cogitare, quõ, aut quid loquamini: Dabit enim vobis in illa hora, quid loquamini. ℣. Non enim vos estis qui loquimini: sed spũs patris vestri, qui loquitur in vobis. Dabitur. Glo. Dabitur.

In secundo noct. Antiphona.

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abrahã. ps 46.



Omnes gẽtes plaudite manib⁹: iubilate deo in voce exultationis. Qm̃ dñs excelsus, terribilis: rex magn⁹ super oẽs terrã. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatem suã: speciem Iacob quem dilexit. Ascendit Deus in iubilo: et dominus in voce tubę. Psallite Deo nr̃o psallite: psallite regi nostro psallite. Quoniam rex omnis terrę de⁹: psallite sapienter. Regnabit Deus super gentes: Deus sedet super sedẽ sanctã suã. Principes populorũ congregati sunt cũ Deo Abrahã: qm̃ dij fortes terrę vehemẽter eleuati sunt. Glo. Añ. Principes populorum congregati sunt cũ Deo Abrahã.

Añ. Dedisti hereditatẽ timentibus nomẽ tuũ dñe. ps 60.

Exaudi De⁹ deprecationẽ

meam: intende orationi meę.
A finibus terrę ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me.
Q eduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo i tabernaculo tuo in sęcula: protegar in velaměto alarum tuarum.
Qm tu Deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hęreditatem timentibus nomen tuum.
Dies sup dies regis adijcies: annos eius vsqz in diem generationis, ⁊ generationis.
Permanet in ęternum in cospectu Dei: misericordiam ⁊ veritatem eius quis requiret?
Sic psalmum dicā nomini tuo in sęculum sęculi: vt reddam vota mea de die in diem.
Gloria. Aña. Dedisti hęreditatē timētibus nomen tuum dñe.
Aña. Annūciauerūt opera dei: ⁊ facta eius intellexerūt. ps 63.
Exaudi deus orationē meā cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.
Protexisti me a conuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerūt, vt gladiū linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.
Subito sagittabunt eum, ⁊ nō timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam.
Narrauerūt, vt absconderēt laqueos: dixerūt, qs videbit eos?
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum: ⁊ exaltabitur Deus.
Sagittę paruulorum factę sunt plagę eorū: ⁊ infirmatę sunt contra eos linguę eorum.
Conturbati sunt oēs, qui videbāt eos: ⁊ timuit omnis homo.
Et annunciauerūt opera Dei: ⁊ facta eius intellexerunt.
Lętabitur iustus in dño, ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde.
Gloria. Aña. Annūciauerunt opera Dei, ⁊ facta ei9 intellexerūt. ℣. Cōstitues eos principes super oēm terrā. ℟. Memores erūt nois tui dñe. Pr nr. Ipsi9 pietas. Iube. Deus pater.
Sermo s. Gregorij papę. L. iiij.
Criptū est: spūs dñi ornauit cęlos. Ornaměta enim cęlorū sunt virtutes pdicantium. Quę videlicet ornaměta Paulus enumerat dicēs: Alij datur per spm̄ sermo sapientię: alij sermo scientię ꝑm eundē spm̄, alteri fides in eodem spū, alij gratia sanitatum, in vno spū, alij operatio virtutum, alij ꝓphetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio sermonum. Hęc autē omnia operatur vnus atqz idem spūs, diuidens singulis,

singulis, prout vult. ℟. Vidi ꝯiunctos viros habẽtes splẽdidas vestes, ⁊ angel⁹ dñi locutus est ad me dicẽs: Isti sũt viri sancti facti amici Dei. ℣. Uidi angelũ Dei fortẽ, volantẽ per medium cęlũ voce magna clamantem, ⁊ dicentem. Isti. Tube. Christus perpetuę. Lectio v.

Quot ergo sunt bona pdicantiũ, tot sunt ornamenta cęloꝝ. Hinc rursum scriptum est: Uerbo dñi cęli firmati sunt. Uerbum enim dñi filius est patris. Sed eosdẽ cęlos, videlicet sanctos apostolos, vt tota simul sancta Trinitas ostendat operata, repẽte de sancti spũs diuinitate adiũgitur: Et spũ oris eius omnis virtus eoꝝ. Cęlorũ ergo virtus de spiritu sumpta est, q͛ mundi huius potestatibus contraire non pręsumerent, nisi eos sancti spũs fortitudo solidasset. Quales nanq; doctores sanctę Ecclesię ante aduentũ hui⁹ spũs fuerint, scimus: ⁊ post aduentũ illi⁹ cuius fortitudinis facti sunt, ꝯspicimus. ℟. Beati estis cum maledixerint vobis homines, ⁊ persecuti vos fuerint, ⁊ dixerint oẽ malũ aduersum vos, mẽtientes ꝓpter me: Gaudete, ⁊ exultate, qm̃ merces vestra copiosa est in celis. ℣. Cũ vos oderint homines, ⁊ cũ separauerint vos, ⁊ exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomen vestrum tanq̃ malum propter filium hominis. Gau. Tube, Ignem sui amoris. Lectio vj.

Certe ipse iste pastor ecclesię ad cuius sacratissimũ corpus sedemus, quãtę debilitatis, quãtęq; formidinis ante aduentũ spũs fuerit, ancilla ostiaria requisita dicat: Una enim mulieris voce perculsus, dum mori timuit, vitã negauit. Et pensandum q͛ eum ꝯprehensum Petrus negauit in terra, quẽ suspẽsum latro confessus est in cruce. Sed vir iste tantę formidinis, qualis post aduentum spũs existat, audiamus. Fit ꝯuẽtus magistratuũ atq; senioꝝ: cęsis denunciat apostolis, ne in nomine Iesu loqui debeãt: Petrus magnã auctoritate respondit: Obedire oportet deo magis q̃ hoĩbus. ℟. Isti sunt triumphatores, ⁊ amici dei, q ꝯtẽnentes iussa principũ meruerunt pręmia ęterna. Modo coronantur, ⁊ accipiunt palmam. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, ⁊ lauerũt stolas suas in sanguine agni. Modo. Gloria. Modo.

In iij. noct. Añа. Exaltabuntur cornua iusti, halleluiah. ps. 74.



Confitebimur tibi de⁹ ꝯfitebimur, ⁊ inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra, ⁊ omnes

 qui

qui habitant in ea: ego confir/
maui columnas eius.
Dixi iniquis, nolite inique age
re: et delinquentibus nolite exal
tare cornu.
Nolite extollere in altum cornu
vestrum: nolite loqui aduersus
Deum iniquitatem.
Quia neqz ab oriente, neqz ab
occidente, neqz a desertis mōti/
bus: quoniam Deus iudex est.
Hunc humiliat, et hūc exaltat:
quia calix in manu domini, vini
meri plenus misto.
Et inclinauit ex hoc in hoc, ve/
runtñ fex eius nō est exinanita:
bibent omnes peccatores terrę.
Ego autem annūciabo in sęcu
lum: cantabo Deo Jacob.
Et oia cornua peccatorū cōfrin/
gam: et exaltabūtur cornua iusti.
Gloria. Añ. Exaltabunt cornua
iusti, hal. Añ. Lux orta est iusto,
hal. rectis corde lętitia, hal. ps 96
Dominus regnauit exul/
tet terra: lętentur insulę
multę.
Nubes et caligo in circuitu ei⁹:
iustitia, et iudicium correctio se/
dis eius.
Ignis ante ipsum pręcedet: et
inflammabit in circuitu inimi/
cos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi
terrę: vidit, et commota est terra.
Mōtes sicut cera fluxerūt a fa/
cie dñi: a facie dñi omnis terra.
Annūciauerūt cęli iustitiā ei⁹:
et viderūt oēs populi gloriā ei⁹.
Confundantur omnes, qui ado
rant sculptilia: et qui gloriantur
in simulacris suis.
Adorate eum oēs angeli eius:
audiuit et lętata est Sion.
Et exultauerūt filię Judę: pro/
pter iudicia tua domine.
Qm̄ tu dominus altissimus su
per omnem terram: nimis exal
tatus es super omnes deos.
Qui diligitis dñm odite ma/
lum: custodit dominus animas
sanctorum suorum: de manu
peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto: et rectis cor/
de lętitia.
Letamini iusti i dño: et cōfitemi/
ni memorię sanctificationis ei⁹.
Gloria. Añ. Lux orta est iusto,
halab: rectis corde lętitia, hala.
Aña. Custodiebant testimonia
eius, et pręcepta ei⁹, hal. ps 98.
Dominus regnauit, irascā
tur populi: qui sedes sup
cherubim moueatur terra.
Dñs in Sion magnus: et excel
sus super omnes populos.
Confiteantur nomini tuo ma/
gno, qm̄ terribile et sanctū est: et
honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudiciū
et iustitiam in Jacob tu fecisti.
Exaltate dominum Deum no/
strum: et adorate scabellum pe/
dū eius: quoniam sanctum est.
Moyses et Aaron in sacerdoti/
bus eius: et Samuel inter eos,
qui

qui inuocant nomen eius.
Inuocabant dominum, ⁊ ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius: ⁊ preceptum quod dedit illis.
Domine de⁹ noster tu exaudiebas eos: De⁹ tu ꝓpitius fuisti eis, ⁊ vlciscẽs i oẽs adinuẽtiones eoꝝ.
Exaltate dñm deũ nr̃m: ⁊ adorate in mõte sancto ei⁹, qm̃ sanctus dominus Deus noster.
Gloria. Añ. Custodiebãt testimonia eius, ⁊ precepta eius, hal.
℣. Nimis honorati sũt amici tui Deus. ℟. Nimis confortatus est principatus eorum. Pater nr̃. A vinculis. Iube. Euãgelica. Lectio s. euãg. sc̃ Iohãnẽ. L. vij.

c.15. In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Hoc est preceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Et reliqua.
Homilia sancti Gregorij Pape.

Cum cuncta sacra eloquia plena sint dñicis ꝑceptis: qd est ꝙ de sola dilectione, quasi de singulari mãdato, dñs dicit: Hoc est preceptũ meũ, vt diligatis inuicẽ? nisi qꝛ oẽ mandatum de sola dilectione est: ⁊ oĩa vnũ preceptũ sunt? qꝛ quicquid precipit, in sola charitate solidatur. Ut enim multi arboris rami ex vna radice ꝓdeũt, sic multe virtutes ex vna charitate gñantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si nõ manet in radice charitatis. ℟. Isti sunt qui viuentes in carne plantauerunt ecclesiam sanguine suo: Calicem dñi biberũt, ⁊ amici Dei facti sunt. ℣. In oẽs terrã exiuit son⁹ eoꝝ, ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Calicem. Iube. Cuius. vel Quorum. Lcõ viij.

Precepta ergo dominica ⁊ multa sunt, ⁊ vnũ: multa ꝑ diuersitatẽ operis, vnũ in radice dilectionis. Qualiter autẽ ista dilectio sit tenẽda, ipse insinuat q in plerisqꝫ scripture sue sententijs, ⁊ amicos iubet diligi in se, ⁊ inimicos diligi ꝑꝑ se: Ille enim veraciter charitatẽ habet, q ⁊ amicũ diligit i deo, ⁊ inimicũ diligit ꝑꝑ Deũ. Nam sunt nõnulli, q diligũt ꝓximos, sed ꝑ affectum cognationis, ⁊ carnis: quib⁹ tñ in hac dilectione, sacra eloqa nõ ꝯtradicunt: Sed aliud est quod sponte impenditur nature, aliud quod ꝑceptis dñicis ex charitate debetur obediẽtie.
℟. Isti sunt viri sancti, quos elegit dominus in charitate non ficta, ⁊ dedit illis gloriam sempiternam: Quorum doctrina fulget Ecclesia, vt Sole Luna. ℣. Sancti per fidẽ vicerunt regna, operati sunt iustitiam. Quorũ. Gloria. Quorum. Iube dom. Ad societatem. Lectio ix.

Hi nimirum ⁊ proximũ diligũt, ⁊ tñ illa sublimia dilectionis premia non assequunt, quia

q: amorem suum non spūaliter, sed carnaliter impēdūt. Proinde cum dñs diceret: Hoc est preceptū meū, vt diligatis inuicē: ptinꝰ addidit: Sicut dilexi vos, ac si apte dicat: Ad hoc amate, ad qđ amaui vos Qua in re, fratres carissimi, solerter intuendū est, q̄ antiquus hostis dum mētem nrām ad rerū tēporalium dilectionē trahit, īfirmiorē ɔtra nos proximū excitat, q ea ipsa, que diligimus, auferre moliat. Deinde dī Hym. Te Deum.8. Ad Laudes, ⁊ per Horas. Añа.

HOc est preceptū meum vt diligatis iuicē, sicut dilexi vos. ps. Dñs reg.8. cū rel. Añ. Maiorē charitatē nemo habet, vt aiam suā ponat qs p amicis suis. Añ. Uos amici mei estis, si feceritis q̄ precipio vobis dicit dñs. Añа. Beati pacifici, beati mūdo corde: qm̄ ipsi Deū videbūt. Añ. In patientia vrā possidebitis aias vestras. Cap. Fratres, iaȝ. Hym. Exultet cel. 497. ℣. Annunciauerūt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Ad Benedictus. Antiphona. Uos q reliquistis omnia, ⁊ secuti estis me, centuplū accipietis, ⁊ vitam eternam possidebitis. Ad iii. Cap. Fres, iā. 497. ℟. br. In oēm terrā. Exiuit sonꝰ eorū. ℣. Rep. In oēm. ℣. Et in fines orbis terre verba eoꝝ. Exiuit. Gl. In. ℣. Cōstitues eos principes sup oēȝ terrā. ℟. Memores erūt

Ad Sextam. Capitulum.

PEr manus aūt apostoloꝝ fiebāt signa, ⁊ pdigia multa i plebe. ℟. Cōstitues eos principes, Sup oēm terrā. ℣. Memores erunt noīs tui dñe. Sup. Gl. Cōstitues. ℣. Nimis honorati sūt amici tui deꝰ. ℟. Nimis ɔfortatus est principatus eorū. 5. Ac

Ad Nonam. Capitulum.

IBant apostoli gaudentes a ɔspectu ɔciliȷ, qm̄ digni habiti sunt p noīe Jesu ɔtumeliam pati. ℟. Nimis honorati sunt, Amici tui Deus. ℣. Nimis ɔfortatus est principatus eorū. Amici. Gloria. Nimis. ℣. Annunciauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. 5. Ac

In secundis Uesperis. Añа.

IUrauit dñs, ⁊ nō pēnitebit eū: tu es sacerdos in eternū. ps. Dixit dō. 52. Añа. Collocet eū dñs cum principibus populi sui. ps. Laudate pue. 53. Añ. Dirupisti dñe vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. ps. Credidi. 54. Añ. Euntes ibant ⁊ flebāt mittētes semina sua. ps. In conuertendo. 55. Añ. Confortatus est principatus eorum, ⁊ honorati sunt amici tui Deus, ps. Dñe probasti me. 58. Cap. Fratres, iam. 497. Hym. Exultet celum. ℣. Annunciauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Ad Magnifi. Añа.

Estote

Estote fortes in bello, et pugnate cū antiquo serpēte: et accipietis regnuʒ eternum, haleluiah.
Alię lectiones pro Apostolis. De expositione S. August. epi super Psalmum lxxxvj. Le. iiij.



Undamēta eius in mōtib⁹ sanctis, diligit domin⁹ portas Sion. Quare sundamenta apostoli, et ppheteȝ Quia eoꝝ auctoritas portat infirmitatē nr̄aȝ. Quare sunt porteȝ Quia p ipsos intramus ad regnū Dei: pdicāt enim nobis, et cū per ipsos intramus, p Chr̄m intram⁹. Ipse est enim ianua, Et cū dicūtur duodecim porte Ierusalē, et vna porta Christus, et duodecim porte Chr̄s: quia in duodecim portis Christus: et ideo duodenarius numerus apostolorum Sacramentū magnū huius duodenarij significatio est numeri. Sedebitis, inquit, sup duodecim sedes iudicantes duodeciȝ tribus Israel. ℟. Vidi coniunctos. 500. L. v.

Si duodeciȝ sellę ibi sunt, nō est vbi sedeat tertiusdecim⁹ Paulus aplš: et nō erit qui iudicet: et ipse se iudicatuꝝ dixit non hoies tantū, sed et angelos. Quos angelos, nisi apostatas angelos? Nescitis, inqt, qr angelos iudicabim⁹? Rn̄deret ergo turba, qd te iactas iudicatuꝝ? vbi sedebis? Duodecim sedes dixit dñs duodeciȝ aplīs: vnus cecidit Iudas, in locū ipsi⁹ sanctus Matthias ordinat⁹ est: implet⁹ est duodenarius numer⁹ sediū: pmo, locū inueni vbi sedeas, sic te minare iudicatuꝝ. Duodeciȝ ergo sedes qd sibi velint, videamus. Sacramentuȝ est cuiusdā vniuersitatis, qr per totū orbeȝ terrarū futura erat Ecclesia, vnde vocat hoc ędificiū ad Christi cpagem. ℟. Beati estis. Le. vj.

Et ideo qr vndiqȝ venit ad iudicandū, duodeciȝ sedes sunt: sic qr vndiqȝ intrat in illaȝ ciuitatem, duodeciȝ porte sunt. Nō solum ergo illi duodecim, et apls Paul⁹, sed quotquot iudicaturi sunt, pp significationem vniuersitatis ad sedeȝ duodeciȝ ptinent, quēadmodū quotquot intrabunt, ad duodecim portas ptinēt. Partes enīȝ mūdi quatuor sunt, Oriēs, Occidēs, Aquilo, et Meridies. Iste q̄tuor partes assidue nominant in scripturis: ab oibus istis quatuor vētis, sicut dicit dñs in euāgelio, a quatuor ventis se collectuꝝ electos, vocatur, Ecclesia. Quō vocat? Undiqȝ in Trinitate vocat, non vocat nisi per baptismū in noie patris, et filij, et spūs sancti. Quatuor ergo ter ducta duodeciȝ inueniuntur. ℟. Isti sunt trium.
Lcō s. euāg s̄ȝ Mattheū. Le. vij.

In illo tpe: dixit Simō Petrus ad Iesum. Ecce nos reli- 19. c.

reliquimus oĩa, ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et rel. Homilia S. Hieronymi presby.

GRandis fiducia: Petrus piscator erat, diues nõ fuerat, cibos manu ⁊ arte q̃rebat, ⁊ tñ loquitur ɔfidenter. Reliquimus omnia. Et q2 nõ sufficit tm̃ relinquere, iũgit qđ pfectũ est: Et secuti sumus te, fecimus qđ iussisti: Quid igit dabis nobis pmij? Jesus aũt dixit illis: Amẽ dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regñatione; cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Jsrael. Nõ dixit, q reliquistis omnia: hoc enim ⁊ Socrates fecit philosophus, ⁊ multi alij diuitias ɔtempserũt: sed q secuti estis me, qđ propriũ apostolorum est, atque credentium. ℟ Jsti sunt q. 501. L. viij.

IN regeneratione, cũ sederit fili⁹ hoĩs in sede maiestatis suę, qñ ⁊ mortui de corruptione resurgẽt incorrupti, sedebitis ⁊ vos in solijs iudicantiũ, ɔdẽnãtes duodeciz trib⁹ Jsrael: q2 vobis credẽtibus, illi credere noluerũt. Et oĩs qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores aut patrem, aut matrẽ, aut vxorez, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, ⁊ vitaz ęternam possidebit. Locus iste cuz illa sententia cõgruit, in quã saluator loquitur: Non veni pacez mittere, sed gladium: veni enim separare hominem a patre suo, ⁊ filiam a mr̃e, ⁊ nurũ a socru: ⁊ inimici hominis domestici ei⁹. Qui ergo propter fidem Christi, ⁊ prędicationem euangelij oẽs carnales affectus ɔtempserint, ⁊ diuitias atqz sęculi voluptates, isti centuplũz accipient, ⁊ vitam ęternam possidebunt. ℟ Jsti sunt viri. L. ix.

EX occasione hui⁹ sentẽtię, quidaz introducũt mille annos post resurrectionem, dicentes, tunc nobis centuplum omnium rerum, quas dimisimus, ⁊ vitam ęternam esse reddendaz: non intelligentes, quod si in cęteris digna sit retributio, in vxoribus appareat turpitudo: vt q vnam pro Deo dimiserit, centũ recipiat in futuro. Sensus igitur iste est: Qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet: quę, cõparatione, ⁊ merito sui, ita erũt, quasi si paruo numero cẽtenarius numerus ɔparetur.

IN COMMVNI
EVANGELISTARVM.

Omnia dicuntur, vt sup. in communi Apostolorũ, exceptis lectionib⁹, quę dicuntur vt infra.

Jn j. noct. leguntur lectiones Ezechielis prophetę, quę habẽtur in officio de tp̃e, in prĩa dominica Nouẽb. 332. Jn ij. noct.

De expositione scti Greg. pape super Ezechielē pphetā. L. iiij.



Ancta quatuor animalia, que pphetie spiritu futura preuidētur, subtili narratiōe describuntur, cū dicit: Quatuor facies vni, et quatuor penne vni. Quid per facies nisi notitia: et qd p pennā nisi volatus exprimitur? Per faciē qppe vnusquisqz cognoscit, p pennas vero in altum auiū corpora subleuant. Facies itaqz ad fidē pertinet, pēna ad contemplationē. Per fidē nanqz ab omnipotēti Deo cognoscimur, sicut ipse de suis ouib⁹ dicit: Ego sum pastor bonus, et cognosco oues meas, et cognoscūt me mee. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per ɔtemplationē vero, quia sup nosmetipsos tollimur, quasi in aera leuamur. ℟. Vidi ɔiun. 500. ℣.

Quatuor ergo sunt facies vni: quia, si requiras qd Mattheus de incarnatione dn̄i sentiat, hoc nimirū sentit, quod Marcus, Lucas, et Johannes. Si queras qd Johānes sentiat, hoc proculdubio, quod Lucas, Marcus, et Matthe⁹. Si queras quid Marcus, hoc qđ Matthe⁹ Lucas et Johannes. Si queras quid Lucas: hoc qđ Johannes Mattheus, et Marcus sentit. Quatuor ergo facies vni sunt: qa notitia fidei, qua cognoscuntur a Deo, ipsa est in vno que simul est in quatuor. Quidquid enim in vno inueneris, hoc in omnibus simul quatuor cognosces. ℟. Beati estis. Lectio sexta.

Et quatuor pēne vni, quia oipotentis Dei filium dn̄m nostrum Jesum Christum simul oēs concorditer predicant: et ad diuinitatē eius mentis oculos leuantes, pēna contēplationis volāt. Euangelistaꝝ ergo facies ad humanitatē dn̄i pertinet, penna ad diuinitatē: quia in eum, quem corporeū aspiciunt, quasi facies intēdunt. Sed hunc dum esse incircunscriptum, atqz incorporeū ex diuinitate annūciant, per cōtemplationis, pennā quasi in aera leuātur. Quia itaqz et vna est fides incarnationis ei⁹ in oibus, et par ɔtemplatio diuinitatis ei⁹ in singulis, recte nunc dicitur: Quatuor facies vni, et quatuor penne vni. ℟. Isti sunt trium.

Lcō sci euāg. ſm Lucam. L. e. vij.

In illo tpe: Designauit dn̄s et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suā in omnem ciuitatem et locū, quo erat ipse venturus. Et reliqua. 10. ca.

Omilia sancti Gregorij pape.

Domin⁹ et saluator noster, fratres carissimi, aliquādo nos sermonib⁹, aliquādo vero operibus admonet. Ipsa etenim facta ei⁹, precepta sunt: qa, dum

dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in predicationem discipulos mittit: quia duo sunt precepta charitatis: Dei videlicet amor, et proximi: et minus, quam inter duos, haberi charitas non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur: sed dilectionem, si in alterum tendit, ut esse charitas possit. ℟. Isti sunt qui viventes. Lec. viii.

Binos ergo ad predicandum dominus discipulos mittit: quatenus hoc tacitus nobis innuat: quia qui charitatem erga alterum non habet, predicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem subditur, quia misit eos ante faciem suam in omnem civitatem, et locum, quo erat ipse venturus. Predicatores namque suos dominus sequitur: quia predicatio preuenit, et tunc ad mentis nostre habitaculum dominus venit, cum verba exhortationis precurrunt: atque per hoc veritas in mente suscipitur. ℟. Isti sunt viri sancti. Lectio ix.

Hinc namque eisdem predicatoribus Isaias dicit: Parate viam domini: rectas facite semitas dei nostri. Hinc illis Psalmista ait: Iter facite ei, qui ascendit super occasum. Super occasum namque dominus ascendit: quia unde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestauit. Super occasum videlicet ascendit: quia mortem quam pertulit resurgendo calcauit. Ei ergo, qui ascendit super occasum, iter facimus, cum nos eius gloriam vestris mentibus predicamus, ut eas et ipse post veniens, per amoris sui presentiam illustret.

IN COMMUNI

Apostolorum et Euangelistarum tempore pasc. officium fit ut inferius notatum est, exceptis lec. que sunt in propriis locis. Ad Vesp. Añ. Sci tui dñe. ut infra hs. Dixit do. 52. cum reli. Laudate dñm oés. Cap. 5. Sap.



Stabunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt, et qui abstulerunt labores eorum. ℟. Deo gratias. Hym. in i. et ij. vespe. et ad Matu.

Tristes erant apostoli
De nece sui domini,
Quem pena mortis crudeli
Serui damnarunt impij.
Sermone blando angelus
Predixit mulieribus:
In Galilea, dominus
Videndus est quantocius.
Ille dum pergunt concite
Apostolis hoc dicere,
Videntes eum viuere,
Osculantur pedes domini.
Quo agnito, discipuli
In Galileam propere
Pergunt videre faciem
Desideratam domini.

Quo ne-

Quesumus auctor omnium
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi, domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum patre & sancto spiritu,
In sempiterna secla. ℟. Amē.
℣. Sācti & iusti in dño gaudete
hal. ℟. Vos elegit de⁹ in heredi
tatē sibi, halab. Ad Mag. Añā.
Lux ppetua, lucebit sanctis tuis
dñe, & eternitas temporum, hal.
Dñs nisi ppria adsit fumit & cō.
Ad Mat. Inuit. Regez aposto
lorū dñm, Venite adorem⁹, hal.
ps. Venite. hym. Tristes. vt s.
In j. noct. Añā. Stabūt iusti
in magna ɔstantia, aduer
sus eos, q se angustiauerunt, hal.
ps. Celi enar. 497. Bñdicā dñs.
Eructauit. ℣. Sancti & iusti in
dño gaudete, hal. ℟. Vos elegit
Deus in hereditatē sibi, halab.
Lect. legunf vt in proprijs locis.
℟. j. Beatus vir q metuit dñm,
hal. In mandatis eius cupit ni
mis, hal. hal. hal. ℣. Gloria, & di
uitie in domo eius: & iustitia ei⁹
manet in seculum seculi. In mā.
℟. ij. Tristitia vestra, halab. Cō
uertetur in gaudium, hal. hal.
℣. Mundus autem gaudebit: &
vos vero contristabimini: sed
tristitia vestra. Conuertetur in.
℟. iij. Preciosa in cōspectu dñi,
hal. Morte sanctorum eius, hal.
℣. Custodit dñs omnia ossa eo
rum: vnum ex his non contere
tur. Morte sanc. Gloria. Morte.
In ij. noc. Añā. Ecce quō cō
putati sunt iter filios Dei:
& iter sctōs sors illoꝝ est, hal. ps.
Dñs gr. 499 Exaudi deus dep.
Exaudi Deus ora. ℣. Lux ppe
tua lucebit sanctis tuis dñe, hal.
℟. Et eternitas temporum, hal.
℟. iiij. Lux ppetua lucebit sctis
tuis dñe, Et eternitas temporū,
hal. hal. ℣. Letitia sempiterna
erit super capita eoꝝ: gaudiū &
exultationem obtinebunt. Et.
℟. v. Uirtute magna reddebāt
apostoli. Testimonium resurre
ctionis. Jesu Christi dñi nostri.
halab, halab. ℣. Repleti quidē
spiritu sancto loquebanf cum fi
ducia verbū Dei. Testimoniuz.
℟. vj. Isti sunt agni nouelli, q
annunciauerūt, halab, modo ve
nerūt ad fontes. Repleti sūt cla
ritate, hal. hal. ℣. In conspectu
agni amicti sunt stolis albis: &
palme in manib⁹ eorū. Repleti.
In iij noct. Añā. Lux per
petua lucebit sanctis tuis
dñe: & eternitas tempoꝝ, halab.
ps. Cōfitebimur. 500. Dñs reg.
exul Dñs regnauit irascan. ℣.
Letitia sempiterna super capita
eorum, halab. ℟. Gaudium &
exultationem obtinebunt, hal.
℟. vij. Ego sum vitis vera, & vos
palmites: Qui manet in me &
ego in eo: hic fert fructum mul
tuz, halab, hal. ℣. Sicut dilexit
me

me pater, & ego dilexi vos. Qui. ℟. viij. Candidi facti sunt Naza- rei eius, hal. splendorē Deo de- derūt, hal. Et sicut lac coagula- ti sunt, hal. hal. ℣. Candidiores niue nitidiores lacte, rubicun- diores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Et sicut. Glo. Et. Ad Laudes, & per Horas. Aña.

Sancti tui dñe florebunt si- cut liliū, hal. & sicut odor balsami erunt ante te, hal. h. ps. Dñs reg. &. cū rel. Añ. In cęle- stibus regnis sanctorū habitatio est, hal. & in ęternum requies eo- rum, hal. Aña. In velamēto cla- mabunt sancti tui dñe, hal. hal. hal. Aña. Spiritus & animę iu- storum, hymnū dicite Deo no- stro, hal. hal. hal. Añ. Fulgebunt iusti sicut Sol in cōspectu Dei, hal. Cap. Stabunt. Hymnus.

Claro Paschali gaud'o
Sol mundo nitet radio
Cum Christum iam apostoli
Visu cernunt corporeo.
Ostensa sibi vulnera
In Christi carne fulgida,
Resurrexisse dominum
Voce fatentur publica.
Rex Christe Clementissime
Tu corda nostra posside,
Ut tibi laudes debitas
Reddamus omni tempore.
Quęsumus auctor omnium,
In hoc paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum patre, & sancto spiritu,
In sempiterna sęcla. ℟. Amē.

℣. Preciosa in cōspectu dñi, hal. ℟. Mors sanctorum eius, hal. hal. Ad Benedictus. Antiphona. Filię Jerusalē venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos domin⁹ in die so- lennitatis, & letitię, halleluiah, hal- leluiah. Oratio competens. Ad iij. Capl'. Stabunt. ℟. bre. Sci, & iusti in dño, gaudete hal. hal. ℣. Vos elegit Deus in he- reditatē sibi. ℣. Lux perpetua.

Ad Sextam. Capitulum.

Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei: & in- ter sanctos sors illorū est. ℟. bre. Sap 5.
Lux perpetua lucebit sanctis tuis dñe: Halleluiah, hal. hal. ℣. Et ęternitas temporum, Halle- luiah. ℣. Lętitia sempiterna.

Ad Nonam. Capitulum.

Scimus qm̄ diligentibus Deum oīa cooperanť in bonum: his, qui ſm propositū vocati sunt sancti. ℟. br. Lętitia sempiterna super capita eorum, Haleluiah, hal. ℣. Gaudium & exultationē obtinebūt. ℣. Pre- ciosa in cōspectu dñi, haleluiah. ℟. Mors sanctorum eius, halle. Ad vesp. Aña. Sancti tui dñe. cum rel. psal. de aplis, scilicet Dixit. s 2. Laudate pu. Credidi. In conuertendo. Dñe probasti. Cap.

Rom 8

Cap. Stabunt iusti. Hymnus. Tristes erant. 503. ℣. Preciosa in conspectu dñi, hal. ℟. Mors sanctoꝝ ei⁹, hal. Ad Mag. An. Sancti ꝛ iusti in dño gaudete, hal. vos elegit deus, in hereditatem sibi, hal. Oro competens.

IN NATALI

vnius mart. Extra tpꝯ Pascha. Ad vesp. añ. Qui me confes. 508. cũ rel. de Laud. ps. Dixit d. 52. cũ rel. de dñica. loco vlt. dz Laudate dñm oẽs gentes. 54. Cap.

Iac. I.



Beatus vir, q suffert tentationẽ, qm̃ cũ ꝓbatus fuerit, accipiet coronã vitę, quã re ꝓmisit de⁹ diligẽtib⁹ se. Hy⁹.

Deus tuorum militum
Sors, ꝛ corona, pręmiuꝫ,
Laudes canentes martyris
Absolue nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia,
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans,
Peruenit ad cęlestia.
Pęnas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter,
Pro te effudens sanguinem
Æterna dona possidet.
Ob hoc precatu supplici
Te poscimus piissime,
In hoc triumpho martyris,
Dimitte noxam seruulis.
Laus ꝛ perennis gloria,
Deo patri, ꝛ filio,
Sancto simul paraclito,
In sempiterna sęcula. ℟. Amẽ.

℣. Gloria, ꝛ honore coronasti eũ domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ad Magnificat. Antiphona. Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsqꝫ ad morteꝫ, ꝛ a verbis impiorum nõ timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. Pro martyre tm̃. Oratio.

Presta q̃s oṗs Deus: vt q beati N. martyris tui natalitia colimus: intercessione ei⁹ in tui nominis amore roboremur. Per dñm. Alia Oratio.

Presta q̃s oipotens Deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, ꝛ a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, ꝛ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum.

Pro martyre, ꝛ pontifice. Oro.

Infirmitatem nostram respice omnipotens Deus: ꝛ qa pondus ꝓprię actionis grauat, beati N. martyris tui atqꝫ Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per. Alia Oro.

Deus q nos beati N. martyris tui atque pontificis annua solennitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdẽ etiam protectione

lectione gaudeamus. Per dñs.
Ad Matutinū. Inuitatorium.
Regem martyrū dominū, Ue-
nite,adoremus. ps. Uenite. i.
Hymn⁹. Deus tuorū militum.
In i. noct. Añ. In lege dñi fuit
voluntas eius die ac nocte. ps.
Beatus vir. 2. Añ. Predicans
preceptū dñi, constitutus est
in monte sancto eius. ps. Qua-
re fre.2. Añ. Uoce mea ad do-
minū clamaui: ꝛ exaudiuit me
de monte sancto suo. ps. Dñe
qd.2. ℣. Gloria ꝛ honore corona-
sti eū dñe. ℟. Et constituisti eū
super opera manuum tuarum.
Pater nr̃. ℣. Et ne nos. Absol.
Exaudi dñe. Iube. Bñone.
Lectiones seq. j. noc. legunt in fe
sto mart. ꝛ pontifi. In festo autē
mar. nō pont. legunt que inferi⁹
posite sunt in cōi plur. martyrū.
De Act. apostolorum. Lectio j.

ca. 20. A Mileto Paulus mittens
Ephesum vocauit maiores
natu ecclesie: qui cum venissent
ad eum, ꝛ simul essent, dixit eis:
Uos scitis a prima die qua ingres
sus sum in Asiā qualiter vobiscū
per omne tēpus fuerim seruiēs
dño cum omni humilitate ꝛ la-
crymis ꝛ tentationibus: que mi
hi acciderūt ex insidiis Iudeo-
rum: quomodo nihil subtraxe-
rim vtilium, quo minus annun-
ciarem vobis, ꝛ docerem vos pu-
blice, ꝛ per domos, testificans
Iudeis, atqꝫ Gentib⁹ in Deum
penitentiam ꝛ fidem in dñm nō
strū Iesum Chrm. Et nunc ecce
ego alligatus spiritu vado in Ie
rusalē, que in ea ventura sint mi
hi ignorās, nisi q̄ spūs sanctus
per oēs ciuitates mihi protesta-
tur, dicēs: qm̄ vincula ꝛ tribula-
tiones Ierosolymis me manent:
sed nihil horū vereor, nec faciō
aiam meā pretiosiorem quā me;
dummodo cōsummem cursum
meum, ꝛ ministerium verbi qd̄
accepi a dño Iesu testificari euā
geliū gratie Dei. ℟. Iste sanct⁹
p lege Dei sui certauit vsqꝫ
ad mortē; ꝛ a verbis impiorum
non timuit. Fundatus enim erat
supra firmam petrā. ℣. Iste est
qui contempsit vitam mundi, ꝛ
peruenit ad celestia regna. Fun
datus. Iube. Unigenit⁹. L. ij.
Et nunc ecce ego scio, quia
amplius nō videbitis faciē
meam vos oēs p quos trāsiui p-
dicās regnū Dei. Quapropter
contestor vos hodierna die, qa mū
dus sum a sanguine omniū. Nō
enim subterfugi, quo minus an
nunciarem oē cōsiliū Dei vobis.
Attēdite vobis ꝛ vniuerso gre-
gi: in quo vos spūs sanct⁹ posuit
episcopos regere Ecclesiā Dei,
quam acquisiuit sanguine suo.
Ego scio qm̄ intrabūt post disces
sionem meā lupi rapaces in vos
non parcentes gregi, ꝛ ex vobis
ipsis exurgent viri loquētes per
uersa vt abducāt discipulos post
se. Pro-

ſe. Propter qđ vigilate memo/ria retinẽtes, qm̄ p trienniũ nocte ⁊ die nõ ceſſaui cũ lacrymis mo nẽs vnũquẽqȝ vim. ℟. Iuſtus germinabit ſicut liliũ. Et flore/bit in ęternũ ante dñm. ℣. Plã tatꝰ i domo dñi i atrijs domꝰ dei nr̄i. Et Iube. Spũs ſcti. L. iiij.

Et nunc cõmendo vos deo ⁊ verbo gratię ipſius, q po tens eſt ędificare, ⁊ dare hęredi/tatem in ſanctificatis omnibus. Argentum, ⁊ aurum, aut veſtẽ nullius cõcupiui, ſicut ipſi ſcitis, qm̄ ad ea quę mihi opus erant, ⁊ his qui mecũ ſunt miniſtraue rũt manus iſtę. Oĩa oſtendi vo/bis, qm̄ ſic laborãtes oportet ſu ſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi domini Ieſu, qm̄ ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quã ac cipere. Et cũ hęc dixiſſet, poſitis genibus ſuis orauit cũ oĩbus il/lis. Magnus autẽ fletus factus eſt oĩum, ⁊ procumbentes ſuper collũ Pauli, oſculabantur eum dolẽtes maxime in verbo quod dixerat, qm̄ amplius faciẽ eius nõ eſſent viſuri: ⁊ deducebant euȝ ad nauẽ. ℟. Iſte cognouit iuſtitiam, ⁊ vidit mirabilia ma/gna: ⁊ exorauit altiſſimũ: Et in/uẽtus eſt in numero ſanctoꝝ. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitã mũ di, ⁊ peruenit ad cęleſtia regna. Et inuentus. Gl̄ia. Et inuẽtus.

In ſecũdo noctur. Antiphona.

Filij hominũ ſcitote: qȝ dñs ſanctum ſuum mirificauit. Ps. 4.



Cum inuocarẽ exaudi uit me Deus iuſtitię meę: in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei: ⁊ exaudi oratio/nem meam.

Filij hominum vſquequo grã ui corde? vtquid diligitis vani/tatem, ⁊ quęritis mendacium?

Scitote quoniã mirificauit dñs ſanctũ ſuum: dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum.

Iraſcimini, ⁊ nolite peccare: q̃ dicitis in cordibꝰ veſtris, ⁊ in cu bilibus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificiuȝ iuſtitię, ⁊ ſperate in domino: multi dicũt, quis oſtendit nobis bona?

Signatuȝ eſt ſuper nos lumẽ vultꝰ tui domine: dediſti lętitiã in corde meo.

A fructu frumenti, vini, ⁊ olei ſui: multiplicati ſunt.

In pace in idipſum: dormiam ⁊ requieſcam.

Quoniaȝ tu domine ſingulari/ter in ſpe, conſtituiſti me.

Gloria. Añ. Filij hoĩum ſcito/te: qȝ dñs ſanctũ ſuũ mirificauit. Añ. Scuto bonę voluntatis tuę coronaſti euȝ dñe. Pſalm. 5.

Verba mea auribus perci/pe domine: intellige cla/morem meum.

Intende voci orationis meę, rex meus ⁊ Deus meus.

Qm̄ ad te orabo domine: mane

exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi: et videbo, qm̄ nō Deus volens iniqtatē tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes, qui operant iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
Virū sanguinū, et dolosum abominabitur, dn̄s: ego autē in multitudine misericordie tue.
Introibo in domū tuam: adorabo ad templum sanctum tuū in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meā.
Quoniam nō est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulcrū patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebāt, iudica illos Deus.
Decidāt a cogitationibus suis, sm̄ multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et letentur omnes, qui sperāt in te: in eternum exultabunt, et habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
Domine vt scuto bone volūtatis tue: coronasti nos.
Gloria patri. Añ. Scuto bone voluntatis tue coronasti eū dn̄e.
Añ. In vniuersa terra, gloria et honore coronasti eum. Ps. 8.

Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificentia tua: super celos.
Ex ore infantiū et lactentiū perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt d̄struas inimicū et vltorē.
Quoniā videbo celos tuos, opera digitorum tuorum: lunam et stellas que tu fundasti.
Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum.
Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues vniuersas, insuper et pecora campi.
Volucres celi, et pisces maris: qui perambulāt semitas maris.
Dn̄e dn̄s noster: quā admirabile est nomē tuū in vniuersa terra.
Gloria. Añ. In vniuersa terra, gloria, et honore coronasti eum.
℣. Posuisti domine sup caput eius. ℟. Coronam de lapide pretioso. Pater noster. Ipsius pietas. Iube. Deus pater.
Sermo s. Augustini epi. Lectio iiij.

Triumphalis beati martyris illi. dies hodie nobis anniuersaria celebritate recurrit: cuius glorificationi sicut congaudet Eclesia, sic eius pponit sequenda

quenda vestigia. Si enim cõpa/timur, ⁊ ꝯglorificabimur. In cu ius glorioso agone duo nobis ꝓ cipue cõsiderãda sunt, indurata videlicet tortoris seuitia, ⁊ martyris inuicta patientia. Seuitia tortoris, vt eã detestemur: patiẽtia martyris, vt eam imitemur. Audi Psalmistã aduersus malitiã increpãtẽ: Noli emulari in malignãtibus: qm̃ tanq̃ fenum velociter arescẽt. Quod autẽ ad uersus malignãtes patiẽtia exhibẽda sit, audi apostolũ suadẽtẽ: Patientia vobis necessaria est, vt reportetis ꝓmissiones. ℟. Honestũ fecit illũ dñs, ⁊ custodiuit eũ ab inimicis, ⁊ a seductoribus tutauit illũ. Et dedit illi claritatẽ eternã. ℣. Descẽditq̃ cum illo in foueã: ⁊ in vinculis non dereliquit eum. Et de. Iu be. Christus perpe. Lectio v.

Coronata itaq̃ beati martyris patientia, mancipata est eternis cruciatibus tortoris incorrecta malitia. Hoc attẽdens in agone suo gloriosus Christi athleta, non exhorruit carceres, ad imitationem capitis sui tolerauit ꝓbra, sustinuit irrisiones, flagella non timuit: ⁊ quot ante mortem pro Christo ptulit supplicia, tot ei de se obtulit sacrificia. Qd̃ enim ꝓpinante Apostolo biberat, alte retinebat: Quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futurã gloriã; que reuelabitur in nobis: ⁊ q͞r momentaneum hoc, ⁊ leue nr̃e tribulationis, eternũ glorie pondus operat in celis. Hui⁹ ꝓmissionis amore, a terrenis suspensus, ⁊ pregustata superne suauitatis dulcedine, ineffabiliter affectus, dicebat cum Psalmista, Quid mihi est in celo? ⁊ a te qd̃ volui sup terram? Defecit caro mea, ⁊ cor meũ, de⁹ cordis mei, ⁊ pars mea de⁹ in eternũ. ℟. Desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei dñe, Et voluntate labiorum eius nõ fraudasti eum. ℣. Quoniã preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Et. Iube. Ignem sui. L. vj.

Contemplabat enĩ, quantũ in enigmate infirmitas humana oculum mẽtis in eternitate figere põt, quanta sint superne ciuitatis gaudia: ⁊ ea narrare nõ sufficiens, admirãdo clamabat: Quid mihi est i celo? q̃si diceret, excedit vires meas, excedit facultatẽ eloquẽtie mee, transcẽdit capacitatem intelligentie mee illud decus, illa gloria, illa celsitudo: qua nobis a ꝯturbatione hominum remotis, in abscõdito faciei sue Jesus Chrs dñs noster reformauit corpus humilitatis nostre, cõfiguratũ corpori claritatis sue. Huius pfecte libertatis ꝯtẽplatione nullũ vitabat periculũ, nullũ horrebat supplicium:

cium: & si millies posset mori, nõ putabat se hãc digne posse aliq̃ ratione ꝓmereri. ℟. Stola iucunditatis induit eum dñs: Et coronã pulchritudinis posuit super caput eius. ℣. Cibauit illũ dominus pane vite, & intellect⁹: & aqua sapientie salutaris potauit illũ. Et cor. Gloria. Et cor.

In iij. noct. Añа. Justus dñs, & iustitiam dilexit, equitatem vidit vultus eius. Psalmus. 10.



In domino cõfido: quomodo dicitis anime mee: trãsmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce, peccatores intenderunt arcũ, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniã que perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?

Dominus in tẽplo sancto suo: dominus in celo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebre eius interrogãt filios hominum.

Dominus interrogat iustũ, & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet sup peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spirit⁹ procellarum, pars calicis eorum.

Quõ iustus dñs & iustitiã dilexit: equitatẽ vidit vultus eius.

Gloria. Añ. Justus dñs, & iustitiã dilexit, equitatem vidit vultus eius. Añа. Habitabit in tabernaculo tuo, requiescet in mõte sancto tuo. Psalmus. 14.

Domine, qs habitabit in tabernaculo tuo? aut qs requiescet in mõte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam.

Qui loquit veritatem in corde suo: q nõ egit dolũ i lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam nõ dedit ad vsuram, & munera sup innocentem non accepit.

Qui facit hec, non commouebitur in eternum.

Gloria. Añа. Habitabit in tabernaculo tuo: requiescet i mõte sancto tuo. Añ. Posuisti domine super caput eius: coronam de lapide pretioso. Ps. 20.

Domine in virtute tua letabitur rex: & super salutare tuũ exultabit vehementer.

Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Quõ preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide p̃tioso.

Uitam petijt a te, & tribuisti ei longitudinem dierũ in seculum: & in

⁊ in seculum seculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in seculũ seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat i dño: ⁊ in misericordia altissimi nõ cõmouebitur.

Inueniatur manus tua oibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos, vt clibanũ ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, ⁊ deuorabit eos ignis.

Fructuz eorũ de terra perdes: ⁊ semen eorum a filijs hominũ.

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt cõsilia, que non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum in reliquijs tuis: pparabis vultũ eorum.

Exaltare dñe i virtute tua: cãtabim⁹, ⁊ psallemus virtutes tuas. Gloria. Añа. Posuisti dñe super caput eius, coronaz de lapide ptioso. ℣. Magna est gloria eius in salutari tuo. ℟. Gloriaz ⁊ magnum decorem impones super eum. Pater noster. A vinculis. Iube. Euãgelica lectio.

Lcõ scti euã. sm Lucam. L. xiiij.

C.14. In illo tempore: Dixit Iesus turbis. Siquis venit ad me, ⁊ nõ odit patrem suum, ⁊ matrem, ⁊ vxorem, ⁊ filios, ⁊ fratres, ⁊ sorores, adhuc autem ⁊ animam suam, nõ potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij pape.

Si cõsideremus, fratres carissimi: q̃, ⁊ quanta sunt q̃ nobis pmittunt in celis, vilescũt animo oia, que habentur in terris. Terrena nãqz substantia, superne felicitati cõparata, põdus est nõ subsidiũ. Tẽporalis vita, eterne vite comparata, mors est potius dicenda, quam vita. Ipse eniz quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud, quam quedam prolixitas mortis? Que autez lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa superne ciuitatis quanta sint gaudia: angelorum choris interesse, cũ beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere, presentẽ Dei vultũ cernere, incircũscriptuz lumẽ videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis ppetue munere letari? Corona aurea sup caput eius. Expressa signo sanctitatis, gloria, honoris, ⁊ ope fortitudinis. ℣. Quoniaz preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Expressa. Iube. Cui⁹ festũ. Lectio.

Sed ad hec audita inardescit animus, iamque illic cupit assistere, vbi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna pmia peruenire non potest, nisi p magnos labores. Unde Paulus

 egre-

egregius predicator dicit: Non coronabitur, nisi q legitime certauerit. Delectet igitur mentez magnitudo premiorum, sed nõ deterreat certamen laborum. Unde ad se venientibus veritas dicit: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et vxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem, et aiam suam, nõ potest meus esse discipulus. R. Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suũ fudit. Qui minas iudicum non timuit, nec terrene dignitatis gloriam quesiuit, sed ad celestia regna peruenit. V. Justũ deduxit dñs per vias rectas, et ostẽdit illi regnum Dei. Qui. G lo. Qui. Sequẽs R. dĩ vit. loco in festis v. scõrũ mart. põtifi. Martini, Johã. Silueriũ Põtiani, et Marcelli. R. Domine preuenisti eum in bñdictionibus dulcedinis. Po suisti in capite eius coronam de lapide pcioso. V. Uitã petijt a te, et tribuisti ei longitudinẽ dierũ in sclm seculi. Pos. Gl. Po. Jube Ad societatem. Lec ix. Ed percontari libet: quo modo parentes, et carnaliter ppinquos precipimur odisse, qui iubemur et inimicos diligere? Et certe de vxore veritas dicit, Quõ Deus piunxit, homo non separet. Et Paulus ait: Uiri diligite vxores vestras, sicut et Chrũs Ecclesiã. Ecce, discipulus vxorẽ diligendã predicat, cũ magister dicat: Qui vxorẽ nõ odit, nõ põt me' esse discipulus. Nũquid aliud iudex nũciat, et aliud preco clamat? an simul et odisse possumus, et diligere? Sed si vis pcepti ppendimus, vtrũqz agere per discretionem valemus: vt eos, qui nobis carnis cognatione piuncti sunt, et quos proximos nouimus, diligam': et quos aduersarios in via dei patimur, odiendo, et fugiendo nesciamus. Ad Laudes, et per horas. Ana.

Omnis qui me pfessus fuerit coram hoibus, confitebor et ego eum coram patre meo. Ps. Dominus reg. 8. cum rel. Ana. Qui sequit me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ vite, dicit dominus. Ana. Qui mihi ministrat: me sequatur: et vbi ego sum, illic sit et minister meus. Ana. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eũ pater meus, qui est in celis, dicit dñs. Ana. Uolo pater, vt vbi ego sum, illic sit et minister me'. Capitu. Beatus vir qui suffert, vt supra in vesperis. Hymnus.

Martyr Dei, qui vnicum
Patris sequendo filium,
Uictis triumphas hostibus,
Uictor fruens celestibus.
Tui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Uite remouens tedium.
Soluta

Soluta sunt iam vincula
Cui sacrati corporis,
Nos solue vinclis seculi
Amore filij Dei.
Deo patri sit gloria,
Eiusq; soli filio,
Cum spiritu paraclito,
Et nunc et in perpetuũ. Amē.
℣. Iustus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Ad Benedictus. Añã. Qui odit aiam suã in hoc mundo, in vitam eternã custodit eã. Ad iij. Cap. Beat⁹ vir q suf. 505 ℟. Gloria, et honore Coronasti eũ dñe. ℣. Et ↄstituisti eũ sup opera manuũ tuarũ. Coronasti. ℣. Posuisti dñe super caput eius. ℟. Coronã de lapide precioso.

Ad Sextam Capitulum.

Eccle. 15 Cibauit illũ pane vite et intellectus, et aqua sapientie salutaris potauit illũ dominus Deus noster. ℟. Posuisti domine Super caput eius. ℣. Coronam de lapide precioso. Super. ℣. Magna est gloria eius in salutari tuo. ℟. Gloriã et magnũ decorem impones super eum.

Ad Nonam. Capitulum.

Eccle. 39. Iustus cor suũ tradidit ad vigilandũ diluculo, ad dominũ qui fecit illum: et in ↄspectu altissimi deprecabit. ℟. Magna est gloria eius, In salutari tuo. ℣. Gloriam et magnũ decorem impones sup eũ. In sal. ℣. Iustus vt palma florebit. ℟. Sicut cedr⁹ Libani multiplicabit.

Ad Vesperas. Antiphona.

Qui me ↄfessus fuerit. vt. ĩ. ps. Dixit dñs. 52. cum rel. et loco vlt. oĩ ps. Credidi. 54. Caplm. Beatus vir, q. 505. hymn. De⁹ tuorũ. ℣. Iustus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabit. Ad Mag. Añã. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

Alie lectiones pro vno martyre. De expositione s. Ambrosij epi in psalmum cxviij. Lectio iiij.



Principes psecuti sunt me gratis: et a verbis tuis trepidauit cor meũ. Bene hoc martyr dicit, quod iniuste psecutionũ tormenta sustineat, q nihil rapuerit, nullũ violentus oppresserit, nullius sanguinẽ fuderit, nulli⁹ torũ putauerit esse violãdũ: q nihil legibus debeat, et grauiora latronũ sustinere cogatur supplicia: q loquatur iuste, et nõ audiatur: q loquatur plena salutis, et ipugnetur: vt possit dicere: Cũ loquebar illis, impugnabãt me gratis. Gratis igitur psecutionẽ patitur, qui impugnatur sine crimine: ipugnatur vt noxius, cũ sit i tali ↄfessione laudabilis: impugnatur quasi veneficus, qui in noie dñi gloriatur, cũ pietas virtutum omniũ fundamentũ sit. ℟. Honestum fecit. 507. Lec. v.

Vere frustra impugnatur, qui apud impios, ⁊ infideles gratia impietatis accersitur, cũ fidei sit magister. Verũ q gratis impugnatur: fortis debet esse ⁊ constans. Quomodo ergo subtexuit: Et a verbis tuis trepidauit cor meum? Trepidare infirmitatis est, timoris atqȝ formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutẽ, est etiã timor sanctorũ. Timete dominum omnes sancti eius. Et beatus vir qui timet dominum. Qua ratione beatus? Quia in mandatis eius cupit nimis. ℟. Desiderium. Lcõ vj.

Pone ergo martyrẽ inter pericula cõstitutũ, cũ inde immanitas bestiarũ ad incutiendum terrorẽ infremat, aliunde stridor candentiũ laminarum, ⁊ flãma fornacis ardẽtis exęstuet, ex parte alia cõsonent tract⁹ grauiũ catenarũ, hinc carnifex cruẽtus assistat: pone inquã circũspectantẽ oia plena supplicijs, deinde cogitantem mãdata diuina, illũ ignẽ ꝑpetuũ, illud sine fine incẽdiũ ꝑfidorũ, illã pęnę recrudescẽtis ęrumnã: trepidare corde, ne, dũ pręsentibus cedat, ꝑpetuis se dedat exitijs: perturbari aio, dũ futuri iudicij rhomphęã illã terribilem quadã cõspectus specie cõtuetur. Nonne ad hanc trepidationem fiducię viri constantis ęqualis in eundem concurrit effectum cõfidentia cupientis ęterna, ⁊ diuina trepidantis? ℟. Stola iucunditatis.

Lcõ scĩ euã. scḋm Matthęũ. Lc. viij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Siquis vult venire post me, abneget semetipsum, ⁊ tollat crucẽ suam, ⁊ sequatur me. Et reliqua. 16.c.

Homilia sancti Gregorij papę.

Quia dñs, ac redẽptor noster nouus homo venit in mũdũ, noua pręcepta dedit mundo. Vitę enim nostrę veteri in vitijs enutritę cõtrarietatẽ opposuit nouitatis suę. Quid enim vetus, qd carnalis homo nouerat, nisi sua retinere, aliena rapere, si posset: cõcupiscere, si nõ posset? Sed cęlestis medicus singulis qbusqȝ vitijs obuiãtia adhibet medicamenta. Nã sicut arte medicinę calida frigidis, frigida calidis curantur, ita dñs noster cõtraria opposuit medicamenta peccatis: vt lubricis cõtinẽtiã, tenacibus largitatẽ, iracũdis mansuetudinẽ, elatis ꝑciperet humilitatẽ. ℟. Corona. 508. Lc. viij.

Certe cũ se sequẽtibus noua mãdata proponeret, dixit: Nisi qs renũciauerit oibus q̃ possidet, non potest meus esse discipul⁹: ac si aperte dicat. Qui ꝑ vitam veterẽ aliena cõcupiscitis, ꝑ nouę cõuersationis studiũ ⁊ vestra largimini. Quid vero in hac lectione dicat, audiamus. Qui vult venire post me, abneget

get semetipsum. Ibi dr, vt abnegemus nostra: hic dr, vt abnegemus nos: et fortasse laboriosum non est homini relinquere sua, sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus qppe est abnegare qd habet: valde enim multum est abnegare qd est. ℟. Hic est vere. Lcõ ix.

Hos se autẽ nobis venictib⁹ dñs precepit, vt renunciemus nr̃is: qa qui ad fidei agonẽ venimus, luctamen contra malignos spũs sumimus. Nihil autẽ maligni spũs in hoc mũdo proprium possidẽt: nudi ergo cũ nudis luctari debemus. Nã si vestitus quisquã cũ nudo luctaẽ, citius ad terram deijcit, qa habet vnde teneat. Quid enĩ sunt terrena omnia, nisi quedã corporis indumẽta? Qui ergo cõtra diabolum ad certamen pperat, vestimẽta abijciat: ne succumbat.

IN COMMVNI
Martyrũ, tẽpore Paschali.

Ad vẽ. Añ Sãcti tui dñe. vt infra, cũ reli. de Lau. ps. Dixit. 52. cũ reli. de Dñica. loco vlt. dr ps. Laudate dñm omnes. 54. Cap.

sap. 5.



Stabũt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, et qui abstulerunt labores eoꝝ. Hym. pro vno mart. Deus tuoꝝ militum. 505. vt ĩ.

Pro pluribus marty. dr hym. Rex gl'iose martyꝝ. 516 vt inferius in Laudi. de cõi plurium mar. extra tẽpus Paschale. ℣. Sancti et iusti in dño gaudete, hal. ℟. Vos elegit de⁹ in hereditatẽ sibi, hal. Ad Mag. Añ. Lux ppetua lucebit sanctis tuis dñe, et eternitas temporũ, hal'ab. Oratio si non adsit ppria, sumit de communi vnius vel plurium marty. extra tempus Paschale. Ad Mat. Inuit. Exultẽt in dño sancti, hal'ab. ps. Venite. Hym. p vno m̃. Deus tuoꝝ. 505. vt ŝ. Pro plurib. mar. Æterna Christi munera et martyrum. fo. 513. vt inferius i cõi extra tpe Pasc. In j noc. Añ. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerũt, haleluiah. Sub vna tantum añã, dicuntur Psalmi, quinq̃ habet nocturni. Psalmi de vno et plurib⁹ mar. Btũs vir. 2. Quare fre. Dñe qd. Lcõnes j noc. de scriptura q̃ occurrit tpe Pasch. i Offõ de tpe. ℣. Sancti et iusti in dño gaudete, hal'ab. ℟. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, haleluiah. j. ℟. Beatus vir q metuit dñm. hal. In mãdatis ei⁹ cupit nimis, hal. hal. hal. ℣. Gloria et diuitie in domo eius, et iustitia eius manet in seculũ seculi. In mãdatis. ij. ℟. Tristitia vr̃a, hal. Conuertetur in gaudiũ, haleluiah, haleluiah. ℣. Mundus autẽ gaudebit,

bit, vos vero contristabimini, sed tristitia vestra. Cõuertetur. iij. ℞. Preciosa in cõspectu dñi, bal. Mors sanctorum eius, bal. ℣. Custodit dñs oia ossa eorũ, vnum ex his nõ cõteret. Mors. In ij. noc. Añ Ecce quõ compu tati sunt inter filios Dei, ⁊ inter sanctos sors illorum est, balab. Psalmi vnius mart. Cum inuo ca. 506. Uerba mea Dñe dñs nr̃ Pro pluribus m̃. Dñe qs ha. 514. Conserua. Domini est terra. ℣. Lux perpetua lucebit sctis tuis dñe, bal. ℣. Et eternitas tempo rũ, bal. Pater noster. Absolu. Ipsius pietas. Iube. Deus pr̃, Sermo sci Ambrosij epi. Lc. iiij.

Dignum ⁊ congruum est fratres, vt post letitiã pa sche, quam in ecclesia celebraui mus, gaudia nostra cum sanctis martyribus conferamus: ⁊ iis annũciemus dñice resurrectio nis gloriã, qui cõsortes sunt dñi ce passionis. Qui enim socij sunt contumelie, debẽt ⁊ participes esse letitie. Ita enim dicit beatus apostolus: Sicut socij passionũ estis, ⁊ resurrectionis eritis. Si tolerabimus, inquit, ⁊ corregna bimus. Qui ergo tolerauerunt mala propter Christum; debẽt ⁊ gloriam habere cum Christo. ℞. Lux perpetua lucebit san ctis tuis, dñe. Et eternitas tem porum, balab, balab. ℣. Letitia sempiterna erit sup capita eoꝝ; gaudium ⁊ exultationẽ obtinẽ bunt. Et. Iube. Chrs. Lc. v.

Annunciemus, inquam, san ctis martyribus dñice re surrectionis gloriam, vt dum se pulture illius predicamus rese rata claustra, ⁊ hoꝝ sepulcra re serentur. Dũ corpus illius mor tuum dicimus tepẽtibus venis subito viguisse; hoꝝ quoqȝ mẽ bra iam frigida imortalitatis ca lore foueant. Eadẽ enim ratio martyres suscitat, que ⁊ dñm su scitauit. Nam sicut viam passio nis eius experti sunt, ita experiẽ tur ⁊ vite. Scriptum est enim in psalmo: Notas mihi fecisti vias vite. Hoc vtiqȝ in resurrectione ex persona dicit Saluatoris, qui dum post mortẽ ab inferis redit ad superos, incipiat notam ha bere viam vite, que antea habe bat ignota. ℞. In seruis suis, balab. Consolabitur Deus, bal. ℣. Iudicabit dñs populuȝ suũ, ⁊ in seruis suis. Consolabitur. Iube. Ignem sui. Lectio vj.

Ignota eni erat ante Chri sti aduentũ via vite, q̃ nul lius adhuc resurgẽtis fuerat te merata vestigio. At vbi dñs re surrexit, nota facta, solo attrita est plurimorum. De quibus san ctus euangelista ait: Multa cor pora sanctorum surrexerunt cũ eo, ⁊ introierunt in sanctam ci uitateȝ. Unde cum dñs in resur rectione sua dixerit: Notas mihi fecisti

fecisti vias vite, possumus & nos iam dicere domino: Notas fecisti nobis vias vite. Ipse enim nobis notas fecit vias vite, qui nobis semitã manifestauit ad vitã. Notas enim mihi fecit vias vite, cũ me docuit fidẽ, misericordiã, iustitiã & castitatem: his enim itineribus peruenitur ad salutem. R. Filie Jerusalem venite, & videte martyres cum coronis, quibus coronauit eos dominus. In die solemnitatis & letitie, halla. V. Quoniam confortauit seras portarum tuarũ, benedixit filios tuos i te. In die. Gloria. In die. In iii. noct. Añ Lux perpetua lucebit sanctis tuis dñe, & eternitas tẽporum, hal. Psal. vni⁹ m̃. In dño cõfi. 507. Dñe qs habit. Dñe in virt. Pro plurib. mart. Exultate iusti. 515. Benedicam dñm. Deus noster refugium. V. Letitia sempiterna supra capita eorum, hal. Gaudiũ, & exultationẽ obtinebunt, halla. Pi nr̃ A vinculis. Iube. Euãgelica. Lcõ i. euãg. sm Iohannẽ. L. viii.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: & pr̃ me⁹ agricola est. Et relĩ. Homilia Sancti Augustini epi.

Iste locus euãgelicus fratres, vbi se dicit dñs vitẽ, & discipulos suos palmites, secundũ hoc dicit, quod est caput ecclesie, nosq̃ membra eius, mediator Dei & hominum homo Christus Jesus. Vnius quippe nature sũt vitis & palmites. Propter quod cum esset Deus, cui⁹ nature non sumus, factus est homo vt in illo esset vitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possem⁹. R. Ego sum vitis vera, & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, halla. halelulah. V. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Qui. Iube. Cuius festum. Lcõ. viii.

Quid ergo est, Ego sum vitis vera? Nunquid addendo, vera: hoc ad eã vitem retulit, vnde ista similitudo trãslata est? Sic enim dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatem: quemadmodum dicitur ouis, agnus, leo, petra, lapis angularis, & cetera huiusmodi, que magis ipsa sunt vera: ex qb⁹ ducũt iste similitudines, nõ pprietates. Sed cũ dicit, Ego sum vitis vera, ab illa se vtique discernit, cui dr̃: Quomodo cõuersa es in amaritudinem vitis aliena? Nã quo pacto est vitis vera, que expectata est vt faceret vuas, fecit autẽ spinas? R. Candidi facti sũt Nazarei eius, halab: splendorem Deo dederunt. halla: & sicut lac coagulati sunt, hal. hal. V. Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Et. Iube Ad societatem. Lectio ix.

Ego

Ego sum, inquit, vitis vera: ꝛ pr̄ meus agricola est. Nū-quid vnū sunt agricola ꝛ vitis? Secundū hoc ergo vitis Christus, secundū qḋ ait: Pater maior me est. Secundum autem id quod ait: Ego ꝛ pr̄ vnū sumus, ꝛ ipse agricola est: nec talis quales sunt, qui extrinsecus operando exhibent ministeriū, sed talis, vt det etiam intrinsecus incrementum. Nā neq̄ qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremētum dat, Deus: sed vtrīq̄ Deus est Christus: q̄a Deus erat verbum, vnde ipse ꝛ pater vnum sunt: ꝛ, si verbum caro factum est, quod non erat, manet tamen quod erat.

Ad Laudes ꝛ per horas. Añā.

Sancti tui dñe florebunt, sicut liliū, halab. et sicut odor balsami erunt ante te, hal. ps. Dñs reg. 8. cū rel. An. In celestibus regnis sanctorum habitatio est, hal. ꝛ in eternum reges eoꝝ, hal. An. In velamēto clamabūt sancti tui dñe, hal. hal. hal. Añā Spūs ꝛ anime iustorū hymnum dicite Deo nostro, hal. hal. An. Fulgebunt iusti sicut sol in ꝯspectu Dei, hal. Cap. Stabunt iusti. vt s. Hym. p vno mart. Martyr Dei. 508. vtē in alio cōi. Pro plu. marty. Rex gloriose martyrū. fol. 516. vt infra in cōi plurium martyrū. ℣. Preciosa in ꝯspectu dñi, hal. ℟. Mors sanctoꝝ eius, halab. Ad Bñd. An. Filie Jerusalē venite, ꝛ videte martyres cū coronis, quibus coronauit eos dñs, i die solēnitatis, ꝛ letitie, hal. hal. Oratio de vno vel plurib. mart.

Ad iii. Cap. Stabūt iusti. ℟. br. Sci ꝛ iusti i dño gaudete, hal. halab. ℣. Vos elegit Deus in hereditatē sibi. Halab. Gloria Sancti. ℣. Lux perpetua lucebit sanctis tuis dñe, hal. ℟. Et eternitas temporum, haleluiah.

Ad Sextam. Capitulum.

Ecce quō cōputati sunt in- 5. Sap.
ter filios Dei, ꝛ inter sctōs sors illoꝝ est. ℟. br. Lux ppetua lucebit sctis tuis dñe. Hal. hal. ℣. Et eternitas tēpoꝝ. Hal. Gl. Lux. ℣. Letitia sempiterna sup capita eoꝝ, hal. ℟. Gaudiū ꝛ exultationē obtinebunt. Hal.

Ad Nonam. Capitulum.

Scimus quoniam diligen- 8. Ro.
tibus Deū omnia cooperantur in bonum, his qui secūdum propositū vocati sunt sancti. ℟. br. Letitia sempiterna super capita eorum, Hal. halab. ℣. Gaudium ꝛ exultationē obtinebunt. Halab. Gloria. Letitie. ℣. Preciosa in ꝯspectu dñi, hal. ℟. Mors sanctorum eius, hal. Ad vespe. An. Sancti tui dñe, cū rel. vt in Laud. ps. Dixit. 52. cū rel. loco vlt. ps. Credidi. 54. Cap. Stabūt iusti. Hym. Deus tuorum mili. 505. p vno mar.

Pro

Pro plurib⁹. Rex gloriose martyr. 516. ℣. Pretiosa in ɔspectu dñi, hal. ℟. Mors scõꝝ ei⁹, hal. Ad Mag. Añа. Sancti ꝛ iusti in dño gaudete, hal. Uos elegit Deus in hereditatem sibi, hal.

Aliae lec. pro marty. tpe Pasch. Ex epistola S. Cypriani marty. ad martyres ꝛ ɔfessores. L. iiij.



Quibus ego vos laudibus pdicem fortissimi martyres ꝛ robur pectoris vři, pseuerātiā fidei quo pconio vocis exornē? Tolerastis vsqꝫ ad ɔsummationē glorię durissimā q̄stionē: nec cessistis suppliciis, sed vobis potius supplicia cesserūt. Finē dolorib⁹, quē tormēta nō dabāt, coronę dederūt. Laniena grauior ad hoc diu pseuerauit, nō vt stātē fidē deiiceret, sed vt hoīes dei ad deū velocius mitteret. L. v.

Uidit admirans pręsentiū multitudo cęleste certamen, certamē Dei, certamen spiritale, prælium Chři, stetisse seruos eius voce libera, mente incorrupta, virtute diuina, telis quidem sęcularibus nudos, sed armis fidei ardētis armatos. Steterunt torti, torquētibus fortiores: ꝛ pulsantes ac laniantes vngulas, pulsata ac laniata mēbra vicerūt. Inexpugnabilem fidē superare nō potuit sęuiens diu plaga repetita, q̄uāuis rupta cōpage viscerum torquerentur in seruis Dei iam nō membra, sed vulnera. Fluebat sanguis q̄ incendiū persecutionis extinguēret, qui flammas ꝛ ignē gehēnę glorioso cruore sopiret. L. vj.

Qualе illud fuit spectaculū dño, q̄ꝫ sublime, q̄ꝫ magnū, quā Dei oculis sacramēto, ac deuotione militis eius acceptū, sicut scriptū est in psalmis, spū sancto loquēte ad nos pariter ꝛ monente. Pretiosa in conspectu dñi mors sanctoꝝ eius: pretiosa mors hęc quę emit immortalitatē ptio sui sanguinis: q̄ accepit coronā de ɔsummatione virtutis. Quā lętus illic Christus fuit, quā libēs in talibus seruis suis ꝛ pugnauit, ꝛ vicit protector fidei dans credentibus tantū, quantū se credit capere qui sumit: certamini suo affuit, pręliatores atqꝫ assertores sui nominis erexit, corroborauit, animauit. Et q pro nobis mortē semel vicit, semp vincit in nobis.

Lectio s. euāg. fm̄ Iohānē. L. vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum c. 15. vitis ꝛ vos palmites: qui manet in me, ꝛ ego in eo: hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini epi.

Ne quisquā putaret saltem paruū aliquē fructū posse a semetipso palmitem ferre, cū hęc dixisset: Hic fert fructū multum

tū: nō ait, qa sine me parū potestis facere, sed nihil potestis facere. Siue ergo parū, siue multū, sine illo fieri nō potest, sine quo nihil fieri potest: qa etsi parū attulerit palmes, cū purgat agricola, vt plus afferat, tñ nisi in vite māserit, & vixerit de radice, quātūlibet fructum a semetipso nō potest ferre. Quāuis aūt Chūs vitis nō esset, nisi homo esset: tñ istā gratiā palmitibus non p̄beret, nisi etiā Deus esset. Lectio v.

Verū qa ita sine ista grā nō pōt viui, vt & mors in potestate sit liberi arbitrij: Siqs in me, inquit, nō manserit, mittet foras sicut palmes, & arescet, & colligēt eū, & in ignē mittēt, & ardet. Ligna itaqꝫ vitis tanto sunt ꝯtēptibiliora si in vite non māserint, quāto gloriosiora si manserint. Deniqꝫ sicut de his etiā p Ezechielē p̄phetā Dñs dicit, p̄cisa nullis agricolaꝝ vsib⁹ p̄sunt, nullis fabrilibus opibus deputanf. Unum de duobus palmiti cōgruit, aut vitis, aut ignis: si in vite non est, in igne erit: vt ergo in igne non sit, in vite sit. Lectio vi.

Si manseritis in me, inqt, & verba mea in vobis mānserint, quodcunqꝫ volueritis petetis, & fiet vobis. Manendo qppe in Chrō qd velle possunt, nisi qd̄ cōuenit Chrō? Quid velle possunt manēdo i saluatore, nisi qd̄ nō est alienū a salute? Aliud qppe volum⁹, qa sum⁹ in Chrō, & aliud volumus, qa sumus adhuc in hoc sclō. De māsione nāque huius sclī nobis aliqñ subrepit, vt hoc petamus, qd̄ nobis nō expedire nescimus. Sed absit, vt fiat nobis si manemus in Chrō, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis.

IN COMMVNI

Confess. virginum, & non virgi. & Dedica Eccl'ie tpe Paschali. O. iā fit vt inferius in aliis tpibus, sed in fine ad Inuit. Añas, N. Re. tā breuia, quā alia additur Halleluiah. Et tres psalmi dicūtur per singulos nocturnos sub prima antiphona illius noctur.

IN NATALITIIS

plurimoꝝ mar. extra tps pasch. Ad Vesperas, Antiphona. Oēs sancti. cū rel. de laud. ps. Dixit dñs. 52. cum rel. de dñica. loco vlt. dicitur Laudate domīnum omnes gentes. 54. Cap.



Iustoꝝ animę i manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientiuꝫ mori: illi autem sunt in pace. 3. sap. Hymnus. Sanctorum

Sanctorum meritis incly-ta gaudia
Pangamus socij, gestaq; fortia,
Nam gliscit animus promere cantibus
Uictorum genus optimũ.
Hi sunt quos retinens mũdus
inhorruit.
Ipsũ nã sterili flore peraridũ
Spreuere penitus, teq; secuti
sunt,
Rex Christe bone celitus.
Hi pro te furias atq; ferocia
Calcarũt hoĩuz seuaq; verbera,
Cessit his lacerans fortiter vn-
gula,
Nec carpsit penetralia,
Cedunt gladijs more bidẽtiũ:
Non murmur resonat, nõ que-
rimonia:
Sed corde tacito mẽs bñ cõscia
Conseruat patientiam.
Que vox, que poterit lingua re
texere,
Que tu martyribus munera
preparas?
Rubri nã fluido sanguine lau
reis
Ditantur bene fulgidis.
Te sũma deitas, vnaq; poscim9
Ut culpas abluas, noxia sub-
trahas,
Des pacẽ famulis, nos quoque
gloriam
Per cũcta tibi scl'a. Amẽ. V.
Letamini i dño, & exultate iusti.
R. Et glĩamini oẽs recti corde.
Ad Mag. Añ. Istorũ est enim
regnum celorum, qui contem
pserunt vitam mũdi, & peruenẽ
runt ad premia regni, & lauerũt
stolas suas i sanguine agni. Oro.
Deus q nos annua sancto-
rum martyrum tuorũ N.
& N. solẽnitate letificas: concede
propitius: vt, quorũ gaudemus
meritis, accendamur exemplis.
Per dominum. Alia Oratio.
Deus, qui nos cõcedis san-
ctorum martyrum tuorũ,
N. & N. Natalitia colere: da no-
bis in eterna beatitudine de eo-
rum societate gaudere. Per do.
Alia Oratio pro pluribus mar-
tyribus & Pontificibus.
Beatorũ martyrũ pariterq;
pontificũ N. & N. nos q̃s
dñe festa tueãtur, & eorũ cõmen-
det oratio veneranda. Per do.
Ad Matutinum. Inuitatoriũ.
Regem martyrum dñm, Ueni-
te adoremus. ps. Uenite. Hym.
Eterna Christi munera,
Et martyrum victorias,
Laudes canentes debitas,
Letis canamus mentibus.
Terrore victo seculi,
Penisq; spretis, corporis,
Mortis sacre compendio
Uitam beatam possident.
Traduntur igni martyres,
Et bestiarum dentibus:
Armata seuit vngulis
Tortoris insani manus.
Nudata pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur:
Sed permanent immobiles,

Uitę perennis gratia.
Te nunc redemptor quęsumus,
Ut martyrum consortio
Jungas precantes seruulos
In sempiterna sęcula. Amen.

In j. noct. Añ. Secus decursus aquarum plātauit vineā iusto rum: et in lege dñi fuit volūtas eorum. ps. Beat⁹ vir. z. Añ. Tanqꝫ aurum in fornace probauit electos dñs: et quasi holocausta accepit eos i ęternū. ps. Quare fr. z. Añ. Si coram hominibus tormenta passi sunt: spes electorum est imortalis in ęternū. ps. Dñe qd mult. z. ℣. Lętamini in dño, et exultate iusti. ℟. Et gloriamini oēs recti corde. Pater noster. Exaudi. Iube. Bñdictione.

De epist. b. beati pauli apostoli ad Romanos. Lectio j.

Ro 8. Fratres, debitores sum⁹ nō carni vt fm carnē viuam⁹. Si enim fm carnem vixeritis, moriemni: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunqꝫ enim spū Dei agunt, hi sunt filij Dei. Nō enim accepistis spūm seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, i quo clamamus, abba pater. Ipse enim spūs testimonium reddit spūi nostro, qꝫ summus filij Dei. Si aūt filij et hęredes, hęredes qdē Dei, cohęredes autē Christi, si tamē cōpatimur, vt et conglorificemur. Existimo enim qꝫ non sunt cōdignę passiones huius tpis ad futuram gloriā, quę reuelabit in nobis. Nā expectatio creaturę reuelationem filiorum Dei expectat. ℟. Absterget Deus oēm lacrymā ab oculis sanctorum, et iam nō erit ampli⁹ neqꝫ luct⁹, neqꝫ clamor, sed nec vll⁹ dolor, Quā priora transierunt. ℣. Non esuriēt, neqꝫ sitiēt amplius, neqꝫ cadet super illos sol, neqꝫ vllus ęstus. Quā. Iube. Unigenitus. Lc. ij.

Scimus autem, qm̄ diligentibus Deum oia cooperātur in bonum his qui fm propositum vocati sunt sancti. Nā quos pręsciuit, et prędestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Quos autē predestinauit, hos, et vocauit: et quos vocauit, hos et iustificauit, quos aūt iustificauit, illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hęc? Si Deus, pro nobis, qs cōtra nos? Qui etiam proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis oibus tradidit illum, quō non etiā cum illo oia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui cōdēnet? Christus Jesus qui mortuus est, immo qui et resurrexit, q est ad dexterā Dei, q etiam interpellat pro nobis. ℟. Uiri sancti gloriosum sanguinē fuderūt pro dño, amauerunt Christū in vita sua, imitati sunt eū in morte sua. Et ideo

ideo coronas triũphales meruerũt. ℟. Un⁹ spũs ꝛ vna fides erat in eis. Et. T ube. Spũs sci. l.iij.

Quis ergo nos separabit a charitate Christi: tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculũ? an psecutio? an gladius? Sicut scriptum est: Qꝛ propter te mortificamur tota die, estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in his oibus superamus ppter eũ qui dilexit nos. Certus sum enim, qꝛ neqꝫ mors, neqꝫ vita, neqꝫ angeli, neque principatus, neqꝫ virtutes, neqꝫ instãtia, neqꝫ futura, neqꝫ fortitudo, neqꝫ altitudo, neqꝫ pfunduꝫ, neqꝫ creatura alia, poterit nos separare a charitate Dei que est in Christo Jesu dño nostro. ℟. T radiderũt corpora sua ppter deũ ad supplicia: Et meruerunt habere coronas perpetuas. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione: ꝛ lauerũt stolas suas in sanguine agni. Et meruerunt. G loria. Et me. In ij. noc. Aña. Dabo scis meis locum nominatum in regno patris mei, dicit dñs. Psalm. 14.



Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: ꝛ operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: q nõ egit dolũ i lingua sua.

N ec fecit proximo suo maluꝫ: ꝛ opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

A d nihilũ deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, ꝛ non decipit: qui pecuniam suam nõ dedit ad vsuram, ꝛ munera sup innocentem non accepit.

Qui facit hec: nõ commouebitur in eternum.

G loria pa. Aña. Dabo sanctis meis locum nominatum in regno patris mei, dicit dñs. Aña. Sanctis, q in terra sunt eius: mirificauit omnes voluntates meas inter illos. Psalmus. 15.

Conserua me domine, qm̃ speraui in te: dixi domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

S anctis q in terra sunt eius: mirificauit omnes volũtates meas in eis.

M ultiplicate sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

N on congregabo cõuenticula eoꝝ de sanguinibus: nec memor ero nominũ eoꝝ per labia mea.

D ñs pars hereditatis mee, ꝛ calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

F unes ceciderunt mihi in preclaris: etenim hereditas mea p̃clara est mihi.

B enedicã dñm, q tribuit mihi intel

intellectū:insuper ⁊ vsq3 ad noctē increpuerūt me renes mei.
Prouidebā dñm in conspectu meo semper:quoniam a dextris est mihi ne commouear.
Propter hoc lętatū est cor meū ⁊ exultauit lingua mea:insuper ⁊ caro mea requiescet in spe.
Qm̄ nō derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionē.
Notas mihi fecisti vias vitę: adimplebis me lętitia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq3 in finem.
Gloria. Añ. Sanctis qui in terra sunt eius: mirificauit omnes voluntates meas inter illos.
Añ. Sancti, qui sperant in domino, habebunt fortitudinē: assument pennas: vt aquilę volabunt, ⁊ non deficient. ps.23.
Domini est terra, ⁊ plenitudo eius: orbis terrarū ⁊ vniuersi qui habitant in eo.
Quia ipse sup maria fundauit eū: ⁊ sup flumina pparauit eū.
Quis ascendet in montē dñi ⁊ aut quis stabit in loco scō eius?
Innocēs manibus ⁊ mūdo corde, q nō accepit i vano aiam suā: nec iurauit in dolo pximo suo.
Hic accipiet bñdictionē a dño: ⁊ mīiā a deo salutari suo.
Hęc est generatio quęrētiū eū: quęrentium faciē Dei Jacob.
Attollite portas principes vestras, ⁊ eleuamini portę ęternales:⁊ introibit rex glorię.
Quis est iste rex glorię? dñs fortis,⁊ potēs:dñs potens i prelio.
Attollite portas principes vestras, ⁊ eleuamini portę ęternales:⁊ introibit rex glorię.
Quis est iste rex glorię? dominus virtutum ipse est rex glorię.
Gloria. Añ. Sancti qui sperāt in dño, habebunt fortitudinem, assument pennas: vt aquilę volabunt, ⁊ nō deficiēt. ℣. Exultent iusti in cōspectu Dei. ℟. Et delectentur in lętitia. Pater noster. Ipsius pietas. Iube, Deus pa. Sermo s. Augustini epi. Le.iij.

Quotiescūq3 fratres carissimi sanctorum martyrū solēnia celebramus, ita ipsis intercedentibus expectem⁹a dño cōsequi tēporalia beneficia, vt ipsos martyres imitādo, accipere mereamur ęterna. Ab eis enim sanctorū martyrū in veritate festiua gaudia celebrātur, q ipsorū martyrū exempla sequuntur. Solennitates enī martyrū exhortationes martyriorū sunt, vt imitari non pigeat, qđ celebrare delectat. ℟. Sācti tui dñe mirabile consecuti sunt iter seruientes pręceptis tuis, vt inuenirent illęsi in aquis validis. Terra apparuit arida: ⁊ i mari rubro via sine impedimēto. ℣. Qm̄ pcussit petram,⁊ fluxerūt aquę,⁊ torrentes inūdauerūt. Terra. Iube. Christus perpe. 515. Le.v.

Sed

Sed nos volumus gaudere cũ sanctis: ⁊ tribulationes mũdi nolumus sustinere cũ illis. Qui enim sanctos martyres vel inquãtũ potuerit noluerit imitari, ad eoꝝ beatitudinem nõ poterit peruenire. Sic ⁊ apostolus Paulus prędicat dicẽs: Si fuerimus socij passionũ, erimus ⁊ cõsolationũ. Et dñs in euangelio: Si mundus vos odit: scitote, qꝫ me priorem vobis odio habuit. Recusat esse in corpore, q odium nõ vult sustinere cum capite. ℟. Uerbera carnificũ non timuerũt sancti Dei morientes ꝑ Christi noie: Ut heredes fierẽt in domo dñi. ℣. Tradiderũt corpora sua ꝓpter deũ ad supplicia. Ut. Iube. Ignez sui. Lectio sexta.

Sed dicet aliquis. Et quis est, qui possit beatoꝝ martyrum vestigia sequi? Huic ego respondeo: Quia nõ solũ martyres, sed ⁊ ipsum dñm cũ ipsius adiutorio: si volumus possumus imitari. Audi non me, sed ipsum dñm generi humano clamantẽ: Discite a me, qꝫ mitis sum, ⁊ humilis corde. Audi ⁊ beatũ Petrũ apostolũ admonentẽ: Christus pro nobis passus est, vobis relinquẽs exẽplũ, vt sequamini vestigia eius. ℟. Tanqꝫ aurũ in fornace probauit electos dñs, ⁊ quasi holocausti hostiam accepit illos, ⁊ in tpe erit respect᷒ illoꝝ: Quia donũ, ⁊ pax est electis Dei. ℣. Qui cõfidũt in illum, intelligẽt veritatẽ: ⁊ fideles in dilectione acqesce͂t illi. Quia. Gl. Quia.

In iij. noct. Añ. Iusti autẽ in perpetuum viuent: ⁊ apud dñm est merces eorũ. Psalmus. 32.

Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.

Confitemini dño in cithara in psalterio decem chordaꝝ psallite illi.

Cantate ei canticũ nouum: bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectũ est verbum domini: ⁊ omnia opera eius in fide.

Diligit misericordiã ⁊ iudiciũ misericordia dñi plena est terra.

Uerbo dñi celi firmati sunt: ⁊ spũ oris eius omnis virtus eoꝝ.

Cõgregans sicut in vtre aquas maris: ponẽs i thesauris abyssos.

Timeat dñm omnis terra: ab eo autem cõmoueantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniã ipse dixit, ⁊ facta sunt: ipse mandauit, ⁊ create sunt.

Dñs dissipat cõsilia gentiũ: reprobat autẽ cogitationes populoꝝ, ⁊ reprobat ↄsilia principum.

Cõsiliũ autẽ dñi in ęternũ manet: cogitationes cordis eius in generatione, ⁊ generationem.

Beata gens, cuius est dominus Deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi.

De celo respexit dominus: vidit omnes filios hominum.

De pparato habitaculo suo:re spexit sup oẽs, q habitãt terraȝ.
Qui finxit singilatim corda eorum: q intelligit oia opera eorũ.
Nõ saluatur rex per multã virtuteȝ: ⁊ gigas non saluabitur in multitudine virtutis suę.
Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suę non saluabitur.
Ecce oculi dñi super metuentes eum:⁊ in eis qui sperant super misericordia eius.
Ut eruat a morte animas eoꝝ: ⁊ alat eos in fame.
Anima nr̃a sustinet dñm: qm̃ adiutor ⁊ protector noster est.
Quia in eo lętabit cor nr̃m: ⁊ in noie sancto eius sperauimus.
Fiat misericordia tua dñe sup nos: quẽadmodũ sperauim⁹ i te.
Gloria. Aña Justi auteȝ in perpetuum viuent: ⁊ apud dñm est merces eorum. Aña. Tradiderunt corpora sua in mortem, ne seruirent idolis,ideo coronati possident palmaȝ. Psalm 33.
Benedicã dñm i omni tpe: semp laus ei⁹ in ore meo.
In dño laudabit aia mea: audiant mansueti,⁊ lętentur.
Magnificate dñm mecũ,⁊ exaltemus nomen eius in idipsum.
Exquisiui dñm, ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Accedite ad eũ, ⁊ illuminamini:⁊ facies vr̃ę non ɔfundentur.
Iste paup clamauit, ⁊ dñs exaudiuit eum:⁊ de omnibus tribulationibus ei⁹ saluabit eum.
Immittet angel⁹ dñi in circuitu timentiũ eum: ⁊ eripiet eos.
Gustate ⁊ videte qm̃ suauis est dñs: beatus vir q sperat in eo.
Timete dñm oẽs scti eius: qm̃ non est inopia timentibus euȝ.
Diuites eguerunt,⁊ esurierũt: inquirentes autẽ dñm, non minuentur omni bono.
Uenite filii,audite me: timoreȝ domini docebo vos.
Quis est homo,qui vult vitaȝ: diligit dies videre bonos?
Prohibe linguã tuam a malo: ⁊ labia tua ne loquantur doluȝ.
Diuerte a malo,⁊ fac bonũ: inquire paceȝ, ⁊ persequere eam.
Oculi dñi super iustos:⁊ aures eius in preces eorum.
Uultus autẽ dñi super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
Clamauerunt iusti,⁊ dñs exaudiuit eos:⁊ ex oibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dñs his, q tribulato sũt corde,⁊ humiles spũ saluabit
Multe tribulationes iustoruȝ: ⁊ de oibus his liberauit eos dñs.
Custodit dñs omnia ossa eorũ: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatoꝝ pessima: ⁊ qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dñs animas seruoruȝ suoꝝ: ⁊ non delinquent omnes qui

qui sperant in eo.
Gloria. Ant. Tradiderunt corpora sua in mortem, ne seruirēt idolis: ideo coronati possident palmam. Ant. Ecce merces sanctorum copiosa est apud Deū: ipsi vero mortui sunt pro Christo, & viuent in eternum. Ps. xlv.

Deus nr̄, refugiū, & virtus: adiutor in tribulationibus, que inuenerūt nos nimis.
Propterea non timebimus dū turbabitur terra: & transferētur montes in cor maris.
Sonuerūt, & turbate sunt aque eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuitatē Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.
Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eā Deus mane diluculo:
Conturbate sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, & mota est terra.
Dn̄s virtutum nobiscū: susceptor noster Deus Jacob.
Venite, & videte opera dn̄i, que posuit prodigia sup terrā: auferens bella vsq3 ad finem terre.
Arcum conteret & confringet arma: & scuta comburet igni.
Uacate, & videte, qm̄ ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiscū: susceptor noster Deus Jacob
Gloria. Ant. Ecce merces sanctorum copiosa est apud deum, ipsi vero mortui sunt pro Christo: & viuent in eternum. V. Justi autem in perpetuū viuent. R. Et apud dominum est merces eorum. Pater noster. A vinculis. Jube. Euāgelica lectio. Lec. s. euāgelium scḋm Lucam. L. vii.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Cū audieritis prelia, & seditiones nolite terreri: oportet primū hec fieri, sed nondum statim finis. Et reli. Homelia. bt̄i Gregorii pape.

Dominus ac redēptor noster perituri mūdi pcurrentia mala denunciat: vt eo minus pturbent venientia, quo fuerint prescita. Minus enī iacula feriunt que preuidētur: & nos tolerabilius mūdi mala suscipimus, si cōtra hec per prescientie clypeū munimur. Ecce etenī dicit. Cū audieritis prelia, & seditiones nolite terreri: oportet enim primū hec fieri, sed nondū statim finis. Pensanda sunt verba redēptoris nostri, per que nos aliud interius, aliud exterius passuros esse denūciat: Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad ciues. Ut ergo nos indicet interius exteriusq3 turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud a fratribus perpeti. R. Propter testamētum dn̄i & leges paternas sancti Dei perstiterūt in amore frater

21. ca.

fraternitatis. Et vnus fuit semper spūs in eis, ꝛ vna fides. ℣. Ecce quā bonū ꝛ quā iucundū habitare fratres in vnū. Quia. Iube. Quorum. Lectio viij.

Sed his malis pꝛeuenientibus, quia non statim finis sequatur, adiungit: Surget gēs ꝯtra gentem, ꝛ regnuꝫ aduersus regnū, ꝛ terremot⁹ magni erūt per loca, ꝛ pestiletię, ꝛ fames: terroresq; de cęlo, ꝛ signa magna erūt. Ultima tribulatio multis tribulationibus pꝛeuenit: ꝛ per crebra mala, quę pꝛeueniūt, indicantur mala perpetua, quę subsequētur. Et ideo post bella ꝛ seditiones nō statim finis: q₂ multa debent mala pcurrere, vt malum valeant sine fine nunciare.

℟. Sancti mei, q in carne positi certamē habuistis. Mercedē laboꝛis ego reddā vobis. ℣. Uenite benedicti pr̄is mei, pcipite regnuꝫ. Merce. Gloꝛia. Merce.

Seq. ℟. c. post viij. vł ij. lect. in festo plurium mar. fratrum. ℟. Hec est vera fraternitas, q̄ nūq̄ꝫ potuit violari certamine, q effuso sanguine secuti sunt dn̄ꝫ. Cōtemnentes aulam regiaꝫ, peruenerūt ad regna cęlestia. ℣. Ecce quā bonuꝫ ꝛ quā iucundum habitare fratres in vnum. Cōtem. Iube. Ad societatem. Lcō ix.

Sed cum tot signa pturbationis dicta sint: opoꝛtet, vt eoꝝ consideratione, breuiter singula pstringamus. Quia necesse est, vt alia e cęlo, alia e terra; alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra gentē, ecce pturbatio hoīum: erunt terręmotus magni p loca, ecce respectus irę desuper: erūt pestilentię, ecce inęqualitas coꝛpoꝛum: erit fames, ecce sterilitas terrę: terroresque de cęlo ꝛ tēpestates, ecce inęqualitas aeris. Quia ergo oīa ꝯsummāda sunt, ante cōsummationē omnia perturbātur: ꝛ q₂ in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur: vt impleatur quod dicitur: Pugnabit pꝛo eo oꝛbis terrarum contra insensatos.

Ad Laudes, ꝛ per horas. Añ.

Omnes sancti quāta passi sunt toꝛmenta: vt securi peruenirēt ad palmā martyrij ꝑs. Dn̄s regn. 8. cum rel. Añā. Cū palma ad regna peruenerunt sancti, coꝛonas decoꝛis meruerūt de manu Dei. Añ. Coꝛpoꝛa sanctoꝛuꝫ in pace sepulta sunt: ꝛ viuent noīa eoꝝ in ęternum. Añ. Martyres dn̄i dn̄m bn̄dicite in ęternuꝫ. Añ. Martyrum choꝛus laudate dn̄m de cęlis, halleluiah. Capitulum. Iustoꝛuꝫ anime. ſ 12. Hymnus.

Rex gloꝛiose martyrum,
Coꝛona confitentium,
Qui respuentes terrea
Perducis ad cęlestia.
Aurem benignam pꝛotinus
Appone

Appone nostris vocibus,
Trophea sacra pangimus,
Ignosce quod deliquimus.
Tu vincis in martyribus.
Parcendo confessoribus,
Tu vince nostra crimina,
Donando indulgentiam.
Deo patri sit gloria.
℣. Exultabūt sancti i gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus suis.
Ad Benedictus. Antiphona.
Vestri capilli capitis oēs numerati sunt: nolite timere, multis passeribus meliores estis vos.
Ad iii. Cap. Iustoꝝ aiē. 512. ℟. Letamini in dño Et exultate iusti. ℣. Et gl'iamini oēs recti corde. Et a ℣. Exultent iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectētur in letitia. Ad Sextam. Caplm.
Reddet Deus mercedē laborum sanctoꝝ suoꝝ, ⁊ deducet illos in via mirabili, ⁊ fuit illis in velamēto diei, ⁊ i luce stellaꝝ nocte. ℟. Exultent iusti, In cōspectu Dei. ℣. Et delectētur in letitia. In. ℣. Iusti autē in perpetuū viuēt. ℟. Et apud dominum est merces eorum.
Ad Nonam. Capitulum.
sap. 3. Fulgebūt iusti, ⁊ tanq̄ scintille in arundineto discurrent: iudicabūt nationes, ⁊ dñabuntur populis: ⁊ regnabit dñs illoꝝ in perpetuū. ℟. Iusti autem In perpetuū viuent. ℣. Et apud dñm est merces eoꝝ. In. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilib⁹ suis.
Ad Vesperas. Antiphona.
Isti sunt sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderūt, ⁊ i sanguine agni lauerunt stolas suas. ps. Dixit dñs. 52. cum reliquis vt. Credi di. 54. Añ. Sancti per fidē vicerunt regna, operati sunt iustitias, adepti sunt repromissiones. Añ. Sāctoꝝ velut aquile iuuentus renouabitur: florebunt sicut lilium in ciuitate dñi. Añ. Absterget Deus oēm lacrimā ab oculis sanctoꝝ: ⁊ iā non erit amplius, neq̄ luctus, neq̄ clamor, sed nec vll⁹ dolor, q̄m priora trāsierunt. Añ. In celestibus regnis sanctoꝝ habitatio est, ⁊ in eternum requies eorum.
Cap. ⁊ hymn. vt in i. vesperis. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus suis.
Ad Mag. Añ. Gaudēt in celis anime sanctoꝝ, qui Christi vestigia sunt secuti: ⁊ q̄a p eius amore sanguinē suum fuderūt, ideo cum Christo exultant sine fine.
Alie lectiones pro plurib. mart. Sermo sancti Johannis Chrysostomi. Lectio quarta.



Nemo est, qui nesciat martyꝝ gl'ias ad hoc diuino ꝯsilio a Dei populis frequētari, vt ⁊ illis debit⁹ honor dicet, ⁊ nobis virtutis exēpla, fauēte Christo mōstrentur: vt dū hec ita celebrari perspi-

pspicimus, cognoscamus quãta eos gloria maneat in celis, quoꝝ natalitia taliter celebrant in terris, quo possimus etiã ipsi talibus prouocari exẽplis, virtute pari, deuotione ꝯsimili, ac fide: vt Christo pstante, dimicare, ⁊ vincere hostẽ possimus, vt parta victoria, cum iisdẽ sanctis in regnis celestibus triumphemus. ℟. Sancti tui dñe. s 14. Lectio v.

Quis est enim, qui eoꝝ volens merito copulari, nisi prius ꝯstantiam eoꝝ teneat, sectetur fidẽ, imitetur virtutẽ passionis: eoꝝ gloriã paribus vite lineamẽtis aut inueniat, aut exgrat? Qꝛ etsi martyrio par esse non possit, tñ muneris tanti dignitate se qsqꝫ bonis actibus dignũ pbeat. Adest enim clemẽtissimus Deus, q desiderãtibus suis aut martyrium prebeat, aut sine martyrio cũ sanctis pmia diuina restituat. ℟. Verbera. s 15. Lect. vi.

Ut enim infirmat peccatoꝛ aduersis, ita iustus tẽtationibus roboꝛat. Sic dimicarũt aduersus peccatũ scti, sic ⁊ laborando fortiores, ⁊ moriẽdo victores effecti sunt. Nullus athletes sine certamine fortioꝛ dici, nullus sine victoria poterit coronari. Nemo miles sine pmio hostẽ subiecit, nemo sine bello imperatorẽ ꝓmeruit. Habes Christiane ꝓpetẽtia arma quibus hostem expugnes, habes fortissima tela, qbus inimicũ debelles. ℟. Tanqꝫ au. Lco scti euang. sꝫ Lucã. L. vij.

In illo tpe: Descendens Iesus de mõte stetit in loco cãpestri: ⁊ turba discipuloꝝ eius ⁊ multitudo copiosa plebis ab oi Judea, ⁊ Jerusalem, ⁊ maritima, ⁊ Tyri, ⁊ Sydonis. Et reli. Homilia s. Ambrosii episcopi. 6.

Auerte oia diligẽter, quõ ⁊ cũ aplis ascẽdat ⁊ descendat ad turbas. Quõ enim turba nisi in humili Christũ videret? non sequitur ad excelsa, nõ ascẽdit ad sublimia. Deniqꝫ vbi descẽdit, inuenit infirmos: in excelsis enim infirmi esse nõ possunt. Sic enim Mattheus docet in inferioribus debiles sanatos esse. Prius enim vnusquisqꝫ sanatus est vt paulatim virtutibus procedẽtibus ascẽdere posset ad mõtẽ: Et ideo vnumquẽqꝫ in inferioribus sanat, hoc est a libidine reuocat, iniuriã cecitatis auertit, ad vulnera nra descendit, vt vsu quodã, ⁊ copia sue nature, ꝯparticipes nos faciat esse regni celestis. ℟. Propter te. s 16. L. viii.

Beati pauperes, qꝛ vrm est regnũ dei. Quatuoꝛ tãtum beatitudines sciũs Lucas dñicas posuit, octo vero sanctus Matthe9: sed in istis octo ille quatuoꝛ sunt, ⁊ i qtuoꝛ istis ille octo. Hic enim quatuoꝛ velut virtutes amplexus est cardinales: ille in illis octo mysticũ numerũ reserauit.

Pro

Pro octava enim multi scribū-tur Psalmi, & mandatū accipis octo illis partē dare, fortasse bñ-dictionibus. Sicut enim spei nr̄e octaua pfectio est, ita octaua sū-ma virtutū est. ℟. Sci mei. L ix.

Sed prius q̄ sunt ampliora videamus. Beati, inquit, pauperes spū, qm̄ ipsorū est re-gnū celorū. Primā bñdictionem hanc vterq; euāgelista posuit. Ordine enim prima est, & parens q̄dā gñatioq; virtutum: q: q cōtē-pserit secularia, ipse merebitur sempiterna: nec potest quisquā meritum regni celestis adipisci, qui mundi cupiditate possessus, emergendi non habet facultatē.

IN NATALI Confess. Pontificis.

Ad vesp. Aii. Ecce sacerd. f 21. cū rel. de Lau. ps. Dixit dñs. f 2 cū rel. de Dñica, loco vltimi. ps. Laudate dñm oēs gen. f 4. Cap.

Eccle. 44



Ecce sacerdos magn⁹, q in diebus suis placuit deo, & inuētus est iust⁹: & i tpe iracundie fa ct⁹ est recōci liatio. Hym.

Iste cōfessor dñi sacratus, Festa plebs cuius celebrat per orbem
Hodie letus meruit secreta Scandere celi.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit, & quietus,
Vita dū presens vegetauit ei⁹ Corporis artus.

Ad sacrum cuius tumulum fre-quenter
Membra languentum modo sanitati,
Quolibet morbo fuerint gra-uata, Restituuntur.

Unde nunc noster Chorus in honore
Ipsius hymnum canit hunc li-benter
Ut piis eius meritis iuuemur Omne per euum.

Sit salus illi, decus, atq; virtus,
Qui supra celi residēs cacumē,
Totius mundi machinam gu-bernat Trinus, & vnus. Amen.

℣. Amauit eū dñs, & ornauit eū. ℟. Stolam glorie induit eum. Ad Mag. Aii. Sacerdos, & pō-tifex, & virtutū opifex, pastor bone in pplo, ora p nobis dñm. Ad Magnificat in vtrisq; vesp. pro Doctoribus. Antiphona.

O Doctor optime, Ecclesie sancte lumen, beate N. di-uine legis amator, deprecare pro nobis filium Dei. Oratio.

Da q̄s oēs Deus: vt bea-ti, N. cōfessoris tui, atq; ponti-

pontificis venerāda solennitas: ⁊ devotionē nobis augeat, ⁊ salutem. Per dñm. Alia Oratio.

Exaudi, quesumus dñe preces nostras, quas in beati N. cōfessoris tui atq; pontificis solennitate deferimus, ⁊ qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis: ab oībus nos absolue peccatis. Per dñm.

Ad Mat. Inuit. Regē confessorum dñm, Venite adoremus. ps. Venite. Hymn. Iste ꝯfessor. vt ā. In j. noc. An. Beatus vir qui in lege dñi meditat̄: volūtas eius permanet die ac nocte, ⁊ oīa que cunq; faciet semꝑ ꝓsperabunt. ps. Beatus vir. 2. Añ. Beatus iste sanctus qui confisus est in dño, predicauit preceptum dñi, constitutus est in monte sancto eius. ps. Quare fre. 2. Añ. Tu es gloria mea, tu es susceptor meus dñe, tu exaltās caput meū, ⁊ exaudisti me de monte sancto tuo. ps. Dñe qd mul. 2. ℣. Amauit eum dñs, ⁊ ornauit eum. ℟. Stolā glorie induit eū. Pr nr. Exaudi dñe. Iube dō. Bñone.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Timotheum. Lec. j.

ca. 3. Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonū op⁹ desiderat. Oportet enī episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentē, pudicū, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestū: nō litigiosum, non cupidum, sed sue domui bene prepositū, filios habentem subditos cum omni castitate. Siquis autem domui sue preesse nescit, quomodo Ecclesie Dei diligētiam habebit? Non neophytum, ne in superbiā elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autē ⁊ illum testimonium habere bonum ab his q foris sunt, vt non in opprobrium incidat, ⁊ in laqueum diaboli. ℟. Euge serue bone ⁊ fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā. Intra in gaudium dñi tui. ℣. Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Intra in. Iube. Vnigenitus.

De epistola ad Titum. Lec. ij.

Oportet enim episcopū sine crimine esse sicut dei dispensatorem, non superbum, nō iracundum, non vinolentum, nō percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalē, benignum, sobrium, iustum, sanctū, cōtinentem, amplectētem eum, qui ſm doctrinam est, fidelem sermonē: vt potens sit exhortari in doctrina sana, ⁊ eos qui contradicunt arguere: Sunt enim multi etiā inobedientes, vaniloqui, ⁊ seductores, maxime autem qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, q vniuersas domos subuertunt, docentes, que non oportet, 1. ca.

set, turpis lucri gratia. ℟. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit deo. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suã. ℣. Benedictionem omnium gentiũ dedit illi, ꝛ testamentum suum confirmauit super caput eius. Ideo. Lu. he. Spiritus sancti. Lectio iij.

Tu autẽ loquere quę decẽt sanam doctrinam. Senes sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patiẽtia, Anus similiter in habitu sancto non criminatrices, non multo vino seruientes, bene docentes, vt prudentiã doceãt. Adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt nõ blasphemetur verbũ Dei. Iuuenes similiter hortare, vt sobrij sint. In omnibus te ipsum prębe exemplum bonorũ operũ, in doctrina, in integritate, in grauitate, Verbum sanũ, irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malũ dicere de nobis. ℟. Iurauit dominus, ꝛ nõ pęnitebit eũ. Tu es sacerdos in ęternũ secundum ordinẽ Melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis. Tu es. Gloria. Tu es. In ij. noc. Aña. Inuocãtẽ exaudiuit dñs scñ suum: dñs exaudiuit eũ, ꝛ cõstituit eũ in pace. Ps. 4.



Um inuocarẽ, exaudiuit me Deus iustitię meę: i tribulatiõe dilatasti mihi. Miserere mei: ꝛ exaudi orationem meam.
Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, ꝛ quęritis mendacium?
Scitote qm̃ mirificauit dñs sanctũ suũ: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.
Irascimini, ꝛ nolite peccare: q̃ dicitis in cordib⁹ vestris, ꝛ in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificiũ iustitię, ꝛ sperate in domino: multi dicũt, quis ostendit nobis bona?
Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine: dedisti lętitiã in corde meo.
A fructu frumenti, vini, ꝛ oleĩ sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiam ꝛ requiescam.
Quoniaũ tu domine singulariter in spe, constituisti me.
Gloria. Aña. Inuocãtem exaudiuit dñs sanctũ suum: dñs exaudiuit eum: ꝛ constituit eum in pace. Añ. Lętentur omnes, qui sperant in te dñe: qm̃ tu benedixisti iusto: scuto bonę volũtatis tuę coronasti eum. Psalmus 5.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis meę:

rex meus ꝛ Deus meus.
Uerba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis mee: rex meus ꝛ Deus meus.
Quoniam ad te orabo dñe: mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi, ꝛ videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.
Uirum sanguinum, ꝛ dolosum abominabitur dñs: ego autem in multitudine misericordie tue.
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.
Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et letentur omnes, qui sperant in te: in eternum exultabunt, ꝛ habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
Domine vt scuto bone voluntatis tue: coronasti nos.
Gloria. Añ. Letentur oẽs, qui sperant in te dñe, quoniam tu benedixisti iusto, scuto bone voluntatis tue coronasti eum. Añ. Dñe dñs noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra: qui gloria ꝛ honore coronasti sanctum tuum, ꝛ constituisti eum super opera manuum tuarum. Ps. 8.

Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?
Quoniam eleuata est magnificentia tua: super celos.
Ex ore infantium ꝛ lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum ꝛ vltorem.
Quoniam videbo celos tuos, opera digitorum tuorum: lunam ꝛ stellas que tu fundasti.
Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum?
Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria ꝛ honore coronasti eum, ꝛ constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues ꝛ boues vniuersas, insuper ꝛ pecora campi.
Uolucres celi, ꝛ pisces maris: qui perambulant semitas maris.
Domine dñe noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?
Gloria. Añ. Dñe dñs noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra: qui gloria, ꝛ honore coronasti sanctum tuum: ꝛ constituisti eum super opera manuum tuarum.

ductum. ℟. Elegit eū dn̄s sacerdotē sibi. ℣. Ad sacrificandū ei hostiā laudis. Pater noster. Ipsius pietas. Iube. Deus pater.

Sermo sci Maximi epi. Lec. iiii.

HIS sancti ac beatissimi patris nostris [N] cui⁹ hodie festa celebram⁹, laudes addidisse, aliquid decerpsisse est: cū si quidē virtutum eius gratia non sermonibus exponēda est, sed operibus cōprobanda. Cū enim dicat scriptura diuina: Gloria patris est filius sapiens: quantę huius sunt glorię, qui tantorꝫ filiorꝫ sapiētia, ꝛ deuotione lętatur? In Christo enim Jesu per euangelium ipse nos genuit. ℟. Inueni Dauid seruuꝫ meū, oleo sancto meo vnxi euꝫ: Manus enim mea auxiliabif ei. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, ꝛ filius iniquitatis non nocebit ei. Man⁹. Iube. Christus perpe. Lec. v.

Quicquid igitur in sancta plebe hac potest esse virtutis ꝛ gratię, de hoc quasi de quodā lucidissimo fonte oīum riuulorꝫ hęc puritas emanauit. Etenī quia castitatis pollebat vigore: qꝛ abstinentię gloriabat̄ angustijs, quia blandimētis erat pręditus lenitatis: oium ciuium in Deum prouocauit affectum. Quia pōtificis administratione fulgebat: plures e discipulis reliquit sui sacerdotij successores. ℟. Posui adiutoriū super potētem: ꝛ exaltaui electuꝫ de plebe mea: Manus enim mea auxiliabif ei. ℣. Inueni Dauid seruū meum, oleo sancto meo vnxi eū. Manus. Iube. Ignē sui. Lec. vi.

BEne ꝛ congrue, in hac die quā nobis beati patris nostri [N] huius ad paradisum trāsitus exultabilem reddidit, pręsentis psalmi versiculū decantauimus: In memoria ęterna erit iustus. Digne enī in memoria vertif hoīs nuꝫ, qui ad gaudiū transijt angelorūꝫ. Qui iam gratiaꝫ Christi clarificatus inuenit, quia mundi gloriam non quęsiuit cauens illud, qđ dicit sermo diuinus: Ne laudaueris hoīem in vita sua, tanq̄ꝫ si diceret: Lauda post vitaꝫ, magnifica post cōsummationem. ℟. Iste est qui ante Deū magnas virtutes opētatus est, ꝛ omnis terra doctrina eius repleta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorū. ℣. Iste est qui contempsit vitaꝫ mundi, ꝛ peruenit ad cęlestia regna. Ipse. Gloria. Ipse.

In iij. noctur. Añ. Dñe iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo: operatus est iustitiā: requiescet in mōte sancto tuo. Ps. 14.

DOmine, qs habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula: ꝛ operatur iustitiam. Qui

Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.
Nec fecit proximo suo malum: et opprobrium non accepit adversus proximos suos.
Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.
Qui iurat proximo suo, et non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad usuram: et munera super innocentem non accepit.
Qui facit hec: non commovebitur in eternum.
Gloria. Ant. Domine iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo: operatus est iustitiam, requiescet in monte sancto tuo. Ant. Vitam petiit a te, et tribuisti ei domine: gloriam, et magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Ps. 20.
Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer.
Desiderium cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.
Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.
Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum: et in seculum seculi.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniam rex sperat in domino: et in misericordia altissimi non commovebitur.
Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.
Pones eos, ut clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes: et semen eorum a filiis hominum.
Quoniam declinaverunt in te mala: cogitaverunt consilia, que non potuerunt stabilire.
Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis preparabis vultum eorum.
Exaltare domine in virtute tua: cantabimus, et psallemus virtutes tuas.
Gloria. Ant. Vitam petiit a te, et tribuisti ei domine: gloriam et magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Ant. Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a Deo salutari suo: quia hec est generatio querentium dominum. Ps. 23.
Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundavit eum: et super flumina preparavit eum.
Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocens manibus et mundo corde:

corde:q nõ accepit in vano aiam suã,nec iurauit idolo pximo suo
Hic accipiet bñdictionẽ a dño: ⁊ misericordiã a dõ salutari suo.
Hęc est generatio quęrentium eũ: quęrentiũ faciẽ Dei Jacob.
Attollite portas principes vestras: ⁊ eleuamini portę ęternales,⁊ introibit rex glorię.
Quis est iste rex glorię? dñs fortis ⁊ potẽs, dñs potens in plio.
Attollite portas principes vestras:⁊ eleuamini portę ęternales,⁊ introibit rex glorię.
Quis est iste rex glorię? dñs virtutum ipse est rex glorię.
Gloria. Añ. Hic accipiet benedictiõẽ a dño, ⁊ misericordiam a Deo salutari suo: quia hęc est generatio, quęrentiũ dominum.
℣. Tu es sacerdos in ęternum.
℟. Secundum ordinem Melchisedec. Pater noster. A vinculis. Iube dom. Euangelica.
Lectio sci euã. scdm mattheũ.c.xxv.

ca.25. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolã hãc: Homo qdã peregre proficiscens,vocauit seruos suos, ⁊ tradidit illis bona sua . Et rel.
Homilia sancti Gregorii papę.
Lectio sancti euangelij,fratres carissimi: solicite considerare nos admonet: ne nos, q plus ceteris in hoc mundo accepisse aliq cernim⁹, ab auctore mundi grauius inde iudicemur, Cum enim augent dona, rationes etiam crescunt donorũ. Tanto ergo esse humilior, atq; ad seruiẽdũ Deo promptior qsq; debet ex munere: quãto se obligatiorem esse ꝯspicit in reddenda ratione. Ecce, homo q peregre proficiscitur seruos vocat, eisq; ad negociũ talenta partit, Post multũ vero tẽporis positurus cum eis rationẽ reuertitur: bene autẽ operantes pro apportato lucro remunerat, seruũ vero a bono opere torpentẽ damnat. ℟. Amauit eum dñs, ⁊ ornauit eũ: stolã glorię induit eum. Et ad portas paradisi coronauit eum. ℣. Induit eũ dominus loricam fidei, ⁊ ornauit eum. Et. Iube. Cuius festum. Lcõ viij.

Quis itaque est iste homo qui peregre pficiscitur, nisi Redemptor noster, q in ea carne quã assumpserat,abijt in cęlum? Carnis enim locus proprius terra est, quę quasi ad peregrina ducit, dum p Redẽptorem nostrum in cęlo collocatur, Sed homo iste peregre proficiscens seruis suis bona sua tradidit, quia fidelib⁹ suis spiritualia dona cõcessit. Et vni quidẽ dedit quinq; talenta,alij autẽ duo, alij vero vnum. Quinq; etenim sunt corporis sensus, videlicet visus,audit⁹,gust⁹,odorat⁹,⁊ tactus. Quinq; igit talẽtis,donum quinq; sensuum, idest exteriorum scientia exprimitur. Duobus vero

vero,intellectus,ꝛ operatio de/
signátur. Unius autem talenti
nomine intellectus tantummo/
do designatur. ℟. Sint lumbi
vestri pręcincti,ꝛ lucernę arden
tes in manibus vestris. Et vos si
miles hominibus expectantibꝰ
dominum suum,quando rever/
tatur a nuptijs. ℣. Vigilate er/
go, quia nescitis qua hora do/
minus vester venturus sit. Et.
Iube. Ad societatē. Lectio .ix.
SEd is q quinqꝫ talenta ac
ceperat,alia quinqꝫ lucra
tus est,qꝛ sunt nónulli, q etsi in/
terna ac mystica penetrare ne/
sciunt,pro intentione tñ ęternę
patrię docent recta quos pos/
sunt,de ipsis exterioribꝰ q̄ acce/
perūt, dūqꝫ se a carnis petulan/
tia,a terrenarum rerū ambitu,
atqꝫ visibiliū voluptate custo/
diūt,ab his etiā alios admonen
do ꝯpescunt. Et sunt nónulli q
quasi duobꝰ talētis ditati,intelle
ctū atqꝫ opationē pcipiunt,sub/
tilia de internis intelligūt, mira
in exterioribus operant̄. Cum/
que ꝛ intelligendo ꝛ operando
alijs prędicant, quasi dilatatum
de negocio lucrum reportant.
Ad Laudes,ꝛ per Horas. Aña.
ECce sacerdos magnus,
qui in diebus suis placuit
Deo,ꝛ inuentus est iustus. Ps.
Dñs reg. & cum rel. Aña. Non
est inuentus similis illi, q con/
seruaret legē excelsi. Aña. Ideo
iureiurādo fecit illū dñs cre/
scere in plebē suā. Aña. Sacerdo
tes Dei benedicite dñō: serui
dñi hymnū dicite Deo. balab.
Aña. Serue bone ꝛ fidelis
intra in gaudium dñi tui. Ps.
Ecce sacerdos mag.5 18. Cap.
Hymnus. IEsu redemptor omnium,
Perpes corona pręsulum
In hac die clementius
Nostris faueto precibus.
Tui sacri qua nominis
Confessor almus claruit:
Huius celebrat annua
Deuota plebs solennia.
Qui rite mundi gaudia
Huius caduca respuens,
Cum angelis cęlestibus,
Lętus potitur pręmijs.
Huius benignus annue
Nobis sequi vestigia:
Huius precatu seruulis
Dimitte noxam criminis.
Sit Christe rex pijssime
Tibi patriqꝫ gloria,
Cum spiritu paraclito,
Et nunc ꝛ in perpetuū. Amē.
℣. Iustū deduxit dñs p vias re
ctas. ℟. Et ostēdit illi regnū dei,
Ad Bñ. Aña. Euge serue bone,ꝛ
fidelis:qꝛ i pauca fuisti fidelis,su
pra multa te ꝯstituam,dicit dñs.
Ad iij. Cap. Ecce sacerdos.518
℟. Amauit eum dominus, Et
ornauit eum. ℣. Stolam glorię
induit eum. Et. ℣. Elegit eum
dominus sacerdotē sibi. ℣. Ad
sacrificandum ei hostiā laudis.

Ad Sextam. Capitulum.

Eccle. 44 Non est inuētus similis illi, q̄ ꝯseruaret legem excelsi, ideo iureiurādo fecit illum dn̄s crescere in plebem suā. ℟. Elegit eum dominus Sacerdotem sibi. ℣. Ad sacrificanduꝫ ei hostiam laudis. ℣. Tu es sacerdos.

Ad Nonam. Capitulum.

Eccle. 45 Ungi sacerdotio: ⁊ habere laudē in nomine ipsius, ⁊ offerre illi incēsuꝫ dignū in odorem suauitatis. ℟. Tu es sacerdos In ęternū. ℣. Secunduꝫ ordinē Melchisedech. In ęter. ℣. Justū deduxit dn̄s p vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnuꝫ Dei. Ad Vesp. Aña. Ecce sacerdos. vt s. cum reliq. de Laud. ps. Dixit. 54. cū rel. d dn̄ica, loco vlt. ps. dn. Memento dn̄e Dauid. 55. Cap. ⁊ hym. vt s. in j. Vespe. ℣. Justū deduxit dn̄s p vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnuꝫ Dei. Ad Mag. Aña Amauit eum dominus, ⁊ ornauit eum, stolam glorię induit eum, ⁊ ad portas paradisi coronauit eum.

Seq. aña dicit ad Mag. in ij. vesp. pro solis summis pontific.

Dum esset summus pōtifex terrena nō metuit, sed ad cęlestia regna gl'iosus migrauit. Si occurrat celebrari festū plu. Pont. ⁊ confesso. Offm̄ fit vt supra, sed in oratione, ⁊ sermone quę dicuntur in singulari, dicuntur in plurali; ⁊ in iij. noct. legunt sequentes lectio. de Scriptura. De libro Ecclesiastici. Lectio j.



Laudem⁹ viros gloriosos, ⁊ parētes nr̄os in generatione sua. Multam gloriam fecit dn̄s magnificētia sua a sęculo. Dn̄antes in potestatib⁹ suis, hoies magni virtute, ⁊ prudētia sua p̄diti, nunciātes in ꝓphetis dignitatē prophetaruꝫ, ⁊ imperātes in pręsenti pplo, ⁊ in virtute prudētię ppl'is sāctissima vba. In peritia sua requirētes modos musicos, ⁊ narrātes carmina scripturarū. c. 44.

℟. Euge serui boni. 518. Le. ij.

Homines diuites in virtute, pulchritudinis studiuꝫ habētes, pacificātes in domib⁹ suis. Oēs isti in gn̄ationib⁹ gētis suę gloriā adepti sunt, ⁊ in dieb⁹ suis habētur in laudibus. Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrādi laudes eoꝝ: ⁊ sunt quoꝝ non est memoria: pierunt quasi qui nō fuerint, ⁊ nati sunt quasi nō nati, ⁊ filij eoꝝ cū ipsis. ℟. Ecce sacerdotes. 519. L. iij.

Sed illi viri misericordię sunt, quoruꝫ pietates non defuerūt: ⁊ cū semine eoꝝ pmanet bona hęreditas, ⁊ nepotum ipsoꝝ semen in testamēto stetit: ⁊ filij eoꝝ propter illos vsq; in ęternum manent: semen eoꝝ ⁊ gloria eorum nō derelinquetur; Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, ⁊ nomen eorum viuet in

generationem et generationẽ. Sapientiam ipsorum narrẽt populi, et laudem eorum nunciet Ecclesia. ℟. Iurauit dominus. Alie lectiones pro Pontifice et Cõfessore, in secũdo nocturno. Sermo sci Maximi epi. Le. iiij.



Beati patris N. merita i tuto posita securi magnificem⁹, qui gubernaculũ fidei viriliter tenens, anchoram spei trãquillã iã in statione cõposuit, et plenã celestibus diuitijs, et eternis mercibus nauẽ optato in litore collocauit: q cõtra oẽs aduersarios scutũ timoris Dei tamdiu infatigabiliter tenuit, donec ad victoriam perueniret. Quid enĩ fuit totus vite illius cursus, nisi vnus cũ vigili hoste conflictus? ℟. Inueni Dauid. 520. Lectio v.

Quãtis hic ecciis, a via veritatis errantibus, et de summa iaz in profundum rupe pendentibus, amissum reddidit visum, et illum, quo Christus videt, reparauit intuitum? quantorum auribus surdis, et infidelitatis obturatione dãnatis, ad percipiendam vocem celestium mandatorũ, pretiosum infudit auditũ, vt vocanti Deo ad misericordiam responderet per obedientiã? Quantos, intrinsecus vulneratos, angelici oris arte, et orationum, ab infirmitate curauit? ℟. Posui adiut. Lectio vj.

Quantos per longã incuriam peccati labe resolutos, et quanta lepre contagione perfusos, castigationib⁹, exhortationibus, expiando, Deo in se operante mundauit? Quãtorũ animas viuentes in corpore, iaz defunctas, et delictorũ mole obrutas, ac sepultas, ad emendationem tanquã ad lucem vocando, Deo resuscitauit? vt domini sui admirãdus imitator, iã mortuas deo, e cõtrario mortificet vitali morte peccator. ℟. Iste est. Lcõ s. euãg. sm Mattheũ. Le. vij.

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Et reliqua. 24. ca.

Homilia sãcti Hilarij episcopi.

Ut ignorantiam illam diei omnibus taciti nõ sine vtilis silentij ratione esse sciremus, vigilare nos dominus propter aduentũ furis admonuit, et orationum assiduitate detẽtos, omnibus preceptorum suorũ operibus inherere. Furem enim esse ostẽdit Zabulum, ad detrahenda ex nobis spolia peruigilem, et corporũ nostrorũ domibus insidiãtẽ, vt ea incuriosis nobis, et somno deditis, cõsiliorũ suorũ atqz illecebrarũ iaculis cõfodiat. Paratos igitur esse nos cõuenit: qa diei ignoratio intẽtã solicitudiné suspense expectationis exagitat. ℟. Amauit. 521. Le. viij.

Utinam

Quisnam est fidelis seruus & prudēs, quem cōstituit dñs sup familiā suā: quāquā in commune nos ad indefessas vigilātię curā adhortef, specialē tamē pplī principib⁹, idest episcopis, in expectatione aduentuqʒ suo solicitudinē mādat. Huc eni seruū fidelē atqʒ prudētem, prępositūʒ familię significat, cōmoda atqʒ vtilitates commissi sibi pplī curantē: q si dicto audiēs, & preceptis obediens erit, idest si doctrinę opportunitate, & veritate, infirma ɔfirmet, disrupta ɔsolidet, depravata cōuertat: & verbū vitę in ęternitatis cibū alendę familię dispendat, atque hęc agens, hisqʒ immorans, deprehēdatur, gloriā a dño tanqʒ dispēsator fidelis, & villicus vtilis consequetur: & sup oia bona constituetur, idest, i dei gloria colloca bitur: qa nihil sit vltra quod melius sit. ℟. Sint lumbi. Lectio .ix.

Quod si cōtuens longam Dei patientiam, quę in pfectū humanę salutis extēdit, aduersum conseruos insolescet, & scli malis vitijsqʒ se trader, p̄sentiūʒ tm̄ curā in cultu ventris exercens, desperata die dñs adueniet, eūqʒ a bonis quę sponderat, diuidet: portionēqʒ ei⁹ cū hypocritis in pęnę ęternitate cōstituet: qa aduētū desperauerit: qa mādatis non obtēperauerit: qa pręsentibus studuerit: qa vita gentium vixerit: quia desperatione iudicij cōmissam sibi familiaʒ fame, siti, cędę vexauerit.

PRO DOCTORIB.

Lectiōes. leguntur in festis Doctorū. Officium autē fit de Confessoribus Pontificibus vel nō Pontificibus pro qualitate festi.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

Sapientiam omnium antiquorū exquiret sapiēs, & in prophetiis vacabit. 39. c
Narrationem virorum nominatorum cōseruabit: & in versutias parabolarū simul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum cōuersabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in cōspectu pręsidis apparebit. In terram alienigenarum gentiuʒ pertransiet: bona enim & mala in omnibus tentabit. Lectio ij.

Cor suuʒ tradet ad vigilandum diluculo, ad dñʒ qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabit. Aperiet os suuʒ in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit, spiritu intelligentię replebit illum: & ipse tanquaʒ imbres emittet eloquia sapientię suę, & in oratione confitebit dño: & ipse diriget ɔsiliū ei⁹, & disciplinam: & in absconditis

suis cōsiliabitur. Lectio tertia.
Ipse palam faciet disciplinam doctrinę suę, ⁊ in lege testamēti dñi gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiā eius, ⁊ vsq; in sęculum nō delebitur. Nō recedet memoria eius, ⁊ nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes: ⁊ laudē eius enunciabit Ecclesia.
Ex libro Moralium sancti Gregorij Papę. Lectio quarta.
Quid post Oriones hyadū nomine, nisi doctores sanctę Ecclesię designātur? qui subductis martyribus, eo iam tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clarius elucet: ⁊ repressa infidelitatis hyeme, altius per corda fidelium sol veritatis calet: qui remota tempestate persecutionis, expletis longis noctibus infidelitatis, tunc sanctę Ecclesię exorti sunt, cui ei iā p credulitatis vernum lucidior annus aperitur. Lectio quinta.
Nec immerito doctores sancti hyadus nūcupatione significantur: Græco quippe eloquio hyetos pluuia vocatur, ⁊ hyades nomē a pluuijs acceperūt, quia ortę, procul dubio imbres ferūt. Bene ergo hyadū appellatione doctores expressi sunt, qui ad statū vniuersalis Ecclesię quasi in cęli faciem deducti, super arētem terram humani pectoris sanctę prędicationis imbres fuderunt. Si enī prędicationis sermo pluuia nō esset, Moyses minime dixisset: Expectet sicut pluuia eloquiū meū: ⁊ nequaq; per Isaiā veritas diceret: Mandabo nubibus meis, ne pluāt sup eā imbrē. Atq; hoc quod paulo ante protulimus, quamobrem prohibitę sunt stellę pluuiarū? Lectio vj.
Cum ergo hyades cū pluuijs veniūt, ad cęli spatia altiora ducit sol: qa apparēte doctorum scientia, dū mens nostra imbre pdicationis ifundit, fidei calor augetr: ⁊ pfusa terra ad fructū proficit, cū lumē huius signi in cęlo apparuit: quia vberius frugem boni operis reddimus, dum per sacrę eruditionis flammam in corde clarius ardemus, dumq; per eos, diebus singulis magis magisq; scientia cęlestis ostendit, quasi interī nobis luminis vernū tēpus aperitur, vt nouus sol nostris mentibus rutilet: ⁊ eorum verbis nobis cognitis, se ipso quotidie clarior micet. Urgente etenim mūdi fine, superna scientia proficit, ⁊ largius cū tempore excrescit.
Lcō s. euāg. sc̄d; Mattheū. Le. vij.
In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Uos estis sal terrę, qd si sal euanuerit, in quo salietr? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, ⁊ cōculcetur, ab hominibus, ⁊c. rel. 5. ca.
Homi-

Pontiſſis Sancti [illegible]

Oſtendit dñs fatuos eſſe iudicandos, qui temporaliũ bonorũ vel copiã ſectantes, vel inopiã metuẽtes, amittũt ęterna quę nec dari poſſunt ab hoib⁹, nec auferri. Itẽque ſi ſal infatuatũ fuerit, i quo ſalief; ideſt ſi vos p quos cõdiẽdi ſunt quodãmodo populi, metu perſecutionũ tẽporaliũ amiſeritis regna cęlorum, qui erunt homines, per quos a vobis error auferatur. cũ vos elegerit Deus, p quos errorẽ auferat cęterorum? ℟. viii.

Ergo ad nihilũ valet ſal infatuatũ: niſi vt mittat foras, & conculcet ab hoibus. Non itaque calcatur ab hoibus, qui patitur pſecutionẽ, ſed qui perſecutionẽ timendo infatuatur. Calcari eniz nõ poteſt, niſi inferior: ſed inferior nõ eſt, q quãuis corpore multa i terra ſuſtineat, corde tamen fixus in cęlo eſt. ℟. ix.

Vos eſtis lux mundi. Quomodo ſuperi⁹ dixit ſal terrę, ſic nunc dicit lumẽ mũdi. Naz neqȝ ſuperius iſta terra accipiẽda eſt, quã pedib⁹ corporeis calcamus, ſed homines, qui in terra habitant, vel etiã peccatores, quorũ cõdiẽdis & extinguendis putoribus, apoſtolicum ſalẽ dñs miſit in mundũ: & hic mundũ, non cęlum & terram, ſed homines, qui ſunt in mundo, vel diligũt mundum, oportet intelligi, quibus illuminandis apł̃i miſſi ſunt. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita: ideſt fundata ſuper inſignẽ, magnamqȝ iuſtitiam, quam ſignificat etiam ipſe mons, in quo diſputat dñs.

IN NATALITIIS Confeſſ. non Pontificum.

Ad Veſperas. Antiphona. Dñe qnqȝ 526. cũ reł̃ne Laud. ps. Dixit dñs. 52. cũ reł̃ loco vlt. Laudate dñm omnes. 54. Cap.



Beatus vir, q inuent⁹ eſt ſine macula: & qui poſt aurũ nõ abijt, nec ſperauit in pecunię theſauris: Quis eſt hic & laudabimus eũ? fecit eni mirabilia in vita ſua. Hym. Iſtę confeſ. 518 in cõi confeſ. Pōtifi. ℣. Amauit eum. Ad Mag. Añã. Similabo eum viro ſapienti, qui ędificauit domum ſuam ſupra petram. Oratio. Eccle 31

Adeſto dñe ſupplicationib⁹ nr̃is: quas in bti N. cõfeſſoris tui ſolẽnitate deferimus: vt qui noſtrę iuſtitię fiduciaȝ nõ habemus, eius q tibi placuit pcib⁹ adiuuemur. Per do. Alia Oro.

Deus, qui nos beati N. cõfeſſoris tui annua ſolennitate

nitate letificas: cōcede ꝓpitius, vt cuius natalitia colimus, etiā actiones imitemur. Per dñm.

Si fuerit Abbas. Oratio.

INtercessio nos qs dñe btī N abbatis commendet: vt quod nr̄is meritis nō valemus, eius patrocinio assequamur. P.

Ad vesperas. Inuita. Hym. ad noc. Añ. et psalmi, vt sup. in communi confessorum Pontificum.

Inuita. Regem confesso. Hym. Iste ɔfess. 518. Añ. Beatus vir qui in lege. vt s. 518. ℣. Amauit eum dominus, et ornauit eū. ℟. Stolam glorie induit eum. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. Exaudi domine. Iube. Benedictione.

De libro Sapientie. Lectio j.

a.4. IUstus si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neq; annorū numero cōputata. Cani autē sunt sensus hominis: et etas senectutis vita immaculata. Placēs Deo fact⁹ dilect⁹: et viuēs inter peccatores trāslatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectū eius, aut ne fictio deciperet animā illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, et incōstantia concupiscētie trāsuertit sensū sine malitia. Cōsummat⁹ in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo aīa illius: ꝓpter hoc properauit educere illū de medio iniqtatū. ℟. Euge serue bone et fidelis, qa in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā. Intra i gaudiū dñi tui. ℣. Dñe qnq; talēta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Intra. Iube Unigenit⁹. Lc. ij.

POpuli autē videntes, et nō intelligentes, nec ponētes in pcordijs talia: quoniā gratia Dei, et misericordia in sanctos eius, et respectus in electos illi⁹. Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, et iuuentus celerius cōsummata longam vitam iniusti. Uidebūt enim finē sapientis, et non intelligēt quid cogitauerit de illo De⁹, et quare munierit illum dñs. Uidebunt enim et contemnent eum: illos autem dñs irridebit. Et erunt post hec decidētes sine honore: et in contumelia inter mortuos in perpetuum: qm̄ dirumpet illos inflatos sine voce: et commouebit illos a fundamētis: et vsq; ad supremū desolabuntur. ℟. Iustus germinabit sicut liliū. Et florebit in eternū ante dñm. ℣. Plantatus in domo dñi in atrijs domus Dei nostri. Et flo. Iube. Spiritus sancti. Lcō. iij.

ET erunt gementes, et memoria illorum periet. Uenient i cogitatione peccatorum suorū, et timidi traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorū. Tūc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt,

gustauerunt, et q abstulerunt la bores eorum. Uidētes turbabū tur timore horribili, et mirabun tur in subitatione insperatę salu tis: dicentes intra se, pęnitentiā agentes, et prę angustia spiritus gementes: Hi sunt quos habui mus aliquando in derisum, et in similitudinē improperij. Nos in sensati vitā illorū ęstimabamus insaniā, et finē illorum sine hono re. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter san ctos sors illorum est. ℟. Iste co gnouit iustitiam, et vidit mirabi lia magna, et exorauit altissimū. Et inuentus est in numero san ctorum. ℣. Iste est qui contem psit vitā mūdi, et peruenit ad cę lestia regna. Et in. Gloria. Et.

In iii. noct. Antiphona. Inuocātē exaudiuit. 519. ℣. Os iusti meditabitur sapientiā. ℟. Et lingua eius loquetur iudi cium. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. Ipsius pietas. Iube. Deus pī.

Sermo sc̄i Ioā. Chriso. Lcō. iii.

Beati ill dies cuius hodie memoriā celebramus, ad ipsi⁹ benefactorum enarrationē linguā nr̄am euocauit: siqdē ho die beatus ille ad tranquillam oisq3 pturbationis expertē vitā trāslat⁹ est, eoq3 nauigiū appulit vbi deinceps nō poterit metuere naufragium, nec vllam animi de iectionē aut dolorem. Et quid mirum est: si locus ille purus est ab omni molestia animi, cum Paulus hominibus adhuc in hac vita degētib⁹ loquēs dicat: Semper gaudete, sine intermis sione orate. ℟. Iste est q ante Deum magnas virtutes operatus est, et oīs terra doctrina eius re pleta est. Ipse intercedat p pec catis oium pplorum. ℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et peruenit ad cęlestia regna. Ip se. Iube. Christus ppet. Lcō. iiii.

Quod si hic, vbi morbi, vbi insectationes, vbi pręmaturę mortes, vbi calūnię, vbi inuidię, vbi desperationes, vbi irę, vbi cupiditates, vbi innume rabiles insidię, vbi quotidianę solicitudines, vbi perpetua sibi que coherentia mala sunt, innu meros ex omni parte dolores af ferentia, Paulus dixit fieri pos se, vt semper gaudeamus: siquis paululū ex rerū mūdanarū flu ctibus erexerit caput, vitamq3 suā recte moderetur composite ritq3: multo magis, postq3 hinc demigrauerimus, facile compo tes erimus eius boni, cū hęc oia sublata fuerint, aduersa valetu do, morbi, peccādi materia, vbi non est meum, ac tuum, frigidū illud verbū, et quicquid est ma lorum in vitam nostram inue hēs, innumeraque gignens bel la. ℟. Amauit eum dominus, et ornauit eum, stolā glorię induit eum. Et ad portas paradisi coro nauit.

nauit eum. ℣. Induit eum dñs loricam fidei, et ornauit eum. Et ad. Iube. Ignem sui. Lectio vi.

Quamobrem maximope re gratulor huius sancti felicitati, quod quamq̃ translatus est, atq; hanc q̃ apud nos est, ciuitatẽ reliquit, tñ in alterã trãsijt ciuitatẽ, nempe Dei: et digressus ab hac Ecclesia, ad illã peruenit, quę est primogenito descriptorum in cęlis: ac relictis hisce festis, transijt ad celebritatez angelorum. Etenim quod et superne sit ciuitas Ecclesia, ac celebritas, audi Paulum dicentẽ: Accessistis ad ciuitatẽ Dei viuẽtis, ad Ierusalem cęlestẽ, et multorum millium angelorum frequẽtiam, et Ecclesiam primitiuorũ. ℟. Iste homo perfecit oia quę locutus est ei Deus, et dixit ad eũ Ingredere in requiẽ meã: Quia te vidi iustum corã me ex oibus gentibus. ℣. Iste est qui cõtempsit vitam mundi: et peruenit ad cęlestia regna. Quia. Gl. Quia. In tertio nocturno. Antiphona. Dñe iste sanctus. vt sup. 20. ℣. Lex dei eius i corde ipsius. ℟. Et non supplantabuntur gressus eius. Pater noster. A vinculis. Iube domne. Euãgelica lect. Lectio s. euã. sm Lucam. L. xij.

12. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Sint lũbi vestri pręcincti, et lucernę ardentes in manibus vrĩs. Et rel.

Homilia sancti Gregorij papę.

Sancti euangelij, fratres carissimi, vobis aperte est lectio recitata: sed ne aliquibus ipsa eius planities alta fortasse videatur, eam sub breuitate trãscurrimus, quatenus eius expositio ita nescientibus fiat cognita, vt tñ scientibus non sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit, fęminis in vmbilico, testatur dñs q de diabolo ad beatũ Iob loquitur, dicens: Uirtus eius in lumbis eius, et fortitudo illius in vmbilico vẽtris eius. ℟. Iste homo ab adolescẽtia sua meruit infirmos curare. Dedit illi dñs claritatem magnam, cęcos illuminare, et dęmones effugare. ℣. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni ope malo, et pmanẽs i inocẽtia sua. Dedit. Iube. Cuius. L. viij.

Principali igit seru, lũborũ noie luxuria dsignat, cũ dñs dicit: Sint lũbi vestri pręcincti. Lũbos enim pręcingimus, cũ carnis luxuriã per continentiaz coarctamus. Sed quia minus est mala non agere, nisi etiam quisque studeat et bonis opibus insudare: ptinus addit: Et lucernę ardẽtes in manibus vestris. Lucernas qppe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exẽpla monstramus: de quibus profecto operibus dñs dicit: Luceat

ceat lux vestra corā hoībus, vt videant opera vestra bona, ꝛ glorificent patrem vestrū, qui in cęlis est. ℟. Sint lūbi vestri pcincti, ꝛ lucernę ardētes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dn̄m suum, quādo reuertatur a nuptijs. ℣. Uigilate ergo qa nescitis, quā hora dn̄s vester vētur⁹ sit. Et. Gl. Et. Iube. Ad societatem. Lcō ix.

Uo autē sunt, quę iubentur, ꝛ lumbos restringere ꝛ lucernas tenere: vt ꝛ mūditia sit castitatis in corpore, ꝛ lumen veritatis i opatione. Redēptori etenim nostro vnum sine altero placere nequaq̄ʒ potest: si aut is, qui bona agit, adhuc luxurię inquinamēta non deserit: aut is, q castitate preeminet, necdum se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere: nec bonum opus est aliquid sine castitate. Sed si vtrunque agitur: restat, vt, quisquis ille est, spe ad supnā patriam tendat, ꝛ nequaquaʒ se a vitijs pro mūdi huius honestate cōtineat. Ad Laudes, ꝛ per horas. Añā.

Domine, quinqʒ talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus suʒ. ps. Dn̄s reg. 8. cū rel. Añā. Euge serue bone in modico fidelis, intra in gaudium domini tui. Añā. Fidelis seruus, ꝛ prudēs quem constituit dominus su per familiam suam. Añā. Beatus ille seruus, quem, cum venerit dominus eius, ꝛ pulsauerit ianuam, inuenerit vigilantem. Añā. Serue bone ꝛ fidelis, intra in gaudium dn̄i tui. Cap. Beatus vir, q inuen. 524. Hym.

Iesu corona celsior
Et veritas sublimior
Qui confitenti seruulo
Reddis perenne premium.
Da supplicanti cętui,
Obtentu huius optimi,
Remissionem criminum,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni recurso tempore,
Dies illuxit lumine,
Quo sanctus hic de corpore
Polum migrauit prepotens.
Hic vana terrę gaudia,
Et lutulenta prędia,
Polluta sorde deputans,
Ouans tenet cęlestia.
Te Christe rex pijssime
Hic confitendo iugiter
Calcauit hostem fortiter,
Superbum, ac satellitem.
Uirtutum actu, ꝛ fide,
Confessionis ordine,
Ieiuna membra deferens
Dapes supernas obtinet.
Proinde te pijssime
Precamur omnes supplices,
Ut huius almi gratia
Nobis remittas debita.
Gloria patri domino,
Gloria vnigenito,
Una cum sancto spiritu,
In sem

In sempiterna secula. Amen. ℣. Justū deduxit dn̄s p vias rectas. ℟. Et ondit illi regnū dei. Ad Mag. Añ. Euge serue bone ⁊ fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium dn̄i tui. Ad in. Inv. Beatus vir qui in. uē.524. ℟. br. Amauit eū dn̄s, Et ornauit eū. ℣. Stolā glorię induit eum. Et ornauit. Gloria. Amauit. ℣. Os iusti meditabit sapientiam. ℟. Et lingua eius loquetur iudiciū. Ad ter. Cap.

Eccle. 39 Justus cor suū tradidit ad vigilādū diluculo, ad dn̄m q fecit illū, ⁊ in conspectu altissimi deprecabit. ℟. br. Os iusti Meditabit sapientiā. ℣. Et lingua eius loquet iudiciū. Meditabitur. Gloria. Os. ℣. Lex dei eius in corde ipsius. ℟. Et non supplantabuntur gressus eius. Ad sextam. Capitulum.

Sap. a. 10. Justum deduxit dominus p vias rectas, ⁊ ostēdit illi regnū Dei, ⁊ dedit illi scientiā sanctorum: honestauit illum in laboribus, ⁊ compleuit labores illius. ℟. Lex dei eius In corde ipsius. ℣. Et non supplantabuntur gressus eius. In corde. Gloria. Lex. ℣. Justum deduxit dominus per vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnum Dei. Ad Vesp. Añ. Domine quinque talenta. ℣. ... Psal. Cap. ... resp. ℣. Justū deduxit. Ad Mag. Añ. Hic vir despiciens mundum, ⁊ terrena triumphans, diuitias cęlo condidit, ore, manu. In lec. pro Confes. non pontif. Ex libro Moraliū sancti Gregorij Papę. Lectio quarta.



Deridetur iusti simplicitas. Huius mundi sapiētia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quę falsa sunt vera ostendere: quę vera sunt, falsa demonstrare. Hęc nimirum prudentia vsu a iuuenibus scitur, hęc a pueris pretio discitur: hanc qui sciūt cęteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciūt, subiecti ⁊ timidi in alijs mirantur: quia ab eis hęc eadē duplicitas iniquitatis nominine palliata diligit, dum mētis puersitas, vrbanitas vocatur: hęc sibi obsequentibus pręcipit, honorū culmina quęrere, adepta temporalis glorię vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere, cū vires suppetunt nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare. ℟. Iste est qui, folio.525. Lectio quinta.

At contra sapientia iustorū est, nil p ostēsionē fingere, sensum verbis aperire, vera vt sunt, diligere: falsa deuitare: bona

ns gratis exhibere: mala libentius tolerare, quaʒ facere: nulli iaʒ iniurię, vltionē quęrere: pro veritate contumeliā lucrum putare. Sed hęc iustorum simplicitas deridetur: quia ab huius mundi sapiētibus puritatis virtus fatuitas creditur. Oē enim qd innocenter agitur, ab eis ꝑculdubio stultū putat: ꝛ qcquid in ope veritas approbat, carnali sapientię fatuū sonat. Quid nāque stultius videtur mūdo, quā mentem verbis ostēdere: nil callida machinatione simulare, nullas iniuriis contumelias reddere, pro maledicentibꝰ orare, paupertateʒ quęrere, possessa relinquere, rapienti nō resistere, percutienti alteram maxillam pręberer. ℞. Amauit. 525. [illegible]

Lampas cōtēpta apud cogitationes diuitū. Sępe contingit, vt electꝰ quisqʒ, q ad ęternam fęlicitatē ducitur, continua hic aduersitate deprimatur, nō hunc reꝝ abūdantia fulciat, non dignitatū gloria honorabilē ostēdat nulla ei obsequentium frequētia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestiū pompa componat: a cunctis vero despicabilis cernit, ꝛ huius mundi gloria indignus ęstimatur: sed tamē ante occulti iudicis oculos virtutibꝰ emicat, vitę meritis coruscat: honorari meruit, despici non refugit: corpus continentia afficit, sola in animo dilectione pinguescit, mentem semper ad patientiam pręparat, ꝛ erectus pro iustitia de perceptis contumeliis exultat, afflictis ex corde compatitur, de bonorum prosperitatibus, quasi de propriis, lętatur: sacri verbi pabula in mente sollicitus ruminat, ꝛ ingsitꝰ quodlibet eloqui dupliciter ignorat. ℞. Iste homo perfecit. 525.

[illegible]

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, qa complacuit pri vestro dare vobis regnū. [illegible] 12.

[illegible]

Pusillū gregē electorū vel ob comparationem maioris numeri reproboꝝ, vel potius ob humilitatis deuotionem nominat: quia videlicet ecclesiam suam, quātalibet numerositate iam dilatatā, tñ vsqʒ ad finē mūdi humilitate vult crescere, ꝛ ad promissū regnū humilitate peruenire. Ideoqʒ eius laboreʒ blāde cōsolatus, quā regnū Dei tātum quęrere pręcipit, eidem regnum a patre dandum complacita benignitate promittit. ℞. Iste homo ab ad. 525. [illegible]

Vendite q possidetis, ꝛ date eleemosynaʒ. Nolite, inqt, timere, ne ꝑpter regnū Dei militantibus huius vitę necessaria desint: quin etiaʒ possessa propter eleemosynam vendite, quod

quod tūc digne fit, qñ qs, semel pro dño suis oibus spretis, nihilominus post hęc labore manuū vnde ꝛ victū transigere, ꝛ eleemosynam dare queat, operatur. Unde gloriatur aplus dicens: Argentum ꝛ aurum, aut vestem nullius ꝯcupiui, sicut ipsi scitis: qm̄ ad ea quę mihi opus erant ꝛ his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istę. Omnia ostēdi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos. ℟. Sint lumbi. 526. Lectio ix.

Facite vobis sacculos q nō veterascunt, eleemosynas videlicet operando, quarū merces in ęternū maneat. Ubi nōn hoc pceptū esse putādū est, vt nihil pecunię reseruetur a sanctis, vel suis scilicet, vel pauperū vsibus suggerēdę: (cū3 ꝛ ipse dñs, cui ministrabant angeli, tamen ad informandam Ecclesiā suam loculos habuisse legatur, ꝛ a fidelibus oblata ꝯseruans, ꝛ suorum necessitatibus, alijsq3 indigentibus tribuens) sed ne Deo propter ista seruiat, ꝛ ob inopię timorem iustitia deseratur. Tu autem domine miserere nostri.

IN NATALITIIS VIRGINVM.

Ad vesp. Añ. Hęc est vgo sa. 530. cū rel. ð Lau. ps. Dixit dñs. 52. Laudate pueri dñi. 53. Lętatus sum. 55. Nisi dominus. 55. Lauda Jerusalem dñm. 60. Capitulm.



Ratres q gloriatur, in domino glorietur: non enim qui se ipsum commendat, ille pbatus est; sed quē Deus commendat. 2. Co. 10

Hymnus.

Jesu corona virginum,
Quem mater illa ꝯcipit,
Quę sola virgo parturit,
Hęc vota clemens accipe.
Qui pascis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponsas decorans gloria,
Sponsisq3 reddens pręmia.
Quocunque pergis, virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosq3 dulces personant.
Te deprecamur largius,
Nostris adauge sensibus
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.
Laus, honor, virtus, gloria,
Deo patri, ꝛ filio,
Sancto simul paraclito
In sęculorum sęcula. Amen.

℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, ꝛ regna. Ad Magn. Aña. Ueni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi dominus pręparauit in ęternum. Oratio.

Deus

Deus qui inter cętera potētię tuę miracula etiā in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius: vt qui beatę N. virginis ⁊ martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur Per dominum. Alia Oratio.

Indulgentiā nobis q̄s dn̄e, beata N. virgo ⁊ martyr imploret: quę tibi grata semper extitit, ⁊ merito castitatis, ⁊ tuę professione virtutis. Per dn̄m. Alia Oratio pro virg. non mart.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę N. virginis tuę festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominū. Si fuerint plures in vtrisq; vesperis. Ad Magnificat. Aña.

Prudentes virgines aptate vestras lampades: ecce sponsus venit exite obuiā ei. ℣. Adducent regi virgines post eā. ℟. Proximę ei⁹ afferentur tibi. Oratio.

Da nobis q̄s dn̄e Deus noster sanctarū virginum ⁊ martyrū. N. ⁊ N. palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltē frequētemus obsequijs. Per dominū. Ad inuitat. Aña. Regem virginum dominū, Venite adoremus. Ps. Venite. Hymnus.

Virginis proles, opifexque matris

Virgo quē gessit, peperitq; virgo Virginis festū canim⁹ trophęū, Accipe votum.

Hęc tua virgo duplici beata Sorte, dū gestit fragilē domare Corporis sexū, domuit cruentū Corpore sęclum (tis

Vnde nec mortē, nec amica mortis Sęua pęnarū genera pauescēs, Sanguine fuso meruit secreta Scandere cęli.

Huius obtētu Deus alme nostris Parce iā culpis vitia remittēs, Quo tibi puri resonemus almū Pectoris hymnum.

Gloria patri genitęque proli, Et tibi cōpar vtriusq; semper Spiritus alme Deus vnus, omni Tempore sęcli. Amen.

In festo virginis tm̄ ⁊ mar. tm̄. ⁊ nec virginis nec mar. Hy. n. ut dicitur eo loco Huius obtētu. In j. noc. Aña. O quā pulchra est casta gn̄atio cū claritate. Ps. Domine dominus noster. 545. Reqre i offo paruo B. Marię. Aña. Ante thorū huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Ps. Cęli enarrant gloriam Dei. 545. Aña. Reuertere reuertere, sunamitis, reuertere, reuertere: vt intueamur te. Ps. Dn̄i est terra. 546. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua. ℟. Intēde, pspere pcede, ⁊ regna. Pater noster. Exaudi domine Iesu. Iube. Benedictione.

De

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. Lectio i.

ca.7. De virginibus preceptum dñi nō habeo: consiliū autem do, tanquam misericordiaz consecutus a dño, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonū esse ꝓpter instātez necessitatē, qm̄ bonū est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli q̄rere solutionem. Solutus es ab vxore? noli q̄rere vxorē. Si autē acceperis vxorē, non peccasti: ⁊ si nupserit virgo, nō peccauit: tribulationez tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autez vobis parco. Hoc itaq3 dico fratres: tempus breue est. Reliquū est, vt ⁊ qui habent vxores tanq̄3 non habentes sint: ⁊ qui flent, tanq̄3 non flentes: ⁊ qui gaudent, tanquam non gaudentes: ⁊ qui emunt, tāquā non possidentes: ⁊ qui vtuntur hoc mundo, tanq̄3 nō vtant. Preterit enim figura huius mundi. ℟. Ueni spōsa Chri, accipe coronam, quā tibi dñs preparauit in eternum, pro cuius amore sanguinem tuu3 fudisti. Et cum angelis in paradisum introisti. ℣. Ueni electa mea, ⁊ ponam in te thronum meū, quia concupiuit rex speciem tuam. Et cum an.

Lectio secunda. ℟. Ueni electa mea ⁊ ponam in te thronū meū. Qz cōcupiuit rex speciē tuā. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua, intēde, prospere procede, ⁊ regna. Quia. Glo. Tube. Unigenitus. Lectio tertia.

Olo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quę dñi sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cu3 vxore est, solicitus est q̄ sunt mundi, q̄uo placeat vxori: ⁊ diuisus est. Et mulier inupta, ⁊ virgo, cogitat quę dñi sunt, vt sit sancta, ⁊ corpore, ⁊ spiritu. Quę autem nupta est, cogitat q̄ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem vestrā dico, non vt laqueu3 vobis iniiciam, sed ad id qđ honestum est, ⁊ qđ facultatē p̄beat sine īpedimento dñm obsecrādi. ℟. Diffusa est grā in labiis tuis. Propterea benedixit te De⁹ in eternū. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intēde, prospere procede ⁊ regna. Propterea bene. Tube. Spiritus sancti. Lectio iiii.

Si quis autē turpē se viderit existimat super virginē sua, ꝙ sit supadulta, ⁊ ita oportet fieri, ꝙ vult, faciat: nō peccat si nubat. Nā qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habēs suę volūtatis, ⁊ hoc iudicauit in corde suo, seruare virginē sua3: bene facit. Igit, ⁊ qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: ⁊ qui nō iungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit,

quod

quod si dormierit vir eius, liberata est a lege, cui vult nubat tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium. Puto autem, quod et ego spiritum Dei habeam. R. Specie tua, et pulchritudine tua, Intende, prospere procede, et regna. V. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Intende. Gloria. Intende.

In secundo noct. Antiphona.

Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. ps. Eructauit cor. 546.

Antiphona. Adiuuabit eam Deus vultu suo: Deus in medio eius non commouebitur. ps. Deus noster ref. 546.

Antiphona. Aque multe non potuerunt extinguere charitatem. ps. 47.

Magnus dominus, et laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.

Fundatur exultatione vniuerse terre mons Sion: latera aquilonis, ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terre congregati sunt: conuenerunt in vnum.

Ipsi videntes sic admirati sunt: conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores, vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutum: in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in eternum.

Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio templi tui.

Secundum nomen tuum Deus: sic et laus tua in fines terre, iustitia plena est dextera tua.

Letetur mons Sion, et exultent filie Jude: propter iudicia tua domine.

Circundate Sion, et complectimini eam: narrate in turribus eius.

Ponite corda vestra in virtute eius, et distribuite domos eius: vt enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus Deus noster in eternum, et in seculum seculi: ipse reget nos in secula.

Gloria. Antiphona. Aque multe non potuerunt extinguere charitatem. V. Adiuuabit eam Deus vultu suo. R. Deus in medio eius non commouebitur. Pater noster. Ipsius pietas. Iube, Deus pa.

Sermo S. Ambrosij epi. Liiij.

Quoniam hodie natalis est virginis, inuitat nos integritatis amor, vt aliquid de virginitate dicam: ne veluti transitu quodam perstricta videatur que principalis est virtus. Non enim ideo laudabilis virginitas, quia et in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres faciat. Quis autem humano eam posset ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus? aut quis naturali voce complecti, quod supra vsum nature sit? E

celo accersiuit, qd imitaret i terris. Nec immerito viuendi sibi vsuz quesiuit e celo, que sponsuz sibi inuenit in celo. ℟. Propter veritatē, & mansuetudinē, & iustitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Spe tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Et de. Tu, be, Christus perpe. Lectio v.

Et quia opera bona in conspectu suo nunquam esse permittit inania fidelibus suis, quibus operantibus prebuit virtutis sue fauorem, tribuet condignam pro tanta operatione mercedem. Adhuc amplius agende sunt gratie deo nostro. Hanc enim Ecclesiam quam fecit nomini suo construi, fecit etiam sanctorum martyrum reliquiis amplius honorari.

De Hom. vene. Bede pres. L. vii.

Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum. Perambulans Jericho saluator venit ad locum, vbi precurrens Zacheus sycomorum conscenderat: quia missis per mundum sui verbi preconibus, in quibus ipse nimirum et loquebatur, et ibat, venit ad populum nationum, qui passionis eius fidem iam sublimius existens, etiam diuinitatis eius ardebat agnita facie beati. Suspiciens vidit illum, quia per gratiam fidei a terrenis cupiditatibus eleuatum, turbisque infidelibus preminentem elegit. Videre enim Dei, eligere, vel amare est: vnde est

est illud: Oculi dñi super iustos. Nam et nos q̄ amamus videre, ab iis, quę execramur, intuitum festinamus auertere. Lcō viij.

Uidit ergo Jesus vidētē se, quia elegit eligentem se, et amauit amantem. Hinc sane ordinem proficiendi, hoc est per fidem dñicę incarnationis ad cognitionē diuinitatis perueniendi, quasi sycomorū Jesu faciē speculandi doctor egregi⁹ ostēdit, cum ait: Non enī iudicaui scire me aliquid inter vos nisi Christum Jesum, et hunc crucifixū. Itemqz aliis exprobrans: Facti estis, inquit, quibus lacte opus sit, non solido cibo: Lac infirma temporarię dispensationis, solidum cibū, ardua perpetuę maiestatis appellans. Lectio nona.

Et dixit ad eū: Zacheę festinans descende, qr hodie in domo tua, oportet me manere. Et festinans descēdit, et excepit illū gaudēs. Manebat aliqñ dñs in domo principis Pharisęorū, hoc est, in Judęorū synagoga docebat: sed qr non baptizatū ante prandiū, sabbatho curātem, publicanos, et peccatores recipientē, cōtra auaritiā disputantē, et cętera digna Deo gerentem lingua venenata carpebāt, pertęsus eorū facinora discessit, et aufugit, dicens: Relinquetur vobis dom⁹ vestra deserta. Hodie aūt i domo pusilli Zacchęi oportet illum manere, hoc est, nouę lucis gratia coruscāte in humilium credētiū nationū corde quiescere.

SEPTIMA DIE infra octauam.

Sermo S. Johā. Chryso. L. iiij.

Communis domus ecclesia omnium est, atqz ideo communiter omnibus cōfestim cum intrauerimus, pacē sz Christi legē offerimus. Nemo ergo desidia veniendi supersedeat, nemo sęcularib⁹ suspēsū aiū rebus habeat, cum iam ad prędicandū sacerdotes intrauerint: non enim parua imminet punitio. Unde ipse optarē millies domi nostrę cōtēptus esse, quā in hoc loco prędicās semel tantūmodo nō auditus, tāto certe mihi hoc quā illud molesti⁹ esse videt: quāto hęc domus, quā vestra excellentior est. L. v.

Nā hic magnę nobis sunt possessiones, hic oīs spes nostra sita est: oia, quę hic sunt, sublimia certe sunt, atqz fulgentia: hęc mēsa pretiosior multo atque iucūdior q̄ tua: hęc lucerna magna fidei, oleo hic peruncti a morbo liberati sunt. Arca etiā melior quā tua est, magisqz necessaria, non enim pretiosas vestes, sed misericordiā inclusā cōtinet: qua qui priuantur, culpa sua priuantur. Hic et lectulus est valde tuo pręstantior: diuinarū enī scripturarū lectio omni magnifico lecto suauior est. L. vj.

Et certe bene nobiscum ageret, si nullam aliam domum preter hanc possideremus, quod dictum ne graue vobis videatur: recte dictum, tria millia hominum; et quinque millia, illi testantur, qui domum vnam, et mensam vnam, et animam vnam, habuerunt. Totius enim multitudinis credentium, inquit, vnum cor erat, et anima vna. Uerum, quia nimium longe a virtute illorum absumus, per proprias domus seiuncti, saltem quando huc conuenimus, id omni studio faciamus. Nam etsi aliarum rerum pauperes sumus, nihilominus, cum huc ad vos intramus, cum charitate obsecro nos suscipiatis: cumque pax vobis dicimus, et cum spiritu tuo, non voce solum sed animo quoque respondeatis.

De Homi. ven. Bede presb. L. vii.

Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. Manifestum est Iudeos semper gentium odisse salutem. Scriptum est enim: Sequenti vero sabbatho pene vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei. Uidentes autem turbas Iudei repleti sunt zelo, et contradicebant his que a Paulo dicebantur. Et alibi fideles etiam fratres aduersus apostolorum principem disceptabant, dicentes: Quare introisti ad viros preputium habentes, et manducasti cum illis? L. viii.

Stans autem Zacheus dixit ad dominum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Alijs calumniantibus homines peccatorem, ipse Zacheus stans, id est, in ea quam ceperat, fidei veritate persistens, non solum se ex peccatore conuersum, sed etiam inter perfectos probat esse conuersum. Dicente enim domino. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, et da pauperibus: quisquis ante conuersionem innocenter vixit, omnia conuersus potest dare pauperibus. L. ix.

At qui aliqua fraude sustulit, primo hec iuxta legem reddere, deinde quod sibi remanserit, debet dare pauperibus. At sic, et ipse, quia sibi nil retinet, omnia sua dispergit, dat pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Et hec est sapiens illa stultitia, quam de sycomoro publicanus quasi fructum vite legerat, rapta videlicet reddere, propria relinquere, visibilia contemnere, pro inuisibilibus etiam mori desiderare, seipsum abnegare, et eius, qui necdum videatur, domini vestigia sequi concupiscere.

In octa. Dedicationis Ecclesie omnia vt in die, preter lect. iii. noct.

Ex epistola decretali Felicis pape quarti. Lectio viii.



Tabernaculum Moyses domino precipiente fecisse, et sacrasse, communia

mensa & altari eius, & cęteris vasis vtensilibus, ad diuinũ cultum explendum, legimus: & nõ solũ diuinis precibus ea sacrasse, sed etiã sancti olei vnctione dño iubẽte, pliniisse nouim⁹. Qualiter aũt hęc facta sint, & quomodo ipsa sacra nõ alij quã ipsi sacerdotes sacra vnctione deliburi, dñoque cum vestibus sanctis sacrati, & leuitę tractabant, ferebant, erigebant, & deponebãt, in ipsis institutionibus, quę iubente domino p Moysen pscriptę sunt, in lege domini reperitur. Le.v.

Qualiter ergo Dauid regũ pijssimus amplificauerit cultũ dei, & tẽplũ dñi ędificare voluerit, sed pp multum sanguinẽ, quẽ effuderat, phibitus est, & ipse collegerat expensas, Salomon quoq; filius eius idipsum, qđ ipse facere optauerat, iubente, & auxiliãte dño pfecit: & tẽplũ cũ altari, & reliqua ad diuinũ, pagẽdũ cultũ pſecrauit: in libro Regũ legitur. Fecit ergo Salomon in tpe illo festiuitatem celebrẽ: & ois Israel cũ eo, multitudo magna ab introitu Emath vsq; ad riuũ Ægypti, corãm dño deo nostro, septẽ diebus, & septem diebus, idest quatuordecim diebus, & in die octaua dimisit populos. Le.vi.

Solennitates dedicationũ ecclesiarum & sacerdotũ p singulos annos solẽniter sunt celebrandę, ipso dño exemplũ dãte, qui ad festũ dedicationis tẽpli, oibus, id faciendi dans formã, cũ reliquis populis eandẽ festiuitatẽ celebraturus venit, sicut scriptum est: facta sunt encęnia in Ierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in portica Salomonis. Os autem octo diebus encęnia sint celebranda, in libro Regũ perfecta dedicatione templi reperies. Tu autem domine.

Lec. iij. noc. legũt vtĩ. i die festi.

OFFICIVM BEATÆ MARIÆ IN SABBATHO.



Omnibus sabbathis per annum exterquam in Aduentu, Quadragesima, Quatuor tẽporum, & Vigiliis, ac nisi festum nouem lectionũ occurrat, fit Officium de Sancta Maria modo infrascripto.

In vespe. Feria vj. dñr Psal. feriales in Psalt. positi. 58. Cap.

AB initio, & ante secula creata sũ: & vsq; ad futurũ seculum nõ desinã: & in habitatione scã corã ipso ministraui. Hym.

Aue

Ave maris stella,
Dei mater alma,
Atqz semper virgo,
Felix celi porta.
Sumens illud ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Eue nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cecis:
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis:
Nos culpis solutos,
Mites fac z castos.
Vitam presta puram,
Iter para tutum:
Ut videntes Jesum,
Semper colletemur,
Sit laus Deo patri,
Summo Christo decus:
Spiritui sancto,
Trinus honor vnus. Amen.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternū. Ad M. Aña. Btā mr, z intacta, vgo gliosa, regina mundi, intercede p nobis dñz ad. [illegible] p [illegible] vt in offo [illegible] B. Marie. ℣. Dñs vobis. ℟. Et cū. Oremus.

Concede nos famulos tuos qs dñe Deus, ppetua mentis, z corporis sanitate gaudere: z gliosa btē Marie semp virginis intercessione, a psenti liberari tristitia, z eterna perfrui letitia. Per dd. vel alia pro tēpore. Post orationem fiunt cmemo. csuete de Apostolis, z de Pace, vel alie pro tpe occur. fo.61. Completorium, vt in Psalter. Ad Matutinum. Inuitatoriuz. Ave Maria, gratia plena: Dñs tecum. ps. Venite. Hymnus.

Quē terra, pontus, ethera
Colunt, adorant, pdicāt z
Trinam regentem machinam
Claustrum Marie baiulat.
Cui luna, sol, z omnia
Deseruiunt per tempora:
Perfusa celi gratie,
Gestant puelle viscera.
Beata mater munere
Cuius supernus artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.
Beata celi nuncio,
Fecunda sancto spiritu,
Desideratus gentibus,
Cuius per aluum fusus est,
Gloria tibi domine, Qui nat.

Nocturnu sabbat hi, vt in Psal. In fine nocturni. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternū. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. Absolutio.

Precibus z meritis beate Marie semper virginis: z oium sctōr: perducat nos dominus

nus ad regna cęlorum. ℟. Amen. ℣. Jube domne benedicere. Bñd. Nos cum prole pia, benedicat virgo Maria. ℟. Amen. Primę due lectiones de scriptura libri currentis Tertia vna ex inferius positis per ordinem. ℟. Sancta, & immaculata virginitas, quib⁹ te laudib⁹ efferam nescio, Quia quē cęli capere nō poterant, tuo gremio contulisti. ℣. Benedicta tu in mulierib⁹, & bñs fructus ventris tui. Quia. Pro secūda lectione. Bñdictio. Ipsa virgo virginum: intercedat pro nobis ad dñm. ℟. Amen. ℟. Felix namq; es sacra virgo Maria, & oi laude dignissima, Quia ex te ort⁹ est sol iustitię Chrs de⁹ nr. ℣. Ora p ppło, interueni pro clero, intercede p deuoto fœmineo sexu: sentiāt oēs tuū iuuamen, qcunq; celebrant tuā sanctam cōmemorationem. Quia. Gloria patri. Christus. Pro iij lec. Bño. Per virginem matrem concedat nobis dominus salutem & pacem. ℟. Amē. Ad Laudes, & per horas. Aña.

Dum esset rex i accubitu suo: nard⁹ mea dedit odorē suauitatis. ps. Dñs regnauit. 8. Añ. Leua ei⁹ sub capite meo: & dextera illi⁹ amplexabit me. ps. Jubilate. 8. An. Nigra sum, sed formosa filia Jerl'm: ideo dilexit me rex, & introduxit me in cubiculū suū. ps. Deus Deus me⁹. 9. Añ. Jā hyems transijt, imber abijt, & recessit, surge amica mea & veni. ps. Benedicite. 9. Añ. Speciosa facta es, suauis in delicijs tuis: sctā Dei genitrix. ps. Laudate dñm de cę. 9. Cap. Ab initio, vt supra. Hymnus.

O Gloriosa domina,
Excelsa super sydera:
Qui te creauit prouide
Lactasti sacro vbere.
Quod Eua tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent vt astra flebiles
Cęli fenestra facta es.
Tu regis alti ianua,
Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per virginem,
Gentes redemptę plaudite.
Gloria tibi do. ℣. Bñdicta tu i mulieribus. ℟. Et bñdictus fructus ventris tui. Ad Bñs. Añ. Btā dei genitrix Maria, virgo ppetua, tēplū dñi, sacrariū spūs sancti: sola sine exēplo placuisti dño nostro Jesu Christo: ora p populo, interueni pro clero: intercede p deuoto fœmineo sexu, vel alia pro varietate tēporis, vt in offō paruo btē Marię. Or. Concede nos famulos tuos. vel alia vt supra. Deinde fiūt cōme. vtš. fol. 541. Ad horas hymni. Psalm. vt in Psal. i & fine omniū hymnorum dicitur Gloria tibi domine, Qui natus es de virgine. Ad i. Aña. Dum esset rex. ps. De⁹ in noie. 10. Beati imma. Retribue.

tribus. Cap. Regi seculorum. R. br. Christe fili. V. Qui natus es de Maria virgine, et alia vt in Psal. Ad Absolonem. Cap. In plateis. Ad Tertiam. Aña. Leua eius. ps. Legem pone mihi. 16. Cap. Ab initio. vtsupra. R. br. Spe tua, Et pulchritudine tua. V. Inten de, prospere procede, et regna. V. Adiuuabit eã deus vultu suo. R. Deus in medio eius nõ cõmouebit. Ad Sextam. Aña. Nigra sum. ps. Defecit. fol. 171. Capitulum.

ca.24. Et sic in Sion firmata sum, et in ciuitate sanctificata similiter requieui, et in Ierusalem potestas mea: Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detentio mea. R. br. Adiuuabit eã Deus vultu suo. V. Deus in medio eius nõ cõmouebit. Deus. V. Elegit eam Deus, et preelegit eam. R. In tabernaculo suo habitare facit eã. Ad Nonam. Aña. Speciosa. ps. Mirabilia. 18. Capitulum. In plateis sicut cinamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. R. bre. Elegit eã Deus, Et preelegit eã. V. In tabernaculo suo habitare facit eã. Et. V. Diffusa est gratia in labijs tuis. R. Propterea benedixit te Deus in eternum. Oratio. Concede nos famulos. vtsupra. Ad vesp. 59. Aña. et Psalmi feriales. Cap. et rel. oia, si nõ occur. festũ dup. de quo fi ca. In hunc cõ consuetẽ in Psalt.

POST NATIVITATEM vsque ad purifica. Ad vesp. Cap. Ab initio. Hymnus. Aue maris stel. V. Diffusa est gratia. Ad Magnificat Aña. Magnũ hereditatis mysteriũ. 55 r. Oratio. Deus qui salutis eter. Ad Laudes, et per Horas. Aña. O admirabile. 55 r. vt infra in offi. paruo b. Marie cũ rel. de lau.

TEMPORE PASCHALI Inuita. Añis, Rñso. et Vñi. addit Alleluia. Et ad Magni. et Bñs, et Nunc dimittis. dr Regina celi, vt infra in offiõ paruo b. Marie. Lectiones sequentes dicuntur singulis mensibus in Off. B. Marie in Sabb. ordine subscripto.

MENSE IANVARIO. Ex epistola S. Ambrosij episcopi ad Siricium Papam. L. iij.

Te via peruersitatis prodũt dicere: Virgo concepit, sed non virgo generauit. Que potuit ergo virgo concipere, potuit virgo generare: cum semper conceptus precedat, partus sequatur. Sed si doctrinis nõ credit sacerdotũ, credat oraculis Christi, credat monitis angelorum, dicentium: Quia non impossibile Deo omne verbũ: Credatur Symbolo apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit, et seruat. Audiuit Maria vocem angeli, et que ante dixerat, Quomodo fiet istud? nõ de fide generationis

rationis interrogans, rñdet postea: Ecce ancilla dñi, ɔtingat mihi ẜm verbū tuū. Te Deuz. 8.

MENSE FEBRVARIO

Ex libro S. Hieronymi pñbyteri aduersus Iouinianum. L. iij.

Christus virgo, mater virginis nr̃i virgo ꝑpetua, mater ⁊ virgo. Iesus enim clausis ingressus est ostijs, ⁊ in sepulcro eius, quod nouuz, ⁊ in petra durissima fuerat excisuz, nec antea quis, nec postea positus est. Hortus ɔclusus, fons signat⁹: ƌ quo fonte ille fluuius manat, iuxta Ioel, q irrigat torrẽtẽ vel funiuz vel spinaꝶ, funiuz pcõꝶ qbus ante alligabamur: spinaꝶ q̃ suffocant semente p̃ris familias. Hęc est porta orientalis, vt ait Ezechiel semper clausa, ⁊ lucida, ⁊ operiens in se, vel ex se ꝓferens sancta sanctoꝶ, ꝑ quã sol iustitię, ⁊ pontifex noster secundum ordinem Melchisedech ingreditur, ⁊ egreditur. Te Deum. 8.

MENSE MARTIO ante Quadragesimam.

Ex libro Scti Irenei episcopi, ⁊ martyr. aduersus hereses. L. iij.

In sua ꝓpria veniente dño, ⁊ sua propria euz baiulãte ɔditione, quę baiulatur ab ipso, ⁊ recapitulationez eius quę in ligno fuit inobedientię ꝑ eam q̃ in ligno est obedientiam faciente, ⁊ seductione illa soluta, qua seducta est male, illa, quę iam viro destinata erat virgo Eua, per veritatẽ euãgelizata est bene ab angelo iam sub viro virgo Maria. Quemadmodum enim illa per angelicum sermonem seducta est, vt effugeret Deuz pręuaricata verbuz ei⁹: ita ⁊ hęc ꝑ angelicuz sermonẽ euãgelizata est, vt portaret Deuz obediẽs eius verbo. Et sicut illa seducta est vt effugeret Deuz, sic hęc suasa est obedire Deo, vti virginis Euę ṽgo Maria fieret aduocata: Et quẽadmodũ astrictuz est morte gen⁹ humanuz ꝑ virginẽ, soluat ꝑ virginẽ, ęqua lance dispositã, virginalis inobedientia ꝑ virginalez obedientiã. Te deum. 8.

MENSE APRILI.

Ex libro Sancti Epiphanij episcopi aduersus hereses. Lec. iij.

Si catuluz leonis obscure dicit Iacob: Chrĩz dicens: ⁊ in Apocalypsi habet: Ecce vicit leo de tribu Iuda: dñs enim leo assimilat⁹, non, ẜm naturam, sed propter ęnigma, ⁊ eo quod regiuz hoc animal inter omnia animantia violentissimum, ac fortissimuz, ⁊ ꝑ omnia gratiosissimuz: profecto etiam genitricez ipsius leęnã dixerim. Unde eniz gignet omnino leo, si non leęna mr̃ vocabit? Leęnę eniz nõ ɔtingit secundus partus: ergo non amplius partum nouit Maria, non amplius ɔiunctionem corpoꝶ sancta virgo. Te Deuz 8.

Mense

MENSE MAIO.

Ex tractatu S. Aug. epi de symbolo ad Catechumenos. L. iij.

PEr feminā mors, p feminā vita: p Euā interitus, per Mariā salus. Illa corrupta secuta est seductorē: hęc integra peperit saluatorē. Illa poculū a serpēte propinatū libēter accepit, & viro tradidit, ex quo simul mererēt occidi: hęc grā cęlesti desuper infusaz vitā ptulit, p quā caro mortua possit resuscitari. Quis est qui hęc operatus est, nisi virginis fili⁹, & vginū spōsus, q attulit matri fęcunditatē, sed, nō abstulit virginitatē? Te Deum. 8.

MENSE IVNIO.

Sermo S. Bernardi abba. L. iij.

VEhemēter qdē nobis, dilectissimi, vir vnus & mulier vna nocuere: sed grā deo p vnuz nihilomin⁹ virū, & mulierē vnā oīa restaurātur, nec sine magno fęnore grāx. Neqz eni sicut delictū, ita & donū. Sd excedit oēm ęstimationē bñficij magnitudo. Sic nimirū prudētissimus & clementissim⁹ artifex, qđ qssatū fuerat, nō ꝯfregit, sed vtili⁹ oīno refecit, videlicet, vt nobis nouum formaret Adā ex veteri, & Euaz trāsfunderet i Mariā. Te deū.

MENSE IVLIO.

Ex epistola S. Ambrosij episco. ad Siricium Papaz. Lectio iij.

NOn excedit fidez quod homo exiuit de virgine, quādo petra profluxit, scaturiuit ferruz super aquas, ambulauit homo sup aquas, ergo si hominem vnda portauit, nō potuit hoiem virgo generare? atqz hoiem de quo legimus: Et mittet illis dñs hoiez q saluos faciet eos, & notus erit dñs Ægyptijs? In veteri itaqz testamēto vga Hebręox per mare duxit exercitū: in nouo testamēto virgo gñis, aula cęlestis electa est ad salutez. Te Deū. 8.

MENSE AVGVSTO.

De expositione sancti Gregorij papę in libros Regum. Lec. iij.

FVit vir vn⁹ de Ramathaiz Sophim, d mōte Ephraiz. Potest montis noie beatissima semp virgo Maria, Dei genitrix, designari. Mōs qppe fuit, q oēm electę creaturę altitudinez electionis suę dignitate trāscendit. An nō mōs sublimis Maria q vt cōceptionē ęterni Verbi ptingeret, meritorum verticez supra oēs angelox choros vsqz ad soliū deitatis erexit? Huius ēnim mōtis pręcellētissimā dignitatez Isaias vaticinās ait: Erit in nouissimis diebus pparatus mons domus dñi in vertice montiuz. Mons quippe in vertice montiū fuit, quia altitudo Marię supra oēs scōs refulsit. Te Deū. 8.

MENSE SEPTEMBRI.

Ex ep. stola S. Leonis Papę ad Pulcheriā Augustā. L. iij.

SAcramētū recōciliationis nostrę.

nostre, ante tempora eterna dispo- situm mille implebat figure: quia nondum supuenerat spus sctus in virginem, nec virtus altissimi obum brauerat ei, vt et intra intemera- ta viscera, edificante sibi sapientia domum, verbum caro fieret, et, for- ma dei ac forma serui in vnam con- uenient personam, creator tem porum nasceretur in tempore, et per quem facta sunt omnia, ipse inter oia gigneret. Nisi enim no uus homo factus in similitudinem carnis peccati, nram susciperet vetustatem, et consubstantialis patri consubstantialis esse dignaretur, et matri; naturamque nostram solus a peccato liber vniret, sub iugo diaboli generaliter teneretur hu- mana captiuitas. Te Deum. 8.

MENSE OCTOBRI.

Sermo s. Bernardi abba. L. iii.

Amplectamur Marie vesti gia, fres mei, et deuotissima supplicatione beatis illius pe- dibus puoluamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donec be nedixerit nobis: potens est enim Nempe vellus est medium inter rorem, et aream: mulier inter so- lem, et lunam, Maria inter Chri stum, et Ecclesiam constituta. Sed forte miraris non tam vel- lus opertum rore, quam amictam sole mulierem. Magna siquidem familiaritas, sed mira omnino vicinitas solis, et mulieris. Quo- modo enim in tam vehementi fer nore tam fragilis natura subsistit? Merito quidem admiraris Moy ses sancte, et curiosius desideras intueri. Veruntamen solue cal- ciamenta de pedibus tuis, et inuolu cra pone carnalium cogitationum, si accedere concupiscis. Te Deum.

MENSE NOVEMBRI.

De expositione S. Basilij epi scopi in Isaiam prophetam. L. iij.

Accessit (inquit) ad prophe tissam, et in vtero accepit, et peperit filium. Quod Maria pro phetissa fuerit, ad quam proxime accessit Isaias per prenotionem spiritus, nemo contradixerit, qui sit memor verborum Marie, que prophetico afflata spiritu elocu ta est. Quid enim ait? Magni- ficat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit hu militatem ancille sue: Ecce enim ex hoc beatam me dicent oes ge nerationes. Quod si animum ac- comodaueris vniuersis eius ver bis, non vtique contentiose nega ueris eam fuisse prophetissam, quod domini spiritus in eam su peruenerit, et virtus altissimi obumbrauerit ei. Te Deum. 8.

MENSE DECEMBRI ante Aduentum.

In Aduen. non fit de S. Maria Ex libro Officiorum sancti Ambrosij episcopi. Lectio tertia.

Bonus regende castitatis pu dor est comes, qui primus in ipso

in ipso cogitationis ingressu dñi matrē cōmēdat legētibus, ⁊ tanquam testis locuples, dignam, que ad tale munus eligeretur, astruit: q̄ in cubiculo, q̄ sola, quod salutata ab angelo tacet, ⁊ mota est i introitu ei⁹, qđ ad viri lis sexus speciē peregrinā turbatur aspect⁹ virginis. Itaq̄ quāuis esset humilis p̄ verecūdia tñ nō resalutauit, nec vllū respōsū retulit, nisi vbi de suscipienda dñi gñatione cognouit, vt qualitatē effectus disceret, non vt sermonē repelleret. Te Deum. 8.

OFFICIVM PARVVM Beate Marie.

non dicitur, qñ fit Officium ix. lcōnū nec in vigil. natiuit. Dñi, nec in ferius maioris Hebd. nec infra oct. Pasche, ⁊ Pēte. nec in Sabb. qñ fit offiñ de S. Maria Quibus dieb⁹ omittit' a j. vesp. ⁊ in vigil. Nat. a Matu. Cum dr in choro, i mat. ⁊ in vesp. p̄ponit offō diei in alijs hor. postponit. Extra Chorū dr p̄ tpis opportunitate. Offiñ B. M. extra aduē. Ad Vesperas Aue Maria. que dicitur semper in principio omnium Horarum Beate Marie.


Deus in adiutorium. Gl'ia pri. i ñ Hal'. vel Laus tibi dñe rex eterne glorie. pro diuersitate temporis. Añ. Dū esset rex i accubitu suo, nard⁹ mea dedit odorē suauitatis. ps. Dixit dñs. fo. 52. Añ. Leua eius sub capite meo ⁊ dextera illius amplexabit me. ps. Laudate pueri 53. Añ. Nigra sum, sed formosa filie Jerusalē, ideo dilexit me rex, ⁊ introduxit me in cubiculum suū. ps. Letatus sum. 55. Añ. Iā hyems transijt, imber abijt, ⁊ recessit: surge amica mea, ⁊ veni. ps. Nisi dñs. 55. Añā. Speciosa facta es ⁊ suauis in delitijs tuis, sancta Dei genitrix. ps. Lauda Jerusalem. fol. 60. Capitulum.


Ab initio, ⁊ ante secula creata sum: ⁊ vsq̄ ad futurū seculū nō desinā: ⁊ in habitatione sancta, corā ipso ministraui. Hym. Ecci 24

Aue maris stella,
Dei mater alma,
Atq̄ semper virgo,
Felix celi porta.
Sumens illud aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Eue nomen.
Solue vincla reis,
Profer lumen cecis:
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis:
Nos culpis solutos,

Mites

Mites fac & castos:
Vitam pręsta puram,
Iter para tutum:
Ut videntes Iesum,
Semper collętemur.
Sit laus Deo patri,
Summo Christo decus:
Spiritui sancto,
Trinus honor vnus. Amen.
℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in ęternum. Ad M. Añ. Beata mater, & intacta, v̄go gloriosa, regina mūdi, itercede p̄ nobis ad dñm. Kyrie el. Xp̄e el. Kyrie elei. Dñs vobis. Orõ.

Concede nos famulos tuos, q̄s dñe Deus, ppetua mētis & corpis sanitate gaudere: & gloriosa btē Marię semp virginis itercessione, a p̄senti liberari tristitia, & ęterna p̄frui lętitia. Per Chrm dñm nrm. ℟. Amē. Seq. cōme. p̄ scis fit tm̄ in vesp. & Laud. cū offō s. Marię, p̄terq̄ in Aduen. cuius loco tūc alia dr̄. Sci dei oēs itercedere dignemini p̄ nr̄a oiumq̄ salute. ℣. Lętamini in dño, & exultate iusti. ℟. Et glīamini oēs recti corde. Orō.

Protege domine populū tuū: & apostolorum tuorū Petri & Pauli, & aliorū apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua.

Omnes sancti tui, q̄s dñe, nos vbiq̄ adiuuent: vt, dū eorū merita recolimus, patrocinia sentiamus: & pacē tuā nr̄is cōcede tpibus, & ab ecclesia tua cūctaz repelle nequitiā: iter, actus, & volūtates nostras, & oium famulorum tuorū in salutis tuę prosperitate dispone: benefactoribus nr̄is sempiterna bona retribue: & oibus fidelibus defunctis requiē ęternā concede. Per dñm.

AD COMPLETORIUM

℣. Conuerte nos. ℟. Et auerte. ℣. Deus in adiutorium. &c. Gloria patri. Ps. ab. Psalmi Sępe expugna. 56. De pfundis. Dñe non est exalta. 56. Hym.



Memento salutis auctor.
Quod nostri quondam corporis,
Ex illibata virgine
Nascendo, formam sumpseris.
Maria mater gratię,
Mater misericordię,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, & sancto spiritu
In sempiterna scla. Amē. Cap.

Ego mr̄ pulchrę dilectiōis, & timoris, & magnitudinis, & sanctę spei. ℣. Ora pro nobis sācta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur pmissionibus Chri. Ecclē 24
Ad Nunc dimittis. Añ. Sub tuum pręsidiū confugimus sancta Dei genitrix, nostras depre-

cationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper virgo gloriosa, & benedicta. Kyrie elei. Christe eleison. Kyrie eleison. Oratio.
Fateę & gloriosę, semperque virginis Marię, quęsumus domine, intercessio gloriosa nos protegat: & ad vitam perducat ęternam. Per dominum nostrum.

AD MATVTINVM.

Domine labia mea apies. Et os meum annunciabit. Deus in adiutorium. Gloria pa. Halab. Invitatorium. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum. Venite. Hymnus.

Quē terra pontus, ęthera
Colunt, adorant, predicant,
Trinam regentem machinam
Claustrum Marię baiulat.
Cui luna, sol, & omnia,
Deseruiunt per tempora,
Perfusa cęli gratia,
Gestant puellę viscera.
Beata mater munere,
Cuius supernus artifex
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.
Beata cęli nuncio,
Fęcunda sancto spiritu,
Desideratus gentibus
Cuius per aluum fusus est.
Gloria tibi domine:
... Marię ... nocturni cum suis ... nisi ... Absolutio vero & Bndi.

... Benedicta ...
Deo ... & se...
... nocturnum ...
Benedicta tu. Psalmus 8.

Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificentia tua: super cęlos.
Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.
Quoniam videbo cęlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam, & stellas, quę tu fundasti.
Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum.
Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi.
Volucres cęli, & pisces maris: qui perambulant semitas maris.
Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.
Gloria patri. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Antiphona. Sicut myrrha. Psalmus 18.
Cęli enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.
Dies

Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiam.
Non sunt loquele, neqz sermones: quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum.
In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam: a summo celo egressio eius.
Et occursus eius vsqz ad summum eius: nec est, qui se abscondat a calore eius.
Lex domini immaculata conuertens animas: testimonium domini, fidele, sapientiam prestans paruulis.
Iustitie domini recte letificantes corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos.
Timor domini sanctus, permanens in seculum seculi: iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.
Desiderabilia super aurum, et lapidem preciosum multum: et dulciora super mel et fauum.
Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.
Et erunt, vt complaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.
Domine adiutor meus, et redemptor meus.
Glo. Aña. Sicut myrrha electa, odorem dedisti suauitatis, sancta dei genitrix. Añ. Ante thorum. Ps. 23.
Domini est terra et plenitudo eius, orbis terrarum et vniuersi, qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum: et super flumina preparauit eum.
Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius.
Innocens manibus, et mundo corde: qui non accepit in vano animam suam nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a Deo salutari suo.
Hec est generatio querentium eum: querentium faciem Dei Jacob.
Attollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie: dominus fortis et potens, dominus potens in prelio.
Attollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie: dominus virtutum ipse est rex glorie.
Gloria. Añ. Ante thorum huius virginis, frequentate nobis dulcia cantica dramatis. ℣. Diffusa est gratia. ℟. Propterea. Sed in officio ix. lectionum dr. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, et regna. Pater noster. cum lectionibus et reliquis prescriptis.

Seq. psalmi dñr. feria iij. & vj. ad noc. Añ. Specie tua. Psal. 44.



Ructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calam⁹ scribę: velociter scribentis.
Speciosus forma prę filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum.
Accingere gladio tuo: super femur tuum potentissime.
Spē tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna.
Propter veritatē, & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagittę tuę acutę: populi sub te cadent in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in sclm̄ seculi: vga directionis virga regni tui.
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus deus tuus oleo lętitię prę consortibus tuis.
Myrrha & gutta & casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filię regum in honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato: circundata varietate.
Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.
Et cōcupiscet rex decorē tuuz: quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum.
Et filię Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius, filię regis abintus: in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.
Adducētur regi virgines post eaz: proximę eius afferētur tibi.
Afferētur in lętitia & exultatione: adducētur in templuz regis.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.
Memores erunt nois tui dñe: in oi generatione & generationez.
Propterea ppl̄i cōfitebunt tibi. in ęternum: & in seculum seculi.
Gloria patri. Añ. Specie tua & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. Añ. Adiuuabit eam. Psalmus. 45.

Deus nr̄, refugium, & virtus: adiutor i tribulationib⁹ quę inuenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus dū turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.
Sonuerūt & turbatę sunt aquę eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus lętificat ciuitatez Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.
Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eā Deus mane diluculo.
Conturbatę sunt gentes, & inclinata

clinata sunt regna: dedit vocem suam, ꝛ mota est terra.
Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.
Venite, ꝛ videte opera dñi, quę posuit prodigia sup terram: auferens bella vsq; ad finem terrę.
Arcum conteret ꝛ confringet arma: ꝛ scuta comburet igni.
Vacate, ꝛ videte, quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, ꝛ exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.
Gloria patri. Aña. Adiuuabit eam Deus vultu suo: Deus in medio eius nõ commouebitur.
Aña. Sicut lętantium. Ps. 86.
Fundamẽta ei⁹ in mõtib⁹ sanctis, diligit dñs portas Siõ, sup oia tabernacula Jacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.
Memor ero Raab, ꝛ Babylonis scientium me.
Ecce alienigenę, ꝛ Tyrus, ꝛ populus Æthiopũ: hi fuerũt illic.
Nunquid Sion dicet homo, ꝛ homo natus est in ea: ꝛ ipse fundauit eam altissimus.
Dominus narrabit in scripturis populorum: ꝛ principum horum qui fuerunt in ea.
Sicut lętantium omnium: habitatio est in te.
Gloria pa. Añ. Sicut lętãtium omnium nostrum habitatio est, in te, sancta Dei genitrix. ℣.
Diffusa est gratia in labijs tuis.
Sed in officio nouem lect. dr ℣.
Adiuuabit eam deus vultu suo. ℟. De⁹ in medio ei⁹ nõ cõmouebitur. Pr nr. cũ lec. ꝛ rel. vt supra.
¶ Sequẽ. psalmi dñr fer. iiij. ꝛ Sabbatho. Ad nocturnum. Añ. Gaude Maria virgo. Psal. 95.
Cantate dño canticum nouum: cantate domino omnis terra.
Cantate dño ꝛ benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
Annũciate inter gẽtes gloriam ei⁹: in oibus pplis mirabilia ei⁹.
Quoniam magnus dominus, ꝛ laudabilis nimis: terribilis est, super omnes deos.
Qm omnes dij gentium dęmonia: dominus autem cęlos fecit.
Confessio ꝛ pulchritudo in cõspectu ei⁹, sanctimonia ꝛ magnificentia in sanctificatione eius.
Afferte dño patrię gẽtiũ afferte domino gloriam ꝛ honorem; afferte dño gloriã nomini eius.
Tollite hostias, ꝛ introite in atria eius: adorate dominum in atrio sancto eius.
Commoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terrę qui non commouebitur: iudicabit populos in ęquitate.
Lętentur cęli ꝛ exultet terra: cõmoueat mare ꝛ plenitudo eius;

gaudebūt cāpi ⁊ oia q̄ i eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna syluaruꝫ a facie dñi, quia venit: quoniam venit iudicare terraꝫ.
Iudicabit orbeꝫ terrę in ęquitate: ⁊ populos in veritate sua.
Gloria pa. Añ. Gaude Maria virgo: cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mūdo. Añ.
Dignare me. Psalmus 96.
Dominus regnauit exultet terra: lętent insulę multę.
Nubes ⁊ caligo in circuitu eius: iustitia, ⁊ iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum pręcedet: ⁊ inflammabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terrę: vidit ⁊ cōmota est terra.
Mōtes sicut cera fluxerunt a facie dñi: a facie dñi omnis terra.
Annūciauerūt cęli iustitiā eius: ⁊ viderunt oēs ppli gloriā eius.
Confundātur omnes, qui adorant sculptilia: ⁊ qui gloriantur in simulacris suis.
Adorate eum oēs angeli eius: audiuit ⁊ lętata est Sion.
Et exultauerunt filię Iudę: propter iudicia tua domine.
Qm̄ tu dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odite malum, custodit dominus animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto: ⁊ rectis corde lętitia.
Lętamini iusti i dño: ⁊ ɔfitemini memorię sanctificationis eius.
Gloria. Añ. Dignare me laudare te virgo sacrata: da mihi virtutē cōtra hostes tuos. Añā.
Post partum virgo. Psalm. 97.
Cantate dño canticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius: ⁊ brachium sanctum eius.
Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.
Recordatus est misericordię suę ⁊ veritatis suę domui Israel.
Viderunt omnes termini terrę: salutare Dei nostri.
Iubilate deo omnis terra: cantate, ⁊ exultate, ⁊ psallite.
Psallite dño in cithara, in cithara ⁊ voce psalmi: in tubis ductilibus, ⁊ voce tubę cornę.
Iubilate in ɔspectu regis dñi: moueat mare ⁊ plenitudo eius, orbis terrarū, ⁊ q habitāt in eo.
Flumina plaudēt manu: simul montes exultabunt a cōspectu dñi, qm̄ venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iustitia: ⁊ populos in ęquitate.
Gloria. Añ. Post partū virgo inuiolata permansisti: Dei genitrix itercede ꝑ nobis. ℣. Diffusa est grā in labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit te Deus i ęternū. Bened. ut supra, Lectio, ut supra. ℟. Elegit eam

eam Deus, ꝛ pꝛelegit eam. ℟.
In tabernaculo suo habitare fa
cit eā. ℣. Pr̄ nr̄. sec. ℣. Et ne nos.
℟. Sed libera nos. Absolutio.

PRecibus, ꝛ meritis
btē Marię semꝑ vir
ginis, ꝛ oīum sanctoꝝ,
ꝑducat nos dn̄s ad re
gna celorum. ℟. Amen. Iube
domne benedicere. Bn̄o. Nos
cum prole pia benedicat virgo
Maria. ℟. Amen. Lectio j.

Eccle. 24. IN oib⁹ requiē quesiui, ꝛ in
hereditate dn̄i moꝛaboꝛ:
Tūc ꝑcepit, ꝛ dixit mihi creatoꝛ
oīum, ꝛ q creauit me, requieuit in
tabernaculo meo: ꝛ dixit mihi:
in Iacob inhabita: ꝛ i Israel he
reditare: in electis meis mitte
radices. ℟. ℣. cā, ꝛ immaculata
virginitas, quibus te laudibus
efferā nescio. Quia que celi ca
pere nō poterāt, tuo gremio cō
tulisti. ℣. Bn̄dicta tu in mulie
ribus: ꝛ benedictus fructus ven
tris tui. Qu. Iube. Bn̄o. Ipsa
virgo virginum, intercedat pro
nobis ad dn̄m. ℟. Amen. L. ij.

ET sic in Sion firmata sū,
ꝛ in ciuitate sanctificata si
militer requieui: ꝛ in Ierusalē
potestas mea. Et radicaui in po
pulo honoꝛificato, ꝛ i partes dei
mei hereditas illi⁹, ꝛ in plenitu
dine sanctoꝝ detētio mea. ℟.
Beata es virgo Maria, q̄ dn̄m
poꝛtasti creatoꝛē mundi: Genui
sti q te fecit, ꝛ in ęternū ꝑmanes

virgo. ℣. Aue Maria, grā ple
na, dn̄s tecū. Genuisti. Iube.
Bn̄o. Per virginem matrem
concedat nobis dn̄s salutem, ꝛ
pacem. ℟. Amen. Lectio iij.

QUasi cedrus exaltata sū
in Libano, ꝛ quasi cypres
sus in mōte Sion. Quasi palma
exaltata sū i cades: ꝛ quasi plan
tatio rosę in Iericho. Quasi oli
ua speciosa in cāpis: ꝛ quasi pla
tanus exaltata sū iuxta aquas.
In plateis sicut cinnamomū, ꝛ
balsamum aromatizans odoꝛē
dedi: quasi myrrha electa dedi
suauitatē odoꝛis. ℟. Felix nāq
es sacra virgo Maria, ꝛ oī lau
de dignissima. Quia ex te oꝛtus
est sol iustitię, Christus deus nr̄.
℣. Ora ꝓ populo, interueni pro
clero, intercede pro deuoto femi
neo sexu: sentiant omnes tuum
iuuamen, quicunque celebrant
tuam sanctam commemoꝛatio
nem. Quia. Gloria. Christus.
Ad Laudes, ꝛ per horas. Aña.

ASsumpta est Maria i ce
lū, gaudēt angeli, laudātes
benedicūt dn̄m. ps. Dn̄s reg 8.
cum reł. Aña. Maria virgo as
sumpta est ad ętheręum thala
mū: in quo rex regū stellato se
det solio. Aña. In odoꝛem vn
guentoꝝ tuoꝛum currimus: ado
lescentulę dilexerunt te nimis.
Aña. Benedicta filia tu a dom
no: quia per te fructū vitę cōica
uimus. Aña. Pulchra es, ꝛ de

tota filia Jerusalem: terribilis, ut castrorum acies ordinata. Cap.

Cāt.6. Viderūt eā filie Siō: et beatissimā predicauerūt, et regine laudauerunt eam. Hymnus.

O Gloriosa domina,
Excelsa super sydera:
Qui te creauit prouide,
Lactasti sacro ubere.
Quod Eua tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flebiles,
Celi fenestra facta es,
Tu regis alti ianua,
Et porta lucis fulgida:
Uitam datam per virginem
Gentes redempte plaudite.
Gloria tibi domine.

℣. Benedicta tu in mulieribus.
℟. Et bñs fructus ventris tui.
Ad Bñs. Añ. Beata Dei genitrix Maria, virgo ppetua, tēplū dñi, sacrarium spūs sci: sola sine exēplo placuisti dño nro Jesu Christo: ora pro populo, interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo sexu. Kyrie eleison. Christe el. Kyrie el. Oremus.

Deus qui de beate Marie virginis utero verbum tuū angelo nūciāte, carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: ut q vere eā genitricē Dei credim⁹, ei⁹ apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Christum dñm nrm. ℟. Amen.

[illegible] Añ. Sancti Dei oēs intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. ℣. Letamini in domino, et exultate iusti. ℟. Et gliamini. Oremus.

Protege dñe populū tuū et apostolorū tuorum Petri et Pauli, et aliorum apostolorum patrocinio confidentē perpetua defensione conserua.

Omnes sci tui, qs dñe, nos vbique adiuuēt: ut dū eorū merita recolim⁹ patrocinia sentiamus: et pacē tuam nostris concede tēporib⁹: et ab ecclesia tua cunctā repelle nequitiam: iter, actus, et volūtates nostras, et omnium famulorū tuorum in salutis tue prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: et omnib⁹ fidelibus defunctis requiē eternā cōcede. Per do. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias.

AD PRIMAM.

Deus in adiutorium meum intende. ℟. Dñe ad adiuuādū me festina. Gloria patri, et filio, et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper, et in secula seculorum. Amen. Alleluia. Hym.

Memento salutis auctor,
Quō nri quondā corporis
Ex illibata virgine
Nascendo formam sumpseris,
Maria mater gratie
Mater misericordie,

Tu

Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe,
Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu,
In sempiterna secula. Amen.
Ana. Assumpta est. Psalm. 52.
DEus in nomine tuo saluũ me fac, et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meã, auribus pcipe verba oris mei.
Quõ alieni insurrexerũt aduersum me, et fortes quesierunt animam meã: et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
Ecce enim Deus adiuuat me: et dñs susceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo domine: quoniam bonum est.
Quõ ex omni tribulatione eripuisti me: et sup inimicos meos despexit oculus meus.
Gloria patri. Psalmus. 84.
BEnedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob.
Remisisti iniqtatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorũ.
Mitigasti omnem irã tuã: auertisti ab ira indignationis tue.
Conuerte nos deus salutaris nr̃: et auerte iram tuam a nobis.
Nunqd in eternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostẽde nobis dñe misericordiã tuam: et salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus Deus: quoniã loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor.
Ueruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iustitia et pax osculate sunt.
Ueritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit.
Etenim dñs dabit benignitatẽ: et terra nostra dabit fructũ suũ.
Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos.
Gloria patri. Psalmus. 116.
LAudate dñm oẽs gentes: laudate eum oẽs populi.
Quoniã confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum.
Gloria. Añ. Assumpta est Maria in celum: gaudent angeli: laudantes benedicunt dñm. Cap. 6. Cã.
QUe est ista, que progredit quasi aurora consurgens: pulchra vt luna, electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata?
℣. Dignare me laudare te, vgo sacrata. ℟. Da mihi virtutẽ cõtra hostes tuos. Kyrie el. Oõn.
Deus

Deus qui virginalē aulā beatę Marię, i qua habitare eligere dignat⁹es: da q̄s, vt sua nos defensione munitos, iucundos facias sue interesse cōmemorationi. Qui viuis & reg. ¶ Ad ii. hym. Memēto. ... Maria virgo. ps. Ad dn̄m cū tribu. 54. Leuaui oculos. 54. Lętatus sum. 55. Capitulum.

Eccle. 24. Et sic in Siō firmata sum & in ciuitate sanctificata simi liter requieui, & in Jerusalē potestas mea. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te De⁹ i ęternū. Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Orō.

Deus, q salutis ęternę beatę Marię virginitate fęcūda, humano generi pmia pstitisti: tribue q̄s, vt ipsā p nobis intercedere sentiamus, per quā meruimus auctorē vitę suscipere dn̄m nr̄m Jesum Christum, filium tuum. Qui tecum viuit. ¶ Ad vi. hym. Memēto. Añ. In odorē. ps. Ad te leuaui. 55. Nisi q2 dn̄s. Qui cōfidunt. Cap.

Eccle. 24. Et radicaui in pplo honorificato, & in partes dei mei hęreditas illi⁹: & in plenitudine sanctor̄ detētio mea. ℣. Benedicta tu in mulierib⁹. ℟. Et benedictus fructus vētris tui. Kyrie el. Chrie el. Kyrie el. Orō.

Concede misericors Deus fragilitati nostrę pręsidiū: vt, qui sanctę Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundē. ¶ Ad ix. hym. Memēto. Añ. Pulchra es. ps. In cōuertē. 55. Nisi dn̄s. 55. Beati oēs. Cap.

Eccle. 24. In plateis sicut cinnamomū & balsamū aromatizās odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. ℣. Post partū virgo inuiolata pmansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Kyrie eleison. Christe ele. Kyrie el. Oratio.

Famulorū tuorum, q̄s dn̄e delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nr̄is nō valemus, genitricis filii tui dn̄i nr̄i intercessione saluemur. per eū. Ad vesper. & Complet. vt supra.

OFFICIVM B. MARIÆ in aduentu.

Ad vesperas, añ. Missus. 550. cu reliq. Laud. ... Capitu.

Isa. 11. 
Egredief virga de radice Jesse: & flos de radice eius ascēdet, & requiescet super eū spirit⁹ dn̄i. hym Aue ma. 544. ℣. Diffusa est gratia. vt s. Ad magn. Añā. Spiritus sanctus in te descēdet Maria, ne timeas, habebis i vtero filium Dei. ... Kyrie el. Chre el. Kyrie eleison. Orō.

Deus, q de beatę Marię virginis vtero, verbum tuū angelo nūciante, carnē suscipere

pere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per eundem Christum dominum. Hec Oro dicitur ad oes horas, Credo scis ad Recipe. 7 Laud. tantum. Aña. Ecce dñs veniet 7 omnes sancti eius cum eo: 7 erit in die illa lux magna, halla. R. Ecce apparebit dominus super nubem candidam. V. Et cum eo sanctorum millia. Oro. Onsciencias nras, qs dñe, visitando purifica: vt veniens Jesus Christ⁹ filius tuus, dñs noster cũ omnibus sanctis, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit. Ad Completorium. Capitulũ.

Isa.7. Ecce virgo cõcipiet 7 pariet filium, 7 vocabitur nomẽ eius Emmanuel: butyrũ, 7 mel comedet, vt sciat reprobare malũ, 7 eligere bonum. V. Angelus dñi nũciauit Marie. R. Et concepit de spũ sancto. An. Spũs sanctus in te descendet Maria, ne timeas, habebis i vtero filiũ dei, hal. ps. Nũc dimit. Kyrie el. Chrie el. Kyrie el. Oratio. Deus q de btẽ Marie vir. vtõ. Ad mat. Inui. Hym. Añe, Psal. 7 R. vsq3 ad Lect. oñr sicut ante Aduen. pter añas. Post partũ. cuius loco dr Añ. Angelus domini annunciauit Marie, 7 concepit de spiritu sancto, halab.

Absolutio. Precibus meritis. Iube dñe. Benedictio. Nos cum prole pia. vt supra. Lectio i.

j.Luc. Missus est Angelus Gabriel a Deo i ciuitatẽ Galilee, cui nomen Nazareth, ad virginẽ despõsatã viro, cui nomen erat Joseph de domo David, 7 nomen virginis Maria. Et ingressus angel⁹ ad eam, dixit: Aue gratia plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulierib⁹. R. Missus est Gabriel angel⁹ ad Mariam virginẽ despõsatã Joseph, nunciãs ei verbum: 7 expauescit virgo de lumine: ne timeas Maria, inuenisti gratiã apud dñm. Ecce cõcipies, 7 paries, 7 vocabis altissimi filius. V. Dabit ei dñs De⁹ sedem David pris ei⁹: 7 regnabit in domo Jacob in eternum. Ecce. V. Iube. Dño. Ipsa virgo virginũ. L. ij. Que cum audisset, turbata est in sermone ei⁹: 7 cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiã apud deũ: Ecce cõcipies in vtero, 7 paries filiũ, 7 vocabis nomẽ ei⁹ Jesum. Hic erit magn⁹, 7 fili⁹ altissimi vocabit: 7 dabit illi dñs deus sedem David patris eius: 7 regnabit i domo Jacob in eternũ, 7 regni eius non erit finis. R. Aue Maria gratia plena, dñs tecũ. Spiritus sanctus superueniet

niet in te, et virtus altissimi obū-
brabit tibi: quod enim ex te na-
scet sanctū, vocabit fili⁹ Dei. ℣.
Quō fiet istud, qm virum nō co
gnosco? Et respondens angelus
dixit ei. Spūs. ℟. Jube domne.
Bñd. Per virginē matrē. Lc. iii.
Dixit aūt Maria ad ange
lū: Quomodo fiet istud,
qm virū nō cognosco? Et respō-
dēs angelus dixit ei: Spūs san-
ctus superueniet in te, et virtus
altissimi obūbrabit tibi: ideoqz
Deus misericors, De⁹ clemens, Deus qui sm multitudinē miserationū tuarū peccata pęnitētiū deles, & prꝫteritorum criminū culpas venia remissionis euacuas, respice propiti⁹ super hūc famulū tuum N. & remissionē sibi oium peccatorum suorū tota cordis ꝯfessione poscentem, deprecat⁹ exaudi. Renoua in eo pijssime pater, qcquid terrena fragilitate corruptū, vel qcquid diabolica fraude violatum est: & vnitati corporis Ecclesię mē-

 brum

brum redēptionis annecte. Mi serere dñe gemituū, miserere la crymarū ei⁹, τ nō habētē fiduciā nisi i misericordia tua, ad tuę sa cramētū recōciliatiōis admitte. Per Chrm dñm nrm. ℞. Am̄.

Commendo te omnipotēti Deo carissime frater, τ ei, cuius es creatura cōmitto: vt cū humanitatis debitū morte inter ueniēte persolueris, ad auctorez tuuz, qui te de limo terrę forma uerat reuertaris. Egredienti ita que aię tuę de corpore, splēdidus angelorum cętus occurrat: Iudex apostolorum tibi senat⁹ adueniat: Candidatorum tibi martyrū triū phator exercitus obuiet. Liliata rutilantiū te confessoruz turma circūdet: Iubilantiū te virginū chorus excipiat, τ beatę quietis in sinum patriarcharū te cōple xus astringat: mitis atqȝ festiu⁹ Christi Iesu tibi aspectus appa reat, q te inter assistētes sibi iugi ter interesse decernat. Ignores oē qd horret in tenebris, qd stri det in flammis, qd cruciat in tor mētis. Cedat tibi teterrimus sa tanas cū satellitibus suis: in ad uentu tuo te comitātib⁹ angelis ptremiscat, atqȝ in ęternę noctis chaos immane diffugiat. Exur gat De⁹, τ dissipent inimici ei⁹, τ fugiant q oderunt eum a facie ei⁹. Sicut deficit fum⁹ deficiāt, sicut fluit cera a facie ignis sic pereāt peccatores a facie Dei: τ iusti epulētur, τ exultēt in cōspe ctu Dei. Confundant igit τ eru bescant oēs tartareę legiones, τ ministri satanę iter tuū impedi re non audeāt. Liberet te a cru ciatu Christus, qui pro te cruci fix⁹ est. Liberet te a morte Chri stus, qui pro te mori dignat⁹ est. Cōstituat te Christus, filius Dei viui, itra paradisi sui semp ame na virētia, τ inter oues suas te ve rus ille pastor agnoscat. Ille ab oibus peccatis tuis te absoluat, atqȝ ad dexterā suā in electoruz suorum te sorte cōstituat. Redēpto rem tuū facie ad faciez videas: τ pręsens semp assistēs, manifestis simam beatis oculis aspicias ve ritatez: Constitutus igitur inter agmina beatorū contemplatio nis diuinę dulcedine potiaris in sęcula sęculorū. ℞. Amē. Oro.

Suscipe dñe seruuz tuū in locū sperādę sibi saluatio nis a misericordia tua. ℞. Amē.

Libera dñe animā serui tui ex omnibus periculis inferni, τ de laqueis pęnarum, τ ex omnibus tribulationibus. ℞. Amen.

Libera dñe animaz serui tui, si cut liberasti Enoch τ Eliam de cōmuni morte mūdi. ℞. Amen.

Libera dñe aiaz serui tui, sicut liberasti Noe d diluuio. ℞. Am̄.

Libera domine animam serui tui, sicut liberasti Abraham de Ur Chaldęorum. ℞. Amen.

Libera domine animam serui

tui, sicut liberasti Job de passionibus suis. ℟. Amen.

Libera dñe aiaʒ serui tui, sicut liberasti Isaac de hostia, ⁊ de manu patris sui Abrahę. ℟. Amē.

Libera dñe animaʒ serui tui, sicut liberasti Loth de Sodomis, ⁊ de flamma ignis. ℟. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberasti Moysen d̄ manu Pharaonis regis Ægyptiorum. ℟. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberasti Danielem de lacu leonum. ℟. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardētis, ⁊ de manu regis iniqui. ℟. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberasti Susannam de falso crimine. ℟. Amen.

Libera dñe aiam serui tui, sicut liberasti Dauid de manu regis Saul, ⁊ d̄ manu Golię. ℟. Amē.

Libera dñe animam serui tui, sicut liberasti Petrū ⁊ Paulū de carceribus. ℟. Amen.

Et sicut beatissimā Teclaʒ, virginem ⁊ martyrē tuam, de trib⁹ atrocissimis tormētis liberasti, sic liberare digneris aiam serui huius, ⁊ tecū facias in bonis cōgaudere cęlestib⁹. ℟. Amē. Oro.



Commēdam⁹ tibi dñe aiaʒ famuli tui N. precamurque te dñe Jesu Chr̄e saluator mūdi, vt propter quā ad terrā misericorditer descēdisti, patriarcharū tuoꝝ sinib⁹ insinuare non renuas. Agnosce dñe creaturā tuā nō ex diijs alienis creatā, sed a te solo Deo viuo, ⁊ vero: qa nō est alius Deus pręter te, ⁊ nō est ſm opera tua. Lętifica dñe animam eius in cōspectu tuo, ⁊ ne memineris iniquitatū eius antiquaꝝ ⁊ ebrietatuʒ: quas suscitauit furor, siue seruor mali desiderij. Licet eniʒ peccauerit, tamen pȓeʒ, ⁊ filium, ⁊ spiritum sanctum nō negauit, sed credidit: ⁊ zelū Dei in se habuit, ⁊ Deum, qui fecit oia, adorauit. ℟. Amē. Oratio.

Delicta iuuentutis, ⁊ ignorantias eius q̄s ne memineris dñe, sed ſm misericordiaʒ tuā memor esto illius in gloria claritatis tuę. Aperiātur ei cęli, collętentur illi angeli. In regnū tuum dñe seruuʒ tuum suscipe. Suscipiat eū sanctus Michael archāgelus Dei, qui militię cęlestis meruit principatuʒ. Veniāt illi obuiam sancti angeli Dei, ⁊ perducant eum in ciuitatem cęlestem Jerusalem. Suscipiat eū beatus Petrus apostolus, cui a Deo claues regni cęlestis tradite sunt. Adiuuet eum sanctus Paulus apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat ꝓ eo sanctus Johannes electus Dei apostolus, cui reuelata sunt secreta cęlestia. Orent ꝓ

eo oēs sancti apostoli, qb⁹ a dño data est potestas ligandi atqȝ soluēdi. Intercedāt pro eo oēs sancti Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc sęculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cęlestis: pręstante domino nostro Jesu Christo, Qui cum patre, ⁊ spiritu sancto viuit, ⁊ regnat in sęcula sęculoꝝ. ℟. Amē. Si anxiat adhuc aīa, dicātur hi Psal' videlicet, Cōfitemini. 117. ⁊ totus ps. Beati immaculati. p horas distribut⁹. Egressa autē aīa dī hoc ℟. Subuenite sancti Dei, occurrite angeli dñi. Suscipientes aīam eius, Offerētes eā in conspectu altissimi. ℣. Suscipiat te Chr̄s, qui vocauit te, ⁊ in sinū Abrahę angeli deducāt te. Suscipiē. ℟. Requiē ęternā dona ei dñe, Et lux ppetua. Offer. Deinde Kyrie el. Chīe el. Kyrie el. Postea Pr̄ nr̄. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Requiē ęternā dona ei dñe. ℟. Et lux perpetua. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīaȝ eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi orationem. ℣. Dñs vobisc. Oro.

Tibi dñe cōmendamus aīmā famuli tui N. vt defunctus sęculo tibi viuat: ⁊ q̄ p fragilitatē humanę cōuersationis peccata cōmisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christum dñm nostrum. Amē.

BENEDICTIO MENSÆ.

Ante prā diū sacerdos bñdictu rus mensaȝ incipit Benedicite. Deinde dicat ℣. seq̄ Oculi oīuȝ ⁊ aliꝗ p̄sequunt̄ i te sperāt dñe, ⁊ tu das escā illoꝝ in tpe opportuno: Aperis tu manū tuā, ⁊ imples oē aīal bñdictione. Gloria. Kyrie el. Chīe el. Kyrie el. Pr̄ noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed li. Postea sacerdos dicit

Benedic dñe nos, ✠ ⁊ hęc tua dona, ✠ q̄ de tua largitate sum⁹ sumpturi. Per Chr̄m dñȝ nr̄ȝ. ℟. Am̄. Deide lec. dicit Jube dōne benedicere. Bn̄o. Mensę cęlestis participes faciat nos rex ęternę glorię. ℟. Amē. Interi dū comedit, au⁹ ex trib⁹ aliqd qd mētē eleuat deuote legat. Post prādiū agunt grē, hoc mō Dicto a lectore Tu autē dñe miserere nobis. ℟. Deo gratias. Oēs surgūt, ⁊ sacerdos icipit, ℣. Confiteant tibi dñe opa tua. ℟. Et sci tui bn̄dicāt tibi. Glo. ℣. Sicut. Postea. Sacerdos dicit

Agim⁹ tibi gratias omnipotens Deus, pro vniuersis beneficijs tuis, Qui viuis ⁊ regnas in sęcula sęculoꝝ. ℟. Am̄. Deinde alternatiȝ dī ps. Miserere. 23. vel ps. Laudate dñm oēs gē. 54. In fine Glia. ℟. Sicut. Kyrie el. Chīe el. Kyrie el. Sacerdos dicit Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Dispersit dedit paupib⁹. ℟. Iu

Justitia ei⁹ manet in sclm sculi. ℣. B ndicā dnz in omni tpe. ℟. Semper laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabitur aia mea. ℟. Audiant māsueti, ⁊ lętētur. ℣. Magnificate dñm mecuz. ℟. Et exaltem⁹ nomē ei⁹ in idipsuz ℣. Sit nomen dñi benedictum. ℟. Ex hoc, nunc, ⁊ vsque in seculum. Oremus.

Retribuere dignare domine oibus nobis bona faciētibus propter nomē sanctū tuū vitam ętern ā. ℟. Amen. ℣. Benedicam⁹ dño. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium animę per misericordiā Dei requiescant in pace. ℟. Amen. Pater noster. secre. Quo finito, dicit Sacerdos. Deus det nobis suaz pacem. ℟. Amen. Ante cenam Sacerdos benedicturus mensam incipit. Benedicite. Et alij repetunt Benedicite. Deinde sacerdos incipit ℣. ⁊ alij prosequuntur

Edent pauperes, ⁊ saturabuntur, ⁊ laudabūt dñm q requirunt eum: viuēt corda eorum in seculū seculi. Gloria pa. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe el. Kyrie el. vt s. in prandio. In fine Cenę dicitur ℣. Memoriaz fecit mirabiliū suoruz misericors, ⁊ miserator dñs Escam dedit timētibus se. Gloria pat. Sicut. Sacerdos dicat

Benedictus De⁹, in donis suis, ⁊ sanctus in omnibus opibus suis. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen. Deinde alternatim dicitur ps. Laudate dñm omnes gentes. Et reliqua vt supra. Qñ semel comeditur, omnia dicuntur vt in cęna. Prędictus modus benedicendi mensam, ⁊ agēdi gratias seruat omni tpe: pręter quā dieb⁹ infrascriptis, quibus ℣ siue. ⁊ Psalmi tantum variantur. In Natiuit. Dñi. ⁊ p oct. di ℣. Verbum caro factū est, hal. ℟. Et habitauit i nobis, halelujah. Gloria. Sicut erat. In fine di ℣. Notū fecit dominus, halelujah. ℟. Salutare suū, hal. alia vt s. ps. Cantate ij. 54. vel Laudate dominum oēs gentes. folio 54. qui psal. semp ad bñplacitu dici potest etiā in alijs solēnitatib⁹. In Epipha. ⁊ p totaz Octa. ℣. Reges Tharsis, ⁊ Insulę munera offerent, halelujah. ℟. Reges Arabuz ⁊ Saba dona adducent, hal. Gloria p. Sicut erat. In fine di ℣. Omnes de Saba venient, hal. ℟. Aurum, ⁊ tus deferētes, halelujah. Gloria patri. Psalm. Deus iudicium. 36. In Cena dñi di absolute, ⁊ sine nota ℣ si Christus factus est pro nobis obediens vsq3 ad mortē. Deinde Pater noster. totū sec. Quo dicto sine pronunciatione aliqua sacerdos signo crucis bñdicit mēsam nec di Jube dōne. nec Tu autē. In fine repetit ℣. Christus.

Chris factus. ut sup. postea ps.
Misere. 23. Quo finito, & fine V.
Gloria patri. [illegible] Pater nr.
Deinde Sacerdos dicit absolu
te o[illegible]. Respice qs. [illegible]
& non pronunciatur Qui tecu3,
nec Fidelium anime. sed secre.
dicit Pater noster. nec [illegible]
Deus det nobis suam pacem.
¶ In Parasceue [illegible]
[illegible]
Chris factus est, Morte aut cru.
¶ Sabbatho sancto ad Bene
dicendum [illegible] dicitur V.
Benedicite. R. Benedicite. V.
Vespere aut Sabbathi, que lu
cescit i prima Sabbatib, hal. R.
Venit Maria Magdalene, & al
tera maria videre sepulcru, hal.
Gloria pa. [illegible] repetitur V.
Vespere autem. ut supra, cum
Gloria p. Sicut. Ps. Lauda
te dnm oes get. 54. cum Gloria
Kyrie eleis. Christe el. Kyrie el.
[illegible] vt [illegible] j. Benedictione.
¶ [illegible] Pasche, & deinceps,
usq3 ad cena sequetis Sabbathi
ad bndicedu mensam dicitur. V.
Hec dies quam fecit dns, halab.
R. Exultemus & letemur in ea,
halab. Gloria patri. [illegible]
Hec dies quam. [illegible] Gloria pa
tri, & filio. Ps. Confitemini. 11.
¶ [illegible] V.
Ascendit Deus in iubilatione,
halab. R. Et dns in voce tube,
halab. Gloria pa. [illegible]
Ascedes Chris in altum, hal. [illegible]

Captiuam duxit captiuitatem,
halab. Gloria pri. Ps. Oes gen
tes plaudite. 27. [illegible] Laudate d.
¶ In Penthecoste & p octa. V.
Spus Dni repleuit orbe terra
rum, halab. R. Et hoc qd conti
net oia scientia habet vocis, hal.
Gloria patri. [illegible] V. Re
pleti sunt oes spu sancto, halab.
R. Et ceperut loqui, halelulab.
Gloria pa. Ps. Magnus dns. 28.
[illegible] Laudate dominu. [illegible]

ITINERARIVM

Clericus [illegible] ipso itineris in
gressu, di[illegible] sequuntur
in singulari, si solus fuerit: si cu
socio in plurali. Antiphona.
In viam pacis. [illegible] Benedi
ctus dominus Deus Israel. 10.
[illegible] Gloria pa. [illegible] repetat
[illegible] In viam pacis, & prosperi
tatis dirigat me, si fuerit solus,
nos, si fuerint [illegible] ops, & miseri
cors dns, & angelus Raphael co
mitet mecu, [illegible] sit i via,
vt cu pace, salute, & gaudio reuer
tar, [illegible] ad propria.
Kyrie elei. Christe el. Kyrie
eleis. Pater nr. Et ne nos. R.
Sed libera nos a malo.
[illegible] Saluos fac seruos tuos.
R. Deus meus sperantes in te.
V. Mitte nobis dne auxiliu3 de
sancto. R. Et de Sio tuere nos.
V. Esto nobis domine turris
fortitudinis. R. A facie inimici.
V. Nihil proficiat inimicus in
nobis. R. Et filius iniquitatis
non

non apponat nocere nobis.
℣. Benedictus dñs die quotidie.
℟. Prosperũ iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.
℣. Vias tuas domine demõstra nobis. ℟. Et semitas tuas edoce nos.
℣. Utinam dirigantur viæ nostræ.
℟. Ad custodiẽdas iustificationes tuas.
℣. Erunt praua in directa.
℟. Et aspera in vias planas.
℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis.
℣. Dñe exaudi orationẽ meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus.

Deus q filios Israel per maris mediũ sicco vestigio ire fecisti: qq; trib⁹ Magis iter ad te stella duce pandisti: tribue nobis q̃s iter prosperum, tẽpusq; trãquillum: vt angelo tuo sancto comite, ad euz quo pergimus locum, ac demũ ad æternæ salutis portũ peruenire feliciter valeamus.

Deus, qui Abraham puerum tuum, de Ur Chaldeorum eductũ, per omnes suæ peregrinationis vias illæsum custodisti: q̃s, vt nos famulos tuos custodire digneris, esto nobis dñe in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu vmbraculũ, & in pluuia, & frigore tegumentum: in lassitudine vehiculuz, in aduersitate præsidium, in lubrico baculus, in naufragio port⁹: vt te duce, quo tẽdimus prospere perueniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

Adesto q̃s dñe supplicationibus nostris: & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone: vt inter oẽs viæ, & vitæ huius varietates, tuo semper protegamur auxilio.

Præsta q̃s ops Deus, vt familia tua per viam salutis incedat: & beati Johannis præcursoris hortamenta sectãdo, ad eum, quem prædixit, secura perueniat dominũ nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecuz viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.
℣. Procedamus in pace.
℟. In nomine domini, Amen.

Finis Breuiarij reformati.

REGISTRVM.

✠ ✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠✠

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm
nn oo pp qq rr ſſ tt uu xx yy zz

aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii
kkk lll mmm nnn ooo ppp qqq rrr
ſſſ ttt uuu xxx yyy zzz

aaaa bbbb.

Omnes ſunt Quaterniones, præter ✠✠, & bbbb, Duerniones.



VENETIIS, In Officina Iuntarum.

M D LXXII.

PROPRIVM FESTORVM ORDINIS MINORVM

Ad formam Officij Noui redactum.

¶ Quę S. D. N. Pius v. Pont. Max. Anno Dñi. 1569. Die 15. [illegible], Pontifi. vero sui Anno iiij. viua voce concessit, vt sic ordinata imprimerentur, & a Fratribus eiusdẽ Ordinis dicerentur.

Notanda quędam.



N vesperis, & Laudibus Natalis dierũ infra octauam, ac diei Octauę sancti Francisci, sancti Bernardini, sancti Antonij, sancti Bonauenturę, sanctę Clarę, & sancti Ludouici episcopi, post Hymnum dicitur ℣. Ora pro nobis Beate N. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Si in aliqua die infra octauã, cuiuscumq; prędictorũ sanctorũ occurrat aliud Officium, quod ea die celebrandum sit, Hoc est, officium festi duplicis, vel diei octauę vel festi semiduplicis, vel Dominicę, vel alterius diei infra octauam dignioris: lectiones ij. ac iij. Nocturni illius diei (si assignent) eo anno omittunt: & postera die, ac sequẽtib' leguntur illę quę ipsismet assignantur.

In translatione vniuscuiusq; prędictorum Sanctorũ omnia dicũtur, vt in Natali eiusdem, hoc excepto quod si in oratione Natalis ponatur nomen festiuitatis, aut solẽnitatis, aut solemniorum, aut Natalitiorum, mutatur in nomen Translationis: & præter lectiones Noc. quę dicuntur proprię, si assignentur, vel diei octauę si proprię nõ assignentur.

Si Translatio S. Bernardini, Natale eiusdem, ac Translatio S. Francisci celebrantur ante Pentecosten: in fine Antiphonarum, ℣. Inuitatoriorum ℟. brevium, quarumlibet additur Alleluia. tres psalmi cuiuslibet Nocturni dicuntur sub j. Ana illius Nocturni. Et si celebrentur ante Ascensionem in fine cuiuslibet Hymni, præterquam Hymni Iste confess. & Decus morum. dicitur ℣. Gloria tibi dñe, qui surrexisti.

Si autem celebrentur post diem ascensionis vsque ad Pentecosten, in fine omnium Hymnorum; præterquam duorum iam prædictorum dicitur Versus. Gloria tibi domine, qui scandis.

Si Translatio S. Francisci, & Natale S. Antonij celebrentur infra octauã Corporis Christi: in fine hymnorum Cõpletorij, & Horarum tantũ dicitur Versus. Gloria tibi dñe, qui natus es.

REGISTRVM.

✠ ✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠✠

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ſſ tt uu xx yy zz

aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll mmm nnn ooo ppp qqq rrr ſſſ ttt uuu xxx yyy zzz

aaaa bbbb.

Omnes ſunt Quaterniones, preter ✠✠, & bbbb, Duerniones.



VENETIIS, In Officina Iuntarum.
M D LXXII.

PROPRIVM FESTORVM ORDINIS MINORVM

Ad formam Officij Noui redactum.

¶ Quę S.D.N. Pius v. Pont. Max. Anno Dñi. 1569. Die 15. Ian. Pontifi. vero sui Anno iiij. viua voce concessit, vt sic ordinata imprimerentur, & a Fratribus eiusdẽ Ordinis dicerentur.

Notanda quędam.



In vesperis, & Laudibus Natalis dierũ infra octauam, ac diei Octauę sancti Francisci, sancti Bernardini, sancti Antonij, sancti Bonauenturę, sanctę Clarę, & sancti Ludouici episcopi, post Hymnum dicitur ℣. Ora pro nobis Beate N. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Si in aliqua die infra octauã, cuiuscunq; prędictorũ sanctorũ occurrat aliud Officium, quod ea die celebrandum sit, hoc est, officium festi duplicis, vel diei octauę vel festi semiduplicis, vel Dominicę, vel alterius diei infra octauam dignioris: lectiones ij. ac iij. Nocturni illius diei (si assignentur) eo anno omittuntur: & postera die, ac sequentib' leguntur illę quę ipsismet assignantur.

In translatione vniuscuiusq; prędictorum Sanctorũ omnia dicuntur, vt in Natali eiusdem, hoc excepto quod si in oratione Natalis ponatur nomen festiuitatis, aut solẽnitatis, aut solemniorum, aut Natalitiorum, mutatur in nomen Translationis: & preter lectiones ij. Noc. quę dicuntur proprię, si assignentur, vel diei octauę si proprię nõ assignentur.

Si Translatio S. Bernardini, Natale eiusdem, ac Translatio S. Francisci celebrantur ante Pentecosten: in fine Antiphonarum, ℣. Inuitatorij ℟. tam breuium, quam aliorum additur Alleluia: tres psalmi cuiuslibet Nocturni dicuntur sub j. Antiphona illius Nocturni: Et si celebrentur ante Ascensionem in fine cuiuslibet Hymni, preterquam Hymni Iste confess. & Decus morum. dicitur ℣. Gloria tibi Dñe, qui surrexisti.

Si autem celebrantur post diem ascensionis vsque ad Pentecosten, in fine omnium Hymnorum, preterquam duorum iam prędictorum dicitur Versus. Gloria tibi domine, qui scandis.

Si Translatio S. Francisci, & Natale S. Antonij celebrentur infra octauã Corporis Christi: in fine hymnorum Completorij, & Horarum tantũ dicitur Versus. Gloria tibi Dñe, qui natus es.

IN FESTO
SANCTI FRANCISCI CONFESSORIS.

Sacri ordinis Minorum fundatoris. Duplex.

Ad Vesperas. Antiphona.



FRáciſcꝰ vir catholicꝰ, ꝛ totus apoſtolicꝰ, eccleſię teneri fidez Romanę docuit: preſbyteroſqꝫ monuit, pre cunctis reuereri. Ps. Dixit dominꝰ. cum reliq. de Dñica, ꝛ loco vlt. dē ps. Laudate dñm omnes gētes. Ant. Cepit ſub Innocentio, curſumqꝫ ſub Honorio pfecit glorioſum, ſuccedēs his Gregorius magnificauit amplius miraculis famoſum. Ant. Hūc ſctis prędelegerat in patrem, quādo preerat eccleſię minori: hūc ſpū prophetico, pręuiſuꝫ apoſtolico, prędixerat honori. Ant. Franciſcus euāgelicū, nec apicē vel vnicū tranſgreditur, nec iota, nil iugo Chrī ſuauius, huic onere nil leuius, in huius vitę rota. Ant. Hic creaturis imperat, q nutui ſubiecerat ſe totū creatoris: qcquid in rebus reperit delectamēti, regerit in gloriam factoris. Capitu.

FRatres: mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, ꝛ ego mundo. Gal. 6.ca. Hymnus.

PRoles de cęlo prodijt,
Nouis vtens prodigijs:
Cęlum cęcis aperuit,
Siccis mare veſtigijs.
Spoliatis Ægyptijs
Tranſit diues, ſed pauperis
Nec rem nec nomen perdidit:
Factus felix pro miſeris.
Aſſumptus cum apoſtolis
In montem noui luminis,
In paupertatis prędijs
Chriſto Franciſcus intulit.
Hac tria tabernacula,
Votum ſecutus Simonis:
Quem huius non deſeruit
Numen vel omen nominis.
Legi, prophetę, gratię,
Gratum gerens obſequium,
Trinitatis officium
Feſto ſolenni celebrat.
Dum reparat virtutibus
Hoſpes triplex hoſpitium:
Et beatarum mentium
Dum tēpluꝫ Chriſto cōſecrat.
Domum, portam, ꝛ tumulum
Pater Franciſce viſita,

Et Euę prolem miseram
A somno mortis excita. Amē.
℣. Ora ꝓ nobis beate Frācisce.
℟. Ut digni efficiamur promissionib⁹ Christi. Ad Mag. Añ.
O stupor ⁊ gaudiū, o iudex homo mentium, tu nostrę militię currus,⁊ auriga: ignea pręsentibus transfiguratū fratribus, in solari specie, vexit te quadriga: in te signis radiās, in te ventura nunciās, requieuit spūs duplex prophetarum, tuis asta posteris pater Francisce miseris: nam increscūt gemit⁹ ouiū tuaꝝ. Oro.
Deus q ecclesiā tuā beati Frācisci meritis fętu nouę plis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere,⁊ cęlestiū donorum semper participatione gaudere. Per.
Ad mat. Inu. Regi, q fecit opa, Chrō confiteant: Cuius in sancto vulnera Frācisco renouant.
Ps. Uenite exultemus. Hym.
In cęlesti collegio
Nouus collega colitur,
In sanctorum Rosario
Nouellus flos producitur.
Franciscus florens gratia,
Forma factus humilium,
Lętus potitur gloria,
Sortis consors humilium.
Metit de sparso semine
Plene messis manipulum:
Fallens sub terrę tegmine
Nostrę salutis ęmulum.
Hic carnis supercilium
Legi subiecit spiritus:
Mundum vicit,⁊ vitium
Se victo victor inclytus.
Linguę manus pręambula
Uerbo parauit semitam,
Et amplectuntur sęcula
Doctrinam facto proditam.
In paupertatis pędio
Minorum plantans vineam,
Ostendit magisterio
Uitę viuendi lineam.
Ad ęternas diuitias
Turbam allexit pauperum,
Quos ad cęli delicias
Lingua vocauit operum.
Uita, doctrina splenduit:
Resplendet ⁊ miraculis.
Sic prefuit quod profuit
Uiua lucerna populis.
Summi regis palatio
Doctor loca discipulos,
Salutis priuilegio
Christi pręmunit famulos.
De tenebris miserię
Sequaces stellę pręuię
Quęramus patrem gratię
Consortes tandē glorię. Amē.
In primo noctur. Antiphona.
Hic vir in vanitatib⁹ nutritus indecenter: diuinis charismatibus pręuentus est clementer.
Psalmus. Beatus vir. & cæ. Añ.
Excelsi dextrę grā mirifice mutatus: dat lapsis spez de venia: cū Chrō iā beatus. Ps. Quare fre.
Añ. Mansuescit, sed nō penitus in primis per lāguores: quū captis armis cęlitus, ad plenius

mutat mores. Ps. Dñe quid. ℣. Amauit eum dñs. ℟. Stolam. Lectiones leguntur de libro Sapientie, vt in communi confessorum non pontificum. Lectio j.

Tactus si morte. 525. ℟. Franciscus vt in publicum cessat negociari: in agrum mox dominicum secedit meditari. Inuentum euangelicum thesaurum vult mercari. ℣. Deum quid agat vnicum, consultans audit celicum insigne sibi dari. Inuen. Lectio ii.

Populi autem videntes. 525. ℟. In Dei feruens opere: statim, vt sua vendidit, paupe ribus impendere pecuniam intendit. Que graui suo pondere corde liberum offendit. ℣. Quam formidante paupere presbytero recipere, abiectam vilipendit. Que. Le. iii.

Et erunt gementes. 525. ℟. Cum pater hunc persequitur: latens dat locum ire: constanter post aggreditur in publicum prodire. Squalenti vultu cernitur: putatur insanire. ℣. Luto, saxis impetitur: sed patiens vir nihil, vt surdus, pertransire. Squal.

In secundo nocturno. Aña. Pertractum domi verberat plus cunctis furens pater: obiurgans, vincit, carcerat: quem furtim soluit mater. Ps. Cum inuo. Añ. Iam liber patri regno cedit effrenati, clamans spoliatur e pro Christo mala pati. Ps. Verba m. Añ. Ductus ad locum presulem sua patri resignat: nudusque manens exulem in mundo se designat. Ps. Dñe dñs nr. ℣. Os iusti. ℟. Et lingua. L. iiij.

Franciscus de vallis Spoletane partibus ciuitate Asisij trahens originem, primumque Johannes vocatus a matre, dehinc Franciscus a patre, vocationis quidem paterne vocabulum tenuit, sed et rem materni nominis non reliquit. Licet enim inter vanos fuerit hominum filios iuuenili etate nutritus in vanis, et post aliqualem literarum notitiam lucratiuis mercationum deputatus negocijs: superno tamen sibi assistente presidio, nec inter lasciuos iuuenes post carnis petulantiam abijt, nec inter cupidos mercatores sperauit in pecunia, et thesauris. Inerat namque iuuenis Francisci precordijs diuinitus indita cum lenitate mansuetudinis quedam ad pauperes miseratio liberalis: que secum ab infantia crescens, tanta cor illius benignitate repleuerat, vt iam euangelij non surdus auditor, omni proponeret se petenti tribuere, maxime si diuinum allegaret amorem. In ipso namque iuuentutis flore, firma se dño sponsione constringens, quod nunquam si possibilitas afforet, petentibus pro amore dñi se negaret: dum promissum tam nobile vsque ad mortem seruare non destitit: ad copiosiora in Deum dilectionis, et gratie incrementa peruenit. ℟. Cum semi

feminudo corpore laudes decātat gallice zelator noue legis, latronibus in nemore, Respondet sic prophetice, preco sum magni regis. ℣. Audit in niuis frigore proiectus, iace rustice, futurus pastor gregis. Respondet sic prophetice. Lectio quinta.

Verum licet hic iugiter in corde ipsi⁹ diuini amoris vigeret igniculus: ignorabat adhuc adolescēs curis terrenis implicitus celestis allocutionis arcanū, donec facta manu dñi sup eū, ꝛ castigatus fuit exterius prolixi lāguoris grauedine, ꝛ clarificatus interius sancti spūs vnctione. Corporeis postmodū virib⁹ vtcūqꝫ resumptis, menteqꝫ mutata in melius, cū militem quēdā nobilē quidē genere, sed inopem rebus, obuiū insperato habuisset occursu, generosi regis, ꝛ pauperis Christi memor effectus, tanta fuit erga virū pietate permotus, vt decentia, que sibi de nouo parauerat, indumenta deponeret, illumqꝫ ptinus se nudato vestiret. Nocte vero sequēti, cum se sopori dedisset, palatiū speciosum ꝛ magnū cū militaribus armis crucis signaculo insignitis, is, pro cuius amore militi egeno subuenerat, dignatius sibi reuelatione mōstrauit, necnō visa oia sua fore, militūqꝫ suorū, si crucis Christi vexillum constāter assumeret, sub assereratione certitudine repromisit. ℟. Amicū querit pristinū, qui spretū in cenobio tunicula cōtexit: contēptu gaudens hominū, Leprosis fit obsequo, quos antea despexit. ℣. Sub typo triū ordinū, tres nutu Dei preuiso ecclesias erexit. Lepro. Lectio sexta.

Ex tunc a publice negociationis tumultu se subtrahēs, solitaria loca querebat amica merorib⁹. In quibus cū gemitib⁹ inenarrabilib⁹ incessanter intenderet, post longā precū instātiā qua sibi perfectionis semitā a dño postulabat ostēdi, ad votum exaudiri pmeruit. Una quippe dieꝝ, dū sic sequestratus oraret, apparuit ei Christus Jesus veluti cruci cōfixus, eidē tam efficaciter ingerēs euangelicū illud: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, ꝛ tollat crucē suā, ꝛ sequat me: vt mentē ipsius intrinsecus, ꝛ incēdio dilectionis adureret, ꝛ absynthio cōpassionis impleret. Nam ꝛ ad premisse visionis cōtuitū liquefacta est aīa eius, ꝛ memoria passionis Christi visceribꝰ cordis ipsius adeo impressa medullitus, vt ꝛ crucifixi plagas oculis mentis interi⁹ quasi iugiter cerneret, ꝛ vix exterius a lacrymosis gemitibus continere valeret. ℟. Hoc in euāgelio, q̄ suis Christus loquit ad predicandum missis: hoc, inquit, est quod cupio, Letanter his innititur,

nitis, memorię commissus. ℟. Nõ ptés virga, calceo, nec pera, fune cingit, duplicib⁹ dimissis. Letā. In tertio noctur. Antiphona. Cor verbis nouę gręs sollicit⁹ ap ponit, verbũq; pęnitẽtię simpliciter pponit. Dñe quis. 520. Añ. Pacem salutẽ nunciat in spũs virtute, veręq; paci sociat lõginquos a salute. Dñe i v. Añ. Ut nouis sci merita remunerentur natis: his noua tradit monita viam simplicitatis. Dñiẽ ter. ℣. Lex dei. Et nõ. Lcō scti euãg. sm Matthęum. L. viii.

LII. In illo tpe: Respondens Iesus dixit: Confiteor tibi pr dñe cęli, ⁊ terrę, quia abscõdisti hęc a sapiẽtibus ⁊ prudẽtibus, ⁊ reuelasti ea paruulis. Et reliq. Homilia s. Augustini episcopi.

Si digne, si diligẽter, si qd primum est, pie considere mus: inuenimus primitus non semper, cũ in scripturis legim⁹ confessionẽ, debere nos intelligere vocẽ peccatoris. Maxime aũt hoc dicẽdum fuit, ⁊ hinc admonenda caritas vestra: qa mox vt hoc verbum sonuit vox lectoris, secut⁹ est etiam sonus tunsionis pectoris vestri, audito scilicet quod dñs ait. Cõfiteor tibi pater. In hoc ipso qd sonuit, Cõfiteor, pectora tutudistis. ℟. Carnis spretã contẽptus area Franciscus frangẽs, terẽs terrea, Granũ purũ excussa palea, summi regis intrat in horrea. ℣. Mũdo pani morte iunctus, vita viuit vita functus. Gloria. L. viiii.

Uidere autẽ pectus quid est: nisi arguere quod latet in pectore, ⁊ euidenti pulsu occultũ castigare peccatũ? Quare hoc fecistis nisi qa audistis, Confiteor tibi pr? Cõfiteor audistis, q cõfitet non attẽdistis. Nũc ergo aduertite. Si Confiteor, Christ⁹ dixit, a quo longe est omne peccatũ: non solius est cõfiteri peccatoris, sed etiã aliquãdo laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes Deum, siue accusantes nosmetipsos. Pia est vtraq; cõfessio, siue cũ te reprehẽdis q nõ es sine peccato, siue cũ illũ laudas, qui non potest habere peccatũ. ℟. O pauperitatis horreo sanctus Frãciscus satiat turbã Christi famelicam: in via ne deficiat. Iter pãdit ad gloriã: ⁊ vitę viã ampliat. ℣. Pro paupertatis copia regnat diues in pria, reges sibi substituens, quos hic ditat inopia. Iter. Lectio nona.

Confiteor tibi pater domine cęli ⁊ terrę. Cõfiteor tibi, laudo te. Laudo te, nõ accuso me. In quo te laudo? Quia abscondisti hęc a sapiẽtibus ⁊ prudentibus, ⁊ reuelasti ea paruulis. Quid est hoc frẽs? A contrario sensu itelligite. Abscõdisti hęc, inquit, a sapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ non dixit, Reuelasti ea stultis

stultis & impiudentibus: sed di xit, Abscōdisti a sapiētib', & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Ad Laudes & per Horas. Añ.

SAnctus Frāciscus prçuijs orationum studijs, qd faciat istruct': nō sibi soli viuere, sed & alijs pficere vult dei zelo duct'. Añ. Hic prçdicando circuit, & quē nō homo docuit, fit doctis i stuporē: virtutū verba loquitur nouumqz noua sequitur militia ductorem. Añ. Tres ordines hic ordinat, primumqz fratrum nominat minorum: pauperūqz, fit dominarū medius: sed pçnitentū tertius sexum capit vtrunqz. Añ. Doctus doctrice gratia, doctus experiētia, q̄ sunt perfectionis, hçc fratres docet omnia: tā factis, quam frequentia, melliflui sermonis. Añ. Laudāo laudare monuit: laus illi semp affuit: laus inquam saluatoris, inuitat aues, bestias, & creaturas alias, ad laudem conditoris. Caplm. Fratres: mihi autem. I. Hymn.

PLaude turba paupercula
Patre ditata paupere:
Laudis propina pocula
Sacro depressa vbere.
Hic simplex, rectus, humilis,
Pacis cultor amabilis:
Lumen in vase fictili:
Ardens, lucens in fragili.
Vili contectus tegmine:
Sancto calescens flamine:
Vicit algorem, caumata:
Christi dum gestat stigmata.
Carnē mundumqz conterens:
Hostes malignos proterens
Auream victor meruit,
Aureolam dum docuit.
Pauper nudus egreditur:
Cçlum diues ingreditur:
Spargit virtutum munera:
Ægris profligat vulnera.
Herorum pater pauperum:
Nos pauperes fac spiritu:
Consortes redde superum
Ereptos ab interitu.
Patri nato, paraclito,
Decus honor & gloria:
Sancti sint huius merito
Nobis, çterna gaudia. Amen.

℣. Ora pro nobis btē Frācisce. Ad Bñs. Añ. O martyr desiderio, Francisce quāto studio compatiens hūc sequeris, quē passuz libro reperis, quē apparuisti: tu cōtuēs in aere seraph i cruce positum, ex tunc in palmis, latere, & pedibus effigiem fers plagaruz Christi: tu gregi tuo prouide: qui post felicem transitū, dire prius, & liuide, glori ficatç speciē carnis prçtendisti. Oro vtš. Ad iij. Caplm. Fratres mihi. I. ℟. br. & ℣. de cōfes. non pontific. Ad Sextam. Capitulum.

ET quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. Ad ix. Capitulum. Gal. 6, c.

DE cętero, nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata

 ta

ta dñi Jesu in corpore meo por/to: gratia dñi nostri Jesu Chri/sti, cũ spũ vestro fratres. Amen. Ad Vesp. Aña. Sanctus Frã/ciscus. cũ reliq. de Laudib. Ps. Dixit dñs. In fin. Laudate do/minũ omnes gentes. Cap. Fra/tres, mihi. folio. I. Hymnus.

V Ecus mor, dux minorũ
Frãciscus tenẽs brauiũ,
In te vite datur vitę,
Christe redemptor omnium.
P laudat frater, regnat pater
Conciuis cęli ciuibus:
Cedat fletus, psallat cętus,
Exultet cęlum laudibus.
D emptum solo, datum polo
Signorum probant opera:
Ergo viuit, nam adiuit
Æterna Christi munera.
P ro terrenis votis plenis
Reportat dona glorię:
Quem decoras, quẽ honoras,
Summę Deus clementię.
N unc sequant, huic iungantur
Qui ex Ægypto exeunt:
In quo duce, clara luce
Vexilla regis prodeunt.
R egis signum, ducem dignum
Insignit manu latere:
Lux accedit, nox recedit,
Jam lucis orto sydere.
H ic dux fidus, clarum sidus,
Ducit, relucet, deuia
Deuitando, demonstrando
Beata nobis gaudia.
M ina gregem dux ad regem,
Collisor hostis callidi:
Nos conducas, & inducas
Ad cęnã agni prouidi. Amen.

℣. Ora pro nobis bte Frãcisce. Ad Mag. Aña. O virum mi/rabilẽ in signis & prodigijs, lan/guores cũ demonijs quoslibet pellentem: dat aurem suis auiũ prędicans syluestrium, verbis intendentem, O vita laudabi/lem: qua fidem sic magnificat: sed & multos viuificat mortuos defunctus: Francisce nos ce/lestium fac consortes ciuium: quibus es coniunctus. Infra Oct. S. Frãcisci ad Lñs. & ad Magnificat dicitur Anti/phonę sequẽtes. Ad Lñs. Añ. Sancte Francisce propere, veni pr, accelera ad populũ, qui pre/mit, & terit sub onere, palea, lu/to, latere: & sepulto Ægyptio sub sabulo, nos libera carnis extin/cto vitio. Ad Magnificat. Aña. Salue sancte pr, patrię lux, for/ma Minorum, virtutis speculũ, recti via, regula mor: Carnis ab exilio duc nos ad regna polorũ. In die autem oct. dñr eędem Añę quę dñr in prima die festi. Die 5. Octo.

SECVNDA DIE
infra oct. S. Francisci.
De institutione religionis. Lectio iiij.



Um vna dierum inter missarum so/lenia legeret euan/gelium illud in quo discipulis ad prędi/cãdũ missis euãgelica norma in viuendo

viuendo præscribit, ne videlicet possideret aurum vel argentū, nec in zonis pecuniā, nec perā defer-rent in via; nec duas haberent tunicas, nec calciamēta, nec vir-gā, mox in huiusmodi verborū auditu tanta cum virtute spūs Chri perunxit, & induit, vt in for-mā viuendi præfatā nō solum no-titia & affectu, verū etiam vita & habitu trāsformaret. Ilico eniз calciamēta deposuit, reiecit ba-culum, perā, & pecuniam abdica-uit, vnaqз contentus tunica, dimis-sa corrigia, pro cingulo funē sum-psit, omnes sollicitudinez cordis apponēs, qualiter audita pfice-ret, & apostolicę rectitudinis re-gulę se ipsuз per oia coaptaret. Deniqз spiritu Chri vi flāmea totus accēsus, cępit vt alter Elias veritatis ęmulator existere, cę-pit & aliquos ad iustitiā perfectā inducere, cępit & cęteros ad pę-nitentiam inuitare. ℟. Dum se minudo corpore. Lectio quinta.

Erāt autez ipsius eloquia nō inania, nec risu digna, erāt virtute Spūs Sancti plena, erāt medullas cordiз penetrātia, vt in vehementē stuporē audien-tes conuerterent, & obstinatorū mentes efficacia virtuosa molli-rēt. Innotescēte eteni apud mul-tos sublimi ei⁹, sanctoqз pposi-to, tā ex doctrinę simplicis veri-tate q̄ȝ vitę, ceperūt ipsius exē-plo viri quidā ad pęnitētiā ani-mari, & eidē relictis oibus habi-tu, vitaqз coniungi: quos & Fra-tres Minores vir humilis cen-suit appellari: Quorū numerus cū iam ad duodenariū excreuis-set, disposuit, dñi famul⁹ cū illo simpliciū cętu Apostolicę sedis adire pręsentiā: vt pie ostensam sibi a dño normā viuendi: quā & breui sermone cōscripserat, sup-pliciter & instanter exposceret, eiusdem sacratissimę sedis au-ctoritate plenaria confirmari. ℟. Amicum quęrit. Lectio vj.

Properante itaqз ipso cuз socijs iuxta ppositū cōpa-rere cōspectui summi Pōtificis, dñi scilicet Innocētij tertij, pręuenit euз dignatione clementię Dei virtus, & sapiētia Chri, suū per visionē cōmonefaciēdo vica-riū, vt supplicāti pauperculo, & placitū daret auditū, & benignū pręberet assensuз. Vidit namqз in somnis Pōtifex ipse Roma-nus Lateranēseз Basilicā ruinę fore proximā, quā quidā homo pauperculus, modicus, & despe-ctus, proprio dorso submisso, ne caderet, sustentabat. Cuз igit in famulo dei suis cōparēte cōspecti-bus sapiēs contēplaretur Anti-stes, simplicis animi puritatem, mundi contēptum, paupertatis amorez, propositi perfecti con-stantiā, animarū zelū, ignitumqз voluntatis sanctę feruorē: Vere, inquit, hic est ille, qui opere, ac doctri-

doctrina, Christi sustentabit ecclesiã. Proinde ad ipsum precipuam deuotionem extunc concipiẽs, ad petitioni eius per oĩa se inclinans, approbauit regulã, dedit de penitẽtia predicãda mãdatũ, postulata tunc cuncta concessit, ac plura se, concessuruz in posterum liberaliter repromisit. Audit in Euangelio.

Homil. S. Augu. Le. viij.

Sapiẽtibus ꝛ prudẽtibus irridendis, arrogantibus, falso grandibus, vere autẽ tumẽtibus, apposuit nõ sapiẽtes, non prudentes, sed paruulos. Qui sunt paruuli ꝛ humiles. Ergo abscondisti hec a sapiẽtib⁹ ꝛ prudentibus. Nomine sapientiuz ꝛ prudentium superbos intelligi posse, ipse exposuit cum ait, Reuelasti ea paruulis. Ergo abscõdisti non paruulis. Quid est non paruulis? Non humilib⁹. Quid est nõ humilib⁹, nisi supbis? Hec via domini aut, non erat, aut latebat vt reuelaretur nobis. Carnis spicam.

Unde dñs exultauit, nisi qa reuelatum est paruulis? Debemus esse paruuli. Nã si voluerimus esse magni quasi sapiẽtes, ꝛ prudentes, nobis illud reuelat. Qui aũt magni? Sapiẽtes ꝛ prudẽtes. Dicentes se sapientes stulti facti sunt. Habes remedium a contrario: si dicendo te sapientem stultus factus es, dic te stultum, ꝛ sapiẽs eris. Sed dic, dic, sed intus dic, quia est vt dicis. Si dicis, noli coram hominibus dicere, ꝛ coram Deo non dicere. Re. De pauper. Lectio ix.

Prorsus quod ad te ipsuz ptinet, quod ad tua, tenebrosus es. Quid est enim aliud esse stultuz, nisi esse tenebrosuz i corde? Denique de illis sicait; Dicẽtes se esse sapiẽtes stulti facti sunt. Antequam hoc diceret; quid rursum? Et obscuratũ est insipiẽs cor eoꝝ. Dic quia tu tibi lumen nõ es. Ut multum oculus es, lumen non es. Quid prodest patẽs ac sanus ocul⁹, si lumẽ desit? Ergo dic, a te tibi lumẽ nõ esse, ꝛ clama quod dictuz est, Tu illuminabis lucernaz meã dñe; lumine tuo domine illuminabis tenebras meas. Mee enim nihil nisi tenebre: tu aũt lumen fugãs tenebras, illuminãs me, nõ a me mihi lumẽ existens, scilicet lumen nõ participãs nisi in te.

TERTIA DIE infra oct. S. Francisci. De prerogatiua virtutum Beati — die 6. Oct.



Insignis sectator crucifixi Jesu, vir Dei Franciscus, a sue cõuersionis primordijs tanta discipline rigiditate carnem crucifigebat cuz vitijs, motusqz sensuales tam stricta frenabat modestie lege; vt vix necessaria sumeret et susten

tationi

tationi naturę. Nam cocta cibaria sanitatis tempore vix admittebat, ꝛ raro: admissa vero aut cōmistione cineris interdū faciebat amara, aut aquei superinfusione liquoris vt plurimū reddebat insipida. Quā vero districtam in potu parcitatem seruauerit carnē suam a vino abstrahens, vt transferret animā ad sapientię lucē, hinc liquido valemus aduertere, ꝙ ꝛ de aqua frigida cum sitis ęstuabat ardore, vix audebat ad sufficientiā bibere. Nuda humus, vt sępius, lect⁹ erat lassato corpusculo, ceruical lapis vel lignū, vestisq; simplex rugosa, ꝛ hispida, tegumentum: pro eo ꝙ experientia certa didicerat, hostes malignos duris, ꝛ asperis in fugā cōuerti: delicatis autē ꝛ mollibus ad tentandum fortius animari. ℟. Dum seminudo corpore. Lectio v.

Rigidus i disciplina sup custodiā suā inuigilabat attētius, curā gerens pręcipuā de impreciabilis custoditione thesauri castitatis, videlicet in vase fictili: qđ ꝛ possidere studebat in sanctitudinis honore p vtriusq; hominis integerrimā puritatē. Tāta quoq; per exercitationes huiusmodi fulgere cępit in sensib⁹ venustate pudoris, vt plenū iam carnis assecutus dñium, fędus cū oculis pepigisse videref, qđ non solū carnalē aspectū procul refugeret: sed ꝛ curiosum vanitatis cuiuscunq; contuitū oino caueret. Verū licet cordis ꝛ corporis puritatem adeptus, sanctificationis, quodāmodo proximaret ad apicē: nō cessabat tamen lacrymarū imbrib⁹ iugiter oculos expiare mētales, cęlestiū claritatū ꝯcupiscēdo mūditiā, ꝛ corporeoꝝ luminū paruipēdendo iacturā. ℟. Amicū quęrit. Lec. vj.

Omnium virtutū custos ꝛ decor humilitas adeo virū Dei sui iuris effecerat: vt, quāuis multiplex in eo fulgeret pręrogatiua virtutū, hęc tū in ipso tāquam minorū minimo pręcipuū videref assecuta dñiū. Sociam quoq; sanctę humilitatis paupertatē excelsā perfect⁹ Christi sectator, charitate sibi studuit sic desponsare ppetua, ꝙ non solum pro ea patrem, matremq; reliquit: verū etiam, quę habere potuit, vniuersa dispersit. Nemo tam auri, quam iste cupidus paupertatis: nec thesauri custodiendi sollicitior vllus, quā iste huiusmodi euāgelicę margarite: cum, ꝛ a principio religionis vsq; ad mortē tunica, chorda, ꝛ femoralib⁹ diues, i sola videref gloriari penuria, ꝛ ęgestate gaudere. Siquādo enim pauperiorem se quēpiam secūdum exteriorem habitū cerneret: seipsū protinus arguēs excitabat ad simile, tanquā si ęmula paupertate

tate concertans vinci se in illo spiritus quadam nobilitate tim meret. ℟. Audit in Euangelio.
De hom. s. Augustini epi. Le. vii.

Aperit celeste mysterium, qd si placuerit Deo, vt paruulis magis, q̃ prudentibus istius mũdi gratiã suã reuelaret. Qd Apl's Paul⁹ stilo pleniore digessit dicens: Nõne stultã fecit Deus sapientiã huius mundi? Nam, qm̃ Dei sapientiã non cognouit hic mũdus per sapiẽtiã, placuit Deo per stultitiam prędicationis saluos facere credentes. ℟. Carnis spicam. Le. viii.

Ait ergo: Ita pater, qm̃ sic fuit placitũ ante te. Celestium enim verbo℞ arcana atq; virtutes sapientibus abscondũtur, & paruulis reuelanť: Paruulis malitia, nõ sensu: sapiẽtib⁹ vero, stultitię pręsumptione nõ prudẽtię causis. Factiq; huius ęquitatem dñs paternę voluntatis iudicio confirmat, vt, qui dedignanť paruuli in Deũ fieri, stulti deinceps in sapientia sua fiãt. Vides quã terribilis i cõsilijs dñs ℟. De paupertatis. L. ix.

O Isce verę humilitatis exẽpla, nec temere discutias supnę dispensationis, cõsilia. Cũ enim intulisset vtrunq;, scilicet q alijs aduẽtus sui sacramenta reuelauerit, ab alijs vero abscõderit, non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit, hoc ostendens manifeste, quia iniustũ esse non potest quod placuit iusto. Ac nequid in illo minus, q̃ quod in Deo est, ęstimaretur, statiq; subdidit, omnia mihi tradita sunt a patre meo.

QVARTA DIE infra octa. S. Francisci. die 7. Oct.
De studio orationis, & spiritu prophetię. Le. iiij.



Entiẽs Christi seruus corpore se peregrinũ a domino, cũ ad terrena foris desideria pro Christi amore totus insensibilis esset effectus, ne foret absq; cõsolatione dilecti, sine intermissione orãdo, spiritu Deo contendebat exhibere pręsentẽ. Nam ambulans, & sedens, intus & foris laborans & vacans, adeo erat orationi vi mentis intẽtus, vt illi videretur quidqd erat in eo, non solum cordis & corporis, verum etiam operis & temporis dedicasse. Suspendebať multoties tanto deuotionis excessu: vt supra semetipsũ raptus, & vltra humanum sensum aliquid sentiens, quid circa se ageretur exterius, omnino nesciret. ℟. Dũ seminudo. Lectio quinta.

Ut aũt quietius spiritualiũ cõsolationum immissiões susciperet: ad solitudines & ecclesias derelictas oraturus nocte pergebat: quãuis & ibi pugnas dęmonũ horribiles senserit, qui

secum

secum cõfligẽtes, quasi manu ad manũ nitebant ipsum ab orõnis studio perturbare. Uerum illis feruẽtiũ precũ infatigabili virtute fugatis, vir Dei solitarius remanẽs & pacatus, nemora replebat gemitibus, loca spargebat lacrymis, pectora manu tundebat, & quasi occultius secretariũ nactus, nunc respondebat iudici, nũc supplicabat patri, nũc colludebat sponso, nunc colloquebatur amico. Ibi visus est nocte orãs, manib⁹, & brachijs in modũ crucis ꝑtensis, toto corpore subleuatus a terra, & nubecula quadã fulgẽte circũdat⁹, vt illustrationis & eleuationis mirabilis intra mẽtẽ mira circa corp⁹ cũ eleuatione facta illustratio testis esset. ℟. Amicũ q̃rit. L. vi.

Huiusmodi quoq; sursum actionũ supernaturali virtute, sicut certis est ꝓprobatũ indicijs, incerta sibi, & occulta diuinę sapientię pandebant: quãuis illa non vulgaret exterius, nisi qnãtũ fraternę salutis vrgebat zelus, & supnę reuelationis dictabat instinct⁹. Ad tantã quippe mentis serenitatẽ indefessũ orationis studiũ continua exercitatione virtutum, virum Dei perduxerat, vt, quamuis sacrarũ literarum nõ habuerit peritiam, per studium eruditionis humanę, lucis tamen ęternę irradiat⁹ fulgoribus, scripturarum profunda limpido intellectus scrutaret acumine. Prophetarum etiam spiritus multiplex in tam multiformis plenitudine gratię requieuit in eo, vt ipsi⁹ virtute mirificas se vir dei pręsentẽ ali quando exhiberet absentibus, notitiamque certã haberet longe distantiũ, secreta quoq; perspiceret cordiũ, necnon & futurorum prenunciaret euentus.

De Hom. s. Augustini epi. L. vii.

Pulcherrimus cõnectit de fide locus, quando oia sibi tradita dicit a pře suo. Cuĩ, Omnia, legis, oipotentem agnoscis, nõ decolorẽ, nõ degenerẽ patris. Cum, Tradita, legis, filiũ confiteris, cui per naturam oia vnius substãtię iure sunt propria, non dono collata per gratiã. Tradita autẽ sibi dicit omnia, non cęlũ, & terram, vel cętera, quę ipse cõdidit ac fecit, elemẽta: sed hoc, qui per filiũ accessus habent ad patres, & ante rebelles Deũ postea per fidem sentire cęperũt. Unde & alio loco dicit, Omne, quod dat mihi pater, ad me veniet. ℟. Carnis spicam. Lectio octaua.

Cum diceret, Nemo nouit filiũ nisi pater, nõ dixit, Et cui voluerit pater reuelare, quẽ admodũ, cum dixerit, Nemo nouit patrẽ nisi filius, addidit, Et cui voluerit filius reuelare. Quõ nõ ita intelligẽdũ est, quasi a nullo possit cognosci, nisi a solo pře, pater

pater autem non solum a filio, sed etiam ab eis, quib⁹ reuelauerit fili⁹. Sic enim potius dictuȝ est, vt intelligamus ⁊ patrem, ⁊ ipsum filiū per filium reuelari, quia ipse est mētis nostrę lumē: vt quod postea intulit, Et cui voluerit, filius reuelare, non patrē tantum, sed etiam filium accipias. Ad totum enim quod dixit, illatum est. ℟. De paupert.

Nona lectio legitur de Sancto Marco Papa ⁊ cfess. 474.

Oratio Exaudi dñe. De cōi.

die 8. Octo. QVINTA DIE infra octa. S. Francisci.

De obedientia creaturarū, ⁊ de cōdescēsione diuina. Lectio iiij.



Derat quidem seruo suo Frācisco is, qui eum vnxerat, spūs dñi, ⁊ ipse Dei virtus ⁊ sapientia Christus, cuius virtute fiebat ⁊ gratia, vt sibi non solū incerta ⁊ occulta patescerēt, verū etiā mūdi huius elemēta parerēt. Quodam namqȝ tēpore cū cōsiliū daretur a medicis; ⁊ instāter suaderetur a fratribus, vt cōtra infirmitatem oculorū pateret sibi per cocturę subueniri remediū, humiliter vir Dei assensit, pro eo ꝙ id nō solum medela cōtra ęgritudineȝ corporis, verū etiaȝ materia foret exercēdę virtutis. Sēsu vero carnis ipsi⁹ ad aspectū instrumēti ferrei iā igne cādētis naturali quodā horrore cōcusso, vir sanctus ignē alloquēs cepit vt fratrē, in creatoris noīe, ac virtute pręcipiēs, vt suū ei tēperaret ardorē, quo suauiter vrentē sustinere valeret. Profundato aūt crepitāte ferro in tenera carne, ⁊ ab aure vsqȝ ad superciliū coctura protracta: vir Deo plenus exultās in spiritu, Laudate (inquit, ad fratres) altissimū, qa (vt verū fatear) nec ignis ardor molestiā intulit, nec carnis me dolor afflixit. ℟. Dum seminuido corpore. Lectio quinta.

Pud eremū sancti Vrbani seruo Dei ęgritudine grauissima laborante, cum ipse naturę defectum sentiens vini poculū peteret, nihilqȝ de vino, qd sibi dari posset, responderet adesse: iussit aquā afferri: ⁊ allatā signo crucis edito benedixit: mox vinuȝ efficit optimū, quod fuerat aqua pura, ⁊ quod deserti loci paupertas nō potuit, sancti viri puritas impetrauit. Ad cuius gustū protinus tāta facilitate cōualuit, vt euidēter clarescere, ꝙ optatum poculum illud a largo sibi fuerit datore concessum, non tam vt afficiens ad saporem, ꝗ̄ vt efficax ad salutem. ℟. Amicum quęrit. Lectio vj.

Empore quodaȝ, quo domini famulus secus mare prędicabat Gaietę, cum turbarum in eū pro deuotione tuentium

tim; declinare vellet applausu;, in vnam litori herentē nauiculam prosilijt solus. Illa vero tāquā si motoris vi gubernaretur intrinseca, cernētib⁹, et admirantib⁹ cūctis q aderāt, sine aliquo remige, longius se protraxit a terra. Cum autē aliquāto spatio maris secessisset in altū: stetit inter fluctus immobilis, quādiu expectantib⁹ turbis i litore viro Dei predicare complacuit. Cūq; audito sermone, visoq; miraculo, ac benedictiōe accepta, ipso rogāte, multitudo recederet: non alterius q̄ celestis iussionis impulsu nauis applicuit, tanquā si creatura factori ōseruiēs, creatoris pfecto cultori et sine rebellione se subderet, et sine retardatione pareret. ℟. Audit i euāgelio.

De homi. S. Augustini epi. L. vij.

Mirū quibusdā videt, frēs charissimi, cū audiūt dn̄m dicentē, Venite ad me oēs q laboratis, et onerati estis, et ego reficiā vos: Tollite iugū meū sup vos, etc. et considerāt eos, q iugū ipsum intrepida ceruice subierūt, et illā sarcinā māsuetissimis humeris acceperūt, tātis agitari, et exerceri difficultatibus huius seculi, vt non a laboribus ad quietē, sed a qete ad laborē vocati videātur, cū Apostolus dicat; Oēs, q volūt pie viuere in Christo Jesu, persecutionem patiuntur. ℟. Carnis spicam. Lc. viij.

Ait ergo aliquis, Quomodo iugum eius suaue est: et sarcina leuis: quādoquidē illud iugum, et sarcinam ferre nihil est aliud quā pie viuere in Christo? Et quomodo dicitur, Venite ad me oēs qui laboratis, et onerati estis: et ego reficiam vos: et non potius dicit: Venite q vacatis, vt laboretis? Nā et vacātes inuenit, quos ɔduxit i vineā, vt ferrēt estū diei: Et sub illo iugo leui, et sarcina leui audiam⁹ Apostolū dicentē: In oibus commēdātes nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, etc. ℟. De paupertatis. Lectio nona.

Et alio loco i eadē epistola, A Judeis quinquies quadragenas vna minus accepi, ter virgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiū feci, nocte, et die i profundo maris fui, et cetera pericula, q̄ enumerari quidē possunt, sed tolerari nisi spū sancto iuuante non possunt. Oia ergo illa, q̄ cōmemorauit aspera, et grauia, frequētius et abundātius sustinebat. Sed profecto aderat ei spūs sanctus, q in exterioris hominis corruptione, interiorē renouaret de die in diem, et gustata requie spirituali, in affluentia deliciarū Dei, in spe future beatitudinis, oia presentia deliniret, aspera, et grauia omnia releuaret. In

In vesperis a Capitulo, fit de Sanctis Dionysio, et sociis martyribus de quibus fit die sequenti cum come. octave.

Die 10 Octo. SEPTIMA DIE Infra octavam S. Francisci. De sacris stigmatibus. Lectio iiij.



Fidelis re vera famulus et minister Christi Franciscus biennio antequam spiritum redderet celo: cum in loco excelso seorsum, qui mons Alverne dicitur, quadragenarium ad honorem archangeli Michaelis ieiunium inchoasset, superne contemplationis dulcedine abundantius solito superfusus, ac celestium desideriorum ardentiori flamma succensus, supernarum cepit immissionum cumulatius dona sentire. Dum igitur Seraphicis desideriorum ardoribus sursum ageretur in Deum, et affectus compassiva teneritudine in eum transformaretur: cui ex charitate nimia crucifigi complacuit: quodam mane circa festum Exaltationis sancte Crucis, in latere montis orans, vidit quasi speciem unius Seraphim sex alas tam fulgidas quam ignitas habentem de celorum sublimitate descendere: qui volatu celerrimo ad aeris locum viro Dei propinquum perveniens, non solum alatus, sed et crucifixus apparuit: manus quidem et pedes habens extensos et cruci affixos, alas vero sic miro modo hinc inde dispositas, ut duas supra caput erigeret, duas ad volandum extenderet, duabus vero reliquis totum corpus circumplectendo velaret. ℟. Dux seminudo corpore. Lectio v.

Hoc videns vehementer obstupuit, mistumque dolori gaudium mens eius incurrit: dum et in gratioso eius aspectu sibi tam mirabiliter quam familiariter apparentis excessivam quandam concipiebat letitiam: et dira conspecta crucis affixio, ipsius animam compassivi doloris gladio pertransibat. Intellexit quidem illo docente interius, quod et apparebat exterius, quod licet passionis infirmitas cum immortalitate spiritus seraphici nullatenus conveniret: ideo tamen huiusmodi visio suis fuerat presentata conspectibus, ut amicus ipse Christi prenosceret, se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis totum in Christo Iesu crucifixi expressam similitudinem transformandum. ℟. Amicum querit. Lectio vi.

Disparens itaque visio, post arcanum ac familiare colloquium, mentem ipsius seraphico interius inflammavit ardore: carnem vero crucifixo conformi exterius insignivit effigie, tanquam si ad ignis liquefactivam virtutem preambulam sigillativa quedam esset impressio subsecuta. Stati namque in manibus et pedibus eius apparere

tere cęperūt signa clauoꝝ, ipsoꝝ capitibus in inferiori parte manuū ⁊ superiori pedū apparētibus, ⁊ eoꝝ acuminibꝰ existentibus ex aduerso. Dextrū quoqꝫ latꝰ quasi lancea trāsfixū rubra cicatrice obductum erat: quod sępe sanguinē sacrū effundēs, tunicā, ⁊ femoralia ī tāta copia respergebat, vt postmoduꝫ frēs so cij ea lauātes, pro tempore indubitāter aduerterent, ꝙ sicut in manibꝰ ⁊ pedibꝰ, sic ⁊ in latere famulus dñi expresse haberet impressam similitudineꝫ crucifixi. ℟. Audit in Euangelio.

De Hom. s. Augustini epi. L. vij.

Venite, inqt, ad me oēs q laboratis. Audiamꝰ, ⁊ veniamus. Quid est veniamus? Credendo proficiamus, gratias agēdo accipiamus, perseuerando perueniamꝰ. Veniamus ad eū qui dicit, Venite ad me oēs qui laboratis: Et, tu laboras, ⁊ ego laboro. Illum audiamꝰ, ⁊ ad illum veniamus. Inter nos quare litigamus? Ambo audiamus, quia ambo laboramus. Quare iter nos litigamus? An vt medicū vocantē nō audiamus? O infelix ifirmitas. Ad se vocat medicus, ⁊ litibus occupatur ęgrotus. ℟. Carnis spicam. L. viij.

Vide qd dicat vocādo, venite ad me oēs q laboratis. Vbi laboratis nisi sub sarcinis pctōruꝫ, nisi sub iugo malę dñę iniquitatis? Venite ergo ad me oēs, q laboratis ⁊ onerati estis, ⁊ ego vos reficiam. Ego qui feci, reficiaꝫ. Ego inquit, vos reficiā, quia sine me nihil potestis facere. Quomodo vos reficiā? Tollite iugū meū super vos, ⁊ discite a me. Quid discimꝰ a te? Nouimus te dñe in principio verbū, verbū Deum, verbuꝫ apud Deum. Omnia per te facta nouimus, quę vidimus ⁊ quę non vidimus. ℟. De paupert. L. ix.

Quid discimus a te? Non enim alium mundum discipuli tui tanqꝫ discipuli artificis ⁊ fabricatoris cōdituri sumꝰ: vnū mundū cōdidisti, cęlū ⁊ terrā fecisti, vtrūqꝫ suis creaturis ornamētisqꝫ illustrasti. Quid a te discimꝰ? Discitis a me, inquit, cū esseꝫ ī principio apud Deū creaui vos. Hoc nolo discatis a me: sed factꝰ suꝫ qd feci, ne perirēt q̄ feci. Vnde suꝫ factus qd feci? Semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs, i siītudinē hominuꝫ factꝰ, ⁊ habitu inuētꝰ vt homo.

¶ In octaua Sancti Francisci. De transitu mortis. Lectio iiij.

Ipse transituꝫ suū longe ante pręsciuit: dieqꝫ obitꝰ imminēte dixit fratribus, sui corporis tabernaculū deponendū in proximo, quemadmodū demonstratū sibi fuerat a Christo. Biēnio itaque

itaq; ab impressione sacrox stig
matū, anno videlicet a sua puer
sione vigesimo, ad sanctā Ma
riā de Portiūcula se deferri po
poscit: vt vbi p virginē Matrē
Dei spūz pceperat pfectionis, z
grē, ibidē mortis soluto debito
ad brauiū pueniret retributio
nis eterne. Perductus autem
ad locū prefatū: vt veritatis exē
plo mōstraret, qd nihil erat ei cō
mune cū mūdo: i illa infirmitate
tā graui, q oi languori cōclusit,
super nudā humū se totū nuda
tū deposuit: quaten⁹ hora illa ex
trema, in qua poterat adhuc hō
stis irasci, nudus luctaretur, cuz
nudo. Decubās sic i terra, z pul
uere nudat⁹ athleta, manu sini
stra dextri lateris vuln⁹, ne vide
ret, obtexit: facieq; serena solito
more leuat⁹ in celū, intēdens illi
glorie tot⁹ magnificare cepit al
tissimū, pro eo q expeditus ab
oibus liber iā trāsiret ad ipsum.
Dum seminudo.
Ora deniq; sui transitus
iā instāte: oēs fratres exi
stentes i loco ad se fecit vocari,
z eos cōsolatorijs verbis pro sua
morte demulcens, paterno affe
ctu ad diuinum est hortat⁹ amo
rem. Possessionem quoq; pau
pertatis, z pacis, hereditaria ip
sis successione relinquens z le
gans, vt se ad eterna protēderet,
ac contra mūdi hui⁹ munirent
pericula, vigilāter admonuit: z

ad Crucifixi Jesu per sectesectā
da vestigia, oi qua potuit, effica
cia sermonis induxit. Circūsedē
tib⁹ vero filijs corā paupez pa
triarcha, cui⁹ iā caligauerāt ocu
li, nō senectute, sed lacrymis, vir
sanct⁹ cecutiēs, z morti iā proxi
mus extēdit sup eos man⁹ in mo
dū crucis, brachijs cancellatis,
pro eo q hoc signū semper ama
bat, z omnibus fratribus tam
presentibus, q̄z absentibus in
crucifixi virtute, ac nomine be
nedixit. Amicum.
Ost hec Euāgeliū sm Jo
hannez ab illo loco, Ante
diem festū Pasche, sibi legi po
poscit, vt in eo vocez dilecti pul
santis audiret, a quo solus eum
iam paries carnis disiungebat.
Tandē cunctis in id cōpletis my
sterijs orās, psallens vir beatus
obdormiuit in dño: z aia illa san
ctissima carne soluta, i eterne cla
ritatis abyssuz absorpta est. Jpsa
tunc hora vn⁹ ex fratribus z di
scipulis ei⁹, vir vtiq; sanctitate
famosus, aiam illam felicem con
spexit sub specie stelle prefulgi
de, z cādida subuectā nubecula
sup aquas multas in celū trami
te recto pscēdere, vt pote, q̄ con
scientie nitore candescens, z me
ritorum prerogatiua refulgens,
tam efficaciter sursuz ferebatur
affluentia gratiaruz, z deformi
tate virtutū: vt a visione celestis
lucis, z glie, nec modicum retar
dari va

dari valeret. ℟. Audit in euāg.
De homilia Sancti Augustini episcopi. Lectio septima.

Discite a me, inquit, quia mitis sum, et humilis corde. Quid fecit ꝓpter te? Semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinē hominū fact⁹, et habitu inuētus vt homo. Ecce propter te Deus fact⁹ est homo, et nō te vis agnoscere cū sis homo. Ecce ꝓpter te De⁹ fact⁹ est homo sine peccato, et nō vis te agnoscere cū peccato, vt venias ad illū q ait, Venite ad me oēs, qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam. ℟. Carnis spicam contemptus. Lectio viij.

Tollite iugum meū super vos. Tulisti hoc iugū, tulisti: Sentis te habere sessorem? Tulisti hoc iugum? Dicis, Tuli. Sētis te habere sessorē? Sētis te habere rectorē, Sētio, inqs. Ille ergo dic, Gressus meos dirige secundū verbū tuū. Regit te sub iugo suo, et sub sarcina sua. Ut eniȝ sarcina ei⁹ sit tibi leuis, et iugū ei⁹ suaue, ille tibi amoreȝ inspirauit. Amanti suaue est: non amāti durū est. Amāti suaue est, dñs dedit suauitatem. ℟. De paupertatis horreo. Lectio ix.

Nā forte, qa venisti audiēs, venite ad me: hoc ipsuȝ tibi arrogare intendis, qa venisti? Ecce, inquis, veni ad illum arbitrio meo, voluntate mea. Quia veni, reficit me: qa veni, iugum suū imponit mihi suaue: qa dat amorē, sarcinam suā leueȝ imponit mihi amāti, et diligenti. Hec oia fecit in me: sed quia veni ad eū. Ergo hoc sapis, quia venisti, tu tibi hoc prestitisti. Quid eni habes, quod nō accepisti? Quomodo venisti? Credo venisti, sed nondum peruenisti. Adhuc in via sumus. Venimus, sed nondum peruenimus. Vis nosse, qa et hoc prestitū est tibi? Ipsuȝ audi vocātē, Nemo venit ad me, nisi pr̄, q misit me traxerit eum.

IN FESTO

Stigmatum beati Francisci, quod celebrat die xvij. Septembris.

Que hic propria non assignantur omnia dicunt vt in Natali eius. Ad Vesperas. Antiphona. Crucis vox. cum reliquis de Laudibus. Hymnus.



Crucis Christi mōs aluerne Recēset mysteria. Ubi salutis eterne Dantur priuilegia, Dum Franciscus dat lucer ne Crucis sua studia.

Hoc in monte vir deuotus

Specu solitaria
Pauper, a mundo semotus
Condensat ieiunia,
Uigil, nudus, ardens totus
Crebra dat suspiria.
Solus ergo clausus orans
Mente sursum agitur:
Super gestis crucis plorans
Merore conficitur:
Crucisqz fructum implorans
Animo resoluitur.
Ad quem venit rex e celo
Amictu saraphico,
Sex alarum tectus velo
Aspectu pacifico,
Affixusqz crucis telo
Portento mirifico.
Cernit seruus redemptorem,
Passus impassibilem,
Seclorum imperatorem
Tam pium, tam humilem:
Uerborum audit tenorem
Uiro non effabilem
Uertex montis inflammatur
Uicinis cernentibus:
Cor Francisci transformatur
Amoris ardoribus:
Corpus vero mox ornatur
Mirandis stigmatibus
Collaudetur crucifixus
Tollens mundi scelera:
Quem laudat concrucifixus,
Crucis ferens vulnera,
Franciscus prorsus innixus
Super mundi federa. Amen.
℣. Signasti domine seruū tuū Franciscum. ℞. Signis redēptionis nrē. Et dī etiam in laudibꝰ z ij. Uesp. Ad Mag. Aña.
Celorū cādor splēduit, nouū sydus emicuit: sacer Frācisc' claruit, cui Seraph apparauit, signās eū caractere, in volis plātis, latere: duz formā crucis gerere, vult corde, ore, opere. Oratio.
Deus q mira crucis mysteria in beato Francisco cō fessore tuo multiformiter demōstrasti: da nobis, quesumus, deuotionis sue semper exempla sectari, z assidua eiusdem crucis meditatione muniri. Per dnm.
Ad Matutinum. Hymnus.
Crucis arma fulgentia
Uidit Frācisc⁹ dormiēs,
Christum dicentem audiens,
Tua erunt hec omnia
Crucis vis, z refugium
Hec crucis arma prebuit:
Quibus Franciscum induit
Aduersus aduersarium.
Crucis sacrata lectio
Ter Francisco se prebuit:
Dum ter librum aperuit,
Pro virtutis indicio.
Crucis Christi deuotio
Francisci traxit studia:
Cunctaqz cordis gaudia
Cum omni desiderio.
Crucis vt ad supplicia
Christum Franciscus positū
Uidet, z audit monitum,
Hec sequere vestigia.
Crucis herens vestigijs.
Crucis fructum consequitur:
Quo corde, carne pungitur,

Et signatur indicijs.
O crucis virtus & gratia,
Nos consignet in frontibus,
In membris, & in sensibus,
Pro perenni custodia. Amen.
In j. noc. legunt lectiones vt in Nata/
tali ei⁹. In ij. noct. de sacris stig/
matibus. Fidelis re vera. fol. 1.
quę hñr sup. vij. die infra octa.
In iij. noc. Homilia in euange.
Siqs vult venire post me. 508.
quę habet in cõi pmus marty.
R. viij. M ibi absit gl'iari, nisi in
cruce dñi nostri Jesu Chri. V.
Per quē mihi mūdus crucifix⁹
est, & ego mūdo. Ego eniz stigma
ta dñi Jesu i corpore meo porto.
Per quē mihi. Glia. Per quē.
Ad Laudes, & per Horas. Añia.
O Crucis vox, hūc alloquit,
ter dicēs, tu te ppara: vade
Frācisce repara domū meā, quę
labit. Añ. Crucis verbū propo
nit fratrib⁹ per Antoniū: & Frā
ciscus ad ostiū in crucis moduz
cernit. Aña. Crucis arbor exi/
mia p os Frācisci surgere appa/
rēs, cogit fugere draconem, & de
monia. Añ. Crucis signū Thau
litera frōti Frācisci scribit, q̄ va/
rie distinguit mirā da lucis ope/
ra. Añ. Crucis magnū mysteriū
sup Frācisco claruit: dū signat⁹
apparuit cruce duorum ensium.
Ad Vespe. Añ. Crucis vox. cū
reliq. de Laud. Ad Mag. Aña.
Crucis apparet hostia tensis in
cruce brachijs, sex alis tecta va/
rijs cum vultus elegantia: quę
Francisci cor attrahit, augens
ei charismata, suaque sacra stig/
mata, in eius carne protrahit.
In Translatione S. Francisci,
quę celebratur die xxv. Maij.
Duplex. Lectio quarta.



Beato Frācisco mi/
grante a sęculo, spi/
ritus ille sacer do/
mū ęternitatis in/
grediens, fontisqz
vite haustu plenario gloriosus
effectus, expressa quędā i corpo
re futurę glorię signa reliquit:
vt caro illa sctissima, q̄ crucifixa
cū vitijs in nouā iā creaturā trā/
sierat, & passionis Chri effigiem
priuilegij singularitate pręfer/
ret, & nouitate miraculi resurre/
ctionis speciē mōstraret. Cerne
bant qdem in mēbris illis felici
bus claui ex ei⁹ carne virtute di
uina mirifice fabrefacti, sic carni
eidē innati, quod dū a parte qua
libet premerent, protinus quasi
nerui cōtigui, & duri ad partē ap
positā resultabant. Inuēta quo/
que fuit patentius in ipsius cor/
pore nō inflicta humanit⁹, neqz
facta, plaga vulneris lateralis in/
star vulnerati lateris saluatoris.
R. Dū seminudo corpore. L. v.
Erat autē similitudo clauo
rū nigra quasi ferrū: vul/
nus aūt lateris rubrū, & ad orbi/
cularitatē quādam carnis ptra/
ctione redactū, rosa pulcherri/

ma videbatur. Caro vero ipsius reliqua, que prius tam ex infirmitate, q̄ ex natura ad nigredinem declinabat, candore nimio renitescēs, illius secūde stole pulchritudinē p̄tēdebat. Mēbra ipsius adeo mollia ⁊ tractabilia se prebebant palpantib⁹, vt puerilia viderētur in teneritudinem puerilis etatis, ⁊ quibusdā cernerent euidentib⁹ signis innocētie decorata. Cū igitur in cādidissima carne claui nigrescerēt, plaga vero lateris, vt vernās rosens flos, ruberet: mirandū non est, si tā formosa, ⁊ miraculosa varietas iucunditatē, ⁊ admirationē cōtuentib⁹ ingerebat. Lacrymabant filij p̄ subtractiōe tā amabilis p̄ris: sed ⁊ non modica perfundebant letitia, dū deoscu labantur in eo signacula summi regis. ℟. Amicū querit. L. vj.

Hedito p̄ris beati transitu, ⁊ fama diffusa miraculi, accelerās populus cōfluebat ad locū: vt id cerneret, oculis carneis, qd̄ a ratione dubiū oē repelleret, ⁊ affectioni gaudiū cumularet. Frēs aūt, ⁊ filij, q vocati fuerāt ad transitū p̄ris, cū oī multitudine populo℞, noctē illā, i qua almus Christi cōfessor decessit, sic diuinis laudib⁹ dedicarunt, vt nō defuncto℞ exequie, sed angelo℞ excubie viderent. Mane vero facto, turbe, q̄ cōuenerant, acceptis arbo℞ ramis, ⁊ cereo℞ multiplicatis luminib⁹, cū hymnis, ⁊ cāticis sacrū corpus ad ciuitatē Assisij detulerunt. Peruenientes autē ad ciuitatē cū iubilo, preciosū thesaurū, quē portabant, in Ecclesia scti Gregorij cū oī reuerētia cōdiderūt. In eo siquidē loco puerulus literas didicit: ibiq̄ postmodū primit⁹ p̄dicauit: postremo ibidē locum primum quietis accepit. Transijt autē venerabilis p̄r ex hui⁹ mundi naufragio anno Dñice incarnationis Millesimo ducētesimo vigesimo sexto, quarto nonas Octobris, die Sabbathi in sero, sepultus in die Dominico. ℟. Audit in euangelio.

Nona lectio legit de sancto Urbano Papa, ⁊ martyre. 400.

IN FESTO

Sancto℞ martyrū Berardi, Petri, Accursij, Adiuti, ⁊ Ottonis. Duplex.



Hoc festū celebratur die xvj. Jan. ⁊ festū S. Marcelli eadem die occurrēs trāsfert ī diē xix. vel si ea die occurrat Dñica, i die xxiij. eiusdē mensis. Oratio.

Largire nobis, quesumus dñe, Beatis martyribus tuis

tuis Berardo, Petro, Accur-
sio, Adiuto, et Ottone intercedẽ
tibus, cęlestia semper, et Chri-
stum amare: quorum glorioso
martyrio ordinis Minorũ ini-
tia consecrasti. Per dominum.

In primo nocturno.

Lectiones de Epla ad Romanos.

Fratres debitores sumus. c. 13.

De cõi plurium martyr. Lec. iiij.



Eat⁹ Fraciscꝰ Mi-
norũ pr̃, et fundator
inclytus, cum diui-
na cerneret reuela
tione se, et suos pro
aliorũ salute vocatos: etiã ipsos
Maumeticę legis obseruatores,
posse deducere ad lucẽ fidei cu-
piebat. Unde anno a sua cõuer-
sione vndecimo, multis cũ peri-
culis iter aggressus, vt Soldani
adiret pręsentiã: quinq3 sanctos
frẽs, videlicet, Berardum, Pe-
trũ, Accursiũ Adiutũ atq3 Otto
nẽ ad Miramolini regnũ desti-
nauit: vt ipse orientis, illi occidẽ
tis populis Mahumeticis salu-
bre Christi pręducãtes euãgeliũ
quasi totũ ad Chrm̃ cõuerterẽt
mũdũ. Quibus, vt itineris labo
rẽ cũ obediẽtię merito suscipe-
rẽt, fratrẽ Uitalẽ, virum vtiq3 oĩ
sanctitate, et discretione pcipuũ,
in pręlatum pręfecit. At illi oẽm
spem, et cogitatũ in dño iaciẽtes,
et beati patris pijs sermonibꝰ, et
oronibꝰ cõfortati, iter aggressi, tã
dẽ in Aragoniã puenerũt. Ubi
pater eorũ3 Uitalis diutini lan-
guoris morbo pręuentus, diui-
na putans voluntate iter suum
impediri, cęteros abire pmisit.
R. Sancti tui dñe mira. Lec. v.

Cum igitur Hispalim, quę
nũc Sibilia dicitur, perue
nissent: ad infideliũ Mesquitã,
vt prędicarẽt, accesserũt. Impe-
tu autẽ facto repulsi, et verberi-
bus pluribus laniati, non a vóce
pro spiritus feruore deficientes;
aulã ingressi, fidẽ Mahumeti-
cam damnãtes, Chrm̃ corã Rege
prędicauerũt. Rex vero in furo
rẽ versus, eos decapitari pręce-
pit. Filius autẽ regis naturali
quadã pietate illis compatiens,
paterni furoris ardore compres-
so, vt maturius in his ageretur,
obtinuit. At rex seniorũ habito
cõsilio, post publicas Christiani
nominis ex alta turri, vbi primo
retrusi sunt, prędicationẽ: post
etiã squalidi carceris oppressio
nẽ, ad se vocatos, misericordias
pollicens, auertere nitebatur a
Chro. Sed eorũ immobilẽ aĩum
cernens, Marrochiũ cũ qbusdã
Christianis destinauit. Quo cũ
peruenissent, vbicũq3 collectos
saracenos videbant Chrm̃ prędi
cabant. Cõtigit autẽ semel regẽ
Miramolinũ ipsos in legis suę
auctorem cõuicia iactãtes audi-
re. Qui nimio furore succensus,
iussit cũ impetu eos expelli, et
ad Christianorũ terras deduci.

℟. Verbera carnificum. Te. vi.

Erũ illi martyrĳ desiderio flagrãtes, dimissis i via comitib⁹, iterũ Marrochiũ reuertunt. Quo audito rex ira vehementer efferbuit, precepitqȝ, vt teterrimo carcere ↄclusi, fame, siti qȝ interficerent. Sed cũ inteñ vltra, ꝙ̃ humana patiatur natura, calores, ꝛ aeris intẽperies infideliũ plurimos infirmos effecisset: rex miraculo perterritus, iterũ eos ad Christianoꝝ plagas misit. Sed illi relictis comitib⁹ secũdo Marrochiũ redierunt, ꝛ quadã sexta feria in publicuȝ proruperũt. At iussu regis cuidam principi decapitandi traditi sunt, qui eos p̃cepit carcerari. Ad locum igit̃ carceris adducti, alapis a ministris, ꝛ varĳs sunt opprobrĳs saturati. Post triduũ vero de carcere tracti, nudi, ꝛ manibus post terga ligatis, durissimis flagellis afflicti, tandem impio iudici sunt presentati. At ille cernens eorum in fide constantiam nulla posse ratione mutari, iterum iussit durissime tandiu virgis ꝛ fustibus cędi, donec pene viscera apparerẽt, ꝛ ossa a ministris etiã feruente oleo, ꝛ aceto vulneribus infusis, p totam seqũẽtem noctẽ super testas volutati sunt, ꝛ a plurib⁹ sibi inuicem succedẽtibus acerbissime afflicti: ꝛ tandẽ martyrio cõsummato, gloriosi ad regna cęloꝝ peruenerũt. ℟. Tanqȝ aurũ in fornace. In iij. noct. legitur Hom. in euã. Descendẽs Jesus de mon. 516. in cõi. plurium mart. ꝛ dicitur viij. ℟. Hęc est vera fratern. 516.

IN FESTO S. Bernardini confessoris, quod celebratur die xx. Maij. duplex.

Oro. Adesto dñe supplicatiõib, de cõi confes. nõ pont. In j. noct. lectiones. Iustus si morte. fol. 524. de eodem cõi. Lectio quarta.



Bernardinus, ex Tuscię puincia nobili vtriusque parentis genere ort⁹ est. Cuius pater inter Senaruȝ ciues ꝛ ipse patritius, mr̃ vero ex ciuitate Massana in agro sita Senensi, sanguine clari, sed moribus clariores extiterũt. Hi equidem hunc solum filiuȝ in Massana ciuitate genuerũt: ꝛ tertio infantis anno mater ex hoc sęculo migrans ablactatum filiũ dereliquit. Quã ꝛ non post multũ tempus morte subsecut⁹ est pater: ita vt egregius infans Bernardinus sexto ętatis suę anno vtroqȝ parente orbatus, sub cura venerabilis cuiusdã matronę soro-

sororis olim matris Bernardi-ni educandus remaneret. Que cum deuotissima esset virginis gloriose, Bernardinū puerum optimis moribus ac deuotis instruebat: ⁊ ad matris dei Marie deuotionem verbis, ⁊ exemplis quantum poterat excitabat. ℟. Iste est qui ante Deum. Lec. v.

Puer autē ingeniosus, nō surdus auditor, sed factor operis, nutricis disciplinē obsequēs Ecclesias deuotus visitabat: missas attentus audiebat: ⁊ euangelizantibus regnū Dei assistebat. Ieiunabat puerulus, corpusculum affligebat, vt tenera caro spiritui subijceretur, ⁊ tanquā ancilla famularetur dn̄e sue. Nec illicitas vires corpori prebebat: ne bellū commit-teret aduersus spiritū. Et ab oībus puerorū illecebris, atq; lasciuijs semotus, tantum in scholis proficiebat grāmaticis institutionibus, vt longe alios coetaneos superaret. Tanta erga pauperes Chri afficiebatur pietate adhuc puerul⁹, vt nil sibi grati⁹ videretur, quā petentibus pro amore Dei, ⁊ eius genitricis, manu propria eleemosynas porrigere. Et si quando accidisset nutricem, cum paruni panis esset in domo, eleemosynam pauperi denegare, tristis effectus gratiosus puer, Demus (aiebat) pauperi, qđ mihi i cena prestaretur, optās sibi potius subtrahi, quā Christo in paupere denegari. ℟. Amauit eū dominus. L. vj.

Gaudebat deuota nutrix stupens in puero talia prelu-dia future sanctitatis. Nam sepe puerulum ante virginis imaginē lacrymantē, ⁊ angelicā salutationem genuflexum amorosa quadā suspirij, ⁊ vocis emissione exprimētē obseruabat. Omnia eniz vota, ⁊ preces Bernardini die noctuq; in Virginez ferebātur. Hui⁹ deuotione, ⁊ gratia inflāmatus, tenera etate sabbatho ieiunās, laudabili cursu quoad vixit perseuerauit. Oia nempe opera eius intuentium oculos alliciebāt, vt non solum pueris amabilis, sed etiā Messanis ciuibus mirabilis, ⁊ oi laude dignus videret. Nec mirum, cum esset natura spectabilis, decorus forma, ornatus moribus, incessu grauis, ⁊ pudico ac demisso vultu, ⁊ iaz ab ineūte etate nil nisi virtuosuz cogitaret, ac loqueret. ℟. Iste homo pfecit.

Lcō sci euā. scđm Mattheū. L. vij.

In illo tēpore: Dixit Simō 16.c
Petrus ad Iesuz. Ecce nos reliquimus oia, ⁊ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? ⁊ reliq. Homil. S. Bernardi Abbatis.

Fidelis sermo, ⁊ dignum oi acceptione colloquiuz Simonis Petri, ⁊ Iesu. Familiaris siqdē, ⁊ amica saluti obe-dien-

dientia est: sed obediẽtia firma & stabilis, quę fundata est super petrã. Melior est enim obedientia q̃ victimę, & acquiescere nolle, vt peccatũ ariolãdi est. Unde & vitę quoq; ipse saluator prętulit hanc virtutem, eligens magis animam ponere, q̃ obedientiam non implere. Postremo & ipsum nomen Jesu, qđ est super omne nomen, & in quo flectitur omne genu, Apostolo teste, obediẽtię remuneratio est. ℟. Iste homo ab adolescen. Lectio viij.

Libet proinde sacratissimo huic interesse colloquio: & intima cordis aure percipere q̃ dicũtur. Arbitror enim verba lectionis huius ea esse, de quibus ad immortalem sponsum a finib⁹ terrę clamat Ecclesia, Propter verba labiorũ tuorũ ego custodiui vias duras: Hęc nẽpe sunt verba, quę contemptum mundi in vniuerso mundo, & voluntariam persuasere hominibus paupertatem. Hęc sunt, quę Monachis claustra replent, deserta anachoretis: Hęc, inquam sunt verba, quę Ægyptũ spoliant: & optima quęq; ei⁹ vasa diripiũt. Hic sermo viuus, & efficax, conuertens aias felici ęmulatione sanctitatis & veritatis, promissione fidelis. ℟. Sint lumbi. Lectio ix.

Ecce, inquit, nos reliqmus oia. Bene, optime, & nõ ad insipientiam tibi. Nã & mund⁹ trãsit, & cõcupiscẽtia eius. Relinquere hęc magis expedit q̃ relinq. Relinquimus oia: Nimirũ quia exultauit vt gigas ad currẽdã viã, nec currentẽ seq poterat oneratus. Sed nec inutilis cõmutatio, p eo, q sup oia est, oia reliqsse. Nã & simul cũ eo donãtur oia: & vbi apprehenderis eum, erit vnus ipse omnia in omnib⁹, qui pro ipso omnia reliquerũt. Omnia sane dixerim, non tantum possessiones, sed etiam cupiditates, & eas maxime. Plus enim concupiscentia mundi q̃ substantia nocet: & hęc fugiẽdarum causa diuitiarum pręcipua est, quod aut vix nunquam sine amore valeant possideri.

SECVNDA DIE Infra octauam Sancti Benardini. Lectio quarta. die 21 Maij

Anno igit ętatis suę vndecimo, Bernardinus, morib⁹, & grãmatica supra q̃ ętas postulabat pditus, e ciuitate Massana per patruos eius Senas patriã suã aduocatus est, vt liberalibus disciplinis sub doctioribus pręceptoribus perfectius vacare valeret. Eo tpe Senis clarebat spe culũ illud honestatis Johannes Spoletanus, non solũ moralis Philosophię pręceptor, sed etiã morum, scholaque virtutum. Ad quẽ se ptulit adolescens ois pudi/

pudicitię zelator integerrimus, doctrina, ⁊ moribus ab eo pariter instruendus, cum tamen vere esset ipse Bernardinus vas solidũ, ⁊ omni virtute refertum: qui tanta gratię plenitudine prę uentus est, vt magisterium esset, ⁊ exemplar totius pudicitię ceteris adolescentibus se intuentibus: ⁊ nemo eorum quicquam temere loqui, vel impudice agere coram Bernardino audebat impune. Et si forte ad eos aliqua ociosa, seu minus honesta inuicem conferentes quãdoq; Bernardinũ accedere ɔtigisset, a sermone diuertentes aiebant. En Bernardinus adest. ℟. Iste est qui ante Deum. 525. Lectio v.

Virtutis illius ⁊ gratię testimoniũ perhibebat Johãnes Spoletan⁹ eiusdẽ pręceptor, affirmans se nunquam discipulũ pudicitia, moribus, ⁊ virtute pręstantiorẽ habuisse: q nec quicquã nutu, verbo, aut ope turpe perpetrauit. Magna quidẽ cõtestantis pceptoris fides: sed maior operantis discipuli virtus. Crescebat ętate, ⁊ vberiori gratia perfundebat: liberalibusq; studijs imbutus, ad sacra canonum iura se conuertens; tribus annis studio vacauit, ⁊ sacrę scripturę codicẽs perlegens, omniaquę studia pristina paruipendens, ⁊ ad medullam vsque introspiciens, in eius moralibus, ac mysticis sensibus, diebus laborabat, ac noctibus. ℟. Amauit, eum dominus. Lectio vj.

At vero ꝓ cõfirmãdis, tuẽdisq; vitę moribus, ac pręciosa pudicitię corona seruãda, pristinę abstinẽtię fręna nõ relaxabat: sed vigilijs, orationibus, disciplinisq; isistẽs, nil aliud mẽte concipere videbat, nisi creatorẽ suũ agnoscere: captaq; hora diei ac noctis, lacrymosis gemitib⁹ orationes fundebat, vberioriq; spũs virtute animatus, humilis ⁊ abiectus doctoratus insignia, fastus, ac populares auras paruipendens, prob⁹ iuuenis quorundam fraternitati disciplinatorũ in magno hospitali sanctę Marię de Scala in ciuitate Senarũ ascribi procurauit, quo facilius in domo virginis die noctuq; deseruiens, actiuam vitam ita excoleret: vt tamen contemplatiuã non desereret. ℟. Iste homo pfe. f. 525.

De homilia sancti Bernardi Abbatis. Lectio septima.

Hæc ergo, q relinquere vniuersa disponis, te quoq; inter relinquenda numerare memento. Immo vero maxime, ⁊ pricipaliter abnega temetipsũ: si deliberas sequi eũ, qui exinaniuit ꝓpter te semetipsum. Pone grauissimam sarcinam: pone asinariam molam, terrenam molem; pone illa quinque non homi-

hominum plane iuga, sed boū, quę tibi insipienter emisti. Alioquin sequi spōsum, & venire ad nuptias spirituales gnaria hac pressus, & oppressus corporis sensualitate nō poteris. Sed & si nouissime veneris, & pulsaueris, minime profecto aperiet tibi. Sed respondebit deinꝰ, quod nō sit de bobus, & asinis, cęterisq; iumentis insipientibꝰ cura Deo. ℟. Iste homo ab ado. Le. viii.

Homo vero comparatus iumētis esse quis dubitet, homināe, qui sibi iuga emerit iumentorum: nisi q eo sane ipsis quoque iumentis conuincit stolidior, & bestialior bestijs comprobatur, q iuga necessitatis earum propria ipse subeat voluntate: Quod eniz illis natura est, huic culpa: dū tanquā vnum ex his, quę ratione caret, sine ratione degēs, & ipse sub corporeis similiter sensibus, incuruat. Sed qd euz iuga subijsse causamur? Arguamꝰ magis emisse. Illud eniz stoliditatis miserandę: istud extremę dementię est. Dignus est operarius mercede sua. Nam vt mercedē p opere tribuat: inaudita. ℟. Sint lūbi vestri. Le. ix.

Deniq; loquitur sup hoc verbo dn̄s per prophetam sub typo mulieris fornicarię, scelera arguēs Israelis: Omnibus inqpit, meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cūctis amatoribꝰ tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndiq; ad fornicādum tecum. Factūq; est in te contra cōsuetudinē mulierū in fornicationibꝰ tuis, & post non erit fornicatio. In eo enim q dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factū est in te contrariū. Plane & in eo, qui iuga emit, contrarium fieri manifestuz est. Quid enim, iuga emit, & iuga boum cui iuguz suaue gratis offertur? Nam iuguz Chri iugū hois est: Siqdem & Chrs homo. Nec modo gratis tribuit, sed & copiose his qui tulerint illud, remuneratio est; vt a nemine non dico emi, sed gratis sustineri queat.

TERTIA DIE infra oct. S. Bernardini. L. iiij. die 22. Maij.

Erat nempe domꝰ hęc magna sanctissima: nec ad eā admittebant nisi probati dignissimique viri: locus, inquam, fons, atque exemplar a multis temporibus secularium deuotionum, Ex ea disciplinatoꝝ familia, quam plures nominatissimi spiritualesq; viri prodierunt. In primis feruentissimus ille Iesuatoruz primus Iohannes Columbinus. Hinc dignissime cōgregationis Mōtis Oliueti fūdatores. Hinc Petronus de Petronis, qui Cartusiensis postmodū effectus

religionem eandem illustrauit. Hinc et innumeri religiosi varias regulas excolentes, spiritualem originem contraxerunt. ℞. Iste est qui. Lectio quinta.

Sed nouissimus omnium Bernardinus omnes superegressus in domo Virginis, vt nouũ sid[us], et sol lucẽs emicuit: q[ui] preter arcta disciplinatorũ instituta, ieiunijs, cilicio, flagellisq[ue] delicatum corpus affligens, vestitusque dormiens, illud super tabulas, aut rudes paleas sternebat: operaque corporalis misericordie erga languidos eadem in domo virginis ardẽtissimo charitatis officio exercebat. Is sol[us] titulus, virginis scilicet domus, adeo cor ei[us] exarserat, vt affect[us] mẽtis intrinsecos celare nequiens, per exteriores sensus quasi amore lãguẽs aperiret: et gloriose matris Dei Marie, quã toto mentis conatu cõplectens, carneis oculis videre non poterat, quandam elegantissimã imaginem supra portã Carmelie Senarum depictam quotidie adolescẽs adultusq[ue] amorosis aspectibus contẽplaretur, vt per visibilem picturã, ad inuisibilẽ eius pulchritudinẽ sursũ ageretur. ℞. Amauit eum do. Lectio vj.

Erat autem Bernardinus in domo Virginis, vt Angelus deseruiẽs: cuius vitã integritatẽq[ue] Senenses admirãtes, vere bonum, vere sanctũ publica quasi voce p[re]dicabant: in quo nõ minus prudẽtie, et grauitatis, q[uam] sanctimonie relucebat, in quo nihil superstitiose, affectateq[ue] bonitatis, nihil ostẽtationis, nihil nisi moderatũ, et c[on]stans, nihil nisi sale c[on]ditum apparebat: qui recte affectiones suas regere, recteq[ue] a[n]i[m]o suo imperare posse videret. ℞. Iste homo p[er]fecit. 525.

De hom. s. Bernar. Abb. L. vij.

Sane felices liquet esse, q[ui] exonerati sunt, et sequunt[ur] d[omi]n[u]m expediti. Arctissimũ enim nos foramẽ expectat. Si, quẽ sequimur, c[on]sequi volumus: p[er] angustã contendamus ingredi portam necesse est. Quid tu cameli gibbum, q[ui]d tu pecuniose, p[re]ditoris loculos tollis? Non sic, impie, non sic ingredieris. Foramẽ acus huiusmodi sarcinas nõ admittit. Excusant aliqui fortasse dicentes: Abraham, Isaac, et Iacob, ceteriq[ue] sancti, nunquid nõ terrenas diuitias habuisse legũtur? Sufficit nobis esse, sicut illi fuerunt. Neq[ue] enim sumus nos patribus meliores. Si culpabilis esset possessio diuitiarũ, nunquã illi in diuitijs tantam a d[omi]no gratiam obtinuissent, aut tantã gratiam consecuti, diuitias nihilominus possedissent. ℞. Iste homo ab adolescen. Lectio viij.

Quid ad hec respondebimus? Nimirũ lõge aliud esse

esse in luto aquarum multarum diuisi fundo maris iter carpere terrena licite possidendo, aliud ipsam quoque nouis gressibus vndam calcare, omnia relinquendo. Sed tempori gratię prerogatiua hęc debebatur, Petro nouum iter, & noui typus itineris seruabatur. Antiquorum sane patrum diebus, donec in terris viderentur, & conuersarentur inter homines dominus maiestatis, nõ erat euangelicę forma pfectionis: sed spiritũ domini, solo interim spiritu sequebantur. ℟. Sint lumbi vestri. Lectio nona.

At vbi verbum caro factum est, & habitauit in nobis: iã nobis in eo tradita est imago vitę, & conuersationis exẽplar, quod oporteat etiam corporaliter imitari: vt vtroque sequẽtes vestigio, nõ vlterius cum patriarcha Jacob altero femore claudicemus. Ubi enim audiuimus, quia dictum sit antiquis, Nisi quis renunciauerit omnibus, quę possidet, non potest meus esse discipulus? Et itẽ, Si vis esse perfectus, vade, & vende omnia, quę habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo: & veni, sequere me? Neque id dicimus tanquã saluari quis vel hoc tempore nequeat, si secus egerit: sed vt gradum agnoscat proprium: & locum perfectionis, aut discipulatus officium non vsurpet.

QVARTA DIE infra octauam sancti Bernardini confessoris. Lectio quarta.



Sentiens itaque neminem Christum sequi posse q patrimonij vinculo detinetur: nec cęlum petere, & alta conscendere, qui terrenis cupiditatibus degrauantur, cunctas, & largas patrimonij opes pauperibus dispersit: ne vinci a sęculo posset, qui vnde vinceretur a sęculo nõ haberet: & constãti proposito Frãcisci vestigia imitari, & nudum Christum in cruce positum sequi firmauit. Erat tunc temporis in ciuitate Senarum, vir quidã venerabilis ordinis Minorum, vita, ac sanctimonia clarus: ad quem Bernardinus vt ebrius spiritu accedens, ac omnia cordis sui abdita pandens, summis hunc precibus exorabat, vt eũ ad ordinem reciperet, & seraphici Francisci militię adscribere vellet. ℟. Iste est qui ante. 525. Lectio quinta.

Tunc senex lętus, & exultãs: quoniam tam pręclara de Bernardino audierat, aspiciẽs tironem hunc ętate iuuenem, corpore validum, aspectu gratũ, scientia clarum, (quodque super omnia preciosum) integra fide & ardenti feruore pręstantem, in die natiuitatis gloriosę Virginis

Marię magna oĩuʒ cũ expectatione, ⁊ gaudio ad ordinẽ recepit. Et cuʒ eũ vili tunica indueret, ⁊ rudi chorda pręcingeret, senex ille a spiritu sancto edoctus magna voce quasi futura pręuidens exclamauit: Hodie miles strenuus dat⁹ est nobis fructus vberrimos in horrea domini cõgregaturus. Quod quam vere euenerit, exitus declarauit. ℟. Amauit eum dominus. Lcõ vj.

Ex consilio huius venerabilis patris frater Bernardinus ad locum deuotissimum Columbarij deductus est. Hic enim locus in agro Senensi vmbrosis nemoribus, septus, a sęculari tumultu semotus, contemplationi vacare volentibus, ⁊ de nouo religionem intrantibus erat potissime dedicatus. In quo verus imitator euangelicę perfectionis pro Christo factus obediens, nihilque pręter habitum: cordã, ⁊ femoralia possidẽs, toto nouitiatus sui tẽpore tãtum ꝓfecit: vt q nouus aduenerat, priorib⁹ fieret lucerna fulgens, ⁊ pręclaruʒ exẽplar sanctitatis. ℟. Iste homo pfecit.

De Homilia Sancti Bernardi Abbatis. Lectio septima.

Habent euangelia: ⁊ perfectionis ꝯsiliũ, ⁊ remediuʒ infirmitatis. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: hęc perfectio est. Siquidẽ filius hominis, vbi caput reclinaret, non habebat. Petro ⁊ Johãni nec argentũ, nec aurum erat. Paulus victu simplici, vestituqʒ cõtentus, hęc ipsa labore manuum acquirebat. Sed nõ oẽs capiũt verbũ hoc sicut nec cõsiliũ castitatis. Quid dĩ populo? Facite vobis amicos de mãmona iniq̃tatis: vt, cũ defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. ℟. Iste homo ab ad. 525. Le. viij.

Verba dñi sunt: ⁊ quod loquitur tale est: Firma eq̃dem stat, immobilisque sententia, eos, qui volunt in hoc sęculo diuites fieri, incidere in tentationem, laqueũqʒ diaboli: Sed quia misereor super turbam, ⁊ ipsum quoqʒ camelũ (qđ homo non potest) ꝑ foramen acus traducere possum, Cauete saltem a verbo aspero, q laqueum venantiũ minime declinatis. Veste nudũ, egenũ alite, visitate infirmum, ne forte audire cõtingat sermonem durũ, asperũ verbum, auditionẽ malã: Ite male dicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, ⁊ angelis eius. ℟. Sint lumbi vestri pręc. L. ix.

Facite vobis amicos de mammona iniq̃tatis, ac si manifestius dicat: Vę vobis diuites, qui habetis ꝯsolationem vestrã. Attamen vnũ iaʒ superesse videt, Cõmunicate eã pauperibus, quoꝝ est regnuʒ Dei: vt cum

vt cū venerit hora eorū, reminiscant. ⁊ deficientes vos recipiāt in tabernacula sua, ⁊ consolationem suā, quā modo prudenter expectant, dum vestrā ipsi pręripitis, misericorditer communicent desolatis. Mensuram enim bonā, ⁊ coagitatā, ⁊ supereffluētem dabūt in sinus eorū: nec erit illud pallium breue, quod duos operire nō possit: aut stratū coangustatum vnde decidat alter.

Die 24 Maij. QVINTA DIE

Intra oct. S. Bernardini. Lec. iiij.



Mirabant fratres in eo vitę austeritatē, ⁊ illi⁹ erga cęteros benignitatem. Nil enim tam laboriosū, aut contēptibile pertractandum erat, qđ non suis manibus promptissime ptractaret. Infirmantibus opem ministrabat: ⁊ nudis incedens pedibus p multa milliaria, panis ⁊ vini pcuratā eleemosynā pprijs humeris apportabat: ⁊ sicut Angelus in tēplo deseruiēs, psallēs, ⁊ orans, die noctuq; tanq̄ p̄senti Deo, vt sacrificiū matutinū, ac vespertinum, cor ⁊ mentem offerebat. ℟. Iste est qui ante. 525. Lec. v.

Completo vero nouitiatus sui tēpore, ⁊ postmodū sacris susceptis ordinibus, tandē sacerdos ordinatur virtute obedientię ꝯpulsus: totusq; amore in Deo inflāmatus Missarū solēnia quotidiē celebrabat: ⁊ cęlestiū desideriorū ardentiori flāma succēsus, cępit profundiora charitatis fluēta sitire, ⁊ amorosis cogitationibus insistēs, quod posset Deo hic viuens gratius offerre, mētis oculo ꝯcernebat: q̄ multifariē, multisq; modis olim loquēs De⁹ patrib⁹ in prophetis locutus est deinde nobis in filio, in Apostolis, in Martyribus, ꝯfessoribus pariter, ⁊ virginibus: vt eorū exemplis, ac diuinis prędicationibus, verbisq; cęlestib⁹ deo cōformes effecti, etiā ꝓlapsi ad pęnitentiā ꝓuocarentur. ℟. Amauit eū dn̄s. Lcō vj.

Hæc recogitās frater Bernardinus salutem aiarum sitiēs, crucē magni pōderis proprijs humeris baiulans: nudus ex loco Colūbarij in castrū vsq; Saggiani, vt ebrius spiritu, pęnitentiam prędicatur⁹ accessit, nō in doctis humanę sapientię verbis, sed in spūs virtute, sanctissimi pr̄is Francisci vestigia imitatus. Ductusq; in montē noui luminis, ⁊ messem multam, operariosq; paucos ꝯspiciēs, ignitoq; calculo mundatus, quasi torrēs mundās, nomen illud Iesu sanctissimum qđ Paulus vas electionis Israeliticis filijs p̄dicabat ⁊ gentib⁹, languentis Italię vrbes oppida, ⁊ castra, villasque quasq; plustrans, Christianis tepide vitā agētibus annūciabat: ⁊ a fidei

& a fidei tramite deuios hui⁹ sancti nominis presidio misericordiã ꝯsecuturos ad penitentiã reuocabat. ℟. Iste homo pfecit.
De sermõ. s. Ber. Abba. Lectio vii.

Dignũ plane apostolica fide, & deuotione verbũ. Iã reliquisti omnia, Iam dñm Petre secutus es: & nũc demũ, quid sis accepturus, interrogas. Vere Simon, vere obediẽs in auditione auris, sine pacti côuentione. Ad vnius enim iussionis vocem Petrus & Andreas relictis oĩbus secuti sunt redemptorẽ. Quod si homini carnali stultitia fore videtur, audiatur, Quod stultũ est dei, sapientius est hominib⁹: & quoniã placuit Deo per stultitiã predicationis saluare credentes, quippe cum mundus eum in sapientia minime cognouisset. ℟. Iste homo ab adolescentia. Lectio octaua.

Quantos enim mundi sapientia maledicta supplãtat: & côceptũ in eis extinguit spiritũ, quẽ voluerat dñs vehementer accẽdi? Noli (inquit) precipitanter agere, diu considera, diligentius intuere. Magnũ est qđ proponis: & opus habens multa deliberatione. Experire quid possis, amicos consule, ne post factũ penitere côtingat. Hec sapientia mũdi, terrena, animalis, diabolica, inimica salutis, suffocatrix vite, mr̃ tepiditatis, que solet Deo vomitum prouocare. ℟. Sint lumbi. Lectio nona.

Quare tibi ait. Et qđ enim? Cũ a Deo verbũ esse non dubites, quid opus est deliberatione? Docet magni consilij Angelus, quid aliena consilia prestolaris? Quis enim fidelior, quisue sapientior illo? Deduc me dñe, & ducar: fortior esto, & inualesce. Noui ego, que nã sint, que oportet fieri cito. Ab ore putei gehẽne eripior: & inducias petã, & retardabor, & cunctabor exire, si forte interim fiat aliqđ? Abscondi ignem in sinu meo: & exusto iam latere, iam nudatis visceribus, iã sanie defluẽte, diu mihi deliberãdũ est an expergiscar, an excutiã, an abijciã illũ?

SEXTA DIE
infra octa. S. Bernardini fit de Translatione sancti Francisci.

SEPTIMA DIE die 26 Maij.
infra octa. s. Bernardini. Lectio iiij.



Cum eo tpe Italia plena flagitijs prostrata iaceret: id vir dei ꝯspiciẽs, & perẽunti seculo côpatiẽs assumpta in Deo fiducia, cepit, & remotas vrbes & loca insignia, ac prouincias peragrando, vitia, & virtutes, penam & gloriam fidelibus annunciare. Adeoque in ipsis predicationibus sibi superne gratie fauor effulsit, vt famosissimus omniũ in tota Italia

lia pdicator euaderet: et ita gratus oibus, vt ab ei⁹ ore auditores pendere viderentur, et tanq̃ alterũ apl'um a Deo missuz stupore perculsi, quasi immobiles mirarentur. Erant enim verba illi⁹ cordis intima penetrantia: eloquia casta pariter, et ignita, ad animę, ac spiritus diuisionem vsq; pertingentia. ℞. Iste est qui ante Deum. Lectio v.

Tantus erat vtriusq; sexus concursus populorum, vt ante lucẽ in plateis vt plurimum conueniret vnusquisq;, et locuz ad audiendũ verbum Dei sibi eligeret aptiorem. Stabat quippe preco mirificus spiritus sancti vnctione perunctus: et, vt penitentiã vnusquisq; ageret, irã, et offensaz Dei ieiuniis fletibusque placaret, valido clamore dolenter ingemiscentem ppl'z admonebat. Dabat enim illi deus spũm trãspunctionis: et contriti ↄfitentes singuli delictuz suum maxima cum deuotione sacratissimã communionem frequentabant, qui nunq̃, aut per plures annos Dominicũ corpus receperant. ℞. Amauit eũ. Lectio vi.

